CORPUS LEGUM

AB IMPERATORIBUS ROMANIS ANTE IUSTINIANUM LATARUM,

QUAE EXTRA CONSTITUTIONUM CODICES SUPERSUNT.

ACCEDUNT

RES AB IMPERATORIBUS GESTAE, QUIBUS ROMANI IURIS HISTORIA ET IMPERII STATUS

ILLUSTRATUR.

EX MONUMENTIS ET SCRIPTORIBUS GRAECIS LATINISQUE COLLEGIT,
AD TEMPORIS RATIONEM DISPOSUIT, INDICIBUS, QUI CODICES QUOQUE COMPREHENDUNT,
CONSTITUTIONUM, RERUM, PERSONARUM, LOCORUM

INSTRUXIT

D. GUSTAVUS HAENEL,
LIPSIENSIS.

LIPSIAE,
J. C. HINRICHS, BIBLIOPOLA.
MDCCCLVII.

Constat inter iurisconsultos multas cuiusvis generis leges deesse in Codicibus, quibus imperatorum Romanorum constitutiones continentur, quippe quum ii, qui Codices illos conscripserunt, omissis legibus Hadriano vel potius edicti perpetui compositione antiquioribus, non omnium imperatorum leges et ne reliquorum quidem imperatorum omnes in unum contulerint. Feliciter tamen accidit, ut earum magna copia supersit. Permultae enim reperiuntur in scriptis, quatenus conservata sunt, iurisconsultorum Romanorum, veluti Gaii, Callistrati, Marciani, Modestini, inprimis autem Ulpiani, aliae apud alios scriptores et latinos et graecos, historiarum potissimum, ecclesiae christianae et conciliorum, aliae denique in monumentis antiquis sive aeneis sive lapideis, in quibus incisae sunt. Et in monumentis quidem conciliorumque libris verba legum ipsa conservata sunt, raro apud reliquos scriptores, qui pro verbis sententias legum referunt, etsi, quod ad iurisconsultos attinet, industrius ille Ulpianus, ut multitudine legum prolatarum, ita diligentia in retinendis et legum verbis, et personarum, ad quas pertinent, nominibus adhibita inter omnes praestat. Verum leges illae per multiplices diversae aetatis libros dispersae sunt, et magna demum temporis iactura cognitio earum comparatur; nam ei, qui vel unius imperatoris leges extra Constitutionum Codices conservatas scire vult, necesse est libros, ubi commemorantur, undique conquirere, tum conquisitos perlegere, denique vero ex iis quoscunque locos, qui conducant ad cognoscendas illas, excerpere. Crebro quidem nonnulli huius et superioris saeculi docti Pandectarum reliquorumque veteris iurisprudentiae librorum locos, ubi imperatorum leges nominantur, consignaverunt, aut legibus illis extra Constitutionum Codices dispersis usi sunt in vitis imperatorum, quibus scribendis operam dederunt. Utinam verba legum protulissent, non solum numeros, aut leges per annos distribuissent, quod quum raro tantum fecerunt, cognoscendarum illarum legum difficultas nullo modo sublata est, neque quid singuli quique imperatores, inprimis ante Hadrianum, sive constituendo, sive iudicando sive respondendo in iure profecerint, uno quasi oculorum obtutu conspicitur. Quae res quantum detrimenti praeter iacturam temporis non solum iuris Romani, sed etiam historiae Romanae et rerum antiquarum studiosis afferat, iam tunc intellexi, quum iuvenis, qui fuerint progressus, quae vicissitudines iuris imperatorum aetate, publice explicare et diffisus libris de historia iuris Romani scriptis ipsos fontes indagare coepi. Multas enim leges aut omnino non, aut non omnino cognitas esse intellexi, multas quoque falso commemorari. Quod quum perspexissem, iam tunc decrevi, dispersos illos locos, in quibus imperatorum leges commemorantur, ad verbum describere, descriptos autem in unum librum cogere et Corpus Legum, sive novum quendam Codicem struere, qui leges comprehenderet, quae in veteribus Constitutionum Codicibus desunt. Institui igitur libros, quibus indigebam, undique conquirere, quos perlegi et ex iis, quae in usum meum converti poterant, in chartas meas transcribere. Neque in vanum mihi cessit labor,

nam praeter exspectationem res brevi tempore crevit; sed tamen dilata est. Intervenerunt primum itinera, postea libri quos edidi. Tandem redii ad laborem intermissum. Remanserant enim libri aliqui perlegendi; praeterea locorum, quos collegeram, multitudo in ordinem redigenda erat. Sed etiamnunc diu munera, quibus fungebar, impedimento erant, quominus laborem taedii plenum, cui non poteram nisi subseciva tempora impendere, ad tempus absolverem, et nunc demum licet, imperatorum leges, quas olim decreveram conquirere, in unum librum collectas divulgare multis interiectis annis.

Dixi de origine libri; iam breviter exponendum est, quid ex legum ab imperatoribus latarum copia omiserim, quid in eum receperim et quo modo quae a me recepta sunt, disposuerim. Et primum quidem omissas esse omnes leges, quae insunt in Constitutionum Codicibus, Gregoriano igitur, Hermogeniano, Theodosiano, Iustinianeo et in Novellarum collectionibus[1]), ex iis apparet, quae de origine libri exposui. Etenim supplere, non repetere volui Constitutionum et Novellarum Codices. Praeterea reieci eas Iustiniani leges, quae extra Iustiniani Codicem et Novellas extant. Nam quamquam non inveniuntur in eius Codice, desunt etiam in Novellarum libro, tamen praeter duas de colonis Africae, quas in Utinensi codice inveni, diversis iuris Iustinianei editionibus subiunctae sunt et in communem iurisconsultorum notitiam pervenerunt. Unde hoc Corpus Legum Iustini I. imperatoris legibus, sive a. DXXVII. terminari manifestum est. Quod autem ad res a me receptas attinet, omnium locorum rationem habui, quibus ab eodem imperatore aliquid in iure constitutum sive innovatum esse traditur, etsi ter quaterve eiusdem rei mentio facta sit. Proposueram enim mihi, quicquid extra Constitutionum Codices inveniretur, in unum quasi conspectum contrahere; officii igitur mei erat, ut mea quidem est opinio, nihil omittere, quod ad iurisprudentiam imperatorum spectaret, praesertim quum nonnullis legibus, sive origine sive sententia dubiis, hac repetita earum commemoratione insignis quaedam auctoritas addatur et diversi illi de eadem re loci saepe inter se discrepent. Gravioris momenti duplex illa quaestio est, num recte receperim in hunc Codicem leges ad statum publicum imperii Romani spectantes et eas, quae legum centuriatarum, plebiscitorum et senatusconsultorum nomine circumferuntur. Vix enim nostrae aetatis iurisconsultorum interesse quis dicat leges scire, quae de sacris, de sacerdotibus et magistratibus, de ludis publicis et indulgentiis, de coloniis et provinciis, de immunitatibus civitatibus concessis, de imperatorum denique successione et similibus rebus agunt. Quod ita esse non omnino nego, neque vero aliter egerunt Codicum auctores, quos praeter privatum ius publicum quoque respexisse et hac ratione magnam utilitatem historiae Romanae rerumque antiquarum cultoribus, quorum non minus quam iurisconsultorum commodis inservire volui, attulisse inter doctos constat. Porro populi sive plebis scita et senatusconsulta contra nomen et formam eorum hac de causa recepi, quia iis non populi, sive senatus, quorum auctoritate dicuntur lata esse, sed imperatorum voluntas et iussus declaratur, quod in edictum perpetuum quoque cadit a Iuliano iurisconsulto ex magistratuum quidem edictis compositum, sed ab Hadriano imperatore vi legis munitum. Diutius haesitavi in deligendis legibus ecclesiasticis, quarum magna copia apud scriptores religionis christianae et in conciliorum collectionibus suppeditat; nam multae, praesertim si conciliorum occasione latae sunt, magna cum pompa verborum fuse lateque res definiunt, quae magis ad theologiam quam ad iurisprudentiam spectant, veluti de summa trinitate, et fide catholica; aliae videntur subditiciae esse. Quae quum ita essent, cavendum mihi erat, ne omnibus legibus, quotquot sunt, receptis, liber meus ultra fines propositos porrigeretur et fictae cum veris commiscerentur, aut nulla omnino ratione

1) Praeter paucas, in quibus aliorum imperatorum leges commemorantur, quae perierunt aut conducunt huic illi loco Corporis Legum supplendo illustrandove.

habita theologiae et historiae christianae incurrerem in offensionem eorum, qui nonnullos Constitutionum Codicum titulos iisdem rebus inscriptos esse recordantur. Tandem vero Theodosii et Iustiniani imperatorum, qui non solum delectum legum habuerunt, sed etiam de legibus in Codices suos recipiendis, quicquid inutile esset, sustulerunt exemplum imitatus, delectu habito non retinui, nisi leges, materia graviores, demtis, sicubi necessarium erat, partibus, quae mihi videbantur a materia huius libri alienae esse, prologis potissimum et epilogis. Sic enim sperabam fore, ut et iurisconsultorum et theologorum exspectationi responderem.

Demonstravi in superioribus consilium, quod in colligendis imperatorum legibus secutus sum, nunc paucis dicam de ordine, in quem digestae sunt et de indicibus libro additis. Iam quod ad ordinem attinet, constitutiones in titulis Codicum secundum annorum seriem positas esse constat. Similiter igitur temporis ratione habita primo loco Augusti leges posui, secundo Tiberii et reliquorum deinceps imperatorum, eodem, quo sibi successerunt ordine, deinde singulas cuiusque imperatoris per annos et consules, quantum fieri poterat, digessi, denique vero eas, quas quo anno scriptae sive editae sint, ignoramus, incertorum annorum legum titulo comprehendi. Indices autem hac de causa legibus subiunxi, quia sine illis me, quod agere mihi proposueram, non assecuturum esse intelligebam. Neque enim supplere tantum studui Constitutionum Codices, sed etiam leges, quas habent, brevi in conspectu ponere et demonstrare, quid utilitatis ex iis capiatur. Iam vero omnium constitutionum et Novellarum legum, quae in Codicibus et aliis iuris Romani libris insunt, indicis, observato non solum annorum ordine, sed etiam retentis diebus et mensibus, tum locis, ubi leges datae et magistratibus, quibus inscriptae sunt, conscribendi negotium nemo adhuc suscepit[2]), quamquam confecto demum eo, quicquid imperatorum quisque in iure profecerit, perspicitur, modo leges, quas supplendi causa collegi, cum legibus in indice consignatis conferantur. Similiter desideratur index rerum, qui imperatorum leges omnes complectatur. Indices enim illi, quos Gothofredus Codici Theodosiano et Schultingius Codicibus Gregoriano atque Hermogeniano addiderunt, perbreves sunt et intactas relinquunt Novellas post Theodosianum Codicem promulgatas reliquasque leges extra Iustiniani Codicem et Novellas conservatas[3]). Quantum denique reliqui quos addidi, personarum et locorum indices conducant illustrandae historiae imperii Romani, iam Tillemontus, Gothofredo duce, docuit, qui quum personis, quibus leges inscriptae sunt, tum subscriptionibus, quae dicuntur, legum feliciter usus est ad quaestiones de rebus et bellis ab imperatoribus, antequam castra cum palatii deliciis et inertia commutaverant, gestis apte et diludice dirimendas. Nam, ut mittam locorum sive civitatum nomina, quae praeterquam in constitutionibus, raro aut nusquam commemorantur, imperatores eo,

---

2) Quibus diebus constitutiones Iustiniani, quae insunt in Codice eius, datae sint, diligenter quidem demonstravit A. A. de Buchholtz in dissertatione: „Iustinian's Verordnungen in dessen Constitutionen-Codex, chronologisch geordnet." Cf. K. et W. Sell, Jahrbücher für historische und dogmatische Bearbeitung des römischen Rechts, II. T. Braunschweig 1843. 8. p. 97—147. Sed tamen omisit vir doctus enumerare leges cum earum inscriptionibus et subscriptionibus, non sine rei, quam sibi proposuerat exponere, detrimento, neque enim membra dispiciuntur, in quae leges olim amplae et verbosae discerptae sunt, quare diversis diebus complures leges attribuuntur, quae die inter se fere non discrepant, magistratui eiusdem nominis et dignitatis inscriptae sunt, congruunt etiam materia, de qua agunt, verisimiliter igitur partes eiusdem, sed dissectae legis sunt, veluti c. 13—15 C. de Usufr. 3, 33, quae secundum Buchholtzium XVIII., XV., X. Kal. Oct. Lampadio et Oreste Coss. (530) datae sunt. Praeterea non perspicitur, quibus potissimum diebus leges Iustiniani in Codicem eius receptae singulis quibusque annis datae sint. Dies enim illi sunt: **528** Kal. Iun., Kal. Iul., III. Id. Dec.; **529** XII. Kal. Febr., Kal. April., VIII. Id. April., XV. Kal. Oct., III. Kal. Nov.; **530** XV. Kal. April., VI. Kal. April., Kal. Aug., Kal. Sept., Kal. Oct., Kal. Nov., XV. Kal. Dec.; **531** X. Kal. Mart., prid. Kal. Mai., III. Kal. Aug., Kal. Sept., XV. Kal. Nov., Kal. Nov.; **532** XV. Kal. Nov.; **533** XV. Kal. Dec. Quae quum ita sint, de numero constitutionum Iustiniani, quem magnum esse ferunt, multum deminuitur. Simul autem patet, multas leges, quarum sententia dubia est sive obscura, recte explicari posse, modo inter se coniungantur et in pristinam formam redigantur. Ceterum non inutile erit hoc loco dicere, in libris manuscriptis menses similibus mensibus saepe confundi, veluti Ian. et Iun., Iun. et Iul., Mart. et Mai.

3) Verum quum Daoyz, quod ad Iustiniani libros attinet, conficiendo indici operam dederit, non opus erat, Codicis et Novellarum Iustiniani res hic repetere. Cf. „Index Et Summa Omnium, Quae Continentur In Textu, Et Glossa (ita enim habet exemplar meum) Iuris Civilis. Authore *Stephano Daoyz* Pampilonensi." (Tom. VI. edit. Corporis Iuris Civilis Lugduni 1612 et 1618. fol.)

quo essent loco, leges dedisse aut comprobasse notum est, quod quum additis consulibus, mensibus et diebus fecerint, quo tempore in illo loco fuerint, ubi hoc fecerint, cognoscitur. Quas ob causas quatuor indices conscripsi: constitutionum, rerum, personarum et locorum.

Sed haec hactenus. Vereor enim, ne paulo copiosior fuerim in exponendis partibus Corporis Legum: quapropter in alium diem differam, quae in animo habebam dicere de compluribus incertae aetatis legibus et de diligentia nonnullorum imperatorum in ius constituendum dicendumque impensa, veluti Diocletiani et Maximiani, quorum tot superesse leges constat, ut, quod in Modestino obmutuisse iurisconsultorum oracula scribunt, cum iurisconsultorum scriptis quidem quadret, neque vero cum responsis, rescriptis reliquisque legibus ab imperatoribus illis et vel a Constantino M. iurisconsultorum ope et auxilio datis.

Verum quanta cura nunc ipsum commovear, quum liber in eo est, ut divulgetur, tacere non possum. Tantum enim abest, ut me opus omnibus numeris et partibus absolutum confecisse confidam, ut saepe a me erratum esse arbitrer. Neque dubito, quin sint qui me de eo reprehendant, quod non critica ratione tractaverim locos a me prolatos; erunt etiam qui hanc illam legem a me omissam esse aut omittendam [4]) fuisse contendant; erunt denique, qui mecum dissentiant de tempore[5]) et loco[6]), quo posita sit. Quibus viris quod respondeam non habeo, nisi quod non in animo mihi erat critici personam suscipere, sed ex optimis librorum, quibus usus sum, editionibus dispersas leges in unum locum colligere. Praeterea labor componendi libri molestus erat et magnis difficultatibus implicitus, praesertim quum innumerabiles schedae, in quas locos ex scriptoribus decerptos transcripseram, secundum imperatorum et annorum seriem digerendae essent, propter multitudinem igitur chartarum quod mutandum esset, facile me fugeret et ne in plagulis quidem a typotheta ad corrigendum traditis errores ubique a me tolli possent. Sero enim erat[7]). Quare eos, quibus non omnino satisfecerim, ut aeque et benevole de me iudicent, oro rogoque; omnium enim rerum principia procedente demum tempore ad perfectionem ducuntur.

Haec erant fere, quae praefanda esse viderentur. Restat, ut viris in edendo libro de me optime meritis debitas, quas habeo, gratias agam, inprimis **Cramero**, qui in corrigendis plagulis insignem adhibuit diligentiam ac fidem, et **Gersdorfio**, clarissimo bibliothecae Paulinae praefecto, cuius studium in suppeditandis mihi libris, quibus indigebam, nunquam defuit. Maximas etiam debeo bibliopolae, **Rostio**, viro honestissimo, nam sumtibus non pepercit, ut liber et typorum elegantia et chartae nitore excelleret.

Scribebam Lipsiae Kal. Mart. a. p. C. n. MDCCCLVII.

GUSTAVUS HAENEL.

---

4) Aut graecorum locorum interpretationem latinam, quam retinui, librorum, quos adhibui, editores et vel Iustinianum, qui hanc illam legem graece scriptam latine interpretatus est, imitatus.

5) Inter alias de anno legis Iuliae de Adulteriis, quam aut a. 736 aut post a. 737 latam esse puto.

6) Incertis annis et legibus apposui signum *.

7) Quae res mihi ad vicesimam usque plagulam impedimento erat in illis locis, qui de eadem re a duobus vel pluribus imperatoribus aliquid constitutum esse referunt, quum posteriorum plagularum, quae nondum de prelo exemtae erant, paginam indicare nequirem, ubi horum imperatorum alter in alterius legibus commemoratur, bis autem sive ter quaterve eiusmodi locos repetere non liceret, propter fines libro constitutos, cui rei ita mederi studui, ut, ubi tempore posterioris imperatoris prima constitutio incipit, priores imperatores, in quorum legibus illius mentio facta erat, quatenus a me fieri poterat, adnotarem et praeterea imperatorum nomina in indice personarum consignarem.

ENUMERATIO LIBRORUM AD COMPONENDUM CORPUS LEGUM ADHIBITORUM.

OMISSI SUNT COMPLURES LIBRI, QUI SEMEL AUT BIS TANTUM USUI ERANT AD EXSCRIBENDOS LOCOS.

Agennius Urbicus de Controversiis agrorum, cf. Gromatici Veteres p. 59.

S. **Ambrosii** Mediolanensis Episcopi Opera. Venetiis 1781. T. I — VIII. 4.

Anastasii bibliothecarii Historia Ecclesiastica. Parisiis 1649. fol.

Appendix Codicis Theodosiani op. I. Sirmondi. Parisiis 1631. 8.

Appiani Romanar. Historiar. quae supersunt ed. Ioa. Schweighaeuser. Lipsiae 1785—1786. T. II. 8.

Aristides. Ex rec. Guil. Dindorfii. T. I. Lipsiae 1829. 8.

S. **Augustini** Opera. T. I—XII. Antverpiae 1700 sq.

Balbi ad Celsum Expositio, cf. Gromatici Veteres p. 91.

C. **Baronii** Annales ecclesiastici . . . cum subiuncta Ant. Pagi Critica. T. I—VII. Antverpiae 1593—1598. fol.

Bedae breve Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, p. 463.

Berichte der Königl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften. Histor. Phil. Cl. Leipzig 1849—1853. 8.

Marciani **Capellae** Satyricon. Ex Officina Plantiniana 1599. 8. Cf. *Marcianus Capella.*

M. Aurelius **Cassiodorus**, cf. *Roncallius* P. II, p. 161.

Catalogus Imperatorum Romanorum, item Imperia Caesarum, cf. *Roncallius* P. II, p. 241.

Georgius **Cedrenus** ... ab Imman. Bekkero suppletus et emendatus. Tom. I. Bonnae 1838. 8.

Censorinus de Die Natali ad Q. Caerellium ex rec. Havercampii. Lugduni Bat. 1743. 8.

Chronicon Alexandrinum, cf. *Roncallius* P. I, p. 704.

Chronicon Breve, cf. *Roncallius* P. II, p. 257.

Chronicon Paschale ad exempl. Vaticanum rec. Lud. Dindorfius. Vol. I. Bonnae 1832. 8.

Clemens Alexandrinus, ed. Sylburg. Coloniae 1688. fol.

H. F. **Clinton**, Fasti Hellenici. Vol. III. Oxford 1830. 4. cf. *Fasti Romani.*

Codicis **Gregoriani** et Codicis **Hermogeniani** Fragmenta ad XXXVI Librorum Mss. Et Priorum Editionum Fidem Recognovit Et Annotatione Critica Instruxit Gustavus Haenel. Ed. II. Bonnae 1837. 4.

Codicis **Iustiniani** Libri XII c. et st. Aem. Herrmanni. Lipsiae 1843 et saep. fol. min.

Codex **Theodosianus** ad LIV Librorum Mss. Et Priorum Editionum Fidem Recognovit Et Annotatione Critica Instruxit Gust. Haenel. Bonnae 1842. 4.

Geo. **Codini** Excerpta de Antiquitatibus Constantinopolitanis ex rec. Imman. Bekkeri. Bonnae 1843. 8.

Coloniae, cf. Gromatici Veteres p. 209 sqq.

Consultatio veteris Iurisconsulti cur. Eduardi Puggé, cf. Corpus Iuris Romani Anteiust. Fasc. I. p. 389 sqq.

Corpus Inscriptionum Graecarum ... ex materia collecta ab A. Boeckhio ... ed. Ioa. Franzius. Vol. I—III. Berolini 1828—1853. fol. Vol. IV. Fasc. I. ed. Ern. Curtius. Berolini 1856. fol.

Corpus iuris civilis recognoverunt D. Albertus et D. Mauritius fratres Kriegelii. Lipsiae 1843. 4.

Corpus Iuris Romani Anteiustiniani Fasc. I. Bonnae 1835. 4.

Cuspiniani Anonymi Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, p. 105.

Dexippi, Eunapii, Petri Patricii, Prisci, Malchi, Menandri Historiarum Quae Supersunt ex rec. Imman. Bekkeri et B. G. Niebuhrii ... Accedunt Eclogae Photii ex Olympiodoro, Candido, Nonnoso et Theophane et Procopii Sophistae Panegyricus ... Prisciani Panegyricus. Bonnae 1829. 8.

Digesta, cf. Corpus iuris civilis.

Dionis Cassii Cocceiani Historiarum quae supersunt Vol. III, IV. (quod complect. Joannis Xiphilini Excerpta) et IX. ed. Frid. Guil. Sturz. Lipsiae 1824 et 1843. 8.

In Diploma militare imp. Gordiani Pii ... Car. Baudi a Vesme. Taurini 1849. 4.

Dosithei Magistri Interpretamentorum Liber Tertius ... nunc primum integrum ed. Böcking. Bonnae 1832. 8.

Ecclesiasticae Historiae Eusebii Pamphili Libri novem Rufino Aquileiensi interprete ... st. F. P. Th. Cacciari. Romae (1740.) 4.

Epistolae Romanorum Pontificum etc. st. et lab. Petri Coustant. T. I. Parisiis 1721. fol.

Euagrius, cf. *Theodoritus.*

Eumenii pro instaurandis scholis oratio, cf. Panegyrici Veteres p. 173 sqq.; Panegyricus Constantio Caesari recepta Britannia dictus, cf. Panegyrici Veteres p. 237 sqq.; Panegyricus Constantino Aug. dictus, cf. Panegyrici Veteres p. 346; Gratiarum actio Constantino Augusto Flaviensium nomine dicta, cf. l. c. p. 415.

Eunapius Sardianus, cf. *Dexippus.*

Eusebii Chronicon, cf. *Roncallius* P. I, p. 1.

Eusebii Pamphili Chronicorum Canonum Libri Duo. Opus Ex Haicano Codice ... Angelus Maius Et Iohannes Zohrabus ... Ediderunt. Mediolani 1818. 4.

Eusebii Pamphili Ecclesiasticae Historiae Libri Decem. Eiusdem de vita Constantini Libri IV. Ed. Ern. Zimmermann. Francofurti ad M. 1822. 8.

Eutropii Breviarium Historiae Romanae ed. C. Zell. Stuttgard. 1829. 8.

Fasti Consulares, cf. *Roncallius* P. II, p. 469.

H. F. Clinton, Fasti Romani. Vol. I. Oxford. 1845. 4.

S. Rufi **Festi** Breviarium Rerum Gestarum Populi Romani, cf. Historiae Romanae Epitomae p. 263 sq.

E. W. **Fischer**, Römische Zeittafeln. Altona 1846. 4.

Siculus **Flaccus** de conditionibus agrorum, cf. Gromatici Veteres p. 134.

L. A. **Florus** de Rebus Romanis cur. Ioa. Freinsheimio. Argentorati 1655. 8.

Fragmentum Veteris Iuris Consulti de Iure Fisci, cf. Gaius.

Frontinus de Agrorum qualitate cum commento, de Controversiis cum commento, Lib. II de Limitibus, de Controversiis agrorum, cf. Gromatici Veteres p. 1, 9, 26, 34.

S. Iulii **Frontini** de Aquaeductibus Urbis Romae Commentarius opera Ioa. Poleni. Patavii 1722. 4.

Gaii Institutionum Commentarii Quattuor ... Fragmentum Vet. Ict. de Iure Fisci ... rec. Carolus Lachmannus. Berolini 1842. 8.

Gelasii Cyziceni Comm. Actorum Concilii Nicaeni Libr. III gr. et lat. apud Mansium T. II, p. 759—964.

A. **Gellii** Noctium Atticarum Libri XX. Ed. I. L. Conradi. Lipsiae 1762 sq. 8.

Funfzehn Römische Urkunden auf Erz und Stein, herausgegeben von C. W. Göttling. Halle 1845. 4.

Gromatici Veteres ex recens. Carol. Lachmanni. Berolini 1848. 8.

I. **Gruteri** Inscriptiones Antiquae cur. Graevii. Amstelodami 1707. T. I, II. fol.

Hadriani Sententiae et Epistolae, cf. *Dositheus* p. 1 sqq.

Antiquitatis Romanae Monumenta Legalia extra libros iuris Romani sparsa ... Chr. Gottl. Haubold. Berolini 1830. 8.

Tabula Alimentaria Baebianorum. Illustr. Guil. Henzen. Romae 1845. 8. (Altera editione in Henzen. Inscript. non poteram uti, sero erat.)

Inscriptionum Latinarum Amplissima Collectio Ad Illustrandam Romanae Antiquitatis Disciplinam Accommodata. Vol. III. Collectionis Orellianae Supplementa Emendationesque Exhibens ed. Guil. Henzen. Turici 1856. 8. Cf. *Orelli.*

Herodiani Historiarum Libri Octo ... ed. Guil. Lange. Halae 1824. 8.

S. Eusebii **Hieronymi** Stridonensis Presbyteri Operum Tom. VIII. Pars prima. Studio ac labore Vallarsii. Venetiis 1769. 4.

Hieronymi Chronicon, cf. *Roncallius* P. I, p. 495.

Historiae Augustae Scriptores sex: Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Flavius Vopiscus. Lips. 1774. 8.

Historiae Romanae Epitomae ... Amstelodami 1647. 16.

Q. **Horatius** Flaccus ex rec. et cum notis atque emend. Rich. Bentleii. Lipsiae 1764. 8.

Hyginus, cf. Gromatici Veteres p. 108, 113, 123, 166.

Idatii Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, p. 3.

Descriptio Consulum **Idatio** adscripta, cf. *Roncallius* P. II, p. 55.

Incerti Auctoris breves enarrationes chronographicae, cf. *Codinus* p. 166—193.

Incerti Auctoris Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, p. 139.

Incerti Panegyricus Constantino Augusto dictus, cf. Panegyrici Veteres p. 462 sqq.

Incerti Panegyricus Maximiano et Constantino dictus, cf. Panegyrici Veteres p. 307.

Ioannis, Abbatis Bicl. Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, p. 381.

Ioelis Chronographia Compendiaria. Rec. Imman. Bekkerus. Bonnae 1836. 8.

Iornandes de Regnor. Success., cf. Historiae Romanae Epit. p. 439.

Fl. **Iosephi** Iudaei Opera omnia. Textum ed. Car. Ern. Richter. Lipsiae 1826—1827. Vol. I—VI. 8.

S. **Isidori** Hispalensis Opera. Rec. Faust. Arevalo. Romae 1797 sqq. 4.

Isidori Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, p. 419.

Iuliani Imperatoris, quae feruntur Epistolae etc. Graece et Latine ... illustravit L. H. Heyler. Moguntiae 1828. 8.

Iuliani Imperatoris Opera rec. E. Spanhemius. Lipsiae 1696. fol.

Imperatoris **Iustiniani** Institutionum Libri IV ... rec. Ed. Schrader. Berolini 1832. 4.

Conciliorum Galliae, tam editorum quam ineditorum Collectio, temporum ordine digesta, ab anno Christi CLXXVII. usque ad annum MDLXIII. Opera et studio Monachorum congregationis S. Mauri. Parisiis 1789. Tom. I. fol. ed. Labat.

L. C. **Lactantii** Firmiani Opera omnia, quae exstant. Biponti 1786. 8. et c. O. F. Fritzsche. Lipsiae 1842. 8.

Tavola Alimentaria Velejate, detta Traiana, restituita alla sua vera lezione da Pietro de Lama. Parma 1819. 4. Editionem, quam clar. Desjardins curavit Parisiis 1854, non poteram adhibere. Sero erat.

Lampridius, cf. Historiae Augustae Scriptores.

Leonis Grammatici Chronographia ex rec. Imman. Bekkeri. Bonnae 1842. 8.

Appendix ad S. **Leonis** Magni Opera cur. Petro et Hieronymo fratribus Ballerinis. Tom. III. Venetiis 1757. fol. min.

Lex Dei sive Mosaicarum et Romanarum Legum Collatio. Ed. et notis ... illustr. Frid. Blume. Bonnae 1833. 8.

Libanii Sophistae Orationes et Declamationes ... illustr. I. I. Reiske. Vol. prim. Altenburgi 1791. 8.

Liber Coloniarum I., cf. Gromatici Veteres p. 209 sq.

Epitomae Librorum Deperditorum **Livii**, ed. Baumgarten-Crusius, Lipsiae 1826 in Tom. III. T. Livii Pat., p. 467—505.

Ioannis **Laurentii Lydi** Philadelpheni de Magistratibus Reipublicae Romanae Libri Tres. Edit. a I. D. Fuss. Praefat. est C. B. Hase. Parisiis 1812. 4. et ex rec. Bekkeri. Bonn. 1837. 8.

Macrobii Opera. Biponti 1788. II Vol. 8.

Ioannis **Malalae** Chronographia ex rec. Ludov. Dindorfii. Bonnae 1831. 8.

Cl. **Mamertini** pro consulatu Gratiarum actio Iuliano Augusto dicta, cf. Panegyrici Veteres p. 653. Eiusdem panegyricus Maximiano Herculeo dictus, cf. Panegyrici Veteres p. 1 sqq. Eiusdem panegyricus genethliacus, cf. Panegyrici Veteres p. 77 sqq.

Constantini **Manassis** Breviarium Historiae Metricum. Rec. Imman. Bekkerus. Bonnae 1837. 8.

Sacrorum Conciliorum Nova Et Amplissima Collectio ... ed. Ioa. Dominic. Mansi. T. I—V. Florentiae 1759. fol.

Ammiani Marcellini Quae Supersunt. Ed. J. A. Wagner, ed. absolvit C. G. A. Erfurdt. Lipsiae 1808. T. I—III. 8.

Marcellini Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, p. 265.

Marciani Minei Felicis Capellae Afri Carthaginensis De Nuptiis Philologiae et Mercurii Libri Novem. Basileae (1577.) fol. et U. Fr. Kopp. Francofurti 1836. 4.

Marii episcopi Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, pag. 399.

Martialis Epigrammata ed. F. G. Schneidewin. Vol. I. et II. Grimmae 1842. 8.

Michaelis Glycae Annales. Recognovit Imman. Bekkerus. Bonnae 1836. 8.

L. A. **Muratorii** Novus Thesaurus Veterum Inscriptionum. Mediolani 1739—42. IV Voll. fol.

Nazarii panegyricus Constantino A. dictus, cf. Panegyrici Veteres p. 543.

Nicephori Callisti filii Xanthopuli Ecclesiasticae Historiae libri XVIII. Adiecta est Latina interpretatio Ioannis Langi, a R. P. Frontone Ducaeo recognita. Lutetiae Parisiorum 1630. II Tom. fol.

Nicephori Gregorae Byzantina Historia gr. et lat. cura Lud. Schopeni. Bonnae 1829, 1830. T. I, II. 8. Cf. Syncellus.

Novellae **Iustiniani** . . . st. Ed. Osenbrüggen, cf. Corpus iuris civilis.

Novellae Constitutiones Imperatorum Theodosii II., Valentiniani III., Maximi, Maioriani, Martiani, Severi, Anthemii ad XLII Libror. Mss. et Priorum Editionum Fidem Recogn. et Critica Annotatione Instruxit Gustavus Haenel. Bonnae 1844. 4.

S. **Optati** Afri, Milevitani episcopi, de schismate Donatistarum libri VII. Opera et studio M. Lud. Ul. Du Pin. Antverpiae 1702. fol.

I. Casp. **Orelli**, Inscriptionum Latinarum Selectarum Amplissima Collectio. Vol. I et II. Turici 1828. 8. Vol. III. ed. Guil. Henzen. Turici 1856. 8. qui liber excusa demum plagula XXIX. in manus meas pervenit.

Oribasius ... Oeuvres d'Oribase ... par Bussemaker et Daremberg. Paris. 1851—54. 8. mai.

Pauli **Orosii** Historiarum Libri septem rec. Sigebert Havercampus. Lugduni Batav. 1767. 4.

P. **Ovidii** Nasonis Opera Omnia. Edit. cur. etc. Baumgarten-Crusius. Lipsiae 1824. 8.

Latini **Pacati** Panegyricus Theodosio A. dictus, cf. Panegyrici Veteres.

Panegyrici Veteres c. not. et animadv. virorum clar. Suas add. Henricus Ioann. Arntzenius. Traiecti ad Rh. 1790 sq. 4.

Pauli, Ic. Sententiarum Libri V rec. Lud. Arndts. Bonnae 1833. 8.

Pausaniae Achaica ed. Schubart et Walz. Lipsiae 1838. 8.

Petrus Patricius, cf. *Dexippus.*

Phaedri Fabulae Aesopiae ad fidem codicum . . . rec. . . . Chr. Tim. Dressler. Budissae 1838. 8.

Philonis Iudaei Opera ... Notis et Observationibus illustr. Thomas Mangey. Vol. II. 1742. fol.

Philostorgius, cf. *Theodoritus.*

Philostratorum quae supersunt, omnia ed. G. Olearius. Lipsiae 1709. fol.

C. **Plinii** Secundi Historiae Naturalis Libri XXXVII ex rec. Harduini. Biponti 1783—1784. Vol. I—V. 8.

C. **Plinii Caecilii** Secundi Epistolarum Libri Decem Et Panegyricus. Ed. E. Gros. Lipsiae 1838. 8.

Plutarchi Chaeronensis Quae Supersunt Omnia. Graece et Latine ... annot. instr. Io. Iac. Reiske. Lipsiae 1774—1782. 8.

Pomponii **Melae** de Situ orbis libri III. ex rec. Is. Vossii atque Gronovii. Norimbergae 1803. 12.

Prisciani Caesariensis Grammatici Opera ... Rec. ... Aug. Krehl. Lipsiae 1819—1820. II Ti. 8.

Prisciani Grammatici de Laude imperatoris Anastasii et de ponderibus et mensuris carmina ed. S. L. Endlicher. Vindobonae 1828. 8. Cf. *Dexippus.*

Procopii Opera. T. I, II. int. Maltreto. Parisiis 1662, 1663. fol.

Procopii Caesariensis Anecdota s. Arcana rec. I. C. Orellius. Lipsiae 1827. 8.

Procopii Oratoris urbis Gazae Panegyricus in imperatorem Anastasium, cf. *Dexippus.*

Prosperi Aquitanici Chronicon, cf. *Roncallius* P. I, p. 520.

M. F. **Quinctiliani** Opera. Vol. I—IV. Biponti 1784. 8.

Renier, Leon, Inscriptions Romaines de l'Algérie. T. I. Livr. I. Parisiis 1855. 4. mai.

Vetustiora Latinorum Scriptorum Chronica. Ad Mss. Codices Emendata, Et Cum Castigatioribus Editionibus Collata Notisque Illustrata, In Unum Corpus Collecta, Praemisso Eusebii Chronico A D. Hieronymo E Graeco Verso Et Multis Aucto: Collegit D. Thomas Roncallius. M. Cas. Patavii 1787. 4. Duae Partes.

Insunt in Parte I.:

1) Eusebii Caes. Chronicon S. Hieronymo interpr. p. 1—494.
2) S. Hieronymi Presbyteri Chronicon p. 495—519.
3) Tironis Prosperi Aquitani Chronicon p. 520—677.
4) „ „ „ „ ex Ms. Augustano p. 678—703.
5) Tironis Prosperi Aquitani Chronicon ex Codice Ms. Vaticano Alexandrino No. 2077. p. 704—719.
6) Tironis Prosperi Aquitani Chronicon Auctuarium ex eod. Cod. Ms. p. 721—736.
7) Tironis Prosperi Aquitani Chronicon a morte Valentis Imp. ad captam a Genserico urbem, p. 737—759.

In Parte II.:

8) Idatii Episcopi Chronicon p. 3—54.
9) Descriptio Consulum Idatio Episcopo adscripta p. 55—104.
10) Cuspiniani Anonymi Chronicon p. 105—138.
11) Incerti Auctoris Chronicon p. 139—160.
12) M. Aurelii Cassiodori Chronicon p. 161—239.
13) Catalogus Imperatorum Romanorum, item imperia Caesarum p. 241—256.
14) Chronicon Breve ex duobus Codicibus Mss. p. 257—264.
15) Marcellini Comitis V. C. Chronicon p. 265—336.
16) Victoris Tunnensis Episcopi Chronicon p. 337—380.
17) Ioannis, Abbatis Biclariensis Chronicon p. 381—398.
18) Marii, Aventicensis Episcopi Chronicon p. 399—418.
19) D. Isidori, Archiepiscopi Hispalensis Chronicon p. 419—462.
20) Venerabilis Bedae Breve Chronicon p. 463—468.
21) Fasti Consulares p. 469—604.

Samuelis Praesbyteri Aniensis Temporum Usque Ad Suam Aetatem Ratio. Opus ex Haicanis Quinque Codicibus Iohannes Zohrabus Et Angelus Maius ... Ediderunt. Mediolani 1818. 4.

L. Annaei **Senecae** Opera rec. Car. Rud. Fickert. Vol. II. Lipsiae 1843. 8.

Socratis Scholastici et Hermiae **Sozomeni** Historia ecclesiastica. Henr. Valesius Graecum textum collatis Mss. codicibus emendavit, Latine vertit etc. Hanc editionem ... locupletavit G. Reading. Cantabrigiae 1720. fol. (in Eusebii ed. T. II.)

Iuris Romani Tabulae Negotiorum Solennium ... superstites. Collegit ... Ern. Spangenberg. Lipsiae 1822. 8.

Spartianus, cf. Historiae Augustae Scriptores.

Die Stadtrechte der Latinischen Gemeinden *Salpensa* und *Malaca* in der Provinz Baetica von Theod. Mommsen (cum Appendice). Leipzig 1855. 4. (Appendice Mommsenii non poteram uti neque Henzenii ed. in Inscr. p. 524 et 525 interposita.)

C. **Suetonii** Tranquilli Opera et in illa commentarius Samuelis Pitisci. Leovardiae 1714 et 1715. II Ti. 4.

Suidae Lexicon, Graece et Latine ... Rec. G. Bernhardy. Halis et Brunsvigae 1843—1853. 4.

Sulpicii Severi Opera ... st. et lab. Hieronymi de Prato Veronensis. T. II. Veronae 1754. 4.

Q. Aurelii **Symmachi** Epistolarum ad diversos Libri X. Ex rec. I. P. Parei. Neapoli Nemetum 1617. 8.

Georgius **Syncellus** et **Nicephorus** CP. ex rec. Guil. Dindorfii. Bonnae 1829. 8.

Synesii Episcopi Cyren. Opera. Lutetiae 1612. fol.

C. Cornelii **Taciti** Opera ex rec. I. A. Ernesti denuo curavit I. I. Oberlinus. Lipsiae 1801. II Ti. 8.

Quinti Septimi Florentis **Tertulliani** Apologeticum ... ed. Franc. Oehler. Halae Saxonum 1849. 8.

Quinti Septimi Florentis **Tertulliani** Quae Supersunt Opera ed. Franciscus Oehler. T. I. Lipsiae 1853. 8. (et Antverpiae 1584. fol.)

Theodoreti Historia Ecclesiastica (Tom. III.) ed. Schulze. Halae 1774. 8.

Theodoriti Episcopi Cyri et **Euagrii** Scholastici Historia Ecclesiastica. Item excerpta ex Historiis **Philostorgii** et **Theodori** Lectoris. Henricus **Valesius** Graeca ex Mss. Codicibus Emendavit, Latine Vertit etc. Hanc editionem ... locupletavit Gulielmus Reading. Cantabrigiae 1720. fol. (in Eusebii T. III.)

Theodorus Lector, cf. *Theodoritus*.

Theophanis Chronographia ex rec. Ioannis Classeni. Vol. I. Bonnae 1839. 8.

Theophili Antecessoris Paraphrasis Graeca Institutionum Caesarearum ed. G. Otto Reitz. Hagae Comitis 1751. II Ti. 4.

Trebellius Pollio, cf. Historiae Augustae Scriptores.

Dom. **Ulpiani** Fragmenta ... em. Ed. Boecking. Lipsiae 1855. 8.

Fragmenta **Vaticana** ... recogn. Aug. Bethmann-Hollweg. Bonnae 1833. 8.

Fl. **Vegetii** Renati, Com., de Re Militari libri V cura M. Nicol. Schwebelii. Norimbergae 1767. 4.

C. Velleii **Paterculi** Historiae Romanae Libri Duo ... Ed. Kreyssig. Misniae 1836. 8.

S. Aurelii **Victoris** Historia Romana ex rec. Ioa. Frid. Gruneri. Erlangae 1787. 8.

Victoris Tunnensis Chronicon, cf. *Roncallius* P. II, p. 337.

Flaccus **Vopiscus**, cf. Historiae Augustae Scriptores.

Vulcatius Gallicanus, cf. Historiae Augustae Scriptores.

Xiphilinus Ioa., cf. *Dio Cassius*.

Handbuch der Römischen Epigraphik von Carl Zell. Heidelberg 1850.

Ioannis **Zonarae** Annales ex rec. Maur. Pinderi. Tom. I. et II. Bonnae 1841—1844. 8. et rec. Car. du Fresne. Parisiis 1687. fol.

Zosimi Historiae Graece et Latine. Rec. I. Fr. Reitemeier c. animadv. C. G. Heynii. Lipsiae 1784. 8.

AUGUSTUS.

Conf. Tiberius, Claudius, Nero, Septimius Severus.

723. C. CAES. III. M. VALERIO MESSALA COSS.

Τοὺς ἐξελευθέρους δι' ὑποψίας ἔτι καὶ τότε ἔχων, τὴν τετάρτην αὐτοῖς ἐσφορὰν ἀφῆκεν, ἣν ἐκ τῶν προσταχθέντων σφίσι χρημάτων ἐπώφειλον. Libertis, quia adhuc eos suspectos habebat, quartam partem annui reditus, quam adhuc ex imperata sibi pecunia debebant, remisit. *Dio Cass.* 51, 3. — Si cui nullus omnino tutor sit, ei datur in … provinciis a praesidibus provinciarum ex lege Iulia et Titia. *Gai.* 1, 185. — Lege Iulia et Titia prospectum est, ut in provinciis quoque … a praesidibus earum dentur tutores. *Ulp.* 11, 18. — Si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur … in provinciis … a praesidibus provinciarum ex lege Iulia et Titia. *Pr. Inst. de Atiliano tut.* 1, 20. — *Ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις … γεγόνασι β' νόμοι, Ἰούλιος καὶ Τιτιανὸς, οἳ ἐκέλευσαν ἐν ἀπορίᾳ ἐπιτρόπου, κρίσει τοῦ ἄρχοντος τῆς ἐπαρχίας δίδοσθαι ἐπίτροπον, ὃς ἐξ αὐτῶν ὠνόμασται Ἰούλιος Τιτιανός.* Sed in provinciis … duae factae sunt leges, Iulia et Titiana, quae iubebant deficiente tutore, praesidis provinciae iudicio tutorem dari, qui ex illis dictus est Iulius Titianus. *Theophil. pr. Inst. de Atil. tut.* 1, 20. Cf. Gai. 1, 187, 195.

724. C. CAES. IV. M. LICINIO CRASSO COSS.

Καὶ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ τοῖς μὲν ἄλλοις χρήματα ἔδωκε, τοῖς δὲ διὰ παντὸς αὐτῷ συστρατεύσασι καὶ γῆν προσκατένειμε … τοῖς μὲν στρατιώταις τάς τε πόλεις καὶ τὰ χωρία αὐτῶν ἐχαρίσατο. Quorum Caesar aliis pecuniam dedit, aliis, qui omnibus secum bellis fuissent, agrum etiam addidit … militibusque urbes et agros eorum (qui Antonii rebus studuissent) donaverat. *Dio Cass.* 51, 4. — *Τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἑάλω, ἀγαθήν τε εἶναι, καὶ ἐς τὰ ἔπειτα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμήσεως αὐτῶν νομίζεσθαι. καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου καὶ ἔξω μέχρις ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν, ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων ἐξῆν, ἔκκλητόν τε δικάζειν, καὶ ψῆφόν τινα αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις ὥσπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι.* Diem quo capta fuit Alexandria, faustum esse censuerunt, ab eoque reliquis Alexandrinorum annis numerandis initium sumendum: ut Caesar per omnem vitam tribunitiam potestatem haberet, eisque, qui ipsum implorassent intra pomoerium ac extra, usque ad M. passus, auxilium ferre posset, quod nemini quidem tribuno plebis licebat, utque ad eum provocationes fierent, ac ipse omnibus iudiciis calculum suum, velut olim Minerva, absolventibus posset adiungere. *Dio Cass.* 51, 19. Cf. a. 731 et Tacit. Ann. 14, 49. — *Ἐκ δὲ τούτου τήν τε Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, καὶ τῷ Γάλλῳ τῷ Κορνηλίῳ ἐπέτρεψε. πρός τε γὰρ τὸ πολύανδρον καὶ τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας, καὶ πρὸς τὸ ῥᾴδιον τό τε κοῦφον τῶν τρόπων αὐτῶν, τήν τε σιτοπομπείαν καὶ τὰ χρήματα, οὐδενὶ βουλευτῇ οὐχ ὅπως ἐγχειρίσαι αὐτὴν ἐτόλμησεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐνεπιδημεῖν αὐτῇ ἐξουσίαν ἔδωκεν, ἂν μή τινι αὐτὸς ὀνομαστὶ συγχωρήσῃ. οὐ μέντοι οὐδ' ἐκείνοις βουλεύειν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐφῆκεν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις ὡς ἑκάστοις, τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσε· τοσαύτην που νεωτεροποιΐαν αὐτῶν κατέγνω. καὶ σφῶν οὕτω τότε ταχθέντων, τὰ μὲν ἄλλα καὶ νῦν ἰσχυρῶς φυλάσσεται, βουλεύουσι δὲ δὴ καὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ Σεουήρου αὐτοκράτορος ἀρξάμενοι, καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐπ' Ἀντωνίνου τοῦ υἱέος αὐτοῦ πρῶτον ἐς τὴν γερουσίαν ἐσγραφέντες.* Aegyptum autem postea fecit tributariam, eique Cornelium Gallum praefecit. Multitudo sane hominum, quum in urbibus, tum per agros, morum etiam mobilitas et levitas, tum frumenti ad urbem subvectio et pecuniae vis, efficiebant, ut non modo committere provinciam senatori nulli auderet, sed et peregre ibidem agendi potestatem, nisi ipse nominatim alicui dedisset, senatoribus adimeret. Sed nec ulli Aegyptiorum senatorem esse Romae permisit: et ceteris quidem urbibus suum cuique senatum concessit, apud Alexandrinos vero sine senatoribus rempublicam administrari iussit. Tanto scilicet studio rerum novarum eos credidit teneri. Quae quidem eo tempore constituta, quoad reliqua omnia hodieque constant: senatores autem Alexandriae sunt, et esse coeperunt sub Severo imperatore: Alexandrinique in senatum etiam Romanum adscripti sunt primum a filio huius Antonino. *Dio Cass.* 51, 17. Cf. Philo adv. Flacc. p. 527. — Tiberius acerrime increpuit, quod contra instituta Augusti, non sponte principis, Alexandriam introisset (Germanicus); nam Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus, aut equitibus Romanis illustribus, seposuit Aegyptum: ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terrae ac maris … insedisset. *Tacit. Ann.* 2, 59. — Aegyptum copiasque, quibus coërceretur, iam inde a D. Augusto equites Romani obtinent loco regum. Ita visum expedire, provinciam aditu difficilem, annonae foecundam, superstitione ac lascivia discordem ac mobilem, insciam legum, ignaram magistratuum, domi retinere. *Tacit. Hist.* 1, 11. — D. Augustus apud equestres, qui Aegypto praesiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent; mox alias per provincias et in urbe pleraque concessa sunt, quae olim a praetoribus noscebantur. *Tacit. Ann.* 12, 60. — Regionem Aegypti in provinciae formam redegit … Huius temporis ex Aegypto urbi annua ducenties millia frumenti inferebantur. *Aurel. Vict. Epit.* 1. — Aegyptum in provinciae formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonae urbicae redderet, fossas omnes, in quas Nilus exaestuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit. *Sueton. Aug.* 18. — *Ἡ Αἴγυπτος ἐπαρχία νῦν ἐστι, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. Ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν· ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος· ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι. παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα.* Aegyptus nunc provincia est, et tributa maxima pendit: ab hominibus modestis administratur, qui in eam mittuntur. Qui mittitur, regis loco est. Ei subest *δικαιοδότης*, i. e. iuri dicendo praefectus, qui iudicia exercendi pleraque potestatem habet. Tum alius, *ἴδιος λόγος*, nimirum qui peculiares rationes curat. Is in ea inquirit, quae sub alterius potestate non sunt, sed seorsim ad Caesarem recidunt. Hos comitantur Caesaris liberti et administratores, quibus maiora et minora negotia committuntur. *Strabo* 17, *p.* 797. — Aegyptum populi Romani adieci imperio. *Monum. Ancyr. tab.* 5, 24 ex restit. edit. — Aegyptus provinciae formam Octaviani Caesaris Augusti temporibus accepit. *Sext. Rufus Brev. p.* 269. — Aegyptus per Octavianum Augustum imperio Romano adiecta est praepositusque ei Cn. Cornelius Gallus. Hunc primum Aegyptus Romanum iudicem habuit. *Eutrop.* 7, 4. — Romano imperio adiecit Aegyptum. *Eutrop.* 7, 5. — *Ulpianus Lib.* XV. *ad Edictum.* Praefectus Aegypti non prius

deponit praefecturam et imperium, quod ad similitudinem proconsulis lege sub Augusto ei datum est, quam Alexandriam ingressus sit successor eius, licet in provinciam venerit; et ita mandatis eius continetur. *Tit. D. de Off. Praef. Aug.* 1, 17. — *Modestinus Lib. I. Pandectarum.* Apud Praefectum Aegypti possum servum manumittere ex constitutione D. Augusti. *L.* 21 *D. de Manum. vind.* 40, 2. — *Καὶ ἔδωκεν ἄρχειν αὐτῶν τῶν Αἰγυπτίων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐν πρώτοις ἄρχοντα ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ ἀνθρώπων ὀνόματι Κορνήλιον Γάλλον· ᾧτινι ἔδωκεν ἀξίαν αὐγουσταλίου τοῦ ἰδίου ὀνόματος σήμαντρον.* Civitati autem huic primus Praefectum ex suis dedit, nomine Cornelium Gallum, quem et Augustalis dignitate, nominis sui insigni, cohonestavit. *Malalae Chron.* 9, *p.* 224. — *Καὶ χωρὶς οἱ λοιποὶ πάντες, ὅσοι μηδὲν ἴδιον ἔγκλημα λαβεῖν ἐδύναντο, τὰ δύο μέρη τῶν οὐσιῶν ᾐτήθησαν. καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν πάντες μὲν οἱ στρατιῶται τὰ ἐποφειλόμενα σφίσιν ἐκομίσαντο, οἱ δὲ δὴ καὶ τότε τῷ Καίσαρι συγγενόμενοι, πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς, ὥστε μὴ διαπράσαι τὴν πόλιν, προσεπέλαβον. τοῖς τε προδανείσασί τι, πάντα ἀπηλλάγη, καὶ τοῖς συμμετασχοῦσι τοῦ πολέμου καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, πάμπολλα ἐδόθη.* Ac reliquis seorsum omnibus, quibus crimen nullum obiici poterat, sextans bonorum imperabatur: inde omnibus militibus stipendia debita numerata sunt: qui vero tum quoque cum Caesare erant, ducenos quingenos singuli denarios acceperunt insuper, ne urbem diriperent. Omnibus etiam mutuum, quod ante dedissent, exsolutum est: multa senatoribus et equitibus, qui in belli societate fuerant, dona data sunt. *Dio Cass.* 51, 17.

725. C. CAES. V. S. APPULEIO COSS.

Patriciorum numerum auxi consul quintum iussu populi et senatus. *Monum. Ancyr. tab.* 2, 1. — In colonis militum meorum consul quintum ex manibiis viritim millia nummum singula dedi: acceperunt id triumphale congiarium in colonis hominum circiter centum et viginti millia. *Monum. Ancyr. tab.* 3, 17—19.— *Τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο.* Imperatoris nomen accepit. *Dio Cass.* 52, 41. — *Censores creari desitos longo intervallo creavit. *Sueton. Aug.* 37.

726. C. CAES. VI. M. AGRIPPA II. COSS.

**Προσαπεῖπε πᾶσι τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτὸς τινὶ κελεύσῃ, ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ· καὶ τοῦτο καὶ δεῦρο ἀεὶ φυλάσσεται. πλὴν γὰρ ὅτι ἔστε τὴν Σικελίαν καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, οὐδαμόσε ὤλλοσε βουλευτῇ ἀποδημῆσαι ἔξεστιν.* Praeterea edixit, ne quis senator, iniussu aut sine permissu suo, extra Italiam abiret, id quod etiam hodie observatur, quum nulli senatori alio, quam in Siciliam, Galliamque Narbonnensem liceat peregre proficisci. *Dio Cass.* 52, 42. — **Τοῦτό τε οὖν οὕτως ἐποίησε, καὶ Καρχηδόνα ἐπαπῴκισεν.* Carthaginem quoque denuo coloniam deduxit. *Dio Cass.* 52, 43. — Senatum ter legi et in consulatu sexto censum populi collega M. Agrippa egi. Lustrum post annum alterum et quadragesimum feci ... [Alteru]m consulari cum imperio lustrum solus feci [C.] Censorin[o et C.] Asinio Cos. ... [Tertiu]m consulari cum imperio lustrum conlega Tib. Cae[sare feci] Sex. Pompeio et Sex. Appuleio Cos. *Monum. Ancyr. tab.* 2, 2—9. Vid. a. 743, 746, 767. — Recepit et morum legumque regimen aeque perpetuum, quo iure, quamquam sine censurae honore censum tamen populi ter egit, primum (a. 726) ac tertium (767) cum collega, medium (746) solus. *Sueton. Aug.* 27. — **Καὶ μετὰ ταῦτα τιμητεύσας σὺν τῷ Ἀγρίππᾳ, ἄλλα τέ τινα διώρθωσε, καὶ τὴν βουλὴν ἐξήτασε. πολλοὶ μὲν γὰρ ἱππεῖς, πολλοὶ δὲ καὶ πεζοὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐβούλευον, ὥστε καὶ ἐς χιλίους τὸ πλήρωμα τῆς γερουσίας αὐξηθῆναι. τούτους οὖν ἐκκρῖναι βουληθεὶς, αὐτὸς μὲν οὐδένα αὐτῶν ἀπήλειψε, προτρεψάμενος δὲ σφᾶς ἐκ τοῦ συνειδότος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ βίου δικαστὰς ἑαυτοῖς γενέσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πεντήκοντά που ἔπεισεν ἐθελοντὰς ἐκστῆναι τοῦ συνεδρίου, ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα μιμήσασθαι σφᾶς ἠνάγκασε. καὶ αὐτῶν ἠτίμωσε μὲν οὐδένα, τὰ δ᾽ ὀνόματα τῶν δευτέρων ἐξέθηκε.* Deinde censor cum collega Agrippa fuit, et quum alia quaedam emendavit, tum senatum examinavit. Nam in eum ordinem multi equites ac pedites praeter dignitatem ex bellis civilibus adsciti erant, ita ut ad millenarium numerus senatorum pervenisset. Hos ut removeret, nullum quidem eorum ipse delevit, sed quum hortatus fuisset, ut sua ipsi conscientia generis et vitae de se iudicium ferrent, primum quinquaginta viros permovit, ut sponte sua senatu cederent; deinde ad horum exemplum sequendum alios CXL adegit. Ac infamia quidem illorum neminem notavit, posteriorum tamen nomina publice proposuit. *Dio Cass.* 52, 42. Cf. Dio Cass. 52, 31. et 32. — Exhaustis (familiis), quas dictator Caesar lege Cassia et princeps Augustus lege Saenia sublegere. *Tacit. Ann.* 11, 25. — Imp. Caes. D. F. C. N. Octavian. morum legumque regimen recepit, quo iure sine censurae honore censum populi Romani ter legit, primumque hoc anno. *Fasti Consulares anni* 726. — Quum tot sustineas ac tanta negotia solus, Res Italas armis tuteris, moribus ornes, Legibus emendes. *Horat. Ep.* 2, 1, 1. — *Ἐν δ᾽ οὖν τῷ τότε παρόντι τά τε ἄλλα ὥσπερ εἰώθιστο ἔπραξε, καὶ τὰς ἀπογραφὰς ἐξετέλεσε· καὶ ἐν αὐταῖς πρόκριτος τῆς γερουσίας ἐπεκλήθη.* Eo quidem anno praeter cetera consueta censum etiam peregit, princepsque senatus ipse in eo dictus est. *Dio Cass.* 53, 1. — Censu Romae acto inventa sunt etc. *Euseb. Chron. ad a.* 1991. *Aug.* 18. — Era singulorum annorum constituta est a Caesare Augusto, quando primum censum egit ac Romanum orbem descripsit. *Isidor. Etym.* 5, 36. *Syncell. Chron. p.* 593. — *Ὀκταβιανὸς ὁ Σεβαστὸς ἀνεώσατο τὴν ἑορτήν ... μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτὴν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμὸν, μεθ᾽ ὃν Δομετιανὸς τὸν Κλαύδιον παραπεμψάμενος, καὶ τὴν περίοδον τῶν ἐτῶν, ἀφ᾽ οὗ τὴν ἑορτὴν ὁ Σεβαστὸς ἐπετέλεσεν ἀριθμήσας, ἔδοξε τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδοθέντα φυλάττειν θεσμόν. ἐπὶ τούτοις ὁ Σεβῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνστάντων ἐτῶν ἅμα τοῖς παισὶν Ἀντωνίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο, Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων.* Octavianus Augustus ludos instauravit ... Post Augustum Claudius ludos celebravit, numero praestitutorum annorum neglecto. Post eum Domitianus, Claudio valere iusso, numeratoque ambitu annorum, ex quo ludos Augustus fecisset, traditam ab initio legem servare visus est. Secundum hos Severus, quum anni CX iam appetiissent, cum filiis, Antonino et Geta, ludos eosdem ordinavit, Chilone Liboneque Coss. *Zosimus* 2, 4. — Agon Actiacus constitutus. *Hieron. Chron.* — *Ἀγῶνά τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικὸν, ἱπποδρομίας τε, πεντετηρικὸν, ἱερὸν ... κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας.* Ludos musicos ac gymnicos, et circenses, eosque quinquennales et sacros ... constituit, Actios illos ludos dicens. *Dio Cass.* 51, 1.— *Urbem Nicopolim apud Actium condidit: ludosque illic quinquennales constituit. *Sueton. Aug.* 18. Cf. Strabo 7, p. 501 sq. Mamertin. Pan. Iulian. 9. Ioseph. Bell. Iud. 1, 15. — *Πρός τε τὴν διοίκησιν σφῶν, δύο κατ᾽ ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε ... Τὸν ἀστυνόμον αὐτὸς ἀπέδειξεν.* Instituit etiam, ut administrationi aerarii quotannis bini praetorii viri praeficerentur .. Praetorem urbanum ipse constituit. *Dio Cass.* 53, 2. — Auctor fuit ... ut cura aerarii a quaestoribus urbanis ad praetorios praetoresve transiret. *Sueton. Aug.* 36. — *Μήτε δὲ νομίσματα, ἢ καὶ σταθμὰ, ἢ μέτρα ἰδίᾳ τις αὐτῶν ἐχέτω, ἀλλὰ τοῖς ἡμετέροις καὶ ἐκεῖνοι πάντες χρήσθωσαν· μήτε πρεσβείαν τινὰ πρὸς σὲ, πλὴν εἰ πρᾶγμά τι διαγνώσεως ἐχόμενον εἴη, πεμπέτωσαν· ἀλλὰ τῷ τε ἄρχοντι σφῶν δηλούτωσαν ὅσα βούλονται, καὶ δι᾽ ἐκείνου σοὶ τὰς ἀξιώσεις, ὅσας ἂν δοκιμάσῃ προσφερέτωσαν.* Uti praeterea numismate, pondereque vel mensura peculiari, urbs nulla debet, sed nostris omnes. Neque ad te legationem, nisi res cognitionem tuam requirat, ullam mittant: sed quae voluerint, praefecto suo indicent, ac per eum tibi postulata sua, quae quidem ipse probaverit, exponant. *Dio Cass.* 52, 30. — *Καὶ τὰς ἐγγύας τὰς πρὸς τὸ δημόσιον πρὸ τῆς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ μάχης γενομένας, πλὴν τῶν περὶ τὰ οἰκοδομήματα, ἀπήλλαξε· τά τε παλαιὰ συμβόλαια τῶν τῷ κοινῷ τι ὀφειλόντων ἔκαυσε. καὶ τὰ μὲν ἱερὰ τὰ Αἰγύπτια οὐκ ἐσεδέξατο εἴσω τοῦ πωμηρίου, τῶν δὲ δὴ ναῶν πρόνοιαν ἐποιήσατο· τοὺς μὲν γὰρ ὑπ᾽ ἰδιωτῶν τινων γεγενημένους, τοῖς τε παισὶν αὐτῶν καὶ τοῖς ἐκγόνοις, εἴ γέ τινες περιῆσαν, ἐπισκευάσαι ἐκέλευσε, τοὺς δὲ λοιποὺς αὐτὸς ἀνεκτήσατο.* Sponsiones, quae aerario factae fuis-

sent ante pugnam Actiacam, omnes sustulit, exceptis iis, quae essent de aedificiis; veteres tabulas eorum, qui rei publicae aliquid deberent, concremavit. Aegyptiis diis sacra fieri intra pomoerium non est passus: templorum tamen curam gessit, ut quae privatus quispiam fecisset, ea ab horum filiis ac posteris, si qui superessent, instaurarentur; reliqua ipse refecit. *Dio Cass.* 53, 2. — *Τά τε παλαιὰ συμβόλαια τῶν εἰς τὸ κοινὸν ὀφειλόντων κατέκαυσε.* Veteres tabulas eorum, qui in aerarios relati fuerant, exussit. *Zonaras* 10, 32. — Tabulas veterum aerarii debitorum exussit. *Sueton. Aug.* 32. — In consulatu sexto Augustus appellatus sum. *Monum. Ancyr. tab.* 6, 13 et 16. — Augustus quoque cognominatus est. *Livii Epit.* 134. — Idibus in magni castus Iovis aede sacerdos Semimaris flammis viscera libat ovis; Redditaque est omnis populo provincia nostro; Et tuus Augusto nomine dictus avus. *Ovid. Fast.* 1, 587—590. — Quod nomen illi viro Planci sententia consensu senatus populique Romani indidit. *Vell. Paterc.* 2, 91. — Sexto demum consulatu Caesar Augustus, quae triumviratu iusserat, abolevit, deditque iura, quibus pace et principe uteremur. Acriora ex eo vincula, inditi custodes. *Tacit. Ann.* 3, 28. — Postea C. Caesaris et deinde Augusti nomen assumsit; alterum testamento maioris avunculi, alterum Munatii Planci sententia. *Sueton. Aug.* 7. — * Perinde ex Kal. Ian., quamvis ex ante diem decimum sextum Kal. Februarii Imperator Caesar D. F. sententia L. Munacii Planci a senatu ceterisque civibus Augustus appellatus est. *Censorinus de Die Natal.* 21. — * *Τὸ τοῦ Αὐγούστου ὄνομα καὶ παρὰ τῆς βουλῆς καὶ παρὰ τοῦ δήμου ἐπέθετο.* Augustus a senatu populoque appellatus est. *Dio Cass.* 53, 16 a. 727. — *Τῷ δ᾽ ἑξῆς ἔτει ἕκτον ὑπάτευσεν. Ἀγρίππα οἱ συνάρχοντος ... τῆς γερουσίας πρόκριτος ἐπεκλήθη ὁ Καῖσαρ ... Πολλὰ δὲ καὶ τότε εἰς τιμὴν ἐψηφίσθη τῷ Καίσαρι, καὶ Αὔγουστος ἐπεκλήθη.* Anno sequenti sextum consul factus. Agrippa collega ... princeps senatus cognominatus est ... Tum praeter multos alios honores etiam Augustus est cognominatus. *Zonaras* 10, 32. — Augustus Sebasti nomine insignitus est. *Euseb. Chron. ad a.* 1989. *Aug.* 16. — Caesar Augustus appellatus. *Hieronym. Chron. ad a.* 1197. *Chron. Pasch.* ad a. 725, p. 363. — Tractatum etiam in senatu, an, quia condidisset imperium, Romulus vocaretur, sed sanctius et reverentius visum est nomen Augusti. *Florus* 4, 12. Vid. a. 746. — Hoc die (VIII. Kal. Jan.) primum Augustus consalutatus est. *Orosius* 6, 20. — His consulibus leges retulit, iudices ordinavit, provincias disposuit et ideo Augustus cognominatus est. *Cassiodor. Chron.* a. 727. — * Nonnulli patrum familiarum testamento caverunt, ut ab heredibus suis praelato victimae titulo in Capitolium ducerentur, votumque pro se solverent, quod superstitem Augustum reliquissent. *Sueton. Aug.* 59. — *Ἐπειδή τε πολλὰ πάνυ κατά τε τὰς στάσεις, κἀν τοῖς πολέμοις, ἄλλως τε καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου τοῦ τε Λεπίδου συναρχίᾳ, καὶ ἀνόμως καὶ ἀδίκως ἐτετάχει, πάντα αὐτὰ δι᾽ ἑνὸς προγράμματος κατέλυσεν.* Ac quoniam multa omnino in seditionibus ac bellis intestinis, praesertim in triumviratu cum Antonio et Lepido, iniuste et inique constituta fuerant: unico edicto ea omnia antiquavit. *Dio Cass.* 53, 2. — *Καὶ ὅσα ἐπὶ Λεπίδου καὶ Ἀντωνίου ἀδίκως ἐγένοντο, δι᾽ ἑνὸς προγράμματος κατέλυσεν ἅπαντα.* Tum quae sub Antonio et Lepido per iniuriam acta fuerant, uno decreto abolevit omnia. *Zonaras* 10, 32.

* 726—745.

Ulpianus Lib. XIX. ad Edictum. Ne quid autem per vim admittatur, etiam legibus Iuliis prospicitur et publicorum et privatorum. *L.* 1, §. 2 *D. de Vi* 43, 16. — An bello amissi a tutela excusare debeant? nam et in fascibus sumendis et in iudicandi munere pro superstitibus habentur, ut lege Iulia de maritandis ordinibus, de fascibus sumendis et publicorum capite vicesimo sexto, item privatorum capite vicesimo septimo de iudicando cavetur. *Vat. Fr.* 197. — Utrum soli filii, an et nepotes debent prodesse, subsistendum, quoniam lex quidem privatorum capite XXVII. (solos) natos appellat, lex vero publicorum capite XXVI. liberorum facit mentionem. *Vat. Fr.* 198. — *Paulus Lib. II. ad Legem Iuliam et Papiam.* Lege Iulia iudiciorum publicorum cavetur, ne invito denuntietur, ut testimonium litis dicat adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosve, qui priore gradu sint; item, ne liberto ipsius, liberorum eius, parentum, viri, uxoris, item patroni, patronae, et ut ne patroni, patronae adversus libertos, neque liberti adversus patronum cogantur testimonium dicere. *L.* 4 *D. de Testibus* 22, 5. — *Macer Lib. I. Publicorum Iudiciorum.* Si reus accusatori publico iudicio ideo praescribat, quod dicat, se eodem crimine ab alio accusatum et absolutum, cavetur lege Iulia publicorum, ut non prius accusetur, quam de prioris accusatoris praevaricatione constiterit, et pronuntiatum fuerit. *L.* 3, §. 1 *D. de Praevaric.* 47, 15. — *Paulus Lib. III. de Adulteriis.* Libellorum inscriptionis conceptio talis est: Consul et dies. Apud illum praetorem vel proconsulem Lucius Titius professus est, se Maeviam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quod dicat, eam cum Caio Seio in civitate illa, domo illius, mense illo, consulibus illis, adulterium commisisse. Utique enim et locus designandus est, in quo adulterium commissum est, et persona, cum qua admissum dicitur, et mensis; hoc enim lege Iulia publicorum cavetur, et generaliter praecipitur omnibus, qui reum aliquem deferunt. *L.* 3 *pr. D. de Accus.* 48, 2. — *Venuleius Saturninus Lib. II. de Iudiciis Publicis.* Lege Iulia iudiciorum publicorum cavetur, ne eodem tempore de duobus (tribus) reis quis quereretur, nisi suarum iniuriarum causa. *L.* 12, §. 2 *D. de Accus.* 48, 2. — * Quum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabulas damnatoriam et absolutoriam simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum vel errore inductos constitisset. *Sueton. Aug.* 33. — *Ulpianus Lib. III. ad Edictum.* Lex Iulia iudiciorum ait: „quominus inter privatos conveniat“ (de iudice). *L.* 2, § 1 *D. de Iudiciis* 5, 1. — *Ulpianus Lib. XIII. ad Edictum.* Si quis iudex sit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex est, inve se compromitti iubere prohibetur lege Iulia. *L.* 9, § 2 *D. de Receptis* 4, 8. — * Per legem Aebutiam et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est, ut per concepta verba, id est, per formulas litigaremus. *Gai.* 4, 30. — * Legitima sunt iudicia, quae in urbe Roma vel intra primum urbis Romae miliarium, inter omnes cives Romanos, sub uno iudice accipiuntur, eaque lege iudiciaria, nisi in anno et sex mensibus iudicata fuerint, expirant; et hoc est, quod vulgo dicitur, e lege Iulia litem anno et sex mensibus mori. *Gai.* 4, 104. — Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum praetori delegavit urbano, at provincialium consularibus viris, quos singulos cuiusque provinciae negotiis praeposuisset. *Sueton. Aug.* 33. Conf. Dio Cass. 52, 37. — Cautum est, ut separatim in eo (foro) publica iudicia et sortitiones iudicum fierent ... Decurias iudicum ordinavit. *Sueton. Aug.* 29. — Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quae ducenariorum vocaretur, iudicaretque de levioribus summis. *Sueton. l. c.* 32. — D. Augusto decurias ordinante maior pars iudicum in ferreo annulo fuit, iique non equites, sed iudices vocabantur ... Iudicum quoque non nisi quatuor decuriae fuere primo. *Plin. Hist. Nat.* 33, 7. — *Callistratus Lib. I. Edicti Monitorii.* Quum lege Iulia cautum sit, ne minor viginti annis iudicare cogatur. *L.* 41. *D. de Receptis* 4, 8. — Iudices a tricesimo (?) aetatis anno allegit, id est, quinquennio maturius quam solebant. Plerisque iudicandi munus detrectantibus, vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset, et ut solitae agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur. *Sueton. l. c.* 32. Cf. l. 57 D. de Re iudicata 42, 1 et l. 8 D. de Muneribus 50, 4. — Ne quod maleficium negotiumve impunitate vel mora elaberetur, triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit. *Sueton. l. c.* — Commonefecit (Tiberius a. p. C. n. 32) ... sanxisse Augustum, quem intra diem ad praetorem urbanum deferrentur, neque habere privatim liceret.

Tacit. Ann. 6, 12. — Augustus ... in legibus iudiciariis triduo servari ferias iussit. *Macrobii Saturn.* 1, 10. — Secutum est deinde edictum D. Augusti, quo permisit minores magistratus ab annis duobus et viginti capere ... Edictum Augusti literis subieci. *Plin. Ep.* 10, 83.

727. C. CAES. VII. M. AGRIPPA III. COSS.

Τοῖς δορυφορήσουσιν αὐτὸν διπλάσιον τὸν μισθὸν τοῦ τοῖς ἄλλοις στρατιώταις διδομένου ψηφισθῆναι διεπράξαντο, ὅπως ἀκριβῆ τὴν φρουρὰν ἔχῃ ... Τὴν μὲν οὖν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ παρὰ τῆς γερουσίας τοῦ τε δήμου ἐβεβαιώσατο. βουληθεὶς δὲ δὴ καὶ ὣς δημοτικός τις εἶναι δόξαι, τὴν μὲν φροντίδα τήν τε προστασίαν τῶν κοινῶν πᾶσαν, ὡς καὶ ἐπιμελείας τινὸς δεομένων, ὑπεδέξατο· οὔτε δὲ πάντων αὐτὸς τῶν ἐθνῶν ἄρχειν, οὔθ᾽ ὅσων ἂν ἄρξῃ, διαπαντὸς τοῦτο ποιήσειν ἔφη· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀσθενέστερα, ὡς καὶ εἰρηναῖα καὶ ἀπόλεμα, ἀπέδωκε τῇ βουλῇ· τὰ δ᾽ ἰσχυρότερα, ὡς καὶ σφαλερὰ καὶ ἐπικίνδυνα, καὶ ἤτοι πολεμίους τινὰς προσοίκους ἔχοντα, ἢ καὶ αὐτὰ καθ᾽ ἑαυτὰ μέγα τι νεωτερίσαι δυνάμενα, κατέσχε· λόγῳ μὲν, ὅπως ἡ μὲν γερουσία ἀδεῶς τὰ κάλλιστα τῆς ἀρχῆς καρπῷτο, αὐτὸς δὲ τούς τε πόνους καὶ τοὺς κινδύνους ἔχοι· ἔργῳ δὲ, ἵνα ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἄοπλοι καὶ ἄμαχοι ὦσιν, αὐτὸς δὲ δὴ μόνος καὶ ὅπλα ἔχῃ, καὶ στρατιώτας τρέφῃ. καὶ ἐνομίσθη διὰ ταῦτα ἡ μὲν Ἀφρικὴ καὶ ἡ Νουμιδία, ἥ τε Ἀσία καὶ ἡ Ἑλλὰς μετὰ τῆς Ἠπείρου, καὶ τὸ Δαλματικὸν, τό τε Μακεδονικὸν, καὶ Σικελία, Κρήτη τε μετὰ Λιβύης τῆς περὶ Κυρήνην, καὶ Βιθυνία μετὰ τοῦ προσκειμένου οἱ Πόντου, Σαρδώ τε καὶ Βαιτικὴ, τοῦ τε δήμου καὶ τῆς γερουσίας εἶναι· τοῦ δὲ δὴ Καίσαρος, ἥ τε λοιπὴ Ἰβηρία, ἥ τε περὶ Ταῤῥάκωνα, καὶ ἡ Λυσιτανία, καὶ Γαλάται πάντες, οἵ τε Ναρβωνήσιοι καὶ οἱ Λουγδουνήσιοι, Ἀκυϊτανοί τε καὶ Κελτικοὶ, αὐτοί τε καὶ οἱ ἄποικοι σφῶν. Κελτῶν γάρ τινες, οὓς δὴ Γερμανοὺς καλοῦμεν, πᾶσαν τὴν πρὸς τῷ Ῥήνῳ Κελτικὴν κατασχόντες, Γερμανίαν ὀνομάζεσθαι ἐποίησαν, τὴν μὲν ἄνω, τὴν μετὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ πηγάς· τὴν δὲ, κάτω, τὴν μέχρι τοῦ Ὠκεανοῦ τοῦ Βρεττανικοῦ οὖσαν. ταῦτά τε οὖν, καὶ ἡ Συρία ἡ κοίλη καλουμένη, ἥ τε Φοινίκη καὶ Κιλικία, καὶ Κύπρος, καὶ Αἰγύπτιοι, ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος μερίδι τότε ἐγένοντο. ὕστερον γὰρ τὴν μὲν Κύπρον καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα τῷ δήμῳ ἀπέδωκεν, αὐτὸς δὲ τὴν Δαλματίαν ἀντέλαβε. καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἐπ᾽ ἄλλων ἐθνῶν μετὰ ταῦτα ἐπράχθη, ὥς που καὶ ἡ διέξοδος τοῦ λόγου δηλώσει. ταῦτα δὲ οὕτω κατέλεξα, ὅτι νῦν χωρὶς ἕκαστον αὐτῶν ἡγεμονεύεται. ἐπεὶ τό γε ἀρχαῖον καὶ ἐπὶ πολὺ καὶ σύνδυο καὶ σύντρια τὰ ἔθνη ἅμα ἤρχετο. Tunc statim futuris eius stipatoribus, quo accuratiori custodia nimirum munitus esset, duplex eius, quod reliquis militibus pendebatur, stipendium decretum est ... Quum autem hoc modo tam a senatu, quam a populo, confirmatum sibi haberet imperium, ac nihilominus popularis videri vellet: recepit hoc quidem in se, ut sollicite publicis negotiis praeesset, quod ea curae diligentis indigerent, sed nolle se provinciis omnibus imperare dixit, aut quas regendas sumsisset, in perpetuum gubernare: ideoque infirmiores, nimirum quia essent pacatiores et bello vacuae, senatui restituit: potentiores provincias, ut quae plus damni et periculi ostenderent, ac vel hostes accolas haberent, vel novos per se ipsae motus, eosque magnos, ciere possent, sibi retinuit. Id faciebat sub hac specie, ut senatus optimis imperii partibus tuto perfrueretur, ipse laboribus et periculis obiectus videretur. At sub hoc praetextu senatum vere inermem imbellemque efficiebat, et ad se solum arma militesque transferebat. Hac de causa senatui populoque Africa, Numidia, Asia, et cum Epiro Graecia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta cum Libya Cyrenaica, Bithynia cum Ponto finitima, Sardinia atque Hispania Baetica adscriptae sunt: Caesari autem Hispaniae quod reliquum erat, nempe Tarraconensis et Lusitania, tum omnis Gallia, et Narbonensis, et Lugdunensis, Aquitaniaque, et Celtici, cum iis populis, qui eorum coloni essent. Nam Celtae quidam, quos Germanos vocamus, quum omnem Celticam regionem, quae ad Rhenum est, occupassent, effecerunt, ut ea Germania vocaretur: superior altera, quae a Rheni fontibus incipit; altera inferior, quae ad Oceanum usque Britannicum porrigitur. Idem Coelesyria, Phoenice, Cilicia, Cyprus, Aegyptus: ex quibus tamen postea temporis Caesar Cyprum ac Galliam Narbonensem populo reddidit, pro eisque Dalmatiam recepit; qualis permutatio etiam, velut in processu operis dicam, in aliis quibusdam provinciis est facta. Recensui autem provincias hoc modo, quoniam nunc earum quaevis suum habet peculiarem praefectum, quum antiquitus binis vel ternis singuli praefuerint. *Dio Cass.* 53, 12. — Provincias validiores et quas annuis magistratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit, ceteras proconsulibus sortito permisit, et tamen nonnullas commutavit interdum . . . Urbium quasdam foederatas sed ad exitium licentia praecipites, libertate privavit ... aut merita erga populum Romanum allegantes Latinitate vel civitate donavit. *Sueton. Aug.* 47. — *Δίχα διεῖλε πᾶσαν τὴν χώραν· καὶ τὴν μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτῷ, τὴν δὲ τῷ δήμῳ· ἑαυτῷ μὲν, ὅση στρατιωτικῆς φρουρᾶς ἔχει χρείαν· αὕτη δ᾽ ἐστὶν ἡ βάρβαρος καὶ πλησιόχωρος τοῖς μήπω κεχειρωμένοις ἔθνεσιν, ἡ λυπρὰ καὶ δυσγεώργητος, ὥσθ᾽ ὑπὸ ἀπορίας τῶν ἄλλων, ἐρυμάτων δ᾽ εὐπορίας ἀφηνιάζειν καὶ ἀπειθεῖν· τῷ δήμῳ δὲ τὴν ἄλλην, ὅση ἦν εἰρηνικὴ, καὶ χωρὶς ὅπλων ἄρχεσθαι ῥαδία· ἑκατέραν δὲ τὴν μερίδα εἰς ἐπαρχίας διένειμε πλείους· ὧν αἱ μὲν καλοῦνται Καίσαρος, αἱ δὲ τοῦ δήμου. Καὶ εἰς μὲν τὰς Καίσαρος ἡγεμονίας καὶ διοικητὰς Καῖσαρ πέμπει, διαιρῶν ἄλλοτε ἄλλως τὰς χώρας, καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενος· εἰς δὲ τὰς δημοσίας ὁ δῆμος στρατηγοὺς ἢ ὑπατικούς. καὶ αὗται δ᾽ εἰς μερισμοὺς ἄγονται διαφόρους, ἐπειδὰν κελεύῃ τὸ συμφέρον. ἀλλ᾽ ἐν ἀρχαῖς γε διέθηκε ποιήσας ὑπατικὰς μὲν δύο, Λιβύην τε, ὅση ὑπὸ Ῥωμαίοις, ἔξω τῆς ὑπὸ Ἰούβᾳ μὲν πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαίῳ τῷ ἐκείνου παιδὶ, καὶ Ἀσίαν τὴν ἐντὸς Ἅλυος καὶ τοῦ Ταύρου πλὴν Γαλατῶν καὶ τῶν ὑπὸ Ἀμύντα γενομένων ἐθνῶν, ἔτι δὲ Βιθυνίας καὶ τῆς Προποντίδος· δέκα δὲ στρατηγικάς· κατὰ μὲν τὴν Εὐρώπην καὶ τὰς πρὸς αὐτῇ νήσους τήν τε ἐκτὸς Ἰβηρίαν λεγομένην, ὅση περὶ τὸν Βαῖτιν ποταμὸν *καὶ τὸν Ἄτακα*, καὶ τῆς Κελτικῆς τὴν Ναρβωνῖτιν, τρίτην δὲ Σαρδῶ μετὰ Κύρνου, καὶ Σικελίαν τετάρτην, πέμπτην δὲ καὶ ἕκτην τῆς Ἰλλυρίδος τὴν πρὸς τῇ Ἠπείρῳ καὶ Μακεδονίαν, ἑβδόμην δ᾽ Ἀχαΐαν μέχρι Θετταλίας καὶ Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων, καί τινων Ἠπειρωτικῶν ἐθνῶν, ὅσα τῇ Μακεδονίᾳ προσώριστο, ὀγδόην δὲ Κρήτην μετὰ τῆς Κυρηναίας, ἐννάτην δὲ Κύπρον, δεκάτην δὲ Βιθυνίαν μετὰ τῆς Προποντίδος, καὶ τοῦ Πόντου τινῶν μερῶν· τὰς δὲ ἄλλας ἐπαρχίας ἔχει Καῖσαρ· ὧν εἰς ἃς μὲν πέμπει τοὺς ἐπιμελησομένους ὑπατικοὺς ἄνδρας, εἰς ἃς δὲ στρατηγικοὺς, εἰς ἃς δὲ καὶ ἱππικούς. Καὶ βασιλεῖς δὲ καὶ δυνάσται καὶ δεκαρχίαι τῆς ἐκείνου μερίδος καὶ εἰσὶ καὶ ὑπῆρξαν ἀεί.* Totam ditionem bifariam divisit, ita ut partem sibi vindicaret, partem populo daret. Sibi quidem, quaecunque militum praesidio essent tenenda, quales sunt regiones barbarae, et gentibus nondum subactis finitimae: steriles quidem et cultui aegre parentes, quare incolae ceterarum rerum penuria impulsi et copia munitionum freti jugum detrectarent. Populo autem reliquam concessit, quae pacata facile sine armis sub imperio retineretur. Utramque portionem in provincias numero multas divisit, quarum aliae Caesaris, aliae populi dicuntur. In suas praefecturas Caesar ipse procuratores mittit, aliâs aliter regionem distribuens, et pro eo atque res exigit, suas rationes instituens. At in suas provincias populus praetores vel consules mittit. Sed et hae diverse solent dividi, prout usus postulaverit. Initio tamen duas consulares fecit, Africam scilicet, quae Romanis paret, ea modo demta, quae prius sub Iuba fuit, nunc vero Ptolemaeo addicta est illius filio. Et Asiam cis Halym et montem Taurum, Galatis exceptis et gentibus, quae Amyntae paruerunt, excepta etiam Bithynia et Propontide. Praetorias autem decem constituit. Earum sunt in Europa: Prima Hispania et insulae ad eam sitae externe. Secunda quae est interioris sive Baeticae Hispaniae *et ad Atacem* et Narbonensem Galliam. Tertia Sardinia cum Cyrno, id est, Corsica. Quarta Sicilia. Quinta et sexta Illyricum, adiunctis Epiro et Macedonia. Septima Achaia usque ad Thessaliam, Aetoliam atque Acarnaniam et quasdam gentes Epiroticas Macedoniae affines. Octava Creta cum Cyrenaica. Nona Cyprus. Decima Bithynia cum Propontide et quibusdam Ponti partibus. Reliquas provincias Caesar tenet ac gubernatum mittit in quasdam viros consulares,

in alias praetorios; sunt et in quas equestris ordinis viros. Reges autem, reguli et decarchiae semper fuere imperatoris portioni adiudicati, idque etiamnum servatur. *Strabo* 17 *in fin. p.* 1197 *sq.* Cf. Strabo 3, p. 253 sq. — *Καὶ τὴν μὲν ἡγεμονίαν οὕτως παρά τε τῆς γερουσίας καὶ τοῦ δήμου ἐβεβαιώσατο, καὶ τὴν φροντίδα τῶν κοινῶν πᾶσαν ὑπεδέξατο. Τῶν δ' ἐθνῶν τὰ μὲν ἀσθενέστερα ὡς εἰρηνεῖά τε καὶ ἀπόλεμα ἀπέδωκε τῇ βουλῇ, τὰ δ' ἰσχυρότερα ὡς ἐπικίνδυνα τάχα καὶ σφαλερὰ κατέσχεν αὐτός.* Quo ad hunc modum a senatu populoque firmato omnem reipublicae curam in se suscepit, provincias infirmiores ut pacatas et imbelles attribuit senatui, firmiores ut periculosas et parum tutas ipse retinuit. *Zonaras* 10, 32. Cf. Dio Cass. 55, 28 et 56, 40. — Regna, quibus belli iure potitus est, praeter pauca aut iisdem, quibus ademerat, reddidit aut alienigenis contribuit . . . Rectorem quoque solitus est apponere aetate parvis aut mente lapsis. *Sueton. Aug.* 48. — *Κἀκ τούτου πρῶτον μὲν αὐτοὺς τοὺς βουλευτὰς ἑκατέρων τῶν ἐθνῶν, πλὴν Αἰγυπτίων, ἄρχειν κατέδειξεν. ἐκείνοις δὴ γὰρ καὶ μόνοις τὸν ὠνομασμένον ἱππέα, δι' ἅπερ εἶπον, προσέταξεν. ἔπειτα δὲ τοὺς μὲν καὶ ἐπετησίους καὶ κληρωτοὺς εἶναι, πλὴν εἴ τῳ πολυπαιδίας ἢ γάμου προνομία προσείη· καὶ ἔκ τε τοῦ κοινοῦ τῆς γερουσίας συλλόγου πέμπεσθαι, μήτε ξίφος παραζωννυμένους, μήτε στρατιωτικῇ ἐσθῆτι χρωμένους· καὶ ἀνθυπάτους καλεῖσθαι μὴ ὅτι τοὺς δύο τοὺς ὑπατευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους, τῶν ἐστρατηγηκότων, ἢ δοκούντων γε ἐστρατηγηκέναι, μόνον ὄντας· ῥαβδούχοις τε σφᾶς ἑκατέρους, ὅσοις περ καὶ ἐν τῷ ἄστει νενόμισται, χρῆσθαι· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα, καὶ παραχρῆμα ἅμα τῷ ἔξω τοῦ πωμηρίου γενέσθαι, προστίθεσθαι, καὶ διαπαντὸς μέχρις ἂν ἀνακομισθῶσιν, ἔχειν ἐκέλευσε. τοὺς δὲ ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι, καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι, διέταξε ... αὐτὰ μὲν γὰρ τὰ ὀνόματα, τό τε τοῦ στρατηγοῦ καὶ τὸ τοῦ ὑπάτου, ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἐτήρησε, τοὺς δὲ ἔξω πάντας, ὡς καὶ ἀντ' ἐκείνων ἄρχοντας προσηγόρευσε. τῇ τε οὖν ἐπικλήσει τῇ τῶν ἀντιστρατήγων τοὺς αἱρετοὺς χρῆσθαι, καὶ ἐπὶ πλείω καὶ ἐνιαυτοῦ χρόνον, ἐφ' ὅσον ἂν ἑαυτῷ δόξοι, ἄρχειν ἐποίησε· τήν τε στρατιωτικὴν στολὴν φοροῦντας, καὶ ξίφος, οἷς γε καὶ στρατιώτας δικαιῶσαι ἔξεστιν, ἔχοντας.* Deinde utriusque generis provinciis senatores praefecit; soli Aegypto equestris dignitatis virum supra laudatum, ob eas, quae sunt commemoratae, causas. Hinc et annuas esse illorum praefecturas, eosque sorte legi iussit; nisi quis multitudinis liberorum, aut nuptiarum ratione singulare beneficium meruisset; utque de communi senatus concilio mitterentur, neque gladio accincti, neque militari habitu utentes. Proconsules autem dici voluit, non modo duos illos, qui consules fuissent, sed etiam alios, qui praeturam modo vel gessissent, vel inter praetorios etiam relati tantum fuissent. Utque lictores utrisque tot, quot in urbe permissum est legibus habere, adessent: ut imperii insignia, statim atque extra pomoerium venissent, assumerent; et usque ad reditum in urbem iis uterentur. Ceteros a se ipso deligendos ac legatos suos et propraetores appellandos, licet e numero consularium essent, statuit ... Ipsa autem nomina praetorum et consulum in Italia Caesar servavit: qui extra Italiam imperarent, sic ab eo sunt appellati, quasi pro iis magistratus gererent. A se quidem designatis praeter nomen propraetorum hoc etiam tribuit, ut ultra annum essent cum imperio, quousque videlicet ipsi placuisset: ut veste militari uterentur, et gladium gererent illi, quibus in milites animadvertendi ius esset. *Dio Cass.* 53, 13. — *Οὕτω μὲν καὶ ἐπὶ τούτοις ἔκ τε τῶν ἐστρατηγηκότων καὶ ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἄρχοντες ἀμφοτέρωσε πέμπεσθαι ἐνομίσθησαν. τῇ δὲ δὴ βουλῇ, ἰδίᾳ μὲν τοῖς τε ὑπατευκόσι τήν τε Ἀφρικὴν καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τοῖς ἐστρατηγηκόσι τὰ λοιπὰ πάντα ἀπένειμε. κοινῇ δὲ δὴ πᾶσιν αὐτοῖς ἀπηγόρευσε, μηδένα πρὸ πέντε ἐτῶν μετὰ τὸ ἐν τῇ πόλει ἄρξαι κληροῦσθαι. ἰσαρίθμους τε γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ οὓς ἂν ἐθελήσῃ, κληροῦσθαι κελεύει.* Ad hunc itaque modum et his conditionibus decretum est, ut quum in Caesaris, tum in reliquas provincias praetorii ac consulares praesides mitterentur. Senatui vero, et speciatim consularibus Africam et Asiam, praetoriis reliquas omnes provincias adscripsit: utrisque autem ex aequo interdixit, ne ante quintum annum a gesto in urbe magistratu provincias sortirentur. Nam iubet tot viros, quot sunt provinciae, eosque quos voluerit, sortem inire. *Dio Cass.* 53, 14. — Auctor fuit, ne acta senatus publicarentur: ne magistratus deposito honore statim in provincias mitterentur. *Sueton. Aug.* 36. — *Ἐκ δὲ δὴ τῶν ἱππέων τούς τε χιλιάρχους, καὶ τοὺς βουλεύσαντας, καὶ τοὺς λοιπούς, ὧν περὶ τῆς διαφορᾶς ἄνω μοι τοῦ λόγου προείρηται, αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ τοὺς μὲν ἐς τὰ πολιτικὰ τείχη μόνα, τοὺς δὲ καὶ ἐς τὰ ξενικὰ ἀποστέλλει, ὥσπερ τότε πρὸς τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος ἐνομίσθη· καὶ τοὺς ἐπιτρόπους (οὕτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους ἐκλέγοντας, καὶ τὰ προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν) ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη τά τε ἑαυτοῦ δὴ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων πέμπει· πλὴν καθόσον τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι παρ' ὧν ἄρχουσιν ἐσπράσσουσιν. ἐντολάς τέ τινας καὶ τοῖς ἐπιτρόποις, καὶ τοῖς ἀνθυπάτοις, τοῖς τε ἀντιστρατήγοις δίδωσιν, ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐξίωσι. καὶ γὰρ τοῦτο, καὶ τὴν μισθοφορὰν καὶ ἐκείνοις καὶ τοῖς ἄλλοις δίδοσθαι, τότε ἐνομίσθη.* Ex equitibus autem tribunos militum et eos, qui senatores quondam fuerint et ceteros, quorum discrimina superius indicavimus, imperator ipse partim ad castella civica sola, partim ad peregrina mittit, sicut tunc ab ipso Caesare est institutum: imperator etiam procuratores (sic enim ii vocantur, qui publicos reditus colligunt et scriptas ipsis impensas faciunt) in omnes suas ac populi provincias, ex equitibus alios, alios ex libertis mittit: nisi quod proconsules, iis in locis, quibus praesunt, ipsi tributa exigunt. Etiam mandata quaedam dat imperator his procuratoribus, et proconsulibus, et propraetoribus, ut certis legibus in provincias eant. Praeter haec decretum est ea tempestate, ut non his modo, sed et ceteris magistratibus salaria praeberentur. *Dio Cass.* 53, 15. — Auctor fuit, ut proconsulibus ad mulos et tabernacula, quae publice locari solebant, certa pecunia constitueretur. *Sueton. Aug.* 36. — *Ἐκεῖνα δὲ ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως ἐνομοθετήθη, μήτε καταλόγους σφᾶς ποιεῖσθαι, μήτ' ἀργύριον ἔξω τοῦ τεταγμένου ἐσπράσσειν, εἰ μὴ ἤ τι ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, ἢ ὁ αὐτοκράτωρ κελεύσειεν. ὅταν τέ τῳ ὁ διάδοχος ἔλθῃ, ἔκ τε τοῦ ἔθνους αὐτίκα αὐτὸν ἐξορμᾶσθαι, καὶ ἐν τῇ ἀνακομιδῇ μὴ ἐγχρονίζειν, ἀλλ' ἐντὸς τριῶν μηνῶν ἐπανιέναι.* Sequentes vero leges omnibus ex aequo provinciarum administratoribus latae sunt: ne quem delectum militum agerent: ne pecuniam, praeter eam, quae constituta erat vel quam senatus decrevisset, imperatorve iussisset, exigerent (cf. Dio Cass. 57, 10): cui successor missus esset, is ut statim ex provincia abiret, ac ne in redeundo domum tempus tereret, sed intra tertium mensem Romam reverteretur. *Dio Cass.* 53, 15. — *Οὐ μέντοι καὶ πάντα ἰδιογνωμονῶν ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἔστι μὲν ἃ καὶ ἐς τὸ δημόσιον προεξετίθει, ὅπως ἄν τι μὴ ἀρέσῃ τινὰ, προμαθὼν ἐπανορθώσῃ. προετρέπετό τε γὰρ πάνθ' ὁντινοῦν συμβουλεύειν οἱ, εἴ τίς τι ἄμεινον αὐτῶν ἐπινοήσειε ... τὸ δὲ δὴ πλεῖστον, τούς τε ὑπάτους, ἢ τὸν ὕπατον, ὁπότε καὶ αὐτὸς ὑπατεύοι, κἀκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, ἔκ τε τοῦ λοιποῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ λαχόντας, συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν· ὥστε δι' αὐτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι κοινοῦσθαι τρόπον τινὰ τὰ νομοθετούμενα νομίζεσθαι.* Neque tamen in omnibus legibus ferendis ex suo tantum consilio Augustus egit, sed multa publice deliberanda proposuit, ut si quid alicui displiceret, id prius compertum corrigi posset: omnes vero sine discrimine adhortatus est, ut suum sibi consilium aperirent, si quid rectius invenissent ... Ut plurimum vero consules ambos, aut alterum consulem, quoties et ipse consul esset, et aliis ex magistratibus singulis unum, itemque reliquo senatorum e numero XV viros sorte delectos, ad sex menses sibi consiliarios sumsit: ut quidquid statueretur, per hos etiam cum aliis omnibus communicatum quodammodo existimaretur. *Dio Cass.* 53, 21. — *Ὁ δὲ τά τε ἄλλα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα προθυμότερον ἔπραττεν, ὡς ἐθελόντων ἀρχῶν, καὶ ἐνομοθέτει. οὐ μέντοι πάντα ἐθελογνωμονῶν ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἐς τὸ δημόσιον προετίθει, ὅπως, ἄν τι μὴ ἀρέσῃ, ἐπανορθώσῃ· καὶ προετρέπετο πάντα συμβουλεύειν αὐτῷ, εἴ τίς τι ἄμεινον γνοίη αὐτοῦ. καὶ τοὺς ὑπάτους, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, καὶ ἐκ τοῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα συμβούλους ἐς ἑξάμηνον*

παρελάμβανεν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ πᾶσι κοινοῦσθαι τὰ βουλευόμενα. Is vero, quum alia ad imperium pertinentia, ut qui volentibus imperaret, alacrius administravit, tum leges sanxit; nec tamen suapte auctoritate omnes, sed quasdam ad populum tulit, ut quae displicerent, ea corrigeret: hortans omnes, ut si quid melius scirent, monerent. Consules item et e ceteris magistratibus singulos et e senatorum numero quindecim ad semestre in consilium adhibuit, ut per eos omnibus ea communicaret, quae deliberanda essent. *Zonaras* 10, 33. — Senatorum affluentem numerum deformi et incondita turba, erant enim super mille et quidam indignissimi ... ad modum pristinum et splendorem redegit, duabus lectionibus, prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit, secunda suo et Agrippae ... sanxit ... ne plus, quam bis in mense legitimus senatus ageretur, Kalendis et Idibus: neve Septembri, Octobrive mense ullos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent. Sibi instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractaret. Sententias de maiore negotio non more atque ordine, sed prout libuisset, perrogabat. *Sueton. Aug.* 35. Cf. a. 743. — *Τὰς ὁδοὺς τὰς ἔξω τοῦ τείχους δυσπορεύτους ὑπ' ἀμελείας ὁρῶν οὔσας, τὰς μὲν ἄλλας ἄλλοις τισὶ τῶν βουλευτῶν ἐπισκευάσαι τοῖς οἰκείοις τέλεσι προσέταξε· τῆς δὲ δὴ Φλαμινίας αὐτὸς, ἐπειδήπερ ἐκστρατεύσειν δι' αὐτῆς ἔμελλεν, ἐπεμελήθη.* Quum videret Augustus, vias extra urbem, aliquamdiu neglectas, itinera difficilia exhibere: alias quidem aliis senatoribus, propriis sumtibus reficiendas mandavit: Flaminiam, quod ea ducturus erat exercitum, ipse procuravit. *Dio Cass.* 53, 22. — Quo facilius undique urbs adiretur, desumta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. *Sueton. Aug.* 30. Cf. Monum. Ancyr. in f. — *Καὶ αὐτῶν καὶ ἀπογραφὰς ἐποιήσατο, καὶ τὸν βίον τήν τε πολιτείαν διεκόσμησε. κἀντεῦθεν ἔς τε τὴν Ἰβηρίαν ἀφίκετο, καὶ κατεστήσατο καὶ ἐκείνην.* Igitur Gallos in censum redegit, vitamque eorum et rempublicam formavit. Inde in Hispaniam (729) profectus, eam quoque provinciam constituit. *Dio Cass.* 53, 22. *Καὶ ἐξ ἐκείνου μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τὴν Ἰβηρίαν ... ἐς τρία διαιρεῖν, καὶ στρατηγοὺς ἐπιπέμπειν, ἐτησίους μὲν ἐς τὰ δύο ἡ βουλὴ, τὸν δὲ τρίτον βασιλεὺς ἐφ' ὅσον δοκιμάσειεν.* Et ex eo tempore videntur Romani Iberiam ... in tres partes dividere et magistratus in singulas mittere, quorum duos eosque annuos senatus, tertium imperator pro arbitratu suo in infinitum tempus legit. *Appian. Bell. Hispan. in fin.* — Quum ille conventum Narbone ageret, census a tribus Galliis ... actus. *Liv. Epit.* 134. — *Ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ (τὴν Γαλατικὴν) τετραχῆ διελὼν, τοὺς μὲν Κέλτας τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας ἀπέφηνεν, Ἀκυϊτανοὺς δ' ὥσπερ κἀκεῖνος· προσέθηκε δὲ τέσσαρες καὶ δέκα ἔθνη τῶν μεταξὺ τοῦ Γαρούνα καὶ τοῦ Λίγυρος ποταμοῦ νεμομένων· τὴν δὲ λοιπὴν διελὼν δίχα, τὴν μὲν Λουγδούνῳ προσώρισε μέχρι τῶν ἄνω μερῶν τοῦ Ῥήνου, τὴν δὲ τοῖς Βέλγαις.* Augustus Caesar in quatuor partes Galliam divisit, ita ut Celtas Narbonensi provinciae attribueret, Aquitanos eosdem cum Iulio faceret, iisque quatuordecim alias gentes, intra Garumnam et Ligerim habitantes, attribueret; reliquum in duas partes divideret, quarum unam usque ad superiora Rheni Lugduno adiungeret, alteram Belgis. *Strabo* 4, *p.* 177.

727 — 734.

Divus Augustus, quamvis totum terrarum orbem recte diviserit: ubi ait: Orbis totus dividitur in partes tres, Europam, Africam et Asiam, quae fere est dupla ad quamlibet earum, in descriptione tamen locorum orbis multa memoratu digna omisit. *Itinerarium Antonini P.* — Iulio Caesare et Marco Antonino consulibus omnis orbis peragratus est per sapientissimos et electos viros IIII. Nicodemo Orientis. Didimo occidentalis. Theudoto septemtrionalis. Peliclito (Polykleto) meridiani a consulibus (s. s.) usque in consulibus (secunda manus: *atum*, i. e. consulatum) Augusti. IIII. et Crasso annei XXI. (XIII) et mensum quinque. diebus novem. Oriens dimensa est et a consulibus suis (suprascriptis) usque in consulibus (consulatum) Augusti. VII. et Agrippa annos XXVI. (XVI) mensum III. diebus XVII. Occidui pars dimensa est a consulibus suis (suprascriptis) usque in consolatum Augusti. X annos XXVIIII (XIX) ... VIII. diebus X mensibus septemtrionalis pars dimensa est a consulibus suis usque in consulatum Saturnini et Cinnae annis XXII. (XXIV) mense uno dieb. XX. (X.) Meridiani pars dimensa est. Omnis orbis habet etc. *Aethici Cosmogr. cod. Vatican.* 3854. *Rhein. Mus. f. Philolog. N. F. T.* 1, *p.* 489. — Ergo a Iulio Caesare et M. Antonio Coss. orbis terrarum metiri coepit, id est a consulatu suprascripto usque ad consulatum Augusti IV. et Crassi annis XXI. (XIII) mensibus V. diebus IX (a) Zenodoxo omnis Oriens dimensus est, sicut inferius demonstratur. A consulatu item Iulii Caesaris et M. Antonii usque in consulatum Augusti X., annis XXIX (XIX?) mensibus VIII. diebus X. a Theodoto septemtrionalis pars dimensa (est), ut evidenter ostenditur. A consulatu similiter Iulii Caesaris usque in consulatum Saturni(ni) et Cinnae a Polyclito meridiana pars dimensa (est), annis XXXII. (XXIV) mense I. diebus X., sicut definita monstratur. Ac sic omnis orbis terrae intra annos XXXII. a dimensoribus peragratus est et de omni eius continentia perlatum est ad senatum. *Aethicus ed. Gronov. p.* 705 *sq.* — * Nec tamen Orbis pictus ex Agrippae commentariis in muros pôrticus translatus cuncta minutiora exhibuisse credendus est, eorum enim cognitionem Augustus eiusque successores sibi reservabant, ad publica negotia ordinanda. *Tabul. Peuting.* Cf. Alberti M. Liber de Natura Locorum Viennae Austriae 1514. 4. Dist. III. c. 1; Felicis Malleoli de Nobilitate et Rusticitate dialogus (s. l. et a.) fol. 104 a. — Sed videamus, ne forte postea iussu principis alicui datus sit, qui terram denuo metiri praeceperit, sicut Caesaris Augusti temporibus factum est. *Hyginus de Limitibus p.* 111. — Hoc in loco (Characè oppido Persici sinus intimo) genitum esse Dionysium, terrarum orbis situs recentissimum auctorem constat, quem ad commentanda omnia in Orientem praemisit Divus Augustus. *Plin. Hist. Nat.* 6, 31. — Longitudinem universam eius (Baeticae) prodidit M. Agrippa CCCCLXV. M. passuum, latitudinem CCLVIII. M. ... Agrippam quidem in tanta viri diligentia praeterque in hoc opere cura, quum orbem terrarum orbi spectandum propositurus esset, errasse quis credat, et cum eo D. Augustum? Is namque complexam eam porticum ex destinatione et commentariis M. Agrippae a sorore eius inchoatam peregit. *Plin. l. c.* 3, 3. — Nunc ambitum eius (Italiae) urbesque eius enumerabimus. Qua in re praefari necesse est, auctorem nos Augustum secuturos, descriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones undecim. *Plin. Hist. Nat.* 3, 6. — * Huic addendas mensuras limitum et terminorum ex libris Augusti et Neronis Caesarum, sed et Balbi mensoris, qui temporibus Augusti omnium provinciarum et formas civitatium et mensuras compertas in commentarios contulit et legem agrariam per diversitates provinciarum distinxit ac declaravit. *Frontin. Lib. Colon. p.* 239. — * Termini vero non unam mensuram inter se continent, iubente Caesare Balbo mensori, qui omnium provinciarum mensuras distinxit ac declaravit, perque testimonia suprascripta fines locorum terminantur. *Boethii Demonst. Art. Geometr. p.* 402. — Omnem terram suis temporibus fecit permensurari ac veteranis assignari. *Lib. Colon. I. p.* 242. — Agrippae descriptio orbis Romani commemoratur in *Plin. Hist. Nat.* (ed. Bipont.) 3, 5; 3, 14; 3, 15; 3, 29; 4, 18; 4, 20; 4, 24; 4, 25; 4, 26; 4, 28; 4, 30; 4, 31, 35; 5, 6; 5, 12; 6, 1; 6, 31; 6, 33; 6, 35; 6, 38 (bis) et a Martiano Capella 6, p. 203.

728. C. CAES. AUGUSTO VIII. T. STATILIO TAURO II. COSS.

Τοῖς δ' ἀγορανόμοις παραχρῆμα ἐπιμελεῖσθαί τε ὅπως μηδὲν ἐμπίπρηται, κἂν ἄρα τι τοιοῦτον συμβῇ, κατασβεννύναι τὸ πῦρ, προσέταξε. — Satis habuit aedilibus mandasse, caverent, ne qua incendia existerent, aut si extitissent, ignis restinguendi curam gererent. *Dio Cass.* 53, 24. Cf. a. 732.

729. C. CAES. AUGUSTO IX. M. IUNIO SILANO COSS.

* *Qui contra* edictum divi Augusti rem litigiosam a (non possidente) comparavit, praeterquam *quod* emtio nullius momenti est, poenam quinquaginta sestertiorum fisco repraesentare compellitur. *Fragm. de Iure fisci* § 8. Cf. Gai. 4, 117. Tit. D. de Litig. 44, 6. L. 1 pr. D. de Iure fisci 49, 14. — *Καὶ αὐτῶν ἡ ἀρίστη τῆς γῆς τῶν τε δορυφόρων τισὶν ἐδόθη καὶ πόλιν τὴν Αὐγοῦσταν Πραιτοριανῶν ὠνομασμένην ἔσχεν.* Agri eorum (Salassorum) pars optima quibusdam praetorianorum data, in qua deinde urbs Augusta Praetorianorum condita. *Dio Cass.* 53, 25. — *Τρισχιλίους δὲ Ῥωμαίων πέμψας ᾤκισε τὴν πόλιν Αὐγοῦσταν ὁ Καῖσαρ.* Augustus autem Caesar missis Romanorum tribus millibus urbem Augustam condidit. *Strabo* 4, *p.* 315. — Coloniae deductae sunt. *Euseb. Chron. ad* a. 1991, *Aug.* 18. — * Coloniae deductae. *Hieron. Chron. ad Olymp.* 188, 3. — *Παυσαμένου δὲ τοῦ πολέμου τούτου, ὁ Αὔγουστος τοὺς μὲν ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν ἀφῆκε, καὶ πόλιν αὐτοῖς ἐν Λυσιτανίᾳ, τὴν Αὐγοῦσταν Ἠμερίταν καλουμένην, κτίσαι ἔδωκε ... Καὶ οὕτω καὶ ἡ Γαλατία μετὰ τῆς Λυκαονίας Ῥωμαῖον ἄρχοντα ἔσχε· τά τε χωρία τὰ ἐκ τῆς Παμφυλίας πρότερον τῷ Ἀμύντᾳ προσνεμηθέντα, τῷ ἰδίῳ νόμῳ ἀπεδόθη.* Finito hoc bello, Augustus emeritos milites dimisit, urbemque eis in Lusitania, Augustam Emeritam nomine, condendam dedit ... Atque exinde Gallograecia cum Lycaonia Romanum habere praefectum coepit: oppida Pamphyliae, quae prius Amyntae attributa fuerant, praefecturae peculiari suae sunt restituta. *Dio Cass.* 53, 26. — Galatia quoque sub hoc provincia facta est, quum ante regnum fuisset: primusque eam M. Lollius pro praetore administravit. *Eutropius* 7, 5. — Ad extremum sub Octaviano Caesare Augusto Galatia in speciem provinciae redacta est et eam primum Lollius propraetore administravit. *Rufi Festi Breviarium l. c. p.* 168. — Marcus Lollius Galatiam in Romanorum provinciam redigit. Augustus Calabriam et Galatiam vectigales fecit. *Euseb. Chron. ad a.* 1993, *Aug.* 20. — Marcus Lollius Galatiam provinciam facit. *Eusebii Chron. interpr. Hieronymo Olymp.* 188, 4. Cf. Strabo 12, p. 815 et 861. — *Τὴν δὲ Γαλατίαν ὑπέταξεν ὁ αὐτὸς Αὔγουστος ὁ καὶ Ὀκταβιανὸς ... τετράρχην αὐτῆς ... ποιήσας αὐτὴν ἐπαρχίαν, ἐάσας ἐκεῖ Γάλλους στρατιώτας διὰ τὸ φυλάττειν τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν, καλέσας εἰς ὄνομα αὐτῶν καὶ τὴν ἐπαρχίαν καὶ τὸν ποταμὸν Γάλλον.* Porro Augustus Octavianus Galatiam quoque ... in potestatem suam redegit ... regione in provinciae formam redacta. Milites ibi Gallos, regionis urbisque praesidium collocat et a nomine illorum provinciam ipsam (Galatiam) fluviumque Gallum appellavit. *Malalae Chron.* 9, *p.* 221. — *Ἐποίησεν αὐτὴν ἐπαρχίαν· καὶ τὴν λεγομένην δὲ Ἀραβίαν ὑφ' ἑαυτὸν ἤτοι ὑπὸ Ῥωμαίους ἐποίησε.* Regionem eius (Phoeniciam) provinciam fecit. Arabiam etiam sibi, id est imperio Romano subiugavit. *Malalae Chron.* 9, *p.* 223. — *Αὔγουστος Γαλάταις φόρους ἔθετο.* Vectigal Galatis imposuit Augustus. *Syncellus p.* 592. Vid. a. 732. — * Excogitavit ... praefecturam urbis. *Sueton. Aug.* 37. — * Urbis custodiis praepositus C. Maecenas. *Vell. Paterc.* 2, 88. — * Augustus bellis civilibus (718 et 723) Cilnium Maecenatem, equestris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit. Mox, rerum potitus, ob magnitudinem populi ac tarda legum auxilia sumsit e consularibus, qui coërceret servitia, et quod civium audacia turbidum, nisi vim metuat; primusque Messala Corvinus eam potestatem et paucos intra dies finem accepit, quasi nescius exercendi. Tum Taurus Statilius, quamquam provecta aetate, egregie toleravit (738). *Tacit. Ann.* 6, 11. — * Messalla Corvinus, primus praefectus urbis factus, sexto die magistratu se abdicavit, incivilem esse potestatem contestans. *Hieronym. in Euseb. Chron. Olymp.* 188, 3. Cf. a. 737. — * Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum praetori delegavit urbano, at provincialium consularibus viris, quos singulos cuiusque provinciae negotiis praeposuisset. *Sueton. Aug.* 33. — *Πολίαρχος δὲ δή τις ἐκ τῶν προηκόντων, καὶ ἐκ τῶν πάντα τὰ καθήκοντα προπεπολιτευμένων, ἀποδεικνύσθω ... ἵνα τά τε ἄλλα ἀεὶ τῆς πόλεως προστατῇ, καὶ τὰς δίκας, τάς τε παρὰ πάντων ὧν εἶπον ἀρχόντων ἐφεσίμους τε καὶ ἀναπομπίμους, καὶ τὰς τοῦ θανάτου, τοῖς τε ἐν τῇ πόλει ... καὶ τοῖς ἔξω αὐτῆς μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίων σταδίων οἰκοῦσι, κρίνῃ.* Praefectus etiam urbis ex primariis viris quidem creandus est, qui omnes magistratus, quos geri ante hunc convenit, gesserit ... ut quum reliquis in rebus urbi continuo praesit, tum causas quoque eas, in quibus ab omnibus indicatis magistratibus appellare, quasque ad superiorem remittere licet, itemque capitales, partim in urbe ... partim extra urbem usque ad centum millia passuum diiudicet. *Dio Cass.* 52, 21. Cf. a. 724, 726—745 (p. 3).

730. C. CAES. AUGUSTO X. C. NORBANO COSS.

Ἔν τε τῇ νουμηνίᾳ ὅρκους ἡ βουλή, βεβαιοῦσα τὰς πράξεις αὐτοῦ, ἐποιήσατο ... πάσης αὐτὸν τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης ἀπήλλαξαν, ἵν' ... καὶ αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν νόμων, πάντα τε ὅσα βούλοιτο ποιοίη, καὶ πάνθ' ὅσα ἂν μὴ βούλοιτο, μὴ πράττῃ. Ταῦτα μὲν ἀποδημοῦντι ἔτ' αὐτῷ ἐψηφίσθη. ἀφικομένῳ δὲ ἐς τὴν Ῥώμην, ἄλλα τινὰ ἐπί τε τῇ σωτηρίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ ἀνακομιδῇ αὐτοῦ ἐγένετο, τῷ τε Μαρκέλλῳ βουλεύειν τε ἐν τοῖς ἐστρατηγηκόσι, καὶ τὴν ὑπατείαν δέκα θᾶττον ἔτεσιν ἤπερ ἐνενόμιστο, αἰτῆσαι· καὶ τῷ Τιβερίῳ, πέντε πρὸ ἑκάστης ἀρχῆς ἔτεσι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι ἐδόθη. καὶ παραχρῆμά γε οὗτος μέν, ταμίας, ἐκεῖνος δέ, ἀγορανόμος, ἀπεδείχθησαν. Kalendis Ianuariis senatus sacramento confirmavit, se eius acta approbare ... omni eum necessitate legum senatus liberavit, ut ... potestatis absolutae perfecteque sui iuris, legumque dominus agere aut non agere omnia suo posset pro arbitrio. Haec absenti Caesari decreta. Posteaquam in urbem advenit, alia pro salute ac reditu eius facta; ac praeterea decretum, ut Marcellus inter praetorios in senatu esset, decennioque maturius, quam leges postulant, consulatum peteret, Tiberioque permissum, ut singulos magistratus quinquennio ante, quam constitutum fuit, adire posset, statimque huic quaestura, illi aedilitas data est. *Dio Cass.* 53, 28. Vid. a. 731. — *Τῷ Τιβερίῳ εἰς πέντε ἔτη τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν ἀπένειμε.* Tiberio tribuniciam potestatem in quinquennium decrevit. *Zonaras* 10, 35.

731. C. CAES. AUGUSTO XI. CN. CALPURNIO PISONE COSS.

Τῷ μὲν Πείσωνι τάς τε δυνάμεις καὶ τὰς προσόδους τὰς κοινὰς ἐς βιβλίον ἐσγράψας ἔδωκε. Pisoni libellum, in quem exercitum et redituum publicorum indicem conscripserat, tradidit. *Dio Cass.* 53, 30. — Magistratibus ac senatu domum accitis rationarium imperii tradidit. *Sueton. Aug.* 28. — *Καὶ αὐτὸν μηδὲν ὅ, τι μηδὲ τῶν πάνυ ἀναγκαίων ποιεῖν δυνάμενον, Ἀντώνιός τις Μούσας καὶ ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις ἀνέσωσε· καὶ διὰ τοῦτο καὶ χρήματα παρά τε τοῦ Αὐγούστου καὶ παρὰ τῆς βουλῆς πολλά, καὶ τὸ χρυσοῖς δακτυλίοις (ἀπελεύθερος γὰρ ἦν) χρῆσθαι· τήν τε ἀτέλειαν καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις, οὐχ ὅτι τοῖς τότε οὖσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις, ἔλαβεν.* Antonius vero Musa, quum nihil iam Augustus eorum, quae maxime essent necessaria, posset facere, lavacris frigidis, frigidisque potionibus eum sanitati restituit: quam ob rem etiam pecunia ei ab Augusto et senatu multa ususque anuli aurei (libertus enim erat) datus est, immunitasque non ipsi modo, sed omnibus eandem artem exercentibus in futurum quoque tempus concessa. *Dio Cass.* 53, 30. — *Ἀτέλειάν τε αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις, τοῖς οὖσί τε καὶ τοῖς ἐσομένοις παρέσχοντο.* Immunitate ipsi (Musae) et medicis omnibus et tum et in posterum data. *Zonaras* 10, 33. — *Στρατηγοὺς δέκα, ὡς οὐδὲν ἔτι πλειόνων δεόμενος, ἀπέδειξε· καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐγένετο. ἔμελλον δὲ αὐτῶν οἱ μὲν ἄλλοι τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ πρόσθεν ποιήσειν, δύο δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει ὅσα ἔτη γενήσεσθαι.* Augustus decem tantum praetores, quia pluribus opus non haberet, constituit, idque per plures etiam annos factum est: quorum reliqui eadem, quae prius, officia exsequerentur, duo vero administrationi aerarii singulis annis praeessent. *Dio Cass.* 53, 32. Cf. a. 764. — Tantummodo octo praetoribus allecti duo. *Vell. Paterc.* 2, 89. — Candidatos praeturae duodecim nomina-

vit, numerum ab Augusto traditum. *Tacit. Ann.* 1, 14. — *Διὰ ταῦτα ἡ γερουσία δήμαρχόν τε αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο, καὶ χρηματίζειν αὐτῷ περὶ ἑνός τινος ὅτου ἂν ἐθελήσῃ καθ' ἑκάστην βουλήν, κἂν μὴ ὑπατεύσῃ, ἔδωκε, τήν τε ἀρχὴν τὴν ἀνθύπατον ἐσαεὶ καθάπαξ ἔχειν· ὥστε μήτε ἐν τῇ ἐσόδῳ τῇ εἴσω τοῦ πωμηρίου κατατίθεσθαι αὐτήν, μήτ' αὖθις ἀνανεοῦσθαι· καὶ ἐν τῷ ὑπηκόῳ τὸ πλεῖον τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἰσχύειν ἐπέτρεψεν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐκεῖνος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν αὐτοκράτορες ἐν νόμῳ δή τινι τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ δημαρχικῇ ἐχρήσαντο. τὸ γάρ τοι ὄνομα αὐτὸ τὸ τῶν δημάρχων οὔθ' ὁ Αὔγουστος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς αὐτοκράτωρ ἔσχεν.* Propter haec senatus Augusto hos honores decrevit, ut tribunus plebis perpetuus esset: ut quoties senatus haberetur, etiam si consulatum non gereret, iure unius relationis, de quacunque re vellet, uteretur: ut proconsulare imperium simul semelque haberet perpetuum, neque id intra pomoerium venienti deponere, neque unquam renovare opus esset: ut maior ipsi in singulis provinciis, quam praefectis earum, semper esset potestas. Inde exortum est, ut Augustus, quique eum secuti sunt imperatores, lege quadam, quum reliquis hisce, tum tribunicia potestate uterentur. Ipsum enim tribuni plebis nomen neque Augustus, neque alius imperator gessit. *Dio Cass.* 53, 32. — *Ὃς τὴν μὲν τοῦ σίτου φροντίδα ἐδέξατο, τὴν δικτατορίαν δὲ οὐ προσήκατο.* Is vero annonae curam suscepit, dictaturam repudiavit. *Zonaras* 10, 33. — Id summi fastigii vocabulum (*tribuniciae potestatis*) Augustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen assumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia praemineret. *Tacit. Ann.* 3, 56. — Tribuniciam potestatem perpetuam recepit. *Sueton. Aug.* 27. — *Πᾶσα δὲ ἐξουσία, ἥ τε τοῖς ὑπάτοις τὸ παλαιὸν διδομένη καὶ ἡ τοῖς δημάρχοις καὶ ἡ τοῖς τιμηταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, τοῖς αὐτοκράτορσι δέδοται· καὶ προσέτι καὶ λελύσθαι τῶν νόμων ἐδόθη αὐτοῖς, τουτέστιν ἐλευθέρους ἀπὸ πάσης τῶν νόμων ἀνάγκης εἶναι καὶ μηδενὶ τούτων ἐνέχεσθαι.* Omnis autem potestas, quae consulum, tribunorum plebis, censorum, ceterorumque denique omnium olim fuerat, in imperatores est translata atque illud etiam eis datum, ut legibus soluti essent nec ullo praescripto tenerentur. *Zonaras* 10, 32. — Augustus oblatum sibi supremum dominatum recepit. *Euseb. Chron. ad a.* 1994, *Aug.* 21. Aliter Syncellus p. 592. Cf. a. 724, 730 et Tacit. Ann. 1, 2.

732. M. CLAUDIO MARCELLO L. ARRUNTIO COSS.

Ἐκέλευσε δύο ἄνδρας τῶν πρὸ πέντε που ἀεὶ ἐτῶν ἐστρατηγηκότων πρὸς τὴν τοῦ σίτου διανομὴν κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι. Iussit, ut quotannis duumviri, qui ante quinquennium praeturam gessissent, frumento distribuendo constituerentur. *Dio Cass.* 54, 1. — Nova officia excogitavit: curam ... frumenti populo dividundi. *Sueton. Aug.* 37. — *Postremo lex Iulia ad populum pervenit Caesare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur; kalendis, idibus, nonis et aliis quibusdam festivis trecenti, nuptiis autem et repotiis HS. mille. Esse etiam dicit Capito Ateius edictum, divi ne Augusti, an Tiberii Caesaris, non satis commemini: quo edicto per dierum varias solennitates a trecentis HS. adusque duo millia sumtus coenarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriae effervescentis aestus coërceretur. *Gellius* 2, 24. Vid. a. 736. — *Τῶν τε συσσιτίων τὰ μὲν παντελῶς κατέλυσε, τὰ δὲ πρὸς τὸ σωφρονέστερον συνέστειλε· καὶ τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰς πανηγύρεις πάσας προσέταξεν, ἔκ τε τοῦ δημοσίου δίδοσθαί τι αὐτοῖς κελεύσας· καὶ προσαπειπὼν μήτε ἐς ἐκείνας οἴκοθέν τινα πλεῖον τοῦ ἑτέρου ἀναλίσκειν· μήθ' ὁπλομαχίαν, μήτ' ἄλλως εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, μήτ' αὖ πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν, ποιεῖν. τοῖς δ' ἀγορανόμοις τοῖς κουρουλίοις τὴν τῶν ἐμπιπραμένων κατάσβεσιν ἐνεχείρισεν, ἑξακοσίους σφίσι βοηθοὺς δούλους δούς. ἐπειδήπερ καὶ ἱππεῖς καὶ γυναῖκες ἐπιφανεῖς ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ καὶ τότε γε ἐπεδείξαντο, ἀπηγόρευσεν οὐχ ὅτι τοῖς παισὶ τῶν βουλευτῶν (ὅπερ που καὶ πρὶν ἐκεκώλυτο) ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐγγόνοις, τοῖς τε ἐν τῇ ἱππάδι δηλονότι ἐξεταζομένοις, μηδὲν ἔτι τοιοῦτον δρᾶν.* Convivia quaedam protinus sustulit, quaedam ad frugalitatem contraxit: ludorum omnium curam praetoribus ita iniunxit, ut eis ex publico aliquid daretur: edicto etiam addito, ne quis plus altero ex suis facultatibus in eos impenderet, neve munus gladiatorium iniussu senatus, aut saepius duabus quotannis vicibus, aut plurium quam centum et viginti gladiatorum exhiberet. Aedilibus curulibus incendia exstinguenda mandavit, sexcentis servis, quorum ad hoc uterentur opera, datis. Ac quoniam equites et feminae illustres adhuc in orchestra saltabant, prohibuit non modo, ne senatorum liberi (id enim iam ante cautum erat), sed etiam ne nepotes eorum, quique equestris essent ordinis, amplius id facerent. *Dio Cass.* 54, 2. — Ad scenicas et gladiatorias operas equitibus Romanis aliquando usus est, verum priusquam senatusconsulto interdiceretur. *Sueton. Aug.* 43. *Ἐνομοθέτησε μήτε κρύφα τὰς ψήφους ἐν ταῖς ἐρήμοις δίκαις φέρεσθαι, καὶ πάσαις αὐταῖς τὸν εὐθυνόμενον ἁλίσκεσθαι.* Legem Augustus tulit, ne clam suffragia ferrentur in eorum causis, qui se iudicio non stitissent; utque tunc omnium sententiis reus condemnaretur. *Dio Cass.* 54, 3. — *Αὔγουστος Καῖσαρ Καλαβρίαν καὶ Γαλάτας ὑποφόρους ἐποίησεν.* Augustus Caesar Calabriam et Gallos vectigales fecit. *Chron. Pasch. p.* 365. Vid. a. 729. — *Τότε δ' οὖν καὶ τὴν Κύπρον καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν ἀπέδωκε τῷ δήμῳ, ὡς μηδὲν τῶν ὅπλων αὐτοῦ δεομένας.* Eo tempore Cyprum ac Galliam Narbonensem, quia nihil armis suis indigerent, populo reddidit. *Dio Cass.* 54, 4. — *Ὁ Αὔγουστος ἐς Σικελίαν ἦλθεν, ὅπως καὶ ἐκείνην καὶ τἆλλα τὰ μέχρι τῆς Συρίας καταστήσηται.* Augustus in Siciliam profectus est, ut eam, ac omnes alias ad Syriam usque provincias constitueret. *Dio Cass.* 54, 6.

733. M. LOLLIO Q. AEMILIO LEPIDO COSS.

Τὰ ἱερὰ τὰ Αἰγύπτια ἐπεσιόντα αὖθις ἐς τὸ ἄστυ ἀνέστειλεν· ἀπειπὼν, μηδένα μηδὲ ἐν τῷ προαστείῳ αὐτὰ ἐντὸς ὀγδόου ἡμισταδίου ποιεῖν. Sacra Aegyptia, quae se iterum in urbem iam insinuabant, repressit (Agrippa praefectus urb.); edixitque, ne quis ea in suburbano intra M. passus perageret. *Dio Cass.* 54, 6. — *Collegia praeter antiqua et legitima dissolvit. *Sueton. Aug.* 32. — *Ὁ δὲ Αὔγουστος, τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας, καὶ τὰς Συρακούσας, ἑτέρας τέ τινας πόλεις, ἀποίκους Ῥωμαίων ἀποδείξας, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη ... καὶ προσέτι καὶ ἀπηγόρευσε σφίσι μηδένα πολίτην ἀργυρίου ποιεῖσθαι.* Augustus, rebus in Sicilia ordinatis, Syracusas et alias quasdam urbes colonias Romanorum esse iussit. Ac in Graeciam transmisit ... praeterea edixit, ne quem civem accepta pecunia facerent. *Dio Cass.* 54, 7. Vid. a. 727.

734. M. APPULEIO P. SILIO COSS.

Ὁ γοῦν Αὔγουστος τό, τε Ἑλληνικὸν διήγαγε, καὶ ἐς Σάμον ἔπλευσεν· ἐνταῦθά τε ἐχείμασε ... τοὺς Κυζικηνοὺς, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἐν στάσει μαστιγώσαντες, ἀπέκτειναν, ἐδουλώσατο καὶ τοῦτο καὶ τοὺς Τυρίους τούς τε Σιδωνίους διὰ τὰς στάσεις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος. Rebus in Graecia confectis Augustus in Samum navigavit ibique hiemavit ... Cyzicenos, quod in quadam seditione nonnullos Romanos flagris caesos necassent, in servitutem redegit; idemque, in Syriam quum advenisset, Tyriis et Sidoniis, propter seditiones supplicium irrogavit. *Dio Cass.* 54, 7. — *Ὁ δ' Αὔγουστος τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν διαγαγὼν εἰς τὴν Σάμον ἔπλευσε, κἀκεῖ χειμάσας εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῷ ἔαρι ἐκομίσθη, καὶ τά τε ἐκεῖ καὶ τὰ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ διέταξε, καὶ τοὺς Κυζικηνοὺς ἐδουλώσατο, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς μαστιγώσαντες ἔκτειναν· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τοῖς Συρίοις καὶ τοῖς Σιδωνίοις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος.* Augustus Sicilia ordinata in Graeciam transiecit: qua constituta Samum navigavit, ibi hieme exacta verno tempore in Asiam profectus, quum eam provinciam et Bithyniam ordinasset, Cyzicenos in servitutem redegit, quod Romanos cives flagris caesos occiderant, eodem modo Tyrios et Sidonios, quum in Syriam venisset, tractavit. *Zonaras* 10, 34. — *Αὔγουστος Κυζικηνῶν ἐλευθερίαν ἀφείλετο.* Cyzicenis libertatem ademit Augustus. *Syncellus p.* 593. — *Ἄσυλον ... ἠκύρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ.* Asyli ius (templi Ephesini) ... abrogavit Augustus Caesar. *Strabo* 14, *p.* 950. — Augustus Cyzicenis libertatem ademit. *Euseb. Chron. Pasch.*

ad a. 1995, *Aug.* 22. — *Τότε δὲ αὐτός τε προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε, καὶ ὁδοποιοὺς αὐταῖς ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων, ῥαβδούχοις δύο χρωμένους, προσέταξε.* Tunc autem ipse viarum, quae sunt circa Romam, curator constitutus, milliarium aureum, quod vocatur, fecit: quique viis muniendis praeessent, praetorios viros, qui binis lictoribus uterentur, designavit. *Dio Cass.* 54, 8. — *Ὁ δὲ δὴ Αὔγουστος τὸ μὲν ὑπήκοον κατὰ τὰ τῶν Ῥωμαίων ἔθη διῴκει, τὸ δὲ ἔνσπονδον τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ ἀεὶ ἄρχεσθαι· οὐδ᾽ ἠξίωσεν οὔτε ἐκείνων τι προσθέσθαι οὔτε ἕτερόν τι προσκτήσασθαι, ἀλλ᾽ ἀκριβῶς ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν ἐδικαίου, καὶ τοῦτο καὶ τῇ βουλῇ ἐπέστειλεν ... Ὁ δὲ Αὔγουστος ἔς τε τὴν Σάμον ἐπανῆλθε, κἀνταῦθα αὖθις ἐχείμασε· καὶ ἐκείνοις τε ἐλευθερίαν μισθὸν τῆς διατριβῆς ἀντέδωκε.* Augustus interim subditos ex Romanarum legum praescripto composuit, foederatos uti maiorum suorum institutis permisit: neque quidquam vel horum adiicere Romano imperio, vel nova bello acquirere, sed prorsus contentus esse partis statuit, idque etiam ad senatum scripsit ... Augustus in Samum reversus, ibidem iterum hiemavit, libertatemque Samiis hospitii praemium dedit. *Dio Cass.* 54, 9. — Augustus Samios liberos esse iussit. *Euseb. Chron. ad a.* 1997, *Aug.* 24. — Augustus Samiis libertatem dedit. *Hieron. Chron. Olymp.* 190, *a.* 3. — *Αὔγουστος Σαμίοις ἐλευθερίαν παρέσχε.* Augustus Samiis libertatem restituit. *Syncellus p.* 593.

735. C. SENTIO SATURNINO Q. LUCRETIO VESPILLONE COSS.

Ἐψηφίσθη ... τὴν ἡμέραν ἣν ἀφίξοιτο, ἔν τε ταῖς ἱερομηνίαις ἀριθμεῖσθαι, καὶ Αὐγουστάλια ὀνομάζεσθαι ... Ἐπιμελητής τε τῶν τρόπων ἐς πέντε ἔτη παρακληθεὶς διεχειροτονήθη, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν μὲν τῶν τιμητῶν ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον, τὴν δὲ τῶν ὑπάτων, διὰ βίου ἔλαβεν. Diem sui reditus inter ferias referri et Augustalia dici passus est ... Rogatus, magistrum se morum in quinquennium creari passus est: potestatemque censoriam in idem tempus, consularem autem, quamdiu viveret, accepit. *Dio Cass.* 54, 10. — *Εἶτα τῶν τρόπων ἐπιμελητὴς καὶ τιμητὴς εἰς πενταετίαν παρακληθεὶς ἐχειροτονήθη, τὴν δὲ τῶν ὑπάτων τιμὴν διὰ βίου ἔλαβε.* Deinde precibus ab eo impetratum est, ut morum magistrum et censorem in quinquennium se creari pateretur, consularem vero dignitatem in omnem aetatem accepit. *Zonaras* 10, 34. Cf. a. 726. — Triumviratum legendi senatus (excogitavit) et alterum recognoscendi turmas equitum. *Sueton. Aug.* 37. — Equitum turmas frequenter recognovit post longam intercapedinem reducto more transvectionis. *Sueton. Aug.* 38. — Impetratis a senatoribus decem adiutoribus, unumquemque equitum rationem vitae reddere coegit: atque ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit, plures admonitione, sed varia. Levissimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti et ibidem statim legerent. Notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati graviori foenore collocassent. *Sueton. Aug.* 39. — Augustus permisit senatui deligere praefectos. *Tacit. Ann.* 13, 29. — *Divus Augustus carmina Virgilii cremari contra eius verecundiam vetuit. *Plin. Hist. Nat.* 7, 31.

736. P. ET CN. CORN. LENTULIS COSS.

Πράξας δὲ ταῦτα, τὸ βουλευτικὸν ἐξήτασε ... αὐτός τε τριάκοντα ἄνδρας τοὺς ἀρίστους ... ἐξελέξατο, καὶ ἐκείνους ἐκέλευσε προομόσαντας τὸν αὐτὸν ὅρκον, κατὰ πέντε, πλὴν τῶν συγγενῶν, ἐς πινάκια γράψαντας ἑλέσθαι. καὶ μετὰ τοῦτο τὰς πεμπάδας ἐκλήρωσεν· ὥσθ᾽ ἕνα καθ᾽ ἑκάστην τὸν λαχόντα, αὐτόν τε βουλεῦσαι, καὶ ἑτέρους πέντε ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐγγράψαι ... Ἐπεὶ ... αὐτός τε τὰ λοιπὰ ἀνελέξατο, καὶ αὐτὸς τοὺς ἐνδέοντας προσείλετο· ὥστε ἑξακοσίους τοὺς πάντας ἀποδειχθῆναι. His actis senatorum delectum instituit ... Triginta viros optimos ... ex omnibus elegit: eos sacramento prius eodem adactos iussit, praeteritis cognatis, quinos deligere tabellis inscriptos: ac deinde hos quinos iterum sorti commisit, ut ex iis singuli sorte delecti non tantum ipsi in senatu essent, sed et praeterea alios quinos iisdem conditionibus in senatum adscriberent ... Post ... ipse reliquum censum peregit, ipse eos, qui ad explendam senatorum summam deessent, elegit, donec numerus sexcentorum senatorum compleretur. *Dio Cass.* 54, 13. — *Τοὺς ἑξακοσίους κατελέξατο.* Sexcentos (senatores) elegit. *Dio Cass.* 54, 14. — *Ὁ δ᾽ οὖν Αὔγουστος ἄλλα τε ἐνομοθέτησε, καὶ τοὺς δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐς πέντε ἔτη αὐτῶν εἶρξε. τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις βαρύτερα τὰ ἐπιτίμια ἐπέταξε· καὶ ἔμπαλιν τοῦ τε γάμου καὶ τῆς παιδοποιΐας ἆθλα ἔθηκεν. ἐπειδή τε πολὺ πλεῖον τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς ἦν, ἐπέτρεψε καὶ ἐξελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι, πλὴν τῶν βουλευόντων, ἄγεσθαι· ἔννομον τὴν τεκνοποιΐαν αὐτῶν εἶναι κελεύσας ... καὶ ὃς εἶπε δ᾽ οὖν τινα, καὶ περὶ τῆς ἐσθῆτος, καὶ περὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, τῶν τε ἐξόδων, καὶ τῆς σωφροσύνης αὐτῶν ... Προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν, μεθ᾽ ἣν οὐδὲ δυοῖν ἐτοῖν διελθόντων γαμήσει τις.* Inter alia ab Augusto tum statuta, haec quoque fuerunt: quod eos, qui largitionibus factis magistratum aliquem ambiissent, quinquennium ab iis arcuit; graviorem mulctam innuptis utriusque sexus imposuit, contraque nuptiarum et multitudinis liberorum praemia constituit: ac quoniam plures erant mares ingenui, quam feminae, liberum fecit, ut qui vellent, modo ne senatores essent, libertinas etiam ducere possent eorumque liberos legitimos esse iussit ... Itaque Augustus nonnulla de vestitu ac reliquo mundo muliebri, de progressu in publicum ac modestia retulit ... Edixit, ne qua pactio nuptialis rata esset, ubi ultra biennium nuptiae differrentur. *Dio Cass.* 54, 16. — *Καίτοι καὶ μνηστεύειν ὑμῖν ἁπαλὰς ἔτι κόρας καὶ μηδέπω γάμων ὡραίας ἐπέτρεψα, ἵνα τὸ ὄνομα τῶν μελλονυμφίων ἔχοντες, οἰκωφελῶς βιώητε.* At ego teneras adhuc puellas et viris immaturas ut vobis desponsaretis, permisi; ut quum sponsi propediem nuptias celebraturi vocaremini, eo magis rem familiarem curaretis. *Dio Cass.* 56, 7. — Leges retractavit et quasdam ex integro sanxit, ut sumtuariam, *de adulteriis et de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc quum aliquanto quam ceteras severius emendasset (mandasset?), prae tumultu recusantium perferre non potuit, nisi ademta demum lenitave parte poenarum et vacatione triennii data auctisque praemiis ... Quumque immaturitate sponsarum et matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coarctavit, * divortiis modum imposuit. *Sueton. Aug.* 34. — D. Augustus filiam ultra impudicitiae maledictum impudicam relegavit (752) ... admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis commessationibus civitatem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filiae in stupro placuisse. *Seneca de Beneficiis* 6, 32. Cf. a. 762. — *Ἔθετό τε καὶ ἄλλους νόμους, καὶ τὸ, τοὺς δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς, ἐς πέντε ἔτη αὐτῶν εἴργεσθαι· τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις ἐπιτίμια ἔταξε, τοῦ δὲ γάμου καὶ τῆς παιδοποιΐας ἆθλα ἔθηκε. Κἀπειδὴ πολὺ πλεῖον τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς ἦν, ἐπέτρεψε καὶ ἀπελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι, πλὴν τῶν βουλευτῶν, ἄγεσθαι, ἔννομον τὴν τεκνοποιΐαν αὐτῶν εἶναι κελεύσας. Ἐπεὶ δὲ βρέφη τινὲς μνηστευόμενοι, τὰς μὲν τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο τιμὰς, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε, μηδεμίαν ἰσχύειν μνηστείαν, μεθ᾽ ἣν οὐ δύο διελθόντων ἐτῶν εὐθὺς γαμήσει τις, τουτέστι δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι, δώδεκα δὲ ταῖς κόραις ἔτη εἰς τὴν τοῦ γάμου ὥραν πλήρη νομίζεται.* Praeter leges alias, illam quoque tulit, ut qui in comitiis suffragia corrupissent, magistratibus quinquennium excluderentur. Vitae caelibi tam virorum quam mulierum poenas, coniugio et procreationi liberorum praemia proposuit: et quia plures erant patricii mares quam femellae, permisit etiam libertinas ducere, si qui vellent, senatoribus exceptis, eorumque progeniem legitimam esse iussit. Iam quia nonnulli infantibus sibi desponsis, quum fraudem legi facerent, praemiis coniugum fruebantur: sanxit, ne qua sponsalia rata essent, nisi post biennium nuptiae celebrarentur: hoc est, ut puellae non minores decem annis desponderentur, quarum annus aetatis duodecimus maturus coniugio habebatur. *Zonaras* 10, 34. — *Γράψας τὸν περὶ τῶν μοιχῶν νόμον, ἐν ᾧ διώρισται πῶς δεῖ κρίνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίαις γενομένους, καὶ πῶς δεῖ κολάζεσθαι τοὺς ἁλόντας.* Legem de adulteriis dedit, qua constitutum est, quomodo accusati sint iudicandi et quomodo puniendi in iudicio victi. *Plutarch. Apoph. Aug.* 8. — Nullis polluitur casta domus

stupris: Mos et lex maculosum edomuit nefas: Laudantur simili prole puerperae: Culpam poena premit comes. *Horat. Carm.* 4, 5, 21—24. — Tu rapis: hic castas duce se iubet esse maritas: Tu recipis luco, submovet ille nefas. Vis tibi grata fuit, florent sub Caesare leges. *Ovid. Fast.* 2, 139 *sq.* — *Ulpianus Lib. I. de Adulteriis.* Haec lex lata est a D. Augusto. *L.* 1 *D. ad Leg. Iuliam de Adulter.* 48, 5. (Plerique referunt legem Iuliam de adulteriis ad ann. 737, sine certa ratione, quamquam ne 736 quidem anno videtur lata esse, sed post ann. 737.) — *Papinianus* (*Lib. I. de Adulteriis*). Inter liberas tantum personas adulterium stuprumve passas lex Iulia locum habet. *L.* 6 *pr. D. e. t.* — *Ulpianus Lib. II. de Adulteriis.* Haec lex ad omnia matrimonia pertinet. *L.* 13, § 1 *D. e. t.* — Lex Iulia de adulteriis coercendis, quae non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed et eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam stupri flagitium punitur, quum quis sine vi vel virginem vel viduam honeste viventem stupraverit. § 4 *Inst. de Publ. iud.* 4, 18. Cf. Tacit. Ann. 4, 42. — *Paulus Lib. Singulari Et Titulo de Adulteriis.* Et quidem primum caput legis Iuliae de adulteriis prioribus legibus pluribus abrogat. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 4, 2, 2. — *Ulpianus Lib. I. de Adulteriis.* Haec verba legis: Ne quis posthac stuprum, adulterium facito sciens dolo malo etc. *L.* 12 *D. ad Leg. Iul. de Adult.* 48, 5. — Secundo vero capite permittit patri, (si in) filia sua, quam in potestatem habet, aut in ea, quae (eo) auctore, quum in potestate esset, viro in manum convenerit, adulterum domi suae generive sui deprehenderit, isque in eam rem socerum adhibuerit, ut is pater eum adulterum sine fraude occidat ita, ut filiam in continenti occidat. *Coll. l. c.* § 3. Cf. l. 23 pr. et § 4 D. h. t. — Capite secundo legis Iuliae de adulteriis permittitur patri, tam adoptivo quam naturali, adulterum cum filia cuiuscunque dignitatis domi suae vel generi sui deprehensum sua manu occidere. *Paul.* 2, 26, 1. — *Paulus Lib. Singulari et Titulo de Adulteriis.* Auctoritate quoque (legis) patrem posse interficere vel consularem virum, vel patronum suum, (si) in filia adulterum deprehenderit, eodem libro Marcellus probat. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 4, 2, 5. — *Macer Lib. I. Publicorum.* Hac lege cavetur, ut liceat viro deprehensum domi suae, non etiam soceri, in adulterio uxoris occidere eum, qui leno fuerit, quive artem ludicram ante fecerit, in scenam saltandi cantandive causa prodierit, iudiciove publico damnatus, neque in integrum restitutus erit, quive libertus eius mariti, uxorisve patris, matris, filii, filiae, utrius eorum fuerit. *L.* 24 *pr. D. ad Leg. Iul. de Adult.* 48, 5. — Et praecipitur, ut is maritus, qui horum quem occiderit, uxorem sine mora dimittat. *L.* 24 *cit.* § 1. — *Paulus Eodem Lib. Singulari et Titulo.* Certae autem enumerantur personae, quas viro liceat occidere, in adulterio deprehensa uxore, quamvis uxorem non liceat. Ergo secundum leges (verba legis) viro etiam filiofamilias permittitur etiam domi suae deprehensum adulterum interficere servum, et eum, qui auctoramento rogatus est ad gladium, vel etiam illum, qui operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locavit. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 4, 3, 1 *et* 2. — Sed et in publico iudicio damnatum licet interficere in adulterio deprehensum, vel libertinum vel suum vel paternum, et tam civem Romanum quam Latinum. *Coll. l. c.* § 3. — Debet autem profiteri apud eum, cuius iurisdictio est eo loco, ubi occidit, et uxorem dimittere. Quod si non fecerit, impune non interficit. *Coll. l. c.* § 5. — *Papinianus Lib. Singulari de Adulteriis.* Quaerebatur, an pater emancipatam filiam iure patris accusare possit? Respondi: occidendi quidem facultatem lex tribuit eam filiam, quam habet in potestate, aut (quae) eo auctore in manum convenit; sed accusare iure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 4, 7, 1. — *Macer Lib. I. de Publicis Iudiciis.* Lex parem in eos, qui deprehensi sunt, indignationem exigit et severitatem requirit. *L.* 32 *pr. D. ad Leg. Iul. de Adult.* 48, 5. — *Ulpianus Lib. I. ad Legem Iuliam et Papiam.* Non adiicitur hic, ut in lege Iulia de adulteriis, a quo, vel ubi deprehensa sit; proinde sive maritus, sive quis alius deprehendisse proponatur, videtur notata; sed et si non in domo mariti vel patris sui deprehensa sit, erit notata secundum verba legis. *L.* 43, § 13 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. Cf. l. 3 pr. D. de Accusat. 48, 2. — Filiusfamilias pater si filiam in adulterio deprehenderit, verbis quidem legis prope est, ut non possit occidere; permitti tamen ei debet, ut occidat. *Paul.* 2, 26, 2. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 4, 12, 2. — Capite quinto legis Iuliae de adulteriis cavetur, ut adulterum deprehensum viginti horis attestando vicinos retinere liceat. *Paul.* 2, 26, 3. — *Ulpianus* (*Lib. II. ad Legem Iuliam de Adulteriis*). Capite quinto legis Iuliae ita cavetur, ut viro adulterum in uxore sua deprehensum, quem aut nolit aut non liceat occidere, retinere horas diurnas nocturnasque continuas, non plus quam viginti, testandae eius rei causa, sine fraude sua iure liceat. *L.* 25 *pr. et* § 5 *D. h. t.* 48, 5. — *Ulpianus* (*Lib. IV. de Adulteriis*). Mariti lenocinium lex coërcuit, qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit adulterumque dimisit. Idcirco lex ita locuta est: „adulterum in domo deprehensum dimiserit.“ *L.* 29 *pr. D. e. t.* — *Ulpianus Lib. XLVII. ad Edictum.* Lex Iulia de maritandis ordinibus retinet istam (libertam, quae ab invito marito divortit) in matrimonio, dum eam prohibet alii nubere invito patrono; item Iulia de adulteriis, nisi certo modo divortium factum sit, pro infecto habet. *L.* 1, § 1 *D. Unde vir et uxor* 38, 11. Cf. l. 9 D. de Divort. 24, 2 et l. 43 D. ad L. Iul. de Adult. 48, 5. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Ex lege Iulia servatur, ut, cui necesse est ab adultero incipere, quia mulier ante denuntiationem nupsit, non alias ad mulierem possit pervenire, nisi reum peregerit. *L.* 2 *pr. D. ad Legem Iuliam de Adulter.* 48, 5. — Lenocinii quidem crimen lege Iulia de adulteriis praescriptum est, quum sit in eum maritum poena statuta, qui de adulterio uxoris suae quid ceperit; item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuerit. *L.* 2 *cit.* § 2. Cf. l. 40, § 1 e. t. — *Iulianus Lib. LXXXVI. Digestorum.* Nuptam mihi adulterii ream postulari posse in priore matrimonio commissi, dubium non est, quum aperte lege Iulia de adulteriis coërcendis caveatur, si quidem vidua sit, de cuius adulterio agetur, ut accusator liberum arbitrium habeat, adulterum, an adulteram prius accusare malit, si vero nupta sit, ut prius adulterum peragat, tunc mulierem. *L.* 5 *D. e. t.* — *Papinianus Lib. Singulari de Adulteriis.* Ream adulterii uxorem duxi; eam damnatam mox repudiavi; quaero, an causam discidii praestitisse videor? Respondit: quum per legem Iuliam huiusmodi uxorem retinere prohibearis, non videri causam te discidii praestitisse, palam est. *L.* 11, §. 13 *e. t.* — *Ulpianus* (*Lib. IV. de Adulteriis*). Quod ait lex, adulterii damnatam si quis duxerit uxorem, ea lege teneri, an et ad stuprum referatur, videamus, quod magis est. *L.* 29, § 1 *D. e. t.* — *Ulpianus* (*Lib. IV. de Adulteriis*). Hoc quinquennium observari legislator voluit, si reo vel reae stuprum, adulterium, vel lenocinium obiiciatur; quid ergo, si aliud crimen sit, quod obiiciatur, quod ex lege Iulia descendit? Ut sunt, qui domum suam stupri causa praebuerunt et alii similes. Et melius est dicere, omnibus admissis ex lege Iulia venientibus quinquennium esse praestitutum. *L.* 29, § 6 *D. e. t.* — *Imp. Alexander A. Demetriano.* Qui pretium pro comperto stupro accepit, poena legis Iuliae de adulteriis tenetur. *L.* 10 *C. e. t.* 9, 9. — *Marcianus* (*Lib. I. de Publicis Iudiciis*). Si uxor ex adulterio viri pretium acceperit, lege Iulia quasi adultera tenetur. *L.* 33, § 2 *D. h. t.* 48, 5. — Qui vel cognatam contra interdictum duxerit, remisso mulieris errore (mulieri iuris errore?), ipse poenam adulterii lege Iulia patitur, non etiam non ducta. *Paul.* 2, 19, 5 et *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 6, 3, 3. — *Papinianus Lib. II. de Adulteriis.* Mulieres quoque hoc capite legis, quod domum praebuerunt, vel pro comperto stupro aliquid acceperunt, tenentur. *L.* 10, § 1 *D. ad Leg. Iul. de Adulteriis* 48, 5. — Incesti poenam, quae in viro in insulam deportatio est, mulieri placuit remitti; hactenus tamen, quatenus lege Iulia de adulteriis non apprehenditur. *Paul.* 2, 26, 15. — Qui masculum liberum invitum stupraverit, capite punitur. *Paul.* 2, 26, 12. — *Ulpianus Lib. II. de Adulteriis.*

Legis Iuliae de adulteriis capite septimo ita cavetur: „ne quis inter reos referat eum, qui tum sine detrectatione reipublicae causa aberit.“ *L.* 15, § 1. *D. e. t.* — *Ulpianus Lib. III. de Adulteriis.* Notandum est, quod capite quidem nono non cavetur, si servus adulterii accusetur, et accusator quaestionem in eo haberi velit, duplum pretium domino praestari lex iubet, at hic simplum. *L.* 27, § 16 *D. e. t.* — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Quoties alii, qui post maritum et patrem accusare possunt, ad accusandum prosiliunt, lege expressum est, ut is, cuius de ea re notio est, de iusto accusatore constituat. *L.* 2, § 9 *D. ad Leg. Iul. de Adulter.* 48, 5. — *Ulpianus Lib. II. de Adulteriis.* Lex Iulia de adulteriis specialiter quosdam adulterii accusare prohibet, ut minorem annis viginti quinque. *L.* 15, § 6 *D. e. t.* — *Papinianus Lib. III. Quaestionum.* Si minor annis adulterium commiserit, lege Iulia tenetur, quoniam tale crimen post pubertatem incipit. *L.* 36 *D. e. t.* — *Tryphoninus Lib. III. Disputationum.* Sed ut ad legis Iuliae de adulteriis coërcendis praecepta veniamus, utique nulla deprecatio adulterii poenae est, si se minor annis adulterum fateatur. Dixi, nec si quid eorum commiserit, quae pro adulterio eadem lex punit, veluti si adulterii damnatam sciens uxorem duxerit, aut in adulterio deprehensam uxorem non dimiserit, quaestumve de adulterio uxoris fecerit, pretiumve pro comperto stupro acceperit, aut domum praebuerit ad stuprum adulteriumve in eam committendum; et non sit aetatis excusatio adversus praecepta legum ei, qui dum leges invocat, contra eas committit. *L.* 37, § 1 *D. de Minor.* 4, 4. Cf. l. 1, § 2 D. de Concubinis 25, 7. — *Imp. Alexander A. Domno.* Reos adulterii duos simul, marem et feminam, ex eadem causa fieri lex Iulia de pudicitia vetat. *L.* 8 *C. ad L. Iul. de Adult.* 9, 9. — *Imp. Antoninus A. Iuliano.* Verba legis Iuliae de adulteriis coërcendis, sed etiam sententia, per quaestionem quoque servorum sive ancillarum crimen admissum probari volentis etc. *L.* 3 *C. e. t.* — *Ulpianus Lib. III. de Adulteriis.* Haberi quaestionem lex iubet de servis ancillisve eius, de quo, vel de qua quaereretur, parentisve utriusque eorum, si ea mancipia ad usum ei a parentibus data sint. *L.* 27, § 6 *D. e. t.* — Iubet lex eos homines, de quibus quaestio ita habita est, publicos esse. *L.* 27 *cit.* § 11. — *Ulpianus Lib. III. de Adulteriis.* Si reus vel rea absoluti fuerint, aestimari per iudices lex damnum voluit, sive mortui fuerint, quantae pecuniae ante quaestionem fuerint, sive vivent, quantae pecuniae in his damnum datum fuerit, factumve esset. *L.* 27 *cit.* § 15. — *Impp. Severus et Antoninus AA. Cassiae.* Publico iudicio non habere mulieres adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Iulia declarat, quae, quum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis privilegium detulit. *L.* 1 *C. h. t.* 9, 9. — *Paulus Lib. II. de Adulteriis.* Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonii in iudicio dicendi ius habere. *L.* 18 *D. de Testib.* 22, 5. — *Ulpianus Lib. VI. ad Edictum.* Miles, qui lege Iulia de adulteriis fuerit damnatus, ita infamis est, ut etiam ipsa sententia eum sacramento ignominiae causa solvat. *L.* 2, § 3 *D. de His, qui not. inf.* 3, 2. — *Imp. Alexander A. Proculo.* Castitati temporum meorum convenit, lege Iulia de pudicitia damnatam in poenis legitimis perseverare. *L.* 9 *C. h. t.* 9, 9. — *Modestinus Lib IX. Differentiarum.* Inter stuprum et adulterium hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur, sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter utitur. *L.* 101 *pr. D. de Verb. sign.* 50, 16. Cf. l. 19, §. 3; l. 22 pr.; l. 27, § 1; l. 33, § 1; l. 39 pr.; l. 42, 43 D. h. t. 48, 5; l. 17 C. e. t. 9, 9. — Toties quae nubit, adultera lege est. *Martial. Epigr.* 6, 7. Cf. Tiberius, D. Pius Ant., Divi Fratres, Marcus et Commodus, Antoninus Carac. — Dotale praedium maritus invita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamvis ipsius sit, vel mancipatum ei dotis causa, vel in iure cessum, vel usu captum; quod quidem ius utrum ad Italica tantum praedia, an etiam ad provincialia pertineat, dubitatur. *Gai.* 2, 63. — Dotale praedium maritus invita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamvis ipsius sit, dotis causa ei datum; quod nos, legem Iuliam corrigentes, in meliorem statum deduximus. Quum enim lex in solis tantummodo rebus locum habebat, quae Italicae fuerant, et alienationes inhibebat, quae invita muliere fiebant, hypothecas autem earum, etiam volente, utrisque remedium imposuimus, ut etiam in eas res, quae in provinciali solo positae sunt, interdicta fiat alienatio vel obligatio, et neutrum eorum, neque consentientibus mulieribus, procedat, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiae earum converteretur. *pr. Inst. Quibus alienare* 2, 8. Cf. Theophil. ad pr. cit. — *Gaius Lib. XI. ad Edictum Provinciale.* Lex Iulia, quae de dotali praedio prospexit, ne id marito liceat obligare aut alienare. *L.* 4 *D. de Fundo dotali* 23, 5. — Lege Iulia de adulteriis cavetur, ne dotale praedium maritus invita muliere alienet. *Paul. Sent.* 2, 21. *B.* 2. — *Paulus Lib. XLIII. ad Edictum.* Dotale fundum si legaverit miles, non erit ratum legatum propter legem Iuliam. *L.* 16 *D. de Test. mil.* 29, 1. — *Tryphoninus Lib. XI. Disputationum.* Lex Iulia, quae vetat fundum dotalem alienari. *L.* 16 *D. e. t.* — *Papinianus Lib. VIII. Responsorum.* Qui dotale praedium contra legem Iuliam vendidit. *L.* 77, § 5 *D. de Leg. II.* (31.) — * *Paulus Lib. XXII. Quaestionum.* Maritus servum dotalem manumisit, et in testamento eius legatum sibi adscripsit. Quaesitum est, quid mulier ex lege Iulia consequi possit. *L.* 14, § 2 *D. de L. Cornel. de Falsis* 48, 10. Cf. Claudius. L. 1 D. de Publ. iud. 48, 1. — * Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit ... *Negotium aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro circove, nisi positis lacernis togatum consistere. *Sueton. Aug.* 40. — *Ταῦτά τε οὖν ἕκαστα διενομοθέτει, καὶ ἵνα ἐπὶ τῇ τοῦ σίτου διαδόσει προβάλλωνται καὶ οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀεὶ ὄντες ἕνα ἕκαστον ἐκ τῶν πρὸ τριῶν ἐτῶν ἐστρατηγηκότων, καὶ ἐξ αὐτῶν τέσσαρες οἱ λαχόντες σιτοδοτῶσιν ἐκ διαδοχῆς. τόν τε πολίαρχον τὸν ἐς τὰς ἀνοχὰς καθιστάμενον ἕνα ἀεὶ αἱρεῖσθαι. καὶ τὰ ἔπη τὰ Σιβύλλεια, ἐξίτηλα ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγονότα, τοὺς ἱερέας αὐτοχειρίᾳ ἐκγράψασθαι ἐκέλευσεν, ἵνα μηδεὶς ἕτερος αὐτὰ ἀναλέξηται. Τάς τε ἀρχὰς ἅπασι, τοῖς δέκα μυριάδων οὐσίαν ἔχουσι, καὶ ἄρχειν ἐκ τῶν νόμων δυναμένοις, ἐπαγγέλλειν ἐπέτρεψε.* Praeterea instituit, ut ad distribuendam annonam magistratus singuli singulos ex iis, qui ante triennium praeturam gessissent, proderent: ex quibus quatuor sorte delecti, frumento dividundo vacarent ordine: ut unus semper praefectus urbis, feriarum latinarum causa, constitueretur (cf. a. 729): et quia iam vetustate libri Sibyllini exolescebant, pontificibus negotium dedit, ut sua manu eos describerent, ne quis alius eos legeret. Omnibus, qui quadringenta sestertia possiderent, et quibus magistratus gerere per leges liceret, eorum petendorum potestatem dedit. *Dio Cass.* 54, 17. — * *Τὸ τῶν ἔργων σκρινίον, οὐκ ὂν ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὁ Αὔγουστος προσένειμε τῇ ἀρχῇ.* Operum scrinium, quum ab initio non fuisset, Augustus magistratui (Praef. urb.) addidit. *Ioann. Laur. Lydus* 1, 34.

737. C. FURNIO C. IUN. SILANO COSS.

Καὶ τοῖς τὰ ἐπινίκια πέμπουσιν, ἔργον ἐκ τῶν λαφύρων ἐς τὴν τῶν πράξεων μνήμην ποιεῖν προσέταξε· τά τε σαικουλάρια τὰ πέμπτα ἐπετέλεσε· καὶ τοὺς ῥήτορας ἀμισθὶ συναγορεύειν, ἢ τετραπλάσιον ὅσον ἂν λάβωσιν ἐκτίνειν, ἐκέλευσε· τοῖς δὲ δικάζειν ἀεὶ λαγχάνουσιν ἀπεῖπεν, ἐς μηδενὸς [οἴκαδε] τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐσιέναι. ἐπειδή τε ἀσπουδὶ βουλευταὶ ἐς τὸ συνέδριον συνεφοίτων, ἐπηύξησε τὰς ζημίας τοῖς οὐκ ἐξ εὐλόγου τινὸς αἰτίας ὑστερίζουσι. Iis, qui triumpharent, mandavit, ut in rerum a se gestarum memoriam aliquod monumentum ex manubiis exstruerent: saeculares ludos quinto perfecit: oratores iussit causas nullo accepto praemio agere: qui secus fecisset, eum quadruplum acceptae mercedis pendere: qui quotannis iudices sorte deligerentur, iis prohibuit, ne eo anno in ullius domum se conferrent: et quoniam negligentius in curiam senatores veniebant, iis, qui absque iusta causa abessent, maiorem quam ante mulctam proposuit. *Dio Cass.* 54, 18. — Restituit ... ludos saeculares. *Sueton. Aug.* 31. —

... S. L. Cestius L. Petronius Ru. ... V. F. Ludos saecularis post complur. ... ppa. tribunic. potestate futuros quo. ... ... qui etiam quod tale spectacul. ... s. qui nondum sunt maritali s. ... stituti neque ultra quam semel ulli mo ... eni s. f. s. spectare liceat ieis qui lege de marita ... em adfuer et senatusconsultum, factum est. ... nere ad conservandam memoriam tantae r. ... am aeneam et marmoream inscribi s. ... ni. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I C. uti Cos. A. A. ve adhi ... armoream in quibus commentari ... p. inperent uti redemptoribus ea ... um propositum est XV VII ... s. existumavimus ut omnes lib. ... II. coniugesque ... Cos. v. f. de lucari ludorum sa ... fierent Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. uti quoniam ant. ... saeculares XV vir. sacr. faciund in summa constitu ... quos pro salute Caesaris fecerunt lucaris nomine cons. ... it inperent uti eam pecuniam dandam adtribuendam ... inno C. Silano C. Furnio Cos. A. D. XIII. kal. Mart. senat. ... rificium saeculare locarentur in ea verba qu. ... ulla scribundo adfuer. M. Iunius M. F. si. ... inus C. Asinius Cn. F. ... *Gruter. Corp. Inscr. p.* 328, 1. — *Ταύτης ἐπὶ χρόνον τῆς θυσίας ἀμεληθείσης, αὖθίς τινων συμπεσόντων ἀπιθυμίων, ἀνεώσατο τὴν ἑορτὴν Ὀκταβιανὸς ὁ Σεβαστὸς, προτελεθεῖσαν μὲν ὑπάτων ὄντων Λουκίου Κηνσωρίνου καὶ Μάρκου Μαλλίου Πουιλίου, τότε δὲ Λουκίου Κενσωρίνου καὶ Γαίου Σαβίνου, τὸν θεσμὸν Ἀτηΐου Καπίτωνος ἐξηγησαμένου, τοὺς χρόνους, καθ᾽ οὓς ἔδει τὴν θυσίαν γενέσθαι καὶ τὴν θεωρίαν ἀναχθῆναι, τῶν πεντεκαίδεκα ἀνδρῶν, οἳ τῆς Σιβύλλης θέσφατα φυλάττειν ἐτάχθησαν, ἀνερευνησάντων. μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτὴν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμὸν, μεθ᾽ ὃν Δομετιανὸς τὸν Κλαύδιον παραπεμψάμενος, καὶ τὴν περίοδον τῶν ἐτῶν, ἀφ᾽ οὗ τὴν ἑορτὴν ὁ Σεβαστὸς ἐπετέλεσεν ἀριθμήσας, ἔδοξε τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδοθέντα φυλάττειν θεσμόν. ἐπὶ τούτοις ὁ Σεβῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνστάντων ἐτῶν ἅμα τοῖς παισὶν Ἀντωνίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο, Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων.* Eodem sacrificio ad tempus neglecto, quum rursus adversi quidam casus accidissent: Octavianus Augustus ludos instauravit, factos illos quidem ante, L. Censorino et M. Manlio Puelio Coss.; tunc autem L. Censorino et C. Sabino; quum Ateius Capito leges ludorum exposuisset; ac tempus, quo rem sacram fieri atque edi spectacula oporteret, XV viri, ad quos oraculorum Sibyllinorum custodia pertinebat, investigassent. Post Augustum Claudius ludos celebravit, numero praestitutorum annorum neglecto. Post eum Domitianus, Claudio valere iusso, numeratoque ambitu annorum, ex quo ludos Augustus fecisset, traditam ab initio legem servare visus est. Secundum hos Severus, quum anni CX iam appetiissent: cum filiis, Antonino et Geta, ludos eosdem ordinavit, Chilone Liboneque Coss. *Zosimus* 2, 4. — Iisdem consulibus (800, p. C. n. 47) ludi saeculares octingentesimo post Romam conditam, quarto et sexagesimo, quam Augustus ediderat, spectati sunt. *Tacit. Ann.* 11, 11. — Minus miror, Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, utrisque saecularibus ludis saltasse, et D. Augusti et quos Claudius consulatu suo quarto fecit, quando sexaginta tres non amplius interfuere anni. *Plin. Hist. Nat.* 7, 49. Cf. Horatii Carmen saeculare, Suetonii Vita Horatii § 10, Fasti Capitolini. Hoc anno praefectura urbis videtur instituta esse. — Quintos ludos (saeculares) C. Furnio C. Iunio Silano Coss. anno 737. Caesar Augustus et Agrippa fecerunt. *Censorinus de Die Nat.* 17. —

738. L. DOMITIO AHENOBARBO P. CORNELIO SCIPIONE COSS.

Ἐστρατήγησε γὰρ (Τιβέριος), καίπερ τὰς στρατηγικὰς τιμὰς ἔχων· καὶ τήν γε ἀρχὴν αὐτοῦ πᾶσαν ὁ Δροῦσος ἐκ δόγματος διήγαγεν. Praeturam enim gerebat, quamquam praetorios honores iam ante haberet. Tiberii praeturam Drusus ex senatusconsulto ad finem usque gessit. *Dio Cass.* 54, 19. — *Καὶ τὴν πενταετηρίδα τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ (τοῦ Αὐγούστου) διεώρτασαν.* Tum quinquennales etiam ludi propter eiusdem principatum celebrati sunt. *Dio Cass. l. c.*

739. M. LIV. DRUSO LIBONE L. CALPURNIO PISONE COSS.

Domuit Rhaetiam et Vindelicos. *Suet. Aug.* 21. — Tiberius Caesar Rhaetiam et Vindelicos ac Noriscos Pannoniamque et Scordiscos novas imperio nostro subiunxit provincias. *Vell. Paterc.* 2, 39. — Tiberius Vindelicos et eos, qui Thraciarum confines erant, Romanas provincias fecit. *Hieronym. et Euseb. Chron. Olymp.* 191, 2. — Rhaetia domita. *Livii Epit.* 136. — Romano adiecit imperio Aegyptum (724), Cantabriam, Dalmatiam saepe ante victam, sed penitus tunc subactam, Pannoniam, Aquitaniam, Illyricum, Rhaetiam, Vindelicos et Salassos in Alpibus (729), omnes Ponti maritimas civitates, in his nobilissimas Bosporum et Panticapaeon. *Eutrop.* 7, 5. — Rhaetos Vindelicos, Dalmatas numero provinciarum populo Romano coniunxit. *Aur. Vict. Epit.* 1. — Maxime principum, Quem legis expertes Latinae Vindelici didicere nuper, Quid Marte posses. *Horat. Od.* 4, 14, 6 sqq. — Non qui profundum Danubium bibunt Edicta rumpent Iulia. *Horat. Od.* 4, 15, 21. — Imperatori Caesari Divi F. Aug. Pontifici Maximo Imp. XIIII. Tribuniciae potestatis S. P. Q. R. quod eius ductu auspiciisque gentes Alpinae omnes, quae a mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium Pop. Rom. sunt redactae. *Plin. Hist. Nat.* 3, 24. Cf. Florus 4, 12. Syncellus p. 593. Vid. a. 761. — *Καὶ ἔδωκε μὲν ἐλευθέροις Ἀχαιῶν μόνοις τοῖς Πατρεῦσιν εἶναι· ἔδωκε δὲ καὶ ἐς τὰ ἄλλα γέρα σφίσιν, ὁπόσα τοῖς ἀποίκοις νέμειν οἱ Ῥωμαῖοι νομίζουσι.* Et solis certe Patrensibus, ex Achaeis omnibus, ut sua libertate uterentur, concessit; atque alia in eam civitatem beneficia contulit, quibus a se deductas colonias Romani afficere consueverunt. *Pausan. Achaic.* 7, 18. — *Ulpianus Lib. I. de Censibus.* Sed et Berytensis colonia in eadem provincia Augusti beneficiis gratiosa et, ut D. Hadrianus in quadam oratione ait, Augustana colonia, quae ius Italicum habet. *L.* 1, § 1 *D. de Censibus* 50, 15. — Coloniae deductae Berytum et Patras. *Euseb. Chron. ad a.* 2001, *Aug.* 28. — Coloniae Berytum et Patras deductae. *Hieron. Chron. Olymp.* 191, *a.* 3. — *Ἀποικίας εἰς Πάτρας καὶ Βήρυτον Ῥωμαῖοι ἐξέπεμψαν.* Romanas colonias Patras et Berytum deduxit. *Syncellus p.* 593. Cf. Strabo XVI, p. 1096. — *Τότε δὲ πόλεις ἔν τε τῇ Γαλατίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ συχνὰς ἀπῴκισε, καὶ Κυζικηνοῖς τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδωκε. Παφίοις ... τὴν πόλιν Αὔγουσταν καλεῖν, κατὰ δόγμα ἐπέτρεψε.* Tum vero multas in Galliam et Hispaniam colonias deduxit: Cyzicenis libertatem restituit: Paphiis ... permisit, ut ex senatusconsulto urbem Augustam nominarent. *Dio Cass.* 54, 23. — Commercium penitus atque in splendidissima Rhaetiae provinciae colonia. *Tacit. Germ.* 41.

740. M. LICINIO CRASSO CN. CORNELIO LENTULO COSS.

* *Ὁ γοῦν Αὔγουστος, ἐπειδὴ πάντα τά τε ἐν ταῖς Γαλατίαις καὶ τὰ ἐν ταῖς Γερμανίαις ταῖς τ᾽ Ἰβηρίαις πολλὰ μὲν ἀναλώσας ὡς ἑκάστοις, πολλὰ δὲ καὶ παρ᾽ ἑτέρων λαβὼν τήν τε ἐλευθερίαν καὶ τὴν πολιτείαν τοῖς μὲν δοὺς, τοὺς δ᾽ ἀφελόμενος, διῳκήσατο.* Augustus rebus Gallicis, Germanicisque omnibus confectis, quum multos in singulas civitates sumtus fecisset, magnam ab aliis vim pecuniae accepisset, libertatem ac civitatem aliis dedisset, aliis ademisset. *Dio Cass.* 54, 25. Cf. a. 734 et Sueton. Aug. 47 (supr. p. 4). — *Impetrando ut Carni, Catali ... attributi a. D. Augusto reipublicae nostrae ... in curiam admitterentur. *Decret. Tergest.* 5 *sq.*

737—740.

Καῖσαρ Σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς, δημαρχικῆς ἐξουσίας, λέγει. ἐπειδὴ τὸ ἔθνος τὸ τῶν Ἰουδαίων εὐχάριστον εὑρέθη, οὐ μόνον ἐν τῷ ἐνεστῶτι καιρῷ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ προγεγεννημένῳ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς αὐτοκράτορος Καίσαρος, πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων, ὅ,τε ἀρχιερεὺς αὐτῶν Ὑρκανὸς, ἔδοξέ μοι καὶ τῷ ἐμῷ συμβουλίῳ μετὰ ὁρκωμοσίας γνώμῃ δήμου Ῥωμαίων, τοὺς Ἰουδαίους χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις θεσμοῖς κατὰ τὸν πατρῷον αὐτῶν νόμον, καθὼς ἐχρῶντο ἐπὶ Ὑρκανοῦ ἀρχιερέως Θεοῦ ὑψίστου, τά τε ἱερὰ εἶναι ἐν ἀσυλίᾳ, καὶ ἀναπέμπεσθαι εἰς Ἱερουσόλυμα, καὶ ἀποδίδοσθαι αὐτὰ τοῖς ἀπο-

δοχεύουσιν Ἱεροσολύμων, ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ, ἀπὸ ὥρας ἐννάτης. ἐὰν δέ τις φωραθῇ κλέπτων τὰς ἱερὰς βίβλους αὐτῶν, ἢ τὰ ἱερὰ χρήματα, ἔκ τε σαββατείου, ἔκ τε ἀνδρῶνος, εἶναι αὐτὸν ἱερόσυλον, καὶ τὸν βίον αὐτοῦ ἐνεχθῆναι εἰς τὸ δημόσιον τῶν Ῥωμαίων. τό τε ψήφισμα τὸ δοθέν μοι ὑπ᾽ αὐτῶν, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, ἧς ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ὑπὲρ Γαΐου Μαρκίου Κηνσωρίνου, καὶ τοῦτο τὸ διάταγμα κελεύω ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημοτάτῳ τόπῳ γενηθέντι μοι ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας ἐν Ἀγκύρῃ. ἐὰν δέ τις παραβῇ τι τῶν προειρημένων, δώσει δίκην οὐ μετρίαν. Ἐστηλογραφήθη ἐν τῷ Καίσαρος ναῷ. Caes. Aug. Pont. Max. Trib. Potest. Edicit. Quandoquidem Iudaeorum gens, non solum hoc tempore fida et grata populo Romano inventa fuerit, sed et multo ante, maximeque sub patre meo Caesare imperatore, et in primis pontifex maximus Hyrcanus, placuit mihi et consiliariis meis auctoratis de sententia populi Romani, ut Iudaei suis moribus uti ex patria ipsorum lege sinerentur, quemadmodum usi fuissent tempore Hyrcani pontificis summi Dei; neque eorum donaria attingerentur, sed Hierosolyma mitti permitterentur, et iis tradi, quibus esset recipiendi munus Hierosolymis delegatum, neve cogerentur ad vadimonia praestanda Sabbatis, aut quae ante haec fuerit praeparatio ab hora nona. Quod si quis furatus sacros eorum libros aut sacram pecuniam, ex cella sabbataria aut ex cella conclavium virorum, compertus esset, pro sacrilego haberetur, eiusque bona in publicum populo Romano addicerentur. Decretum etiam, quod mei in honorem scripserunt, ob meam in universum hominum genus pietatem, et ob Caii Marcii Censorini in illos merita, una cum hoc edicto reponendum esse iubeo in loco celeberrimo a communi Asiae mihi Ancyrae consecrato. Si quis contra ea, quae ediximus, fecerit, non levi mulctabitur poena. Inscriptum est columnae in templo Caesaris. *Iosephi Antiq.* 16, 6, 2. — *Καῖσαρ Νορβάνῳ Φλάκκῳ χαίρειν· Ἰουδαῖοι, ὅσοι ποτ᾽ οὖν εἰσὶν οἳ δι᾽ ἀρχαίαν συνήθειαν εἰώθασιν χρήματά τε ἱερὰ φέροντες ἀναπέμπειν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀκωλύτως τοῦτο ποιείτωσαν.“* Caesar Norbano Flacco S. Iudaeis ubicunque gentium degentibus, qui ex veteri instituto soliti erant etiam pecuniam sacram Hierosolyma mittere, liceat hoc facere nemine prohibente. *L. c.* § 3. — *Ἀγρίππας Ἐφεσίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. τῶν εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀναφερομένων ἱερῶν χρημάτων τὴν ἐπιμέλειαν καὶ φυλακὴν βούλομαι τοὺς ἐν Ἀσίᾳ Ἰουδαίους ποιεῖσθαι κατὰ τὰ πάτρια· τούς τε κλέπτοντας ἱερὰ χρήματα τῶν Ἰουδαίων, καταφεύγοντάς τε εἰς τὰς ἀσυλίας, βούλομαι ἀποσπᾶσθαι καὶ παραδίδοσθαι τοῖς Ἰουδαίοις, ᾧ δικαίῳ ἀποσπῶνται οἱ ἱερόσυλοι. ἔγραψα δὲ καὶ Σιλανῷ τῷ στρατηγῷ, ἵνα σάββασι μηδεὶς ἀναγκάζῃ Ἰουδαῖον ἐγγύας ὁμολογεῖν.* Agrippa Ephesiorum Magistratibus, Senatui et Populo. Pecuniae sacrae, quae Hierosolyma in templum mitti solebat, procurationem et custodiam penes Iudaeos in Asia esse volo more patrio, et si qui sacram Iudaeorum pecuniam furati ad asyla confugerint, eos inde abstrahi volo et Iudaeis in supplicia dari, quo iure abstrahi solent sacrilegi. Insuper et Silano praetori scripsi, ne quis Iudaeum Sabbatis compellat ad vadimonia praestanda. *L. c.* § 4. — *Μάρκος Ἀγρίππας Κυρηναίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. Οἱ ἐν Κυρήνῃ Ἰουδαῖοι, ὑπὲρ ὧν ἤδη ὁ Σεβαστὸς ἔπεμψεν πρὸς τὸν ἐν Λιβύῃ στρατηγὸν τότε ὄντα Φλάβιον, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπιμελουμένους, ἵνα ἀνεπικωλύτως ἀναπέμπηται τὰ ἱερὰ χρήματα εἰς Ἱεροσόλυμα, ὡς ἐστὶν αὐτοῖς πάτριον, ἐνέτυχόν μοι νῦν, ὡς ὑπό τινων συκοφαντῶν ἐπηρεάζοιντο, καὶ ὡς ἐν προφάσει τελῶν μὴ ὀφειλομένων κωλύοιντο· οἷς ἀποκαθιστάνειν κατὰ μηδένα τρόπον ἐνοχλουμένοις, καὶ εἴ τινων ἱερὰ χρήματα ἀφῄρηνται τῶν πόλεων τοὺς εἰς ταῦτα ἀποκεκριμένους, καὶ ταῦτα διορθώσασθαι τοῖς ἐκεῖ Ἰουδαίοις κελεύω.* M. Agrippa Cyrenaeorum Magistratibus, Senatui, Populo S. Iudaei Cyrenenses, pro quibus iam Augustus scripsit Flavio Lybiae praetori, aliisque istius provinciae procuratoribus, non esse vetandos mittere ex more patrio sacram pecuniam Hierosolyma, nunc me interpellarunt, dicentes se vexari a delatoribus quibusdam improbis, vetarique hoc facere simulatione quorundam tributorum, quae minime debentur: quibus sine ulla molestia in integrum restitui iubeo, etiam sacram urbis cuiusque pecuniam, si qua hominibus erepta fuerit ad eam colligendam custodiendamve delectis, curarique in posterum, ut res istae Iudaeis, qui illic sint, in melius cedant. *L. c.* § 5. — *Γάϊος Νόρβανος Φλάκκος ἀνθύπατος Σαρδιανῶν ἄρχουσι χαίρειν. Καῖσάρ μοι ἔγραψε κελεύων μὴ κωλύεσθαι τοὺς Ἰουδαίους, ὅσοι ἂν ὦσιν κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος συναγαγόντες χρήματα ἀναπέμπειν εἰς Ἱεροσόλυμα. ἔγραψα οὖν ὑμῖν, ἵν᾽ εἰδῆτε ὅτι Καῖσαρ κἀγὼ οὕτως θέλομεν γίνεσθαι.* C. Norbanus Flaccus Procos. Sardianorum Magistratibus S. Caesar mihi scripsit, iubere se, ut Iudaei, qui more patrio sacram pecuniam collegerint, nequaquam vetentur eam Hierosolyma mittere. Vobis itaque scripsi, ne vos lateat, quod et Caesar et ego hoc ita fieri volumus. *L. c.* § 6. — *Οὐδὲν ἧττον καὶ Ἰούλιος Ἀντώνιος ἀνθύπατος ἔγραψεν· Ἐφεσίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἰδοῖς Φεβρουαρίοις δικαιοδοτοῦντί μοι ἐν Ἐφέσῳ ὑπέδειξαν, Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν καὶ Ἀγρίππαν συγκεχωρηκέναι αὐτοῖς χρῆσθαι τοῖς Ἰδίοις νόμοις καὶ ἔθεσιν, ἀπαρχάς τε ἃς ἕκαστος αὐτῶν ἐκ τῆς ἰδίας προαιρέσεως εὐσεβείας ἕνεκα τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀνακομιδῆς συμπορευομένους, ποιεῖν ἀνεμποδίστως. ἤτουν τε ὅπως κἀγὼ ὁμοίως τοῖς ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ καὶ Ἀγρίππα δοθεῖσιν τὴν ἐμὴν γνώμην βεβαιώσω. ὑμᾶς οὖν βούλομαι εἰδέναι, ἐν τοῖς τοῦ Σεβαστοῦ καὶ Ἀγρίππα βουλήμασιν, συνεπιτρέπειν αὐτοὺς χρῆσθαι καὶ ποιεῖν κατὰ τὰ πάτρια χωρὶς ἐμποδισμοῦ.* Nec aliter Iulius Antonius Proc. rescripsit. Ephesiorum Magistratibus, Senatui, Populo S. Iudaei, Asiam habitantes, mihi, Idibus Februariis Ephesi ius reddenti indicaverunt, Caesarem Augustum et Agrippam ipsis concessisse, ut ex suis legibus et institutis viverent, et primitias, quas unusquisque sponte sua ex pietate in Deum solvat, liceat, nemine prohibente, cum comitatu Hierosolyma deportare, rogabantque, ut ipse, convenienter iis, quae a Caesare et Agrippa concessa erant, meam sententiam decreto sancirem. Volo itaque vos scire, Caesaris et Agrippae voluntatem esse, ut permittantur pro libitu vivere atque agere iuxta patriam consuetudinem. *L. c.* § 7. Cf. Ioseph. l. c. 16, 2 c. f. Philo Legat. ad Cai. s. de Virtut. p. 592.

741. TIBERIO CLAUDIO NERONE P. QUINCTILIO VARO COSS.

Διέταξε τά τε ἔτη ὅσα οἱ πολῖται στρατεύσοιντο, καὶ τὰ χρήματα ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας, ἀντὶ τῆς χώρας ἣν ἀεί ποτε ᾔτουν, λήψοιντο· ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐκεῖθεν ἤδη καταλεγόμενοι, μηδὲν τούτων γε ἕνεκα νεωτερίζωσιν. ἦν δὲ ὅ,τε ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν, τοῖς μὲν δορυφόροις, δώδεκα, τοῖς δ᾽ ἄλλοις ἑκκαίδεκα· καὶ τὸ μὲν ἀργύριον τοῖς μὲν ἔλαττον, τοῖς δὲ πλεῖον. Anni militiae determinabantur: quantumque ii pecuniae, emeritis stipendiis, pro agro, quem nunquam non petebant, essent accepturi: videlicet ut ex eo tempore relati in numeros sub conditione certi militiae praemii, nullam ideo tumultuandi causam haberent. Erant autem definiti anni praetoriis cohortibus duodecim, ceteris sedecim; pecuniaeque etiam plus illis, quam his. *Dio Cass.* 54, 25. — *Ἐκ δὲ τούτου ἐξέτασις αὖθις τῶν βουλευτῶν ἐγένετο ... Καὶ διὰ τοῦτο πρότερον μὲν, ἀποδημοῦντος ἔτι τοῦ Αὐγούστου, δόγμα ἐγένετο, τοὺς εἴκοσι καλουμένους ἄνδρας ἐκ τῶν ἱππέων ἀποδείκνυσθαι. ὅθεν οὐκέτ᾽ οὐδεὶς αὐτῶν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσεγράφη, μὴ καὶ ἑτέραν τινὰ ἀρχὴν τῶν ἐς αὐτὸ ἐπάγειν δυναμένων λαβών. οἵ τε δὴ εἴκοσιν οὗτοι ἄνδρες ἐκ τῶν ἓξ καὶ εἴκοσιν εἰσίν. οἵ τε τρεῖς, οἱ τὰς τοῦ θανάτου δίκας προστεταγμένοι· καὶ οἱ ἕτεροι τρεῖς, οἱ τὸ τοῦ νομίσματος κόμμα μεταχειριζόμενοι· οἵ τε τέσσαρες, οἱ τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι· καὶ οἱ δέκα, οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι. οἱ γὰρ δὴ δύο οἱ τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι, οἵ τε τέσσαρες οἱ ἐς τὴν Καμπανίαν πεμπόμενοι, κατελέλυντο. τοῦτό τε οὖν ἐν τῇ τοῦ Αὐγούστου ἐκδημίᾳ ἐψηφίσθη, καὶ ἵν᾽ ἐπειδὴ μηδεὶς ἔτι ῥᾳδίως τὴν δημαρχίαν ᾔτει, κλήρῳ τινὰς ἐκ τῶν τεταμιευκότων καὶ μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότων, καθιστῶνται. τότε δὲ αὐτὸς πάντας αὐτοὺς ἐξήτασε· καὶ τὰ μὲν τῶν ὑπὲρ πέντε καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότων οὐκ ἐπολυπραγμόνησε, τοὺς δὲ ἐντός τε τῆς ἡλικίας ταύτης ὄντας, καὶ τὸ τίμημα ἔχοντας, βουλεῦσαι κατηνάγκασε, χωρὶς ἢ εἴ τις ἀνάπηρος ἦν. καὶ τὰ μὲν σώματα καὶ αὐτός που ἑώρα, περὶ δὲ δὴ τῶν οὐσιῶν ὅρκοις ἐπιστοῦτο, αὐτῶν*

τε ἐκείνων καὶ ἑτέρων συνομνύντων σφίσι, καὶ λογισμὸν τῆς τε ἀπορίας ἅμα καὶ τοῦ βίου διδόντων. Secundum ea iterum senatorum census examinatus est ... Itaque iam antea, absente adhuc ab urbe Augusto, senatusconsultum fuerat factum, ut viginti qui vocabantur viri ex equitibus constituerentur: quorum deinde nullus in senatum est allectus, nisi quem etiam alium magistratum, cuius ratione senator posset fieri, gessisset. Et hi XX viri facti fuerunt ex illis XXVI, in quibus erant tres viri rerum capitalium, et alii tres signandae pecuniae negotium gerentes, quatuor viarum urbanarum curatores, et decem ad iudicium centumvirale delecti. Duo enim ii, qui vias extra urbem curabant, et quatuor, qui in Campaniam mittebantur, tunc abrogati erant. Id igitur senatusconsultum factum est Augusto absente, decretumque praeterea (a senatu), quoniam nemo facile tribunatum plebis petebat, ut sorte quidam ex iis, qui quaestores fuissent, necdum quadragesimum annum attigissent, deligerentur. Tunc vero Augustus ipse omnem eum ordinem examinavit, et quamquam in illos, qui annum trigesimum quintum excessissent, inquisitionem nullam faceret, tamen quotquot infra hanc aetatem essent, et censum senatorium haberent, neque corpore essent manco, eos senatores esse coegit. Ipse quidem corpora eorum inspexit; de fortunis autem iureiurando ut verum profiterentur, ipsos, aliosque velut testes obstrinxit: et utrosque simul rationem paupertatis et vitae eorum reddere iussit. *Dio Cass.* 54, 26. — Nova officia excogitavit, curam operum publicorum, viarum, aquarum, alvei Tiberis. *Sueton. Aug.* 37. — Auctor fuit ... ut centumviralem hastam, quam quaestura functi consueverant cogere, decemviri cogerent. *Sueton. l. c.* 36. Cf. Pomponius in l. 2, § 29—31 D. de Or. iur. 1, 2.

741 — 742.

A Druso census actus (in Gallia). *Liv. Epit.* 136.

742. M. VAL. MESSALLA P. SULPICIO QUIRINO COSS.

Θυμιᾶν τε τοὺς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὁσάκις ἂν ἕδρα αὐτῶν ᾖ, καὶ τὴν ἄφιξιν πρὸς ἑαυτὸν οὐ ποιεῖσθαι ... ἐκέλευσε. Iussit, ut senatores in curia quoties senatus ageretur, thure supplicarent, neque ipsum prius salutatum adirent. *Dio Cass.* 54, 30. — Caesaris innumeris ... Accessit titulis pontificalis honos. *Ovid. Fast.* 3, 455 sq. — *Τοῦ Λεπίδου μεταλλάξαντος ἀρχιερεὺς ἀπεδείχθη.* Lepido mortuo Augustus summus pontifex est creatus. *Dio Cass.* 54, 27. — Prid. Non. Mart. Hoc Die Caesar Pontif. Maxim. Fact. Est. *Kalend. Maffaeior. ap. Orell. Inscr.* 2, *p.* 386. — Prid. Non. Mart. F.... Imp. Caesar. August. Pont ...... nio et Valgio Coss. *Kalend. Praenest. l. c.* — Postquam pontificatum maximum — mortuo (Lepido) demum suscepit, quidquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis ... vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit, ac solos retinuit libros Sibyllinos, hos quoque delectu habito etc. *Sueton. Aug.* 31. — Augustus pontifex maximus electus est. *Euseb. Chron. ad a.* 2003, *Aug.* 30. — *Αὔγουστος μέγας ἀρχιερεὺς ἐψηφίσθη.* Augustus pontifex maximus renuntiatus est. *Syncell. p.* 594. — *Ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῶν ἱππέων τῶν μὴ ἔλαττον πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας κεκτημένων προβάλλεσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἕνα ἕκαστον· κακ τούτων τὸ πλῆθος τοὺς ἐνδέοντας αἱρεῖσθαι σφίσιν, εἰ μὲν καὶ βουλεύειν μετὰ τοῦτ᾽ ἐθέλοιεν, εἰ δὲ μή, ἐς τὴν ἱππάδα αὖθις ἐπανιέναι ἐξεῖναι.* Legem tulit, ut ex equitibus, qui non minus quam decies sestertium possiderent, singuli magistratus singulos deligerent, atque ex his populus eos, qui deficerent, designaret; ut ii equites deinceps in senatorio ordine essent, si vellent; sin minus, ut liceret iis ad equestrem ordinem redire. *Dio Cass.* 54, 30. — Comitiis tribuniciis si deessent (ex senatu) candidati, senatores ex equitibus Romanis creavit, ita ut potestate (tribunicia) transacta, in utro vellent ordine, manerent. *Sueton. Aug.* 40. — *Liberis senatorum, quo celerius reipublicae adsuescerent, protinus virilem togam, laticlavum induere et curiae interesse permisit. *Sueton. Aug.* 38. — * Quum res Galliarum molliisset (Tiberius) et senatus populusque Romanus postulante patre eius, ut aequum ei ius in omnibus provinciis exercitibusque esset, quam erat ipsi, decreto amplexus esset. *Vell. Paterc.* 2, 121. Cf. a. 765.

743. Q. AEL. TUBERONE PAULO FABIO M. COSS.

Τὰ δὲ δὴ Αὐγουστάλια, ἃ καὶ νῦν ἄγεται, τότε πρῶτον ἐκ δόγματος ἐτελέσθη ... καὶ ἡ Δελματία τῇ τοῦ Αὐγούστου φρουρᾷ ... παρεδόθη. Augustalia etiam, quae hodienum celebrantur, tunc primum ex senatusconsulto acta sunt ... et Dalmatia Augusti custodiae ... commissa est. *Dio Cass.* 54, 34. — * Adiectis imperio civium Rhaetis Illyricoque. *Aur. Vict. de Caes.* 1. — *Cantabros et Aquitanos, Rhaetos, Vindelicos, Dalmatas, numero provinciarum populo Romano coniunxit ... Pannonios stipendiarios adiecit. *Aur. Vict. Epit.* 1, 7. Cf. a. 739. — *Ἐν ᾧ δ᾽ οὖν ἐκεῖνα ἐγίγνετο Αὔγουστος ἀπογραφάς τε ἐποιήσατο, πάντα τὰ ὑπάρχοντά οἱ, καθάπερ τις ἰδιώτης, ἀπογραψάμενος, καὶ τὴν βουλὴν κατελέξατο. ὁρῶν δὲ ὅτι οὐκ ἀεὶ συχνοὶ συνελέγοντο, ἐκέλευσε τὰ δόγματα αὐτῆς καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἢ τετρακοσίοις γίγνεσθαι.* Interea Augustus censum egit, etiam facultatibus suis, velut si privatus quispiam esset, descriptis, senatumque legit. Et quum videret, non semper frequentes convenire senatores, senatusconsulta etiam a paucioribus quam CCCC senatoribus, ut fieri possent, statuit. *Dio Cass.* 54, 35. Cf. a. 727 et 736. — *Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa duodecies HS. taxavit. *Sueton. Aug.* 41. — *Καὶ τοῖς ταμίαις τὰ δόγματα τὰ ἑκάστοτε γιγνόμενα, διὰ φυλακῆς ποιεῖσθαι ἐκελεύσθη.* Quaestoribus etiam, quae unoquoque tempore fierent, senatusconsulta asservanda tradita. *Dio Cass.* 54, 36. — Circus Maximus ne diebus quidem ludorum circensium nisi aedilium aut censorum permissu irrigabatur, quod durasse, etiam postquam res ad curatores transiit sub Augusto, apud Ateium Capitonem legimus. ... Q. Aelio Tuberone Paullo Fabio Maximo Coss.... Senatusconsulta facta sunt ac lex promulgata. Augustus quoque edicto complexus est, quo iure uterentur, qui ex commentariis Agrippae aquas haberent, tota re in sua beneficia translata. Modulos etiam, de quibus dictum est, constituit et rei continendae exercendaeque curatorem fecit Messalam Corvinum, cui adiutores dati Postumius Sulpicius Praetorius, et L. Cominius Pedarius. Insignia eis quasi magistratibus concessa, deque eorum officio senatusconsultum factum, quod infra scriptum est. I. Quod Q. Aelius Tubero Paullus Fabius Maximus Coss. V. F. de iis qui curatores aquarum publicarum ex consensu senatus a Caesare Augusto nominati essent, ordinandis, D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C. Placere huic ordini eos qui aquis publicis praeessent, quum eius rei causa extra urbem essent, lictores binos et servos publicos ternos, architectos singulos et scribas et librarios, accensos praeconesque totidem habere, quot habent ii per quos frumentum plebei datur; quum autem in urbe eiusdem rei causa aliquid agerent, ceteris apparitoribus iisdem, praeterquam lictoribus, uti; utique quibus apparitoribus ex hoc s. c. curatoribus aquarum uti liceret, eos diebus X proximis, quibus S. C. factum esset, ad aerarium deferrent; quique ita delati essent, iis praetores aerarii mercedes, cibaria quanta praefecti frumento dando dare deferreque solent, annua darent et adtribuerent. iisque eas pecunias sine fraude suas facere liceret. Utique tabulas chartas ceteraque, quae eius curationis causa opus essent iis curatoribus praeberi, Q. Aelius Paullus Fabius coss. ambo alterve, si iis videbitur, adhibitis praetoribus qui aerario praesint, ea praebenda locent; itemque, quum viarum quoque curatores frumentique parte quarta anni publico funguntur ministerio, ut curatores aquarum iudiciis vacent privatis publicisque. — II. Quod Q. Aelius Tubero Paullus Fabius Maximus coss. v. f. de numero publicorum salientium, qui in urbe essent intraque aedificia urbi coniuncta, quos M. Agrippa fecisset, Q. F. P. D. E. R. I. C. Neque augeri placere neque minui numerum publicorum salientium, quos nunc esse retulere ii quibus negotium a senatu est imperatum ut inspicerent aquas publicas, inirentque numerum salientium publicorum; itemque placere curatores aquarum, quos Caesar Augustus ex senatus

auctoritate nominavit, dare operam ut salientes publici quam adsiduissime interdiu et noctu aquam in usum populi funderent. III. Quod Q. Aelius Tubero Paullus Fabius Maximus coss. v. f. quosdam privatos ex rivis publicis aquam ducere, q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. Ne cui privato aquam ducere ex rivis publicis liceret, utique omnes ii quibus aquae ducendae ius esset datum, ex castellis ducerent; animadverterentque curatores aquarum, quibus locis intra extraque urbem apte castella privati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello communem accepissent a curatoribus aquarum; ne cui eorum quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subiicere quam quinariam. IV. Quod Q. Aelius Tubero Paullus Fabius Maximus coss. v. f. constitui oportere quo iure intra extraque urbem ducerent aquas ii quibus adtributae essent, q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. Uti iis usque maneret adtributio aquarum, exceptis quae in usum balineorum essent datae aut Augusti nomine, quoad iidem domini possiderent id solum, in quo accepissent aquam. V. Quod Q. Aelius Tubero Paullus Fabius Maximus coss v. f. de rivis specubus fornicibusque Iuliae Marciae Appiae Tepulae Anionis reficiendis, q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c. Uti quum ii rivi (specus) fornices quos Augustus Caesar se refecturum impensa sua pollicitus senatui est, reficerentur; ex agris privatorum terra limus lapis testa arena ligna ceteraque quibus ad eam rem opus esset, unde quaeque eorum proxime sine iniuria privatorum tolli sumi portari possent, viri boni arbitratu aestimata darentur tollerentur sumerentur exportarentur, et ad eas res omnes exportandas earumque rerum reficiendarum causa, quotiens opus esset, per agros privatorum sine iniuria eorum itinera actus paterent darentur. VI. Quod Q. Aelius Tubero Paullus Fabius Maximus coss. v. f. aquarum quae in urbem venirent itinera occupari monumentis et aedificiis et arboribus conseri, q. f. p. d. e. r. i. c. Ad reficiendos rivos specusque per quae et opera reipublicae corrumpuntur, placere circa fontes et fornices et muros utraque ex parte vacuos quinos denos pedes patere, et circa rivos qui sub terra essent, et specus intra urbem et extra urbem, (intra) continentia aedificia utraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui, ita ut neque monumentum in his locis, neque aedificium post hoc tempus ponere, neque conserere arbores liceret; si quae nunc essent arbores intra id spatium, exciderentur, praeterquam si quae villae continentes et inclusae aedificiis essent; si quis adversus ea commiserit, in singulas res poena HS. dena millia essent, ex quibus pars dimidia praemium accusatori daretur, cuius opera maxime convictus esset qui adversus hoc s. c. commisisset; pars autem dimidia in aerarium redigeretur; deque ea re iudicarent cognoscerentque curatores aquarum. *Frontin. de Aquaeduct.* 97, 99, 100, 104, 106, 108, 125, 127. — *Iussu Imp. Caesaris Augusti circa eum rivom qui aquae ducendae causa factus est octonos ped. ager dextra sinistraq. vacuus relictus est. *Inscr. lap. ap. Murat.* 441, 5.

745. NER. CLAUD. DRUSO GERM. T. QUINCTILIO CRISPINO COSS.

Ἡ δὲ δὴ Λιουΐα εἰκόνων τε ἐπὶ παραμυθίᾳ ἔτυχε, καὶ ἐς τὰς μητέρας τὰς τρὶς τεκούσας ἐσεγράφη. οἷς γὰρ ἂν τὸ δαιμόνιον, εἴτ᾽ οὖν ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, μὴ δῷ τοσαυτάκις τεκνῶσαι, τούτων τισὶν ὁ νόμος, πρότερον μὲν διὰ τῆς βουλῆς, νῦν δὲ διὰ τοῦ αὐτοκράτορος, τὰ τῶν γεγεννηκότων δικαιώματα χαρίζεται. ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς τῆς ἀπαιδίας ἐπιτιμίοις ἐνέχεσθαι, καὶ τὰ τῆς πολυπαιδίας ἆθλα, πλὴν ὀλίγων τινῶν καρποῦσθαι. καὶ αὐτὰ οὐκ ἄνθρωποι μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὶ εὑρίσκονται, ἵνα ἄν τίς τι αὐτοῖς τελευτῶν καταλίπῃ, λαμβάνωσι. Livia autem solatii causa statuis donata, et in matrum, quae ter peperissent, numerum relata est. Quibus enim seu viris seu mulieribus fortuna tot liberorum negasset proventum, eorum nonnullis tamen lex, antea quidem per senatum, nunc autem per imperatorem, ius trium liberorum largitur; ut neque mulcta ea, quae prole destitutis est proposita, teneantur, et paucis duntaxat exceptis, copiosae proli constituta praemia adipiscantur. Neque tantum homines, sed dii quoque haec consequuntur, ut quod iis moriens aliquis legaverit, accipiant. *Dio Cass.* 55, 2. — *Deos heredes instituere non possumus praeter eos, quos senatusconsulto, constitutionibusve principum instituere concessum est, sicuti Iovem Tarpeium, Apollinem Didymaeum, sicuti Martem in Gallia, Minervam Iliensem, Herculem Gaditanum, Dianam Ephesiam, Matrem Deorum Sipylensem, quae Smyrnae colitur et Caelestem Salinensem Karthaginis. *Ulpian.* 22, 6. — *Ὁ δ᾽ Αὔγουστος τάς τε τῆς γερουσίας ἕδρας ἐν ῥηταῖς ἡμέραις γίγνεσθαι ἐκέλευσεν. ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν πρότερον ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν ἐτέτακτο, καί τινες διὰ τοῦτο πολλάκις ὑστέριζον, βουλὰς κατὰ μῆνα κυρίας ἀπέδειξεν, ὥστε ἐς αὐτὰς ἐπάναγκες, οὓς γε καὶ ὁ νόμος ἐκάλει, συμφοιτᾶν. καὶ ὅπως γε μηδ᾽ ἄλλη μηδεμία σκῆψις τῆς ἀπουσίας αὐτοῖς ὑπάρχῃ, προσέταξε, μήτε δικαστήριον, μήτ᾽ ἄλλο μηδὲν τῶν προσηκόντων σφίσιν, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ γίγνεσθαι. τόν τε ἀριθμὸν τὸν εἰς τὴν κύρωσιν τῶν δογμάτων ἀναγκαῖον, καθ᾽ ἕκαστον εἶδος αὐτῶν, ὥς γε ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν, διενομοθέτησε· καὶ τὰ ζημιώματα τοῖς μὴ δι᾽ εὔλογόν τινα αἰτίαν τῆς συνεδρίας ἀπολειπομένοις ἐπηύξησεν. ἐπειδή τε πολλὰ τῶν τοιούτων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὑπευθύνων ἀτιμώρητα εἰώθε γίγνεσθαι, κληροῦσθαί τε αὐτοὺς, εἰ συχνοὶ τοῦτο ποιήσειαν, καὶ τὸν ἀεὶ πέμπτον λαχόντα ὀφλισκάνειν αὐτὰ ἐκέλευσε. τά τε ὀνόματα συμπάντων τῶν βουλευόντων ἐς λεύκωμα αναγράψας ἐξέθηκε … καὶ τὸ τῶν στρατηγῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀγανακτήσαντες ὅτι μηδεμίαν γνώμην, καίτοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι, ἐς τὴν βουλὴν ἐσέφερον, παρὰ μὲν τοῦ Αὐγούστου ἔλαβον αὐτὸ ποιεῖν, ὑπὸ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἀφῃρέθησαν.* Augustus porro edixit, ut certis diebus senatus ageretur: de quibus quum antehac nihil esset praecise definitum, ideoque multi saepius abessent, singulis mensibus dies certos habendi senatus legitimi constituit, ad quos necessario omnes ii, quos leges in senatum venire iubent, adessent. Ac ne qua alia absentiae posset obtendi excusatio, cavit, ne quod iudicium, aut alia ulla res senatoribus competens, eo tempore fieret. Numerum etiam, qui ut ratum esset senatusconsultum requiritur, secundum singula, ut summatim dicam, genera eius, definivit: mulctamque iis, qui nullam ob iustam causam a senatu abfuissent, adauxit. Et quoniam plerumque huiusmodi culpa ob multitudinem reorum poenam effugere solet, iussit, ut si plures hoc modo peccassent, quintus quisque, in quem sors incidisset, mulcta teneretur. Omnia nomina senatorum in albo conscripta publice edidit … sicut et id, quod de praetoribus sanxit Augustus. His, quum indignum videretur, se, qui honore tamen tribunos plebis anteirent, in senatu nullum relationis ius habere, Augustus id iuris concessit, quod tamen tempus eis postmodo abstulit. *Dio Cass.* 55, 3. — *Καὶ ταμίας ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει, καὶ ἐν ἑτέροις τισὶ τῆς Ἰταλίας χωρίοις ἄρχειν ἐποίησε. καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐποίησε.* Quaestores etiam in ora maritima prope urbem, et aliis Italiae locis, ut praeessent, constituit; idque in plures annos fecit. *Dio Cass.* 55, 4.

746. C. MARCIO CENSORINO C. ASINIO GALLO COSS.

Ἐς δὲ δὴ τὰ γενέθλια ἱπποδρομίαν ἔλαβε. τά τε τοῦ πωμηρίου ὅρια ἐπηύξησε. τὸν μῆνα τὸν Σεξτίλιον ἐπικαλούμενον, Αὔγουστον ἀντωνόμασε. Id tamen accepit, ut nataliciis suis perennes essent ludi equestres. Idem pomoerii quoque terminos protulit. Mensem Sextilem Augustum nominavit. *Dio Cass.* 55, 6. — Annum a D. Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cuius ordinatione Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit. *Sueton. Aug.* 31. — Mensis Sextilis in honorem eius appellatus est. *Livii Epit.* 134. — *Τῶν δὲ λοιπῶν ἕκαστον ἀπὸ τῆς τάξεως, ὥσπερ ἀριθμοῦντες, ὠνόμαζον, πέμπτον, ἕκτον, ἕβδομον, ὄγδοον, ἔνατον, δέκατον· εἶτα ὁ πέμπτος ἀπὸ Καίσαρος τοῦ καταγωνισαμένου Πομπήϊον, Ἰούλιος· ὁ ἕκτος δ᾽ Αὔγουστος, ἀπὸ τοῦ δευτέρου μὲν ἄρξαντος, Σεβαστοῦ δ᾽ ἐπικληθέντος, ὠνομάσθη. Τοὺς δ᾽ ἐφεξῆς δύο Δομετιανὸς εἰσεποίησε ταῖς αὐτοῦ ἐπωνυμίαις οὐ πολὺν χρόνον. ἀλλὰ τὰς αὐτῶν ἀναλαβόντες πάλιν, ἐκείνου σφαγέντος, ὁ μὲν ἕβδομος, ὁ δ᾽ ὄγδοος, καλοῦνται.* Residuorum mensium quemque ab ordine, sicut numeraverunt, ita nominarunt, Quintilem,

Sextilem, Septembrem, Octobrem, Novembrem, Decembrem. Post Quintilis a Caesare, qui devicit Pompeium, Iulius: Sextilis a secundo principe, cui cognomen fuit Augusto, vocabulum habuit. Succedentes appellationibus suis transnominavit Domitianus, verum haud id diu. Quo trucidato receperunt suas, atque alter September, alter vocatur October. *Plutarch. Num.* 19. — Senatusconsultum: Quum imperator Caesar Augustus mense Sextili et primum consulatum inierit et triumphos tres in urbem intulerit et ex Ianiculo legiones deductae, secutaeque sint eius auspicia ac fidem; sed et Aegyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit; finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit; atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit, placere senatui, ut mensis Augustus appelletur. *Macrobii Saturn.* 1, 12. — *Ἀφ' οὗ καὶ ὁ μὴν Αὔγουστος ἐπικέκληται.* A quo mensis Augustus nomen accepit. *Suidas v. Αὔγουστος. Hieronym. ad a.* 1197. *Chron. Pasch. ad a.* 725, *p.* 363. Cf. supra a. 726. — Ex his duodecim mensibus duorum tantum nomina immutata, nam qui Quintilis fuit, Iulius cognominatus est C. Caesare V. et M. Antonio Coss. anno Iuliano secundo, qui autem Sextilis fuerat, ex Sc. Marcio Censorino C. Asinio Gallo Coss. in Augusti honorem dictus est Augustus anno Augustano XX. Quae nomina etiam nunc ad hanc permanent memoriam. Postea vero multi principes nomina quaedam mensium immutaverunt, suis nuncupando nominibus, quod aut ipsi postmodum mutaverunt, aut post obitum eorum, illa nomina pristina suis reddita mensibus fuerunt. *Censorinus de Die nat.* 22. — Hunc errorem sero deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transigi iussit, ut illi tres dies, qui per annos triginta et sex vitio sacerdotalis festinationis excreverant, sequentibus annis duodecim nullo die intercalato devorarentur. Post hoc, unum diem secundum ordinationem Caesaris quinto quoque incipiente anno intercalari iussit. *Macrobii Saturn.* 1, 14. — Hocque ex coepto emerserunt alia plurima, quae fallebant. Quibus abolitis, Octavianus Augustus, Graecos secutus, hanc inconstantiam correcta turbatione composuit, spatiis duodecim mensium et sex horarum magna deliberatione collectis, per quae duodecim siderum domicilia sol discurrens motibus sempiternis, anni totius intervalla concludit. Quam rationem bissexti probatam etiam victura cum saeculis Roma adiumento numinis divini fundavit. *Ammianus Marcell.* 26, 1. — Alterum consulari cum imperio lustrum solus feci C. Censorino et C. Asinio Coss. *Monum. Ancyr. tab.* 2, *v.* 5 *sq.* Vid. a. 726. — *Τοὺς σπουδαρχιῶντας χρήματα πρὸ τῶν ἀρχαιρεσιῶν, ὥσπερ τι ἐνέχυρον, προῄτησεν, ἐπὶ τῷ μηδὲν τοιοῦτον αὐτοὺς ποιῆσαι, ἢ στερηθῆναι τῶν δεδομένων. καὶ τοῦτο μὲν πάντες ἐπῄνεσαν. ὅτι δ', οὐκ ἐξὸν ὃν δοῦλον κατὰ δεσπότου βασανισθῆναι, ἐκέλευσεν, ὁσάκις ἂν χρεία τοιούτου τινὸς γένηται, τῷ δημοσίῳ αὐτὸν, ἢ καὶ ἑαυτῷ πιπράσκεσθαι, ὅπως ἀλλότριος τοῦ κρινομένου ὢν, ἐξετάζηται.* Ante comitia pecuniam ab iis, qui petituri essent magistratum aliquem, pignoris loco exegit: hac conditione, ut largitiones ne facerent, aut si fecissent, pecuniam amitterent: idque eius factum ab omnibus laudatum est. Sed quum non liceret, servum contra dominum adhibitis tormentis quaestioni subiicere, isque iussisset huiusmodi servum, si unus postularet, vel reipublicae, vel sibi vendi, ut dominio rei exemtus examinari posset. *Dio Cass.* 55, 5. — *Οὔτε ἐν ταῖς διαγνώμαις τὴν ἐξουσίαν τῆς διαψηφίσεως κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀσφάλειαν τῆς παῤῥησίας προστέθεικεν. ἔκ τε τοῦ δήμου τὸ δύσκριτον ἐν ταῖς διαγνώσεσιν ἐς τὴν τῶν δικαστηρίων ἀκρίβειαν μεταστήσας, τό, τε ἀξίωμα τῶν ἀρχαιρεσιῶν αὐτῷ ἐτήρησε, κἀν ταύταις τὸ φιλότιμον ἀντὶ τοῦ φιλονείκου σφᾶς ἐξεπαίδευσε· κἀκ τῶν σπουδαρχιῶν αὐτῶν τὸ πλεονεκτικὸν ἐκκόψας, τὸ εὔδοξον αὐτοῖς ἀντέδωκε.* Neque in deliberationibus suffragii potestatem abstulit et securitatem liberae vocis adiecit: a populo quidem causas difficiliores iudicatu, ad accuratam iudiciorum diligentiam transtulit; comitiorum autem maiestatem ei conservavit, in iisque docuit pro contentione honoris studio uti: ac ex ipsa petitione magistratuum ambitum tollens, in eius locum veram honestatem induxit. *Dio Cass.* 56, 40. Cf. Dio Cass. 53, 21. Zonaras 10, 35. — *Comitiorum quoque pristinum ius reduxit, multiplici poena coercito ambitu. *Sueton. Aug.* 40. — Petiturus magistratum vel provinciae sacerdotium, si turbam suffragiorum causa conduxerit, servos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus ut vis publicae reus in insulam deportatur. *Paulus* 5, 30 [a] (*ad Legem Iuliam Ambitus*). — *Modestinus Lib. II. de Poenis.* Qua lege damnatus, si alium convicerit, in integrum restituitur, non tamen pecuniam recipit … Si qui reus vel accusator domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit, id est, aureorum centum fisco inferre iubeatur. *L. un.* § 2 *et* 4 *D. de Lege Iulia Ambitus* (48, 14). — Haec lex in urbe hodie cessat, quia ad curam principis magistratuum creatio pertinet, non ad populi favorem. *L. un. cit. pr.* — *Impp. Arcadius et Honorius AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* … Qui contra fecerint, poenam deportationis ad instar legis Iuliae ambitus excipiant. *L.* 1 *C. ad Legem Iuliam de Ambitu* 9, 26. — *Ὁ Ἰούλιος ὁ* de ambitu, *ἁρμόζων κατὰ τὰ χρήματα δόντων τισὶν, ἐπὶ τὸ τυχεῖν αὐτοὺς ἀρχῆς ἤγουν τινὸς τιμῆς.* Lex Iulia de ambitu, adversus eos competens, qui pecuniam aliquibus dederunt, ut magistratum vel honorem aliquem consequerentur. *Theophil. Paraph. Inst.* 4, 18, 11. — Candidatorum ambitus leges Iulias … pepererant. *Tacit. Ann.* 15, 20. Cf. Cod. Theod. 9, 19, 4; l. 1 D. de Publicis iudiciis 48, 1; § 11 Inst. eod. tit. 4, 18. — *Lege Iulia maiestatis tenetur is, cuius ope, consilio adversus imperatorem vel rempublicam arma mota sunt, exercitusve eius in insidias deductus est; quive iniussu imperatoris bellum gesserit, dilectumve habuerit, exercitum comparaverit, sollicitaverit, deseruerit imperatorem. His antea in perpetuum aqua et igni interdicebatur. *Paul.* 5, 29, 1. — Legem maiestatis reduxerat (Tiberius). *Tacit. Ann.* 1, 72. — *Ad dicendam maiestatis causam retraxit … aqua et igni interdictum reo. *Tacit. Ann.* 3, 38. — Bonis amissis aqua et igni arceatur. Quod perinde censeo, ac si lege maiestatis teneretur. *Tacit. Ann.* 3, 50. Cf. l. c. 3, 68 et l. 1 D. de Publ. iud. 48, 1. — **Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Lex Iulia maiestatis praecipit, eum, qui maiestatem publicam laeserit, teneri, qualis est ille, qui in bellis cesserit, aut arcem tenuerit, aut castra concesserit. Eadem lege tenetur, et qui iniussu principis bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, quive, quum ei in provincia successum esset, exercitum successori non tradidit, quive imperium exercitumve populi Romani deseruerit, quive privatus pro potestate magistratuve quid sciens dolo malo gesserit, quive quid eorum, quae suprascripta sunt, facere curaverit. *L.* 3, § 1 *D. ad Leg. Iul. Maiest.* 48, 4. Cf. l. 6, 11 D. e. t. — *Lex Iulia maiestatis, quae in eos, qui contra imperatorem vel rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. § 3 *Inst. de Publ. iudic.* 4, 18. — **Ulpianus Lib. XLIV. ad Sabinum.* Lege Iulia peculatus cavetur, ne quis ex pecunia sacra, religiosa publicave auferat, neve intercipiat, neve in rem suam vertat; neve faciat, quo quis auferat, intercipiat, vel in rem suam vertat, nisi cui utique lege licebit; neve quis in aurum, argentum, aes publicum quid indet neve immisceat, neve, quo quid indatur, immisceatur, faciat sciens dolo malo, quo id peius fiat. *L.* 1 *D. ad Leg. Iuliam Pecul.* 48, 13. — **Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Lege Iulia peculatus tenetur, qui pecuniam sacram, religiosam abstulerit, interceperit. *L.* 4, *pr. D. ad Legem Iuliam Pecul.* 48, 13. — **Venuleius Saturninus ex Lib. III. Iudiciorum Publicorum.* Qui tabulam aeream legis formamve agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutaverit, lege Iulia peculatus tenetur. Eadem lege tenetur, qui quid in tabulis publicis deleverit vel induxerit. *L.* 8 *D. e. t.* — *Lex Iulia peculatus eos punit, qui pecuniam, vel rem publicam, vel sacram vel religiosam furati fuerint. § 9 *Inst. de Publ. iud.* 4, 18. — **Paulus Lib. Singulari de Iudiciis Publicis.* Eum quoque, qui pecuniam publicam in usus aliquos retinuerit, nec erogaverit, hac lege teneri, Labeo libro tricesimo octavo Posteriorum scripsit. *L.* 9, § 6 *D. e. t.* — *Si quis fiscalem pe-

cuniam attrectaverit, subripuerit, mutaverit, seu in suos usus converterit, in quadruplum eius pecuniae, quam sustulit, condemnatur. *Paul.* 5, 27, 1 (*ad Legem Iuliam Peculatus*). — * *Papinianus Lib. I. de Adulteriis.* Quaesitum scio, an in publicis iudiciis calumniae damnati testimonium iudicio publico perhibere possunt? Sed neque lege Remnia prohibentur, et Iulia lex de vi, et repetundarum, et peculatus, eos homines testimonium dicere non vetuerunt. *L.* 13 *D. de Testibus* 22, 5. — * *Paulus Lib. XI. ad Sabinum.* Lege Iulia de residuis tenetur, qui pecuniam publicam delegatam in usum aliquem retinuit, neque in eum consumsit. *L.* 2 *D. ad Leg. Iul. Pecul.* 48, 13. — * *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Lege Iulia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emtione, alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliave qua causa pecunia publica resedit. *L.* 4, § 3 *D. e. t.* — * Sed et qui publicam pecuniam in usu aliquo acceptam retinuerit, nec erogaverit, hac lege tenetur. *L.* 4 *cit.* § 4. — Qua lege damnatus, amplius tertia parte, quam debet, punitur. *L.* 4 *cit.* § 5. Cf. § 11 Inst. de Public. iudic. 4, 18 et l. 1 D. de Publicis iudic. 48, 1. — Ὁ de residuis *κολάζων τὸν διοικήσαντα πολιτικὰ χρήματα, εἶτα τὰς λοιπάδας οὐκ ἀποδιδόντα.* Lex Iulia de residuis, puniens eum, qui publicas pecunias administravit ac deinde reliqua non restituit. *Theophil. Paraphr. Inst.* 4, 18, 11. — * *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis.* Lege Iulia de annona poena statuitur adversus eum, qui contra annonam fecerit, societatemve coierit, quo annona carior fiat. Eadem lege cavetur, ne quis navem, nautamve retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur. Et poena viginti aureorum statuitur. *L.* 2 *D. de Lege Iulia de Annona* 48, 12. Cf. Inst. 4, 18, 11. — Ὁ Ἰούλιος ὁ de annona *ὅστις τιμωρεῖται τοὺς τὸν σῖτον ἤγουν τὴν εὐθηνίαν τὴν φερομένην ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν ἀποστρέφοντας εἰς ἑτέρους τόπους.* Lex Iulia de annona, quae eos punit, qui frumentum sive annonam, quae ad urbem reginam defertur, in alia loca avertunt. *Theophil. Paraphr. Inst.* 4, 18, 11. — *Ulpianus Lib. LXIX. ad Edictum.* Ne quid autem per vim admittatur, etiam legibus Iuliis prospicitur publicorum et privatorum, nec non et constitutionibus principum. *L.* 1, § 2 *D. de Vi* 43, 16. Cf. l. 13 D. de Testibus cit. — Lex Iulia de vi publica seu privata adversus eos exoritur, qui vim vel armatam vel sine armis commiserint. Sed si quidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur; si vero sine armis, in tertiam partem bonorum publicatio imponitur. § 8 *Inst. de Publ. Iudic.* 4, 18. — Qui aliquem de possessione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi privata, aut de vi publica; sed de vi privata, si sine armis vim fecerit; sin autem cum armis eum de possessione expulerit, de vi publica. § 6 *Inst. de Interdictis* 4, 15. *Theophilus ad* § 6 *cit.* — * *Ulpianus Lib. VIIII. de Officio Proconsulis, sub Titulo Ad Legem Iuliam de Vi Publica et Privata.* Eadem lege quibusdam testimonium omnino, quibusdam interdicitur invitis, capite octogesimo septimo et capite octogesimo octavo. In hoc his verbis: Hominibus (In haec verba. His vero hom.) hac lege in reum testimonium dicere ne liceto, qui se ab eo, parenteve eius, libertove cuius eorum liberaverit, quive impubes erit, quive (iudicio publico damnatus, qui) eorum in integrum restitutus non est, quive in vinculis custodiaque publica erit, quive depugnandi causa auctoratus erit, quive ad bestias depugnare se locavit, locaverit, praeterquam, qui iaculandi causa ad urbem missus est, erit, palamve corpore quaestum faciet, feceritve; quive ob testimonium dicendum pecuniam accepisse iudicatus erit, ne quis eorum hac lege in reum testimonium dicat. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 9, 2, 1. 2. *L.* 3, § 5 (Callistratus Lib. IV. de Cognition.) *D. de Testib.* 22, 5. — Capite octogesimo septimo his: Homines (Hi homines) inviti in reum testimonium ne dicant (dicunto), qui sobrinus est ei reo, propioreve cognatione coniunctus, quive socer, gener, vitricus, privignusque eius erit, et reliqua. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 9, 2, 3. — * *Macer Lib. I. Publicorum.* Sepulcri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica pertinere ex illa parte, qua de eo cavetur, qui fecerit quid, quominus aliquis funeretur, sepeliaturve. *L.* 8 *D. de Sep. viol.* 47, 12. — * *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Lege Iulia de vi publica tenetur, qui arma, tela domi suae, agrove in villa praeter usum venationis vel itineris vel navigationis coegerit. *L.* 1 *D. ad Leg. Iul. de Vi Publ.* 48, 6. — * *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* In eadem causa sunt, qui turbae, seditionisve faciendae consilium inierint, servosve aut liberos homines in armis habuerint. *L.* 3 *pr. D. e. t.* — Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit. *L.* 3, § 1 *D. e. t.* — In eadem causa sunt, qui pessimo exemplo convocata seditione villas expugnaverint et cum telis et armis bona rapuerint. *L.* 3 *cit.* § 2. — Item tenetur, qui ex incendio aliquid rapuerit praeter materiam. *L.* 3 *cit.* § 3. — Punitur huius legis poena, qui puerum vel feminam vel quemquam per vim stupraverit. *L.* 3 *cit.* § 4. — Eadem lege tenetur, qui hominibus armatis possessorem domo agrove suo, aut navi sua deiecerit, expugnaverit concursu. *L.* 3 *cit.* § 6. — *Ulpianus Lib. LIX. ad Edictum.* Utive id staret, homines commodaverit. *L.* 4 *D. e. t.* — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Qui coetu, concursu, turba, seditione incendium fecerit, quique hominem dolo malo incluserit, obsederit, quive fecerit, quominus sepeliatur, quo magis funus diripiatur, distrahatur, quive per vim sibi aliquem obligaverit, nam eam obligationem rescindit. *L.* 5 *pr. D. e. t.* — * *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Lege Iulia de vi publica tenetur, qui quum imperium potestatemve haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, iusseritque quid fieri, aut quid in collum iniecerit, ut torqueatur. Item quod ad legatos, oratores comitesve attinebit, si quis eorum (quem) pulsasse eive iniuriam fecisse arguetur. *L.* 7 *D. e. t.* — * *Marcianus Lib. V. Publicorum.* Lege Iulia de vi publica cavetur, ne quis reum vinciat, impediatve, quominus Romae intra certum tempus adsit. *L.* 8 *D. e. t.* — * *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Hac lege tenetur, et qui convocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur et pulsetur, neque homo occisus sit. Damnato de vi publica aqua et igni interdicitur. *L.* 10, § 1, 2 *D. e. t.* — * *Paulus Lib. Singulari ad Senatusconsultum Turpillianum.* Qui nova vectigalia exercent, lege Iulia de vi publica tenentur. *L.* 12 *D. e. t.* — * Lege Iulia de vi publica damnatur, qui aliqua potestate praeditus civem Romanum antea ad populum, nunc ad imperatorem appellantem necaverit, necarive iusserit, torserit, verberaverit, condemnaverit, inve publica vincula duci iusserit. *Paul. Sent.* 5, 26, 1 (*ad Leg. Iul. de Vi publ. et priv.*). — * Lege Iulia de vi privata tenetur, qui quem armatis hominibus, possessione, domo, villa, agrove deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit, idve ut fieret homines commodaverit, locaverit, conduxerit, quive coetum, concursum, turbam, seditionem, incendium fecerit; funerari sepelirive aliquem prohibuerit, funusve eripuerit, turbaverit; et qui eum, cui aqua et igni interdictum est, receperit, celaverit, tenuerit; quive cum telo in publico fuerit, templa, portas, aliudve quid publicum armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupaverit. *Paul.* 5, 26, 3. — * *Scaevola Lib. IV. Regularum.* Hac lege tenetur, qui convocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, pulsaretur, neque homo occisus erit. *L.* 2 *D. ad L. Iul. de Vi priv.* 46, 7. — * *Paulus Lib. LV. ad Edictum.* Legis Iuliae de vi privata crimen committitur, quum coetum aliquis et concursum fecisse dicitur, quominus quis in ius produceretur. *L.* 4 *pr. D. e. t.* — * *Modestinus Lib. II. de Poenis.* Si creditor sine auctoritate iudicis res debitoris occupet, hac lege tenetur et tertia parte bonorum mulctatur et infamis fit. *L.* 8 *D. e. t.* Cf. l. 6 D. e. t., l. 2, § 1 D. de Vi bon. rapt. 47, 8, Divus Pius, Marcus Anton. et Sc. Volusianum a. 809. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* De vi privata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur; et cautum est, ne senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat, neve iudex sit, et videlicet omni honore, quasi infamis, ex senatusconsulto carebit. Eadem poena afficiuntur, qui ad poenam legis Iuliae de vi privata rediguntur et si quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit. *L.* 1 *pr. et*

§ 1 *D. ad Leg. Iuliam de Vi priv.* 48, 7. — *Macer Lib. I. Publicorum.* Nec minus hi, qui convocati sunt, eadem lege tenentur. *L.* 3, § 1 *D. e. t.* — Sed si nulli convocati nullique pulsati sint, per iniuriam tamen ex bonis alienis quid ablatum sit, hac lege teneri eum, qui id fecerit. *L.* 3, § 2 *D. e. t.* — Creditor chirographarius, si sine iussu praesidis per vim debitoris sui pignora, quum non haberet obligata, ceperit, in legem Iuliam de vi privata committit. *Paul.* 5, 26, 4. — *Venuleius Saturninus Lib. II. de Iudic. Publicis.* Omnibus legibus servi rei fiunt, excepta lege Iulia de vi privata, quia ex lege damnati partis tertiae bonorum publicatione damnantur, quae poena in servum non cadit. *L.* 12, § 4 *D. de Accus.* 48, 2. — * *Iulianus Lib. XLIV. Digestorum.* Lex Plautia et Iulia (de vi) ea demum vetuit longa possessione capi, quae vi possessa fuissent, non etiam, ex quibus vi quis deiectus fuisset. *L.* 33, § 2 *D. de Usurp.* 41, 3. — *Papinianus Lib. I. Quaestionum.* Lege Iulia de vi nominatim cavetur, ut is, cui obtigerit exercitio, possit eam, si proficiscatur, mandare. *L.* 1 *pr. D. de Officio eius cui mandata est iurisdictio* 1, 21. — *Ulpianus Lib. VI. ad Edictum.* Si praeses vel iudex ita interlocutus sit: Vim fecisti, si quidem ex interdicto, non erit notatus, nec poena legis Iuliae sequetur, si vero ex crimine, aliud est. Quid si non distinxerit praeses, utrum Iulia publicorum, an Iulia privatorum? Tunc ex crimine erit aestimandum. Sed si utriusque legis crimina obiecta sunt, mitior lex, id est privatorum erit sequenda. *L.* 32 *D. de Poenis* 48, 19. — *Paulus Lib. III. de Adulteriis.* Si accusator decesserit, aliave quae causa eum impedierit, quominus accusare possit, et si quid simile, nomen rei aboletur postulante reo, idque et lege Iulia de vi et senatusconsulto cautum est. *L.* 3, § 4 *D. de Accusationibus* 48, 2.

747. TIBERIO CLAUDIO NERONE II. CN. CALPURNIO PISONE COSS.

Οἱ δὲ δὴ στενωποὶ, ἐπιμελητῶν τινῶν ἐκ τοῦ δήμου, οὓς καὶ στενωπάρχους καλοῦμεν· καὶ σφίσι καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ ῥαβδούχοις δύο ἐν αὐτοῖς τοῖς χωρίοις, ὧν ἂν ἄρχωσιν, ἡμέραις τισὶ χρῆσθαι ἐδόθη, ἥ τε δουλεία, ἡ τοῖς ἀγορανόμοις τῶν ἐμπιπραμένων ἕνεκα συνοῦσα, ἐπετράπη· καίτοι καὶ ἐκείνων, καὶ τῶν δημάρχων τῶν τε στρατηγῶν, πᾶσαν τὴν πόλιν, εἰς δεκατέσσαρα μέρη νεμηθεῖσαν, κλήρῳ προσταχθέντων. Curatores autem, sive magistri vicorum, plebeii sunt constituti (vid. a. 741), quos Graece stenoparchos dicimus; et praetexta ac lictoribus binis in iis locis, quibus praeessent, eos uti certis diebus concessum; ac servitia, quae ante cum aedilibus in usum incendiorum restinguendorum fuerant, addita: quamvis et aediles, et tribuni plebis, et praetores, inter se sortiti, quatuordecim regionibus, in quas tunc urbs divisa fuit, praeessent. *Dio Cass.* 55, 8. Cf. a. 759. — Spatium urbis in regiones vicosque divisit, instituitque, ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri e plebe cuiusque viciniae electi. Adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est. *Sueton. Aug.* 30. — In regiones quatuordecim dividitur Roma. *Tacit. Ann.* 15, 40. — Ipsa [urbs Roma] dividitur in regiones quatuordecim. *Plin. Hist. Nat.* 3, 9. Cf. de censu a. 753.

747—752.

Pecunia (quam pro) agris in consulatu meo quarto et postea consulibus (M. Crasso et) Cn. Lentulo augure adsignavi militibus, solvi municipiis. Id primus et solus omnium, qui deduxerunt colonias militum in Italia aut in provinciis, ad memoriam aetatis meae feci et postea (Tib.) Nerone et Cn. Pisone consulibus itemque C. Antistio et D. Laelio Cos. et C. Calvisio et L. Pasieno consulibus et (C. Lentulo et M.) Messalino consulibus et L. Caninio et Q. Fabricio consulibus (veteranis,) quos emeritis stipendiis in sua municipia (remisi,) praemia aere numerato persolvi … quater pecunia mea iuvi aerarium. *Monum. Ancyr. tab.* 3, 22—34.

748. D. LAELIO BALBO C. ANTISTIO VETERE COSS.

Τῷ Τιβερίῳ τήν τε ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν ἐς πέντε ἔτη ἔνειμε. Tiberio tribuniciam potestatem in quinquennium concessit. *Dio Cass.* 55, 9. — Magistratus et maturius inchoavit et paene iunctim percucurrit, quaesturam, praeturam, consulatum (741) interpositoque tempore consulatum iterum, etiam tribuniciam potestatem in quinquennium accepit. *Sueton. Tiber.* 9. — Tiberius Nero … tribuniciae potestatis consortione aequatus Augusto. *Vell. Paterc.* 2, 99. Vid. a. 757.

749—752.

Tribuniciae potestatis duodevicesimum consul XII. (749) trecentis et viginti millibus plebei urbanae sexagenos denarios viritim dedi … Consul tertium decimum (752) sexagenos denarios plebei, quae tum frumentum publicum acceperunt, dedi: ea millia hominum paulo plura, quam ducenta fuerunt. *Monum. Ancyr. tab.* 3, 15 *sq.*, 19—21.

752. C. CAES. AUGUSTO XIII. M. PLAUTIO SILVANO COSS.

Ὁ δὲ Αὔγουστος τὸ τοῦ δήμου τοῦ σιτοδοτουμένου πλῆθος, ἀόριστον ὂν, ἐς εἴκοσι μυριάδας κατέκλεισε· καὶ, ὥς γέ τινες λέγουσι, καθ' ἕνα ἑξήκοντα δραχμὰς ἔδωκε. Augustus multitudinem prope infinitam eorum, qui frumentum ex publico accipiebant, ad hominum CC millia redegit. In singulos eum dedisse sexagenos denarios, nonnulli auctores sunt. *Dio Cass.* 55, 10. — *Frumentum quoque in annonae difficultatibus, saepe levissimo, interdum etiam nullo pretio viritim admensus est, tesserasque nummarias duplicavit. *Sueton. Aug.* 41. — Ter in annum quaternum mensium tesseras dare destinavit, sed desideranti (plebi) consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cuiusque mensis acciperet. *Sueton. Aug.* 40. — *Καὶ μέντοι καὶ ἐπάρχους τῶν δορυφόρων τότε πρῶτον Κύϊντόν τε Ὀστώριον Σκαποῦλαν καὶ Πούπλιον Σαλούϊον Ἄπρον ἀπέδειξεν.* Atque praetorianorum militum eparchos Q. Ostorium Scapulam et P. Salvium Aprum tunc primum instituit. *Dio Cass.* 55, 10. Cf. Dio Cass. 52, 24. — *Ἀρχιερέα, ὡσεὶ θεὸς ἐπεμβόλιμος, προεχειρίσατο, πρῶτον αὐτὸν τῶν ἱερέων τῶν τότε νομισθέντων θεῶν ἀποδείξας … μόνον τὸν ἵππαρχον εἰς ἔπαρχον μεταβαλὼν, ὀχήματι τιμήσας ὑπερηφάνῳ, ἐξ ἀργύρου πεποιημένῳ, καὶ τάξιν πολιτικὴν ἀπονείμας αὐτῷ πειθαρχεῖν, Αὐγουσταλίους ἐξ αὐτοῦ καλέσας αὐτούς.* Pontificem, tanquam intercalatus Deus, creavit, quem primum inter sacerdotes Deorum, qui tum colebantur, constituit … Solum magistrum equitum in praefectum praetorio mutavit, curruque insigni, ex argento facto, honoravit, nec non civili officio eum praefecit, quos Augustales a semet nominavit. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 3. — *Ὃν μετ' αὐτὸν Ὀκταβιανὸς Καῖσαρ, ὡς εἴρηται, ὕπαρχον ἑαυτῷ οὐ τῆς αὐλῆς μόνης, ἀλλὰ μὴν καὶ στρατιᾶς ἁπάσης, καὶ πολιτικῆς τάξεως, ἣν οὐκ εἶχε πρότερον, ἀνέδειξε.* Quem post eum Octavianus Caesar, uti diximus (1, 15), praefectum non aulae tantum, verum etiam omnium copiarum, nec non civilis officii, cui antea non praefuerat, constituit. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 6. — *Ἐπὶ τοὺς πολέμους ἀφικνεῖσθαι τὸν ὕπαρχον ἔδοξεν … Τῶν οὖν ἄλλων πάντων ἀδιουτώρων ὄντων, ὁ ὕπαρχος δι' οἰκείας ὑποσημειώσεως δίδωσι τῷ πρὸς τὴν στρατείαν ἐρχομένῳ, εἰς ὃν αὐτὸς ἕλοιτο ταχθῆναι κατάλογον.* Praefectum praetorio bella administrare placuit … Quum igitur ceteri omnes adiutores sint, praefectus praetorio sua subscriptione ad militiam accedenti, in quo ipse velit catalogo, permittit. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 3 et 4. — *Ὃς πρῶτος τὴν ἐπαρχότητα συστησάμενος τῶν πραιτωρίων, τοὺς ὑπ' αὐτῇ τελοῦντας Αὐγουσταλίους ἐκ τῆς οἰκείας προσηγορίας καλεῖσθαι διώρισεν.* Qui quum praefecturam praetorii primus instituisset, in ea militantes Augustales a suo nomine appellari voluit. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 10. — *Τοῦ μὲν ἱππάρχου πρὸς τοῦ Αὐγούστου ἐκ τῶν ἀρχῶν περιαιρεθέντος, τοῦ δὲ ὑπάρχου τῶν πραιτωρίων τὴν ἐκείνου δύναμιν διαδεξαμένου, εἰκὸς ὀγκωθῆναι πλέον τὴν ἀρχὴν, τοῖς ὅπλοις προστεθείσης καὶ τῆς τῶν πολιτικῶν πραγμάτων διοικήσεως.* Magistro equitum ab Augusto e magistratibus exemto, eiusque pote-

state ad praefectum praetorio delata, necesse fuit magis efferri magistratum, armis adiuncta civilium rerum administratione. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 13. — *Ταῦτα ἦν τῷ ἱππάρχῳ τὸ πάλαι, ἀντ' ἐκείνου δὲ τῶν πραιτωρίων ὕπαρχον ὁ πρῶτος τῶν βασιλέων, ἤτοι Καισάρων, ἐχειροτόνησεν.* Haec magistro equitum olim fuere, pro quo praefectum praetorio primus imperatorum, sive Caesarum, creavit. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 19. — *Ἀπὸ Αὐγούστου εἰς ἕτερον σχῆμα τῆς ἀρχῆς περιστάσης, προσετέθησαν οἱ λεγόμενοι ἀδιούτωρες, οἱονεὶ βοηθοί.* Ab Augusto mutata magistratus forma, additi sunt, qui adiutores vocantur, id est *βοηθοί*. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 2. Cf. Nicephorus Greg. 12, 10. — Tertio decimum consulatum me gerente Senatus et equester ordo populusque universus me appellavit patrem patriae. *Monum. Ancyr. tab.* 6, 24 *sq.* — Nonis Febr. ... ex S. C.... pater patriae appellatus. *Kal. Praenest. ap. Orell. Inscr.* 2, *p.* 384.

752—755.

Primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa coeperunt, codicillos introduxit; nam quum decederet in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid; et quum divus Augustus voluntatem eius implesset, deinceps reliqui, auctoritatem eius secuti, fideicommissa praestabant et filia Lentuli legata, quae iure non debebat, solvit. Dicitur autem Augustus convocasse prudentes, inter quos Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima erat, et quaesisse, an posset hoc recipi, nec absonans a iuris ratione codicillorum usus esset; et Trebatium suasisse Augusto, quod diceret, utilissimum et necessarium hoc civibus esse, propter magnas et periculosas peregrinationes, quae apud veteres fuissent, ubi, si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Post quae tempora, quum et Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur. *pr. Inst. de Codicillis* 2, 25. — Primus divus Augustus, semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorundam perfidiam, iussit consulibus auctoritatem suam interponere; quod quia iustum videbatur et populare erat, paulatim conversum est in assiduam iurisdictionem, tantusque eorum (fideicommissorum) favor factus est, ut paulatim etiam praetor proprius crearetur, qui de fideicommissis ius diceret, quem fideicommissarium appellabant. § 1 *Inst. de Fideic.* (II, 23). — Et quia prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendent, et tam nomen quam substantiam acceperunt, et ideo D. Augustus ad necessitatem iuris ea detraxit. § 12 *e. t.* et *Theophilus*, *Paraphr.* § 1 *et* 12 *Inst. cit.*

753. COSSO CORNELIO LENTULO L. CALPURNIO PISONE COSS.

Ὁ δὲ Καῖσαρ Αὔγουστος, ὁ μοναρχήσας, εἴκοσιν ἄνδρας τοὺς ἀρίστους τὸν βίον καὶ τὸν τρόπον ἐπιλεξάμενος, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν τῶν ὑπηκόων ἐξέπεμψε, δι' ὧν ἀπογραφὰς ἐποιήσατο τῶν τε ἀνθρώπων, καὶ τῶν οὐσιῶν, αὐτάρκη τινὰ προστάξας τῷ δημοσίῳ μοῖραν ἐκ τούτων εἰσφέρεσθαι. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο. Imperator Augustus viginti viros spectatae virtutis et integritatis delectos in omnes provincias misit, qui et hominum et bonorum censum instituerent, partemque iustam inde iussit in aerarium inferri. Hic primus fuit census. *Suidas v. Ἀπογραφή.* — *Αὔγουστος Καῖσαρ, δόξαν αὐτῷ πάντας τοὺς οἰκήτορας Ῥωμαίων κατὰ πρόσωπον ἀριθμεῖ, βουλόμενος γνῶναι πόσον ἐστὶ πλῆθος· καὶ εὑρίσκονται οἱ τὴν Ῥωμαίων οἰκοῦντες νϛ' μυριάδες καὶ χίλιοι ιζ' ἄνδρες.* Caesar Augustus quum scire cuperet, quanta esset omnium, qui imperium Romanum incolerent, multitudo, singillatim eos numerare iussit. Et inventi sunt, qui Romanorum ditionem inhabitabant, quadragies et semel centena millia mille et septemdecim. *Suidas v. Αὔγουστος.* — Eodem anno tunc primum idem Caesar censum agi singularum ubique provinciarum et censeri omnes homines iussit. *P. Orosii Hist.* 6, 22. — Tam distincta fuit a primordio Iudaea gens per tribus et populos et familias et domos, ut nemo facile ignorari de gente potuisset vel de recentibus Augustianis censibus adhuc tunc fortasse pendentibus. *Tertullian. adv. Marcion.* 4, 36. — *Census actos constat sub Augusto, nunc in Iudaea per Sentium Saturninum *l. c.* 19. — Et tamen quomodo in synagogam potuit admitti tam repentinus, tam ignotus, cuius nemo adhuc certus de tribu, de populo, de domo, de censu denique Augusti, quem testem fidelissimum dominicae nativitatis Romana archivia custodiunt. *l. c.* 7. — *Τῷ δὲ ͵εφϛ' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, μβ' δὲ Αὐγούστου ἐξῆλθε δόγμα παρ' αὐτοῦ ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.* Anno mundi 5506, qui regno Augusti fuit 42, decretum ab ipso exiit, ut totus mundus conseretur. *Cedreni Histor. p.* 321. — *Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. αὕτη ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρινίου. Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν.* Illo vero tempore edictum prodiit Caesaris Augusti, quo omnes (imperii Romani) incolae nomina profiteri iubebantur. Quae professio prima fuit, et facta est, priusquam Quirinius Syriae coepit praeesse. Omnes igitur, ut nomina profiterentur, in urbes patrias profecti sunt. *Evangel. Lucae* 2, 1—3. Iisdem vv., ut ap. Lucam, *Chron. Pasch. p.* 380. — * *Πέμπεται Κυρήνιος ὑπὸ Καίσαρος, ἀνὴρ ὑπατικός, ἀποτιμησόμενος τὰ ἐν Συρίᾳ.* Missus est a Caesare Quirinus, vir consularis, ut censum ageret bonorum in Syria. *Iosephi Antiq.* 17, 13, 5. Cf. 18, 1, 18, 2, pr., ubi: Quirinius censui finem imposuit, qui factus est anno trigesimo septimo post Caesaris Actiacam victoriam Antonii. — * *Ἦν δὴ οὖν τοῦτο δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος τῆς Αὐγούστου βασιλείας, Αἰγύπτου δ' ὑποταγῆς καὶ τελευτῆς Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας, εἰς ἣν ὑστάτην ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν Πτολεμαίων κατέληξε δυναστεία, ὄγδοον ἔτος καὶ εἰκοστὸν, ὁπηνίκα ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς τότε πρώτης ἀπογραφῆς, ἡγεμονεύοντος Κυρηνίου τῆς Συρίας, ἀκολούθως ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητείαις, ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται Ἰουδαίας ... Κυρήνιος δὲ τῶν εἰς βουλὴν συναγομένων ἀνὴρ τάς τε ἄλλας ἀρχὰς ἐπιτετελεκὼς καὶ διὰ πασῶν ὁδεύσας, ὡς καὶ ὕπατος γενέσθαι, τά τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας, σὺν ὀλίγοις ἐπὶ Συρίᾳ παρῆν, ὑπὸ Καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος.* Annus autem agebatur secundus et quadragesimus imperii Augusti, a subacta autem Aegypto et ab interitu Antonii et Cleopatrae, in qua Ptolemaeorum in Aegypto dominatio desiit, octavus ac vicesimus, quum servator ac dominus noster Iesus Christus sub prima illa descriptione census, quae facta est Quirinio Syriae praeside, secundum prophetarum de illo vaticinia, in Bethleem Iudaeae natus est ... Interea Quirinius, unus e senatoribus Romanis, vir reliquis iam magistratibus perfunctus et qui per omnes honorum gradus ad consulatum usque profectus fuerat, aliis etiam dignitatibus conspicuus, cum paucis militibus in Syriam pervenit missus a Caesare, quum ut ius redderet populis, tum ut census ageret facultatum. *Euseb. Eccl. Hist.* 1, 5. — * Quirinus decreto senatus in Iudaeam missus descriptionem hominum facultatumque confecit. *Euseb. Chron. ad a.* 2015, *Aug.* 42. — Edicente Augusto ex senatusconsulto Quirinus in Iudaeam missus census hominum possessionumque describit. *Hieronym. Chron. a.* 2015. (Marmor Sepulcr. [vid. Orell. inscr. n. 623], ubi census iussu Quirini factus commemoratur, suppositicium est.) — * *Ἐγεννήθη δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν τῷ ὀγδόῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει, ὅτε πρῶτον ἐκέλευσαν ἀπογραφὰς γενέσθαι, ἐπὶ Αὐγούστου.* Natus est autem dominus noster XXVIII. anno, quum primum iusserunt censum descriptionemque fieri tempore Augusti. *Clement. Alexandrin. Stromat. Lib. p.* 339. *ed. Sylburg. Coloniae* 1688. *fol.* Cf. Iustinus Martyr, Apolog. 2, 58. — *Ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι τὴν οἰκουμένην, ὡς ἡ τῶν θείων εὐαγγελίων ἱερὰ βίβλος φησίν, ἡνίκα καὶ Ἰωσὴφ σὺν τῇ παρθένῳ τὴν Βηθλεὲμ πόλιν Δαβὶδ καταλαβὼν διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ἀπεγράφη ... ταύτης τῆς κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἀπογραφῆς ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς Κυρίνιος ἐπιμελητὴς ἐξεπέμφθη κατὰ τόδε τὸ κοσμικὸν ἔτος, οὐσιῶν καὶ οἰκητόρων ἀναγραφὰς ποιούμενος. αὕτη γὰρ, φησὶν ὁ θεῖος Λουκᾶς, ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος Συρίας Κυρινίου.* Exiit edictum a Caesare Augusto, ut de-

scriberetur universus orbis, ait sacratissimus divinorum evangeliorum textus, quo tempore Ioseph Bethleem David civitatem, virgine comite profectus, quod essent ex domo et familia David, recensitus est ... Descriptionis huius senatusconsulto decretae onus Cyrinio impositum praesente a mundi conditu anno (5500) et possessiones et incolas omnes recensuit; hoc enim ita divinus Lucas enunciavit. Haec descriptio prima facta est sub praeside Syriae Cyrinio. *Syncellus p.* 597 *sq.* — * *Τῷ δὲ λθ´ ἔτει καὶ μηνὶ τῷ δεκάτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐθέσπισεν ἐκφωνήσας δόγμα ὥστε ἀπογραφῆναι πᾶσαν τὴν ὑπ᾿ αὐτὸν γενομένην γῆν καὶ ἣν πρώην εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ἀγρίππου τὸ δεύτερον καὶ Δονάτου· καὶ ἀπεγράφη πᾶσα ἡ ὑπὸ Ῥωμαίους γῆ διὰ Εὐμενοῦς καὶ Ἀττάλου συγκλητικῶν Ῥωμαίων.* Anno autem regni XXXIX., mense X., Agrippa II. et Donato Coss. edicto iussit, ut regiones omnes imperio Romano subditae, tam eae, quas ipse subiugaverat, quam quas antea tenuerunt Romani, censerentur. Factus est autem iste census per totum imperium Romanum ab Eumene et Attalo, senatorii ordinis hominibus. *Malalas, Chronogr.* 9, *p.* 226. — * Quirinus Roma profectus in Iudaeam descriptionem orbis facit. *Samuel ad a. Chr.* 1. — Augusti si quidem temporibus orbis Romanus agris divisus censuque descriptus est, ut possessio sua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum susceperat quantitate solvenda. *Cassiod. Var.* 3, 52. — Aera singulorum annorum constituta est a Caesare Augusto, quando primum censum exegit ac Romanum imperium descripsit. *Isidor. Orig.* 5, 36. Vid. a. 727—734 supr. p. 6.

757. p. C. n. 4. AELIO CATO ET SENTIO SATURNINO COSS.

Τὸν δέ γε Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ... τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δούς ... Κἀκ τούτων ἐπιθαρσήσας, ὡς καὶ διαδόχους καὶ βοηθοὺς ἔχων, διαλέξαι τὴν γερουσίαν αὖθις ἠθέλησε· καὶ δέκα βουλευτὰς οὓς μάλιστα ἐτίμα προβαλόμενος, τρεῖς ἀπ᾿ αὐτῶν ἐξεταστὰς ἀπέδειξεν, οὓς ὁ κλῆρος εἵλετο ... Αὐτὸς δὲ ἀπογραφὰς τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ κατοικούντων, καὶ μὴ ἐλάττω πέντε μυριάδων οὐσίαν κεκτημένων, ἐποιήσατο. τοὺς γὰρ ἀσθενεστέρους, τούς τε ἔξω τῆς Ἰταλίας οἰκοῦντας, οὐκ ἠνάγκασεν ἀπογράψασθαι, δείσας, μὴ νεωτερίσωσί τι ταραχθέντες· καὶ ὅπως γε μὴ δόξειεν ὡς τιμητὴς αὐτὸ ποιεῖν, δι᾿ ὅπερ εἶπον πρότερον, ἀνθύπατον ἐξουσίαν πρός τε τὸ τέλος τῶν ἀπογραφῶν καὶ πρὸς τὴν τοῦ καθαρσίου ποίησιν προσέθετο. Tiberium vero adoptavit Augustus ac tribunicia potestate ei ad annos decem data in Germaniam ablegavit ... Inde fiducia concepta, quasi his successoribus ac adiutoribus munitus, iterum senatus delectum habere instituit: decemque, quibus plurimum tribuebat, senatoribus ei rei destinatis, sorte ex iis tres delegit, qui senatum examinarent ... Ipse recensionem eorum, qui in Italia habitarent, ac non infra ducenta sestertia possiderent, inivit; pauperioribus ac iis, qui extra Italiam viverent, ad censum non coactis, quod vereretur, ne quid turbarum darent. Id ne velut censor facere videretur, ob eam causam, quae supra est a me indicata, ad hunc censum peragendum, lustraleque sacrum faciendum, proconsulare imperium edicto apposuit. *Dio Cass.* 55, 13. — Augustus ... facere perseveravit, ut et tribuniciae potestatis consortionem Neroni constitueret ... et eum Aelio Caio Sentio Cos. V. Kal. Iul. post u. c. annis DCCLIV abhinc annis XXVII adoptaret. *Vell. Paterc.* 2, 103. — Adoptatus eadem die Agrippa. *Vell. Paterc.* 2, 104. — Filius collega imperii, consors tribuniciae potestatis assumitur. *Tacit. Ann.* 1, 3. — Adoptatur ab Augusto simul ... cum Agrippa ... Data rursus potestas tribunicia in quinquennium. *Sueton. Tiber.* 15, 16. — Magni existimans, sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum, et civitatem paucissime dedit et manumittendi modum terminavit ... Servos non contentus multis difficultatibus a libertate et multo pluribus a libertate iusta removisse, quum et de numero et de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset, hoc quoque adiecit, ne vinctus unquam tortusve quis ullo libertatis genere civitatem adipisceretur. *Sueton. Aug.* 40.— *Διέταξε τήν τε ἡλικίαν ἣν τόν τε ἐλευθερώσοντά τινα καὶ τὸν ἀφεθησόμενον ὑπ᾿ αὐτοῦ ἔχειν δεήσοι· καὶ τὰ δικαιώματα, οἷς οἵ τε ἄλλοι πρὸς τοὺς ἐλευθερουμένους, καὶ αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν γενόμενοι, χρήσοιντο.* Aetatem, quam et manumittens et manumittendus habere deberent, iuraque, quibus erga libertos quum alii, tum ipsi patroni uterentur, constituit. *Dio Cass.* 55, 13. — Qui manumittebantur, modo maiorem et iustam libertatem consequebantur et fiebant cives Romani, modo minorem, et Latini ex lege Iunia Norbana fiebant, modo inferiorem, et fiebant ex lege Aelia Sentia dediticiorum numero. § 3 *Inst. de Libert.* 1, 5. — Lege Aelia Sentia cavetur, ut qui servi a dominis poenae nomine vincti sint, quibusve stigmata inscripta sint, deve quibus ob noxam quaestio habita sit et in ea noxa fuisse convicti sint, quique ut ferro aut cum bestiis depugnarent traditi sint, inve ludum custodiamve coniecti fuerint, et postea vel ab eodem domino vel ab alio manumissi, eiusdem conditionis liberi fiant, cuius conditionis sunt peregrini dediticii. *Gai.* 1, 13. — Dediticiorum numero sunt, qui poenae causa vincti sunt a domino, quibusve stig(mata in)scripta fuerunt, quive propter noxam torti nocentesque inventi sunt, quive traditi sunt, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, (inve ludum) vel custodiam coniecti fuerunt, deinde quoquo modo manumissi sunt, idque lex A(elia) S(en)cia facit. *Ulp.* 1, 11. — *Τοὺς δὲ* dediticios *ἐπενόησεν ὁ Αἔλιος Σέντιος. φησὶ γάρ, ἐάν τις ἐν τῷ καιρῷ τῆς δουλείας ὑποπέσῃ ἑνὶ τῶν παθέων τῶν ὑπ᾿ αὐτοῦ εὑρεθέντων, οἷον ἐὰν διά τι πταῖσμα λάβῃ στίγματα κατὰ τοῦ μετώπου, ἤγουν ἐμβληθῇ ἐν δημοσίᾳ εἱρκτῇ, ἢ καὶ διά τι πταῖσμα τυπτόμενος ὁμολογήσῃ τὸ πταῖσμα, καὶ μετὰ ταῦτα εὔνους γενόμενος τῷ δεσπότῃ ἐλευθερωθῇ, ἐγένετο δεδιτίτιος ἀπελεύθερος ... καὶ οὗτοι οὖν οἱ ἀπελεύθεροι ἀπὸ τοῦ Αἐλίου Σεντίου ὠνομάσθησαν δεδιτίτιοι.* Dediticios vero invenit lex Aelia Sentia. Ait enim, si quis servitutis tempore in unum ex vitiis ab ipsa notatis inciderit, veluti si propter aliquod delictum stigmata in fronte acceperit, vel in publicum carcerem coniectus fuerit, aut etiam propter aliquod delictum verberatus, delictum confessus sit et post illa reconciliatus domino manumissus fuerit, fiebat dediticius libertinus ... Et hi igitur libertini ex lege Aelia Sentia vocati sunt dediticii. *Theophil. Paraphr. Inst.* 1, 5, 3. — Hi vero, qui dediticiorum numero sunt, nullo modo ex testamento capere possunt, non magis, quam qui liber peregrinusque est, nec ipsi testamentum facere possunt secundum quod plerisque placuit. *Gai.* 1, 25. — Pessima itaque libertas eorum est, qui dediticiorum numero sunt: nec ulla lege, aut senatusconsulto, aut constitutione principali aditus illis ad civitatem Romanam datur. *Gai.* 1, 26. — Quin et in urbe Roma vel intra centesimum urbis Romae milliarium morari prohibentur; et si contra fecerint, ipsi bonaque eorum publice venire iubentur ea conditione, ut ne in urbe Roma vel intra centesimum urbis Romae milliarium serviant, neve unquam manumittantur; et si manumissi fuerint, servi populi Romani esse iubentur. Et haec ita lege Aelia Sentia comprehensa sunt. *Gai.* 1, 27. — Eorum autem, quos lex Aelia Sentia dediticiorum numero facit, bona modo quasi civium Romanorum libertorum, modo quasi Latinorum ad patronos pertinent. *Gai.* 3, 74. — Nam eorum bona, qui, si in aliquo vitio non essent, manumissi cives Romani futuri essent, quasi civium Romanorum patronis eadem lege tribuuntur, non tamen hi habent etiam testamenti factionem; nam id plerisque placuit, nec immerito: nam incredibile videbatur, pessimae conditionis hominibus voluisse legislatorem testamenti faciundi ius concedere. *Gai.* 3, 75. — Eorum vero bona, qui, si non in aliquo vitio essent, manumissi futuri Latini essent, proinde tribuuntur patronis, ac si Latini decessissent: nec me praeterit, non satis in ea re legislatorem voluntatem suam verbis expressisse. *Gai.* 3, 76. Cf. Hadriani Sent. et epist. § 3. — Eadem lex eum dominum, qui minor viginti annorum est, prohibet servum manumittere, praeterquam si causam apud consilium probaverit. *Ulp.* 1, 13. — Eadem lege minori XX annorum domino non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud consilium iusta causa manumissionis approbata fuerit. *Gai.* 1, 38. § 4. *Inst. Qui et quib. ex caus.* 1, 6. — Quum ergo certus modus

manumittendi minoribus XX annorum dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit. *Gai.* 1, 40. — *Νεώτερος εἴκοσι ἐτῶν ἐλευθερῶσαι οὔτε ἐκ προσαγωγῆς δύναται, οὔτε διαθήκῃ· τοιγαροῦν οὐδὲ Λατῖνον ποιῆσαι δύναται. τοσοῦτον γὰρ ἐπὶ συμβουλίῳ δύναται ἐλευθερῶσαι δοῦλον ἴδιον αἰτίας δοκιμασθείσης.* Minor viginti annorum manumittere neque ex vindicta potest, neque testamento; itaque nec Latinum facere potest; tantum enim apud consilium potest manumittere servum suum causa probata. *Fragm. de Manumiss.* § 13. — *Ὁ αὐτὸς νόμος ἐπέχει τὰς ἐλευθερίας, τὰς παρεχομένας ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων τῶν κ' ἐνιαυτῶν … Τοῦτο οὖν εἰδὼς, ταῖς ἐκεῖθεν ἐπιβουλαῖς τὴν ἑαυτοῦ νομοθεσίαν ἀντέστησε· κωλύσας δὲ τούτους τὸν ἴδιον οἰκέτην ἐλευθεροῦν, ἐπέτρεψεν ἐλευθερίαν διδόναι ἐπὶ εὐλόγου αἰτίας, ἐπὶ ἄρχοντος ἐν κονσιλίῳ δοκιμαζομένης.* Eadem lex inhibet libertates, quae a minoribus viginti annorum praestantur … Hoc ergo sciens, istorum insidiis suam opposuit legislationem. Prohibens autem hos suum liberare servum, permisit libertatem dare iusta de causa, apud magistratum in consilio probanda. *Theophilus* 1, 6, 4. — *Ulpian. Lib. VI. ad Sabinum.* Non enim maiori viginti annis permitti manumittere, sed minorem manumittere vetari. *L.* 1 *D. de Manum.* 40, 1. — *Gaius Lib. XII. ad Edictum provinciale.* Ex hoc autem, quod pupillus nullam rem sine tutoris auctoritate alienare potest, apparet, nec manumittere eum sine tutoris auctoritate posse. Hoc amplius, licet tutoris auctoritate manumittat, debet e lege Aelia Sentia apud consilium causam probare. *L.* 9, § 1 *D. de Auctor. tut.* 26, 8. — *Pomponius Lib. III. Fideicommissorum.* Campanus ait, si minor annis viginti rogaverit heredem, ut proprium servum manumittat, praestandam ei libertatem, quia hic lex Aelia Sentia locum non habet. *L.* 34, § 1 *D. de Fideicomm. libert.* 40, 5. — *Marcellus Lib. X. Digestorum.* Miles testamento suo manumittendo nihil efficit in eo, cuius libertas lege Aelia Sentia, vel aliqua impeditur. *L.* 29, § 1 *D. de Testam. milit.* 29, 1. — *Pomponius Lib. I. ad Sabinum.* Nec militi minori annis viginti permittitur testamento suo servum manumittere. *L.* 3 *D. de Manum. test.* 40, 4. — *Πρὸ τοῦ κ' ἐνιαυτοῦ ὁ Ἀέλιος Σέντιος τὴν ἐλευθερίαν ἐκώλυσε δίδοσθαι.* Lex Aelia Sentia ante vigesimum annum libertatem dare prohibuit. *Theophilus* 1, 6, 7. — *Ὁ μὲν Ἀέλιος Σέντιος τῷ ἐλάττονι τῶν κ' ἐνιαυτῶν δεσπότῃ τὸν ἴδιον οἰκέτην ἐλευθεροῦν οὐ συνεχώρει.* Lex quidem Aelia Sentia minori viginti annis domino servum suum manumittere non permittebat. *Theophilus* 1, 7, pr. — Quum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit. § 7 *Inst. Qui et quib. ex caus.* 1, 6. — Hoc tamen ius adipiscendae civitatis Romanae etiamsi soli minores triginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt. *Gai.* 1, 31. — Quod autem de aetate servi requiritur, lege Aelia Sentia introductum est; nam ea lex minores XXX annorum servos non aliter voluit manumissos cives Romanos fieri, quam si vindicta, apud consilium, iusta causa manumissionis approbata, liberati fuerint. *Gai.* 1, 18. — Item quum senatusconsulto prohibitum sit, proprium servum minorem annis XXX liberum et heredem instituere. *Gai.* 2, 276. — Eadem lege cautum est, ut minor triginta annorum servus vindicta manumissus civis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit, id est sine consilio manumissum, censuve servum manere putat; testamento vero manumissum perinde haberi iubet, atque si domini voluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit. *Ulp.* 1, 12. — Iustae autem causae manumissionis sunt, veluti si quis patrem, aut matrem, aut paedagogum, aut collactaneum manumittat; sed et illae causae, quas superius in servo minore XXX annorum exposuimus, ad hunc quoque casum, de quo loquimur, afferri possunt: item ex diverso hae causae, quas in minore XX annorum domino retulimus, porrigi possunt et ad servum minorem XXX annorum. *Gai.* 1, 39. *Epit. Gai.* 1, 7. — Iusta autem causa manumissionis est, veluti si quis filium filiamve, aut fratrem sororemve naturalem, aut alumnum, aut paedagogum, aut servum procuratoris habendi gratia aut ancillam matrimonii causa, apud consilium manumittat. *Gai.* 1, 19. — Iustae autem manumissionis causae sunt: veluti si quis patrem, aut matrem, filium filiamve, aut fratrem sororemve naturales, aut paedagogum, aut nutricem educatoremve, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat, aut servum, procuratoris habendi gratia, aut ancillam, matrimonii causa, dum tamen intra sex menses uxor ducatur, nisi iusta causa impediat, et qui manumittitur procuratoris habendi gratia, ne minor septem et decem annis manumittatur. § 5 *Inst. Qui et quib. ex caus.* 1, 6. *Theophilus ad* § 5 *Inst. cit.* — *Ulpianus Lib. II. ad Legem Aeliam Sentiam.* Illud in causis probandis meminisse iudices oportet, ut non ex luxuria, sed ex affectu descendentes causas probent, neque enim deliciis, sed iustis affectionibus dedisse iustam libertatem legem Aeliam Sentiam credendum. *L.* 16 *pr. D. de Manum. vind.* 40, 2. Cf. tit. D. Qui et a quibus manum. liberi non fiant et ad Legem Aeliam Sentiam 40, 9. — Is qui in fraudem creditorum vel in fraudem patroni manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. *Gai.* 1, 37. — In summa sciendum est, (quum) lege Aelia Sentia cautum sit, ut qui creditorum fraudandorum causa manumissi sint, liberi non fiant. *Gai.* 1, 47. — Ab eo domino, qui solvendo non est, servus testamento liber esse iussus et heres institutus, etsi minor sit triginta annis, vel in ea causa sit, ut dediticius fieri debeat, civis Romanus et heres fit; si tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. Quodsi duo pluresve liberi heredesque esse iussi sint, primo loco scriptus liber et heres fit; quod et ipsum lex Aelia Sentia facit. *Ulp.* 1, 14. — Eadem lex in fraudem creditoris et patroni manumittere prohibet. *Ulp.* 1, 15. — *Δοῦλον εἰς ὑποθήκην δεδομένον πολίτην Ῥωμαῖον ποιῆσαι ὀφειλέτης οὐ δύναται, ἐκτὸς εἰ μὴ πρὸς ἀπόδοσιν ᾖ· ἐπισκοτεῖ γὰρ τῇ ἐλευθερίᾳ νόμος Αἴλιος Σέντιος, ὃς κωλύει δοῦλον πεπιστευκότων χάριν ἠλευθερωμένον πολίτην Ῥωμαῖον γενέσθαι.* Servum pignori datum civem Romanum facere debitor non potest, nisi forte solvendo sit; obstat enim libertati lex Aelia Sentia, quae prohibet servum creditorum causa manumissum civem Romanum fieri. *Fragm. de Manumiss.* § 16. — Is, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. Licet autem domino, qui solvendo non est, testamento servum suum cum libertate heredem instituere, ut fiat liber, heresque ei solus et necessarius, si modo nemo alius ex eo testamento heres exstiterit, aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa heres non exstiterit; idque eadem lege Aelia Sentia provisum est. *Pr.* § 1 *Inst. Qui et quib. ex caus. manum.* 1, 6. — Idemque iuris est, etsi sine libertate servus heres institutus est. § 2 *Inst. e. t.* — *Celsus Lib. XXIX. Digestorum.* Qui solvendo non erat, servum primo loco, et alterum servum secundo loco heredes scripsit; solus is, qui primo loco scriptus est, hereditatem capit; nam lege Aelia Sentia ita cavetur, ut si duo pluresve ex eadem causa heredes scripti sint, uti quisque primus scriptus sit, heres sit. *L.* 60 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Iulianus Lib. LXIV. Digestorum.* Qui solvendo non erat, duos Apollonios liberos heredesque esse iusserat; altero ante apertas tabulas testamenti mortuo non ineleganter defendi poterit, eum, qui supererit, liberum et solum necessarium heredem fore. Quodsi uterque vivit, institutionem nullius esse momenti propter legem Aeliam Sentiam, quae amplius quam unum necessarium heredem fieri vetat. *L.* 42 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Paulus Lib. LVII. ad Edictum.* Si is, qui solvendo non est, servum cum libertate heredem instituerit, et liberum substituerit, ante incipiendum erit a substituto. Lex enim Aelia Sentia ita demum ei, qui in fraudem creditorum heres institutus est, conservat libertatem, si nemo alius ex eo testamento heres esse potest. *L.* 57 *D. e. t.* — *Scaevola Lib. XVIII. Quaestionum.* Si non lex Aelia Sentia, sed alia lex, vel senatusconsultum, aut etiam constitutio servi libertatem impediat, is necessarius fieri non potest, etiamsi non sit solvendo testator. *L.* 83 *pr. D. e. t.* Cf. l. 55, 88 D. e. t. — *Imp. Alexander A. Antiocho.* Certum ius est, non alias directas libertates per legem Aeliam Sentiam, quae sunt in fraudem creditorum manumissorum, revocari, nisi et consilium

fraudis hoc animo manumittentis, et eventus damni suum recipere volentium sequatur. *L.* 1 *Cod. Qui manumitt.* 7, 11. — *Ulpianus Lib. LXV. ad Edictum.* Sciendum est, necessario herede existente, quamvis se abstineat, tamen libertates competere, si modo non in fraudem legis Aeliae Sentiae datae fuerint. *L.* 32 *D. de Manumiss. test.* 40, 4. — *Paulus Lib. V. ad Sabinum.* Fiunt statu liberi vel conditione expressa, vel vi ipsa. Conditione expressa quid est, manifestum est; vi ipsa, quum creditoris fraudandi causa manumittuntur; nam dum incertum est, an creditor iure suo utatur, interim statu liberi sunt, quoniam fraus cum effectu in lege Aelia accipitur. *L.* 1, § 1 *D. de Statu lib.* 40, 7. — *Iulianus Lib. LXIV. Digestorum.* Si Titius nihil amplius in bonis, quam Stichum et Pamphilum habeat, eosque stipulanti Maevio ita promiserit: Stichum aut Pamphilum dare spondes? deinde, quum alium creditorem non haberet, Stichum manumiserit, libertas per legem Aeliam Sentiam rescinditur. *L.* 5, § 2 *D. Qui et a quib. manum.* 40, 9. — *Africanus Lib. III. Quaestionum.* Quum is, qui sub conditione debet, manumittat fideicommissi causa, lex Aelia Sentia locum habet. *L.* 8 *pr. D. e. t.* — *Hermogenianus Lib. I. Iuris Epit.* In fraudem creditorum manumittitur, liberque esse prohibetur, sive dies solvendae pecuniae iam cessit, sive in diem vel sub conditione sit debitum. Diversa causa est legati sub conditione relicti; nam antequam conditio exstiterit, inter creditores legatarius iste non habetur. Ex omni autem causa creditoribus in hac parte lex Aelia Sentia prospexit, inter quos fideicommissarium etiam esse placuit. *L.* 27 *pr. D. e. t.* — *Gaius Lib. I. de Manumissionibus.* Generaliter pignori datus servus sine dubio pleno iure debitoris est, et iustam libertatem ab eo consequi potest, si lex Aelia Sentia non impediat libertatem, id est, si solvendo sit, nec ob id creditores videantur fraudari. *L.* 29 *pr. D. e. t.* — *Paulus Lib. II. ad Legem Aeliam Sentiam.* Adigere iureiurando, ne nubat liberta, vel libertos tollat, intelligitur etiam is, qui libertum iurare patitur. Sed si ignorante eo suus filius adegerit, stipulatus fuerit, nihil ei nocebit; certe si iussu patroni is, qui in potestate est, idem fecerit, dicendum est, eum hac lege teneri. *L.* 6 *pr. D. de Iure patr.* 37, 14. — *Paulus Lib. VIII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Qui contra legem Aeliam Sentiam ad iurandum libertum adegit, nihil iuris habet nec ipse nec liberi eius. *L.* 15 *D. e. t.* — *Ulpianus Lib. XIV. ad Sabinum.* Si quis libertam sic iureiurando adegit, ne illicite nubat, non debere incidere in legem Aeliam Sentiam. Sed si intra certum tempus ne ducat, neve aliam, quam de qua patronus consenserit, vel non nisi conlibertam, aut patroni cognatam, dicendum est, incidere eum in legem Aeliam Sentiam, nec ad legitimam hereditatem admitti. *L.* 3, § 5 *D. de Suis* 38, 16. — *Modestinus Lib. Singulari de Manumissionibus.* Si patronus non aluerit libertum, lex Aelia Sentia adimit eius libertatis causa imposita, tam ei, quam ipsi, ad quem ea res pertinet; item hereditatem ipsi, et liberis eius, nisi heres institutus sit, et bonorum possessionem, praeterquam secundum tabulas. *L.* 33 *D. de Bonis libert.* 38, 2. — *Terentius Clemens Lib. V. ad legem Iuliam et Papiam.* Quaesitum est, si libertam patronus iureiurando adegisset, ne ea liberos impuberes habens nuberet, quid iuris esset. Iulianus dicit, non videri contra legem Aeliam Sentiam fecisse eum, qui non perpetuam viduitatem libertae iniunxisset. *L.* 31 *D. Qui et a quib. manum.* 40, 9. — *Idem Lib. VIII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Non prohibentur lege Aelia Sentia patroni a libertis mercedes capere, sed obligare eos. *L.* 32, § 1 *D. e. t.* — Is, qui operas aut in singulas eas certam summam promisit, ad hanc legem non pertinet. *L.* 32 *cit.* § 2. — *Paulus Lib. LXXIII. ad Edictum.* In lege Aelia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum ut ingratum accusare, non etiam si heredi heres exstiterit. *L.* 70 *pr. D. de Verb. Sign.* 50, 16. — Statim eadem lege Aelia Sentia cautum est, ut minores triginta annorum manumissi * et Latini facti, si uxores duxerint vel cives Romanas, vel Latinas coloniarias, vel eiusdem conditionis, cuius et ipsi essent, idque testati fuerint adhibitis non minus quam septem testibus civibus Romanis puberibus, et filium procreaverint et is filius anniculus fuerit, permittatur iis, si velint, per eam legem adire praetorem vel in provinciis praesidem provinciae, et approbare, se ex lege Aelia Sentia uxorem duxisse et ex ea filium anniculum habere: et si is, apud quem causa probata est, id ita esse pronuntiaverit, tunc et ipse Latinus et uxor eius, si et ipsa eiusdem (conditionis sit, et ipsorum filius, si et ipse eiusdem) conditionis sit, cives Romani esse iubentur. *Gai* 1, 29. — Itaque si Latinus, ex lege Aelia Sentia uxore ducta, filium procreaverit, aut Latinum ex Latina, aut civem Romanum ex cive Romana, non habebit eum in potestate ... simul ergo eum in potestate sua habere incipit. *Gai.* 1, 66. — Idem iuris est de his, quorum nomine ex lege Aelia Sentia, vel ex senatusconsulto post mortem causa probatur; nam et hi, vivo patre causa probata, in potestate eius futuri essent. *Gai.* 3, 5. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 16, 2, 5. Cf. Coll. cit. 16, 3, 7; Gai. 2, 142 et 143; 3, 73. — Lege * Iunia cautum est, ut si civem Romanam vel Latinam uxorem duxerit, testatione interposita, quod liberorum quaerendorum causa uxorem duxerit, postea filio filiave nato natave et anniculo facto, possit apud praetorem vel praesidem provinciae causam probare et fieri civis Romanus, tam ipse, quam filius filiave eius et uxor; scilicet si et ipsa Latina sit. *Ulp.* 3, 3. — Ex contrario ex Latino et cive Romana qui nascitur, civis Romanus nascitur. Fuerunt tamen, qui putaverunt, ex lege Aelia Sentia contracto matrimonio Latinum nasci, quia videtur eo casu per legem Aeliam Sentiam et Iuniam connubium inter eos dari, et semper connubium efficit, ut qui nascitur patris conditioni accedat; aliter vero contracto matrimonio eum, qui nascitur, iure gentium matris conditionem sequi. *Gai.* 1, 80. — * Lex Mensia (Aelia Sentia) ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi iubet. *Ulp.* 5, 8. — * Per libellum petente quodam, ut suum libertum perderet, quem ante tempus iussu praefecti aerarii secundum legem Aeliam Sentiam in lautumias miserat et modo congiarium huius peteret, Hadrianus dixit: quid quaeris perdere hominem et congiarium auferre, ex quo iam vindicatus es? Improbus es. *Hadriani Sent.* § 3.

758. p. C. n. 5. CN. CORN. CINNA L. VALERIO MESSALLA COSS.

Ἐψηφίσθη, τοῖς μὲν ἐκ τοῦ δορυφορικοῦ πεντακισχιλίας δραχμὰς, ἐπειδὰν ἑκκαίδεκα ἔτη, τοῖς δὲ ἑτέροις, τρισχιλίας, ἐπειδὰν εἴκοσι στρατεύσωνται, δίδοσθαι. Decretum est, ut militibus cohortium praetorianarum, postquam annos sedecim meruissent, viritim vicena millia nummum, reliquis, exactis militiae viginti annis, duodena darentur. *Dio Cass.* 55, 23. — * Ut sextusdecimus stipendii annus finem afferret, ne ultra sub vexillis tenerentur, sed iisdem in castris praemium pecunia solveretur. An praetorias cohortes, quae binos denarios acciperent, quae post sedecim annos penatibus suis reddantur, plus periculorum suscipere? *Tacit. Ann.* 1, 17. — *Γνώμην ἐς τὴν βουλὴν ἐσήνεγκε, πόρον τινὰ διαρκῆ καὶ ἀέναον ἀποδειχθῆναι, ὅπως μηδενὸς ἔξωθεν μηδὲν λυπουμένου, ἀφθόνως ἐκ τῶν τεταγμένων καὶ τὴν τροφὴν καὶ τὰ γέρα λαμβάνωσι.* Senatum consuluit de reditu quodam constanti et perpetuo constituendo, ex quo ordinato milites, citra ullius externam iniuriam, commeatum praemiaque acciperent. *Dio Cass.* 55, 24. — Aerarium militare ex consilio meo constitutum est. *Monum. Ancyr. tab.* 3, 36. — *Ἐσήνεγκεν ὁ Αὔγουστος χρήματα καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ Τιβερίου ἐς τὸ ταμεῖον, ὃ καὶ στρατιωτικὸν ἐπωνόμασε. καί τισι τῶν ἐστρατηγηκότων, τοῖς λαχοῦσιν, ἐπὶ τρία ἔτη διοικεῖν προσέταξε, ῥαβδούχοις τε ἀνὰ δύο καὶ τῇ ἄλλῃ ὑπηρεσίᾳ τῇ προσηκούσῃ χρωμένοις. καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη κατὰ διαδοχὴν ἐγένετο ... Τὴν εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι (πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν, ἢ καὶ πενήτων) καταλείπωσι, κατεστήσατο ... Τὰς μὲν προσόδους οὕτως ἐπηύξησε· τὰ δ' ἀναλώματα διὰ τριῶν ἀνδρῶν ὑπατευκότων, οὓς ὁ κλῆρος ἀπέφηνε, τὰ μὲν συνέστειλε, τὰ δὲ καὶ παντάπασι διέγραψε.* Augustus pro se et Tiberio pecuniam in aerarium, quod militare

vocabat, intulit; eiusque administrationem praetoriis quibusdam sorte lectis ad triennium mandavit, qui binis lictoribus, ac ministris aliis, quos conveniebat, uterentur. Id per successionem in multos annos productum ... Instituit autem, ut vicesima pars hereditatum ac legatorum, exceptis iis, quae a maxime propinquis, ac pauperibus, morte relinquebantur, in aerarium militare inferretur ... Ita auctis reditibus, tres ex consularibus viros Augustus, quibus sors id officii obtulisset, ad sumtus partim contrahendos, partim tollendos adhibuit. *Dio Cass.* 55, 25. — Vicesima reperta est, tributum tolerabile, et facile heredibus dumtaxat extraneis, domesticis grave. *Plin. Paneg.* 37. — Nec enim oportet testamentum heredibus aut legatariis aut libertatibus, quam necessario vectigali moram fieri. *Paul.* 4, 6, 3. — Lege vicesima hereditatium cavetur, ut ad eas satisdationes, quae ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat. *Gai.* 3, 125. — Quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit, definitis pro gradu cuiusque et temporibus militiae et commodis missionum, ne aut aetate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Utque perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, aerarium militare cum vectigalibus novis instituit. Et quo celerius ac sub manum annuntiari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, iuvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula, disposuit; commodius id visum est, ut, qui a loco eidem perferrent literas, interrogari quoque, si quid res exigerent, possent. *Sueton. Aug.* 49.

759. p. C. n. 6. M. AEMILIO LEPIDO L. ARRUNTIO COSS.

Habiti delectus, revocati undique omnes veterani, viri feminaeque ex censu libertinum coactae dare militem. Senatorum equitumque Romanorum exactae ad id bellum operae pollicitae. *Vell. Paterc.* 2, 111. — *Ταῦτά τε οὖν τοὺς Ῥωμαίους ἐλύπει, καὶ προσέτι καὶ λιμὸς ἰσχυρός· ὥσθ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ τούς τε μονομαχοῦντας, καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ ὤνια, ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους σταδίους ἐξωσθῆναι· ἔκ τε τῆς θεραπείας καὶ τὸν Αὔγουστον καὶ τοὺς ἄλλους τὸ πλεῖον ἀποπέμψασθαι· καὶ δικῶν ἀνοχὰς γενέσθαι· ἐκδημεῖν τε τοῖς βουλευταῖς ἔνθα ἂν ἐθελήσωσιν ἐπιτραπῆναι. καὶ ὅπως γ᾽ ἂν μηδὲν ἐκ τούτου τὰ δόγματα ἐμποδίζηται, κύρια πάντα τὰ γιγνωσκόμενα ὑπὸ τῶν ἀεὶ παρόντων εἶναι ἐκελεύσθη. καὶ προσέτι καὶ ἄνδρες ὑπατευκότες ἐπί τε τοῦ σίτου καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρτου κατέστησαν, ὥστε τακτὸν ἑκάστῳ πιπράσκεσθαι. ἐπέδωκε μὲν γὰρ καὶ προῖκα ὁ Αὔγουστος τοῖς σιτοδοτουμένοις τοσοῦτον ἕτερον ὅσον ἀεὶ ἐλάμβανον. ὡς δ᾽ οὐδ᾽ ἐκεῖνο σφίσιν ἐξήρκεσεν, οὐδὲ ἐς τὰ ἑαυτοῦ γενέθλια ἑστιαθῆναι δημοσίᾳ αὐτοὺς εἴασεν. ἐπειδή τε ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, ἄνδρας τε ἐξελευθέρους ἑπταχῇ πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατελέξατο, καὶ ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν, ὡς καὶ δι᾽ ὀλίγου σφᾶς διαλύσων. οὐ μέντοι καὶ ἐποίησε τοῦτο. καταμαθὼν γὰρ ἐκ τῆς πείρας καὶ χρησιμωτάτην καὶ ἀναγκαιοτάτην τὴν παρ᾽ αὐτῶν βοήθειαν οὖσαν, ἐτήρησεν αὐτούς. καὶ εἰσὶ καὶ νῦν οἱ νυκτοφύλακες οὗτοι ἴδιόν τινα τρόπον οὐκ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων ἔτι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων * στρατευόμενοι· καὶ τείχη τε ἐν τῇ πόλει ἔχουσι, καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φέρουσιν.* Haec Romanis molesta fuerunt, ac fames praeterea ingens, adeo ut gladiatores propterea, mancipiaque venalia, ultra centesimum lapidem sint ab urbe reiecta: multosque ex suis famulis quum alii, tum ipse Augustus, ablegaverint: iustitium indictum: et senatoribus, ut quo vellent proficiscerentur, permissum fuerit: ac, ne senatusconsultis inde vis aliqua decederet, omnia, quae Romae praesentes decrevissent, rata esse iussa. Viri etiam consulares frumento et pani praefecti fuerunt, ut certa quantitas cuique venderetur. Dedit gratis etiam Augustus frumentum iis, qui ex publico id alioquin accipiebant, et alterum quidem tantum, quantum iis alias dabatur: quod quum non magis sufficeret, non passus est eos epulari publice natalibus suis. Quumque eo tempore multa in urbe incendiis essent vastata, libertos septem locis ad ea curanda constituit, et equitem eis praefecit: quos etsi post exiguum intervallum dissolvere statuerat, tamen re ipsa expertus, utilissimum ac maxime necessarium esse eorum auxilium, retinuit. Et sunt nunc quoque vigiles hi nocturni, peculiari quodam modo, non iam amplius ex libertis tantummodo, sed ex aliis etiam militibus: ac in urbe cohortes suas habent, et mercedem publice accipiunt. *Dio Cass.* 55, 26. — Libertino milite praeterquam Romae incendiorum causa et si tumultus in graviore annona metueretur, bis usus est. *Sueton. Aug.* 25. Cf. a. 728, 732, 747. — *Paulus Lib. Singulari de Officio Praefecti Vigilum.* D. Augustus maluit per se huic rei (incendiis arcendis) consuli. *L.* 1 *et* 2 *D. de Off. praef. vig.* 1, 15. — Salutem reipublicae tueri nulli magis credidit convenire, nec alium sufficere ei rei, quam Caesarem. Itaque septem cohortes opportunis locis constituit, ut binas regiones urbis unaquaeque cohors tueatur, praepositis eis tribunis, et super omnes spectabili viro, qui praefectus vigilum appellatur. *L.* 3 *D. e. t.* — *Ἐπεμελήθη μὲν οὖν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῶν τοιούτων ἐλαττωμάτων τῆς πόλεως, πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις συντάξας στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθέρων τὸ βοηθῆσον.* Huiusmodi detrimenta urbis Augustus Caesar praevidens, contra incendia cohortem libertinorum constituit, quae opitularetur. *Strabo* 5, *p.* 235. — Rapti per agros viatores ... ergastulis possessorum supprimebantur ... Igitur grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit, ergastula recognovit. *Sueton. Aug.* 32. — *Προσέθηκε ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῇ καταλύσει τῶν λῃστῶν τὴν κατασκευὴν τῶν ὁδῶν.* Augustus Caesar latronum (in Alpibus) excidio viarum structuram adiecit. *Strabo* 4, *p.* 204. — *Ἡρώδης ὁ Παλαιστῖνος ... ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ὑπερωρίσθη, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδημοσιώθη.* Herodes Palaestinus ... trans Alpes est relegatus ac pars ditionis eius (Iudaea) in publicum redacta. *Dio Cass.* 55, 27. Cf. Iosephi Ant. 17, 3, 2; 18, 2.

760. p. C. n. 7. A. LICINIO NERVA SILIANO Q. CAEC. METELLO CRETICO COSS.

Καὶ ἐπί γε τῇ σιτοδείᾳ δύο αὖθις ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἐπιμελητὰς τοῦ σίτου σὺν ῥαβδούχοις ἀπέδειξε. προσδεόμενος δὲ δὴ χρημάτων, ἔς τε τοὺς πολέμους καὶ ἐς τὴν τῶν νυκτοφυλάκων τροφὴν, τό,τε τέλος τὸ τῆς πεντεκοστῆς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδραπόδων πράσει ἐσήγαγε, καὶ τὸ ἀργύριον, τὸ τοῖς στρατηγοῖς τοῖς τὰς ὁπλομαχίας ποιοῦσιν ἐκ τοῦ δημοσίου διδόμενον, ἐκέλευσε μηκέτ᾽ ἀναλίσκεσθαι. Annonae procurationem rursus ob penuriam duobus consularibus mandavit, additis lictoribus. Sed quum pecunia ad belli usum et nocturnos vigiles alendos indigeret, tributum instituit, ut de pretio mancipiorum venditorum quinquagesima daretur, et quam pecuniam praetores ex aerario acceptam gladiatoriis spectaculis insumere solebant, eam expendi amplius vetuit. *Dio Cass.* 55, 31. — Anno imperii Caesaris (Augusti) quadragesimo octavo adeo dira Romanos fames consecuta est, ut Caesar lanistarum familias omnesque peregrinos, servorum quoque maximas copias, exceptis medicis et praeceptoribus, trudi urbe praeceperit. *Orosius* 7, 3. — *Augustus, paucis annis ante, quum tribuniciam potestatem a patribus rursum postularet. *Tacit. Ann.* 1, 10.

761. p. C. n. 8. M. FURIO CAMILLO S. NONIO QUINCTILIANO COSS.

Batone, Pannoniorum rege, subacto in ditionem nostram Pannoniae venerunt. *Rufus, Breviar.* 7. Vid. a. 739. — *Paulus Lib. II. de Adulteris.* Edictum Divi Augusti, quod proposuit Vivio Avito et Lucio Aproniano (Apronio?) Coss., in hunc modum exstat: Quaestiones neque semper in omni causa et persona desiderari debere arbitror, et quum capitalia et atrociora maleficia non aliter explorari et investigari possunt, quam per servorum quaestiones, efficacissimas eas esse ad requirendam veritatem existimo et habendas censeo. *L.* 8 *D. de Quaestion.* 48, 18. — In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam compescuit lex Furia Caninia. *Gai.* 2, 228. — Lege Furia Caninia certus modus constitutus erat in servis testamento manumittendis. *Pr. Inst. de Lege Furia Caninia toll.* 1, 7. *Theophilus ad pr. Inst. cit.* — Servos urbanos omnes manumisit utriusque

sexus, intra centum tamen, ne Caniniam transire videretur. *Fl. Vopisc. Tacit.* 10. — *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Basso PO.* Libertatibus, quae in eodem testamento datae fuerint, si intra legitimum numerum sunt, suam obtinentibus firmitatem. *L.* 8 *C. Th. de Iudaeis* 16, 8. — Lege Furia Caninia certus modus constitutus est in servis testamento manumittendis. *Gai.* 1, 42. — Nam ei, qui plures quam duos, neque plures quam decem servos habebit, usque ad partem dimidiam eius numeri manumittere permittitur; ei vero, qui plures quam decem, neque plures, quam triginta servos habebit, usque ad tertiam partem eius numeri manumittere permittitur; at ei, qui plures quam XXX, neque plures, quam centum habebit, usque ad partem quartam ... datur; novissime ei, qui plures quam C habebit, nec plures quam D........ permittitur, quam ut quintam partem, neque plures ... sed praescribit lex, ne cui plures manumittere liceat quam C. Si quis unum servum omnino aut duos habet .... et ideo liberam habet potestatem manumittendi. *Gai.* 1, 43. — Ac nec ad eos ... omnino haec lex pertinet, qui sine testamento manumittunt. *Gai.* 1, 44. — Sed quod de numero servorum testamento manumittendorum diximus, ita intelligimus, ut ex eo numero, ex quo dimidia, aut tertia, aut quarta, aut quinta liberari potest, utique tot manumittere liceat, quot ex antecedenti numero licuit; et hoc ipsa lege provisum est. *Gai.* 1, 45. — Nam etsi testamento scriptis in orbem servis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis invenitur, nulli liberi erunt; quia lex Furia Caninia, quae in fraudem eius facta sint, rescindit. Sunt etiam specialia senatusconsulta, quibus rescissa sunt ea, quae in fraudem eius legis excogitata sunt. *Gai.* 1, 46. — Lege Furia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur; subductis igitur duobus usque ad decem pars dimidia; a decem usque ad triginta pars tertia; a triginta usque ad centum pars quarta; a centum usque ad quingentos pars quinta, plures autem quam centum ex maiori numero servorum manumitti non licet. *Paul.* 4, 14, 4. — Constitutum est, quantum servorum numerum testamento de quanta familia liceat manumitti, hoc ordine, ut, si quis duos servos habet, ambos manumittere possit; qui vero tres, duos testamento manumittat; qui quatuor, similiter duos; qui sex, tres; qui octo, quatuor; qui decem, quinque; qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem et septem, similiter quinque; qui decem et octo, sex et ab hoc numero usque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat; qui amplius, quam triginta habuerit usque ad centum, quartam partem de numero servorum manumittere potest; qui vero plures quam centum habuerit, quintam partem manumittere potest, sed hoc statutum est, ut de quamlibet grandi familia nulli amplius, quam centum, testamento manumittere liceat. *Gai. Epit.* 1, 2, *pr.* — Si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam quot continet numerus supra scriptus, ordo servandus est, ut illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa, qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, in servitute eos certum est permanere. Quodsi non nominatim servi vel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse omnes servos suos vel ancillas is, qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas; sed omnes in servili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam et si ita in testamento servorum manumissio adscripta fuerit, id est in circulo, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem valere manifestum est, si agnosci non potest, qui prior, qui posterior fuerit manumissus. *Gai. Epit.* 1, 2, 2. — Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere voluerit testamentum, sed epistolis aut quibuscunque aliis rebus servis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates, et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum superius constitutum liberi erunt, qui vero post statutum numerum manumissi fuerint, servi sine dubio permanebunt. *Gai. Epit.* 1, 2, 3. — Lex Furia Caninia iubet testamento ex tribus servis non plures, quam duos manumitti; et usque ad decem dimidiam partem manumittere concedit; a decem usque ad triginta tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, aeque ut ex priori numero; a triginta usque ad centum quartam partem, aeque ut decem ex superiori numero liberari possint; a centum usque ad quingentos partem quintam, similiter ut ex antecedenti numero viginti quinque possint fieri liberi; et denique praecipit, ne plures omnino, quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant. *Ulp.* 1, 24. — Eadem lex cavet, ut libertates servis testamento nominatim dentur. *Ulp.* 1, 25. — Libertas non videtur incertae personae dari posse, quia lex Furia Caninia iubet nominatim servos liberari. *Gai.* 2, 239. — Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Furiam possunt. *Paulus Sent.* 4, 14, 1. — Quoties numerus servorum propter legem Furiam Caniniam ineundus est, fugitivi quoque, quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt. *Paulus l. c.* 3. — Hi, qui in causa mancipii sunt, quia servorum loco habentur, vindicta, censu, testamento manumissi sui iuris fiunt. Nec tamen in hoc casu lex Aelia Sentia locum habet ... ne numerus quidem legis Furiae Caniniae finitus in his personis locum habet. *Gai.* 1, 138, 139. — *Imp. Iustinianus A. Mennae PO.* Servorum libertates in testamento relictas, tam directas quam fideicommissarias, ad exemplum inter vivos libertatum indistincte valere censemus, lege Furia Caninia de cetero cessante, nec impediente, testantium pro suis servis clementes dispositiones effectui mancipari. *L. un. Cod. de Lege Furia Caninia tollenda* 7, 3. — *Τότε δὲ καὶ ὁ Αὔγουστος τῇ μὲν γερουσίᾳ καὶ ἄνευ ἑαυτοῦ τὰ πολλὰ δικάζειν ἐπέτρεπεν, ἐς δὲ τὸν δῆμον οὐκέτι παρῄει.* Augustus tunc senatui potestatem dedit, ut se absente etiam de plerisque causis cognoscerent, et ad comitia non amplius venit. *Dio Cass.* 56, 34.

762. p. C. n. 9. C. POPPAEO SABINO Q. SULPICIO CAMERINO COSS.

Ἀπὸ βήματος τὸν δῆμον ἠσπάσατο· καὶ μετὰ τοῦτο τά τε ἄλλα τὰ προσήκοντα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐποίησε, καὶ θέας ἐπινικίους διὰ τῶν ὑπάτων. ἐπειδή τε οἱ ἱππεῖς πολλῇ ἐν αὐταῖς σπουδῇ τὸν νόμον, τὸν περὶ τῶν μὴ γαμούντων μήτε τεκνούντων, καταλυθῆναι ἠξίουν ... De tribunali populum salutavit. Post haec alia, quae victoria impetrata fieri receptum erat, peregit, ac spectacula eo pertinentia consulum opera praebuit. Quoniam vero inter haec spectacula equites magno studio eam legem, quae de coniugii liberorumque expertibus lata fuerat, abrogari postulabant ... *Dio Cass.* 56, 1. — *Ἐξελευθέρας τοῖς γε ἔξω τοῦ βουλευτικοῦ οὖσιν ἄγεσθαι συνεχώρησα· ἵν' εἰ καί τις ἐξ ἔρωτος ἢ καὶ συνηθείας τινὸς ἐς τοῦθ' ὑπαχθείη, ἐννόμως αὐτὸ ποιοίη. καὶ οὐδὲ ἐς ταῦτα μέντοι κατήπειξα ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον τρία ἔτη ὅλα πρὸς παρασκευὴν ὑμῖν ἔδωκα· τὸ δὲ δεύτερον, δύο.* Libertinarum matrimonia iis, qui senatoriae dignitatis non essent, concessi; ut si quem eo amor, aut consuetudo impelleret, lege id facere posset. Neque festinare vos quicquam coëgi, primum toto triennio, deinde biennio ad parandam rem dato. *Dio Cass.* 56, 7. — * Hanc (legem de maritandis ordinibus) quum aliquanto quam ceteras severius emendasset, prae tumultu recusantium perferre non potuit, nisi ademta demum lenitave parte poenarum et vacatione triennii data, auctisque praemiis. *Sueton. Aug.* 34. Vid. a. 736. — *Τοῖς μὲν τὰ τέκνα ἔχουσι τὰ γέρα προσεπηύξησε, τοὺς δὲ γεγαμηκότας ἀπὸ τῶν ἀγύνων τῷ τῶν ἐπιτιμίων διαφόρῳ διεχώρισε. καὶ ἐνιαυτὸν ἑκατέροις, ἐς τὸ τοὺς πειθαρχήσαντάς οἱ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀναιτίους γενέσθαι, προσεπέδωκε· τῶν τε γυναικῶν τισὶ καὶ παρὰ τὸν Οὐοκώνειον νόμον, καθ' ὃν οὐδεμίᾳ αὐτῶν οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν· καὶ ταῖς ἀειπαρθένοις πάνθ' ὅσα περ αἱ τεκοῦσαι εἶχον, ἐχαρισατο. κἀκ τούτου ὅ,τε Πάππιος καὶ ὁ Ποππαῖος νόμος ὑπό τε Μάρκου Παππίου Μουτίλου καὶ ὑπὸ Κυΐντου Ποππαίου Σεκούνδου, τῶν τότε ἐν μέρει τοῦ ἔτους ὑπατευόντων, ἐτέθησαν.* Liberos habentibus praemia adauxit, et mulcta maritos a caelibibus se-

crevit, annuo amplius spatio concesso, intra quod qui eius iussis parere coepissent, culpa vacarent. Quumque lege Voconia mulieres prohiberentur, maiorem centum millibus nummum hereditatem adire, ea quoque lege quasdam solvit: et Vestalibus omnia, quae ter enixis iura competebant, largitus est. Inde lex quoque Papia Poppaea a M. Papio Mutilo et Q. Poppaeo Secundo lata est, qui parte eius anni consules. *Dio Cass.* 56, 10. Cf. Ulp. 3, 1. — Relatum deinde de moderanda Papia Poppaea, quam senior Augustus, post Iulias rogationes, incitandis caelibum poenis et augendo aerario sanxerat: nec ideo coniugia et educationes liberum frequentabantur, praevalida orbitate. *Tacit. Ann.* 3, 25. — Lege Papia Poppaea praemiis inducti, ut, si a privilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret. *Tacit. Ann.* 3, 28. — Locupletabant et fiscum et aerarium non tam Voconiae et Iuliae leges. *Plin. Paneg.* 42. — Rite maturos aperire partus Lenis Ilithya, tuere matres; Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genetyllis: Diva, producas subolem; patrumque Prosperes decreta super iugandis Feminis, prolisque novae feraci Lege marita. *Horat. Carm. saec.* 13—20. — Lex marita dicitur, quae de maritandis ordinibus lata erat, quae et Iulia dicta est. Caesar post bellum civile legem tulit, ne quis aut caelebs esset, aut vidua nubilis, quo posset iactura iuvenum reparari, quae bellis civilibus contigerat. *Schol. ad Horatii Carm. saecul. l. c.* — *῎Εθεντο τοῦτον τὸν νόμον οἱ παλαιοὶ Ῥωμαῖοι πολυάνθρωπον ἔσεσθαι τὴν Ῥώμην καὶ τὴν ὑπήκοον οἰόμενοι.* Tulerant istam legem veteres Romani populosam et hominibus affluentem esse cupientes urbem subiectasque provincias. *Sozomenus Hist. Eccl.* 1, 9. — *Νόμος Ἰούλιος καὶ Πάπιος τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ δικαίου προσαγορεύονται.* Lex Iulia et Papia ceterae partes iustitiae appellantur. *Fragm. Vet. Icti de Manumiss.* § 3. — Placet Urfidio lex Iulia; tollere dulcem Heredem cogitat. *Iuvenal. Sat.* 6, 38. — Nonne vanissimas Papias leges, quae ante liberos suscipi cogunt, quam Iuliae matrimonium contrahi, post tantae auctoritatis senectutem heri Severus constantissimus principum exclusit? *Tertullian. Apol.* 4. — Tunc mater poposcit de Iove superisque cunctis, uti sub conspectu omnium, quicquid sponsalium nomine praeparaverat Maiugena, traderetur, ac demum dos a virgine non deesset, tumque tabulas ac Papiam Poppaeamque legem sinerent recitari. *Martianus Capella de Philol. et Mercur. Nupt.* 2 *extr.* — Sub Octavio Caesare suffecti consules Papius et Poppaeus legem tulerunt, quae a nominibus eorum appellatur Papia et Poppaea, continens parentum praemia pro suscipiendis liberis. *Isidori Origin.* 5, 15, 1. — Leges hae, quae mulcta caelibes notaverunt, parentes praemiis honorarunt, vere dicuntur esse fundamenta reipublicae. *Panegyr. Maxim. et Constant.* 2. — *Papinianus Lib. XVIII. Quaestionum.* Eamque legis sententiam videri, ne quod omnino nuptiis impedimentum inferatur. *L.* 72, § 4 *D. de Condit. et dem.* 35, 1. — Legem utilem reipublicae, sobolis scilicet procreandae causa latam adiuvandam interpretatione. *L.* 64 *D. e. t.* Cf. a. 726, 736, 737, 745, 757, Tiberius, Claudius, Nero, Divi Fratres, Marcus et Commodus. — *Paulus Lib. I. ad Legem Iuliam et Papiam.* Lege Iulia ita cavetur: Qui senator est, quive filius, neposve ex filio, proneposve ex filio nato, cuius eorum est, erit, ne quis eorum sponsam uxoremve sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam, quae ipsa, cuiusve pater materve artem ludicram facit, fecerit; neve senatoris filia neptisve ex filio, proneptisve ex nepote filio nato, nata, libertino eive, qui ipse cuiusve pater materve artem ludicram facit, fecerit, sponsa nuptave sciens dolo malo esto; neve quis eorum dolo malo sciens sponsam uxoremve eam habeto. *L.* 44 *pr. D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Celsus Lib. XXX. Digestorum.* Lege Iulia Papia cavetur, omnibus ingenuis praeter senatores eorumque liberos libertinam uxorem habere licere. *L.* 23 *D. e. t.* — *De Caelibe, Orbo et Solitario Patre.* Lege Iulia prohibentur uxores ducere senatores quidem liberique eorum libertinas et quae ipsae quorumve pater materve artem ludicram fecerit, item corpore quaestum facientem. Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, et a lenone lenave manumissam, et in adulterio deprehensam, et iudicio publico damnatam, et quae artem ludicram fecerit: adiicit Mauricianus et a senatu damnatam. *Ulp.* 13, 1, 2. — * *Ulpianus Lib. I. ad Legem Iuliam et Papiam.* Senatus censuit, non conveniens esse ulli senatori, uxorem ducere aut retinere damnatam publico iudicio. *L.* 43, § 10 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Terentius Clemens Lib. VIII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Si ignominiosam libertam suam patronus uxorem duxerit, placet, quia contra legem maritus sit, non habere eum hoc legis beneficium. *L.* 48, § 1 *e. t.* — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PO.* Lex Papia inter senatores et libertas stare connubia non patitur. *L.* 28 *C. de Nupt.* 5, 4. — Aliquando nihil inter se capiunt, id est, si contra legem Iuliam Papiamque Poppaeam contraxerint matrimonium, verbi gratia si famosam quis uxorem duxerit aut libertinam senator. *Ulp.* 16, 2. — *Τότε δὴ τὴν ἐγγύην πρὸς τὴν Θεοδώραν ἐνεχείρει ποιεῖν· ἀδύνατον δὲ ὂν, ἄνδρα ἐς ἀξίωμα βουλῆς ἥκοντα ἑταίρᾳ γυναικὶ ξυνοικίζεσθαι, νόμοις ἄνωθεν τοῖς παλαιοτάτοις ἀποῤῥηθὲν, λῦσαί τε τοὺς νόμους τὸν βασιλέα νόμῳ ἑτέρῳ ἠνάγκασε.* Tum Iustinianus cum Theodora moliri nuptias aggreditur. Nam quum viris senatoriis, quod prisca lege cautum est, uxorem ducere meretricem non liceat, ille principem (Iustinum) adigit ad legem nova constitutione evertendam. *Procop. Anecd. p.* 45. Cf. l. 23 C. de Nupt. 5, 4. — Qui secundum praecepta legum coeunt. *Pr. Inst. de Nuptiis* 1, 10. — *Marcellus Lib. I. ad Legem Iuliam et Papiam.* Observandum est, ut inferioris gradus homines ducant uxores eas, quas hi, qui altioris dignitatis sunt, ducere legibus propter dignitatem prohibentur. *L.* 49 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — * *Ulpianus Lib. XIII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Princeps legibus solutus est. *L.* 31 *D. de Legib.* 1, 3. — *Marcianus Lib. XII. Institutionum.* Quia concubinatus per leges nomen assumsit, extra legis poenam est. *L.* 3, § 1 *D. de Concubinis* 25, 7. Cf. Clemens Alexandr. Paedag. 3, 3. De sponsalibus cf. a. 736. — Feminis lex Iulia a morte viri anni tribuit vacationem, a divortio sex mensum; lex autem Papia a morte viri biennii, a repudio anni et sex mensum. *Ulp.* 14, 1. — Capite VII. legis Iuliae priori ex consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos quam collega aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par utrique numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, praefertur. Si vero ambo et mariti et patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honor instauratur; et qui maior natu est, prior fasces sumit. Super his autem, qui aut caelibes ambo sunt, aut parem numerum filiorum habent et mariti sunt, et liberos non habent, nihil scriptum in lege de aetate est. *Gell.* 2, 15. — Contra plerique nitebantur, ut numerus liberorum in candidatis praepolleret, quod lex iubebat. *Tacit. Ann.* 2, 51. — An bello amissi a tutela excusare debeant? nam et in fascibus sumendis et in iudicandi munere pro superstitibus habentur, ut lege Iulia de maritandis ordinibus, de fascibus sumendis … cavetur. *Fragm. Vat.* § 197. Cf. pr. Inst. de Excusat. 1, 25. — *Ulpianus Lib. XIX. ad Legem Iuliam et Papiam.* Legibus cavetur, ut singuli anni per singulos liberos remittantur. *L.* 2 *D. de Minor.* 4, 4. — *Paulus Lib. II. ad Legem Iuliam et Papiam.* Qui libertinus duos pluresve a se genitos natasve in sua potestate habebit, praeter eum, qui artem ludicram fecerit, quive operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locaverit, ne quis eorum operas doni, muneris, aliudve quicquam libertatis causa patrono, patronae liberisve eorum, de quibus iuraverit vel promiserit, obligatusve erit, dare, facere, praestare debeto; et si non eodem tempore duo in potestate habuerit, vel unum quinquennem, liberabitur operarum obligatione. *L.* 37 *pr. de Operis libert.* 38, 1. Cf. l. 2 C. de Obseq. patr. 6, 6. — Ex lege nati prosunt. *L.* 37 *cit.* § 7. — *Imp. Alexander A. Minicio.* Qui duos filios in potestate, vel diversis temporibus, habuit, lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. *L.* 6 *C. de Operis libert.* 6, 3. — Lege Papia aucta sunt iura patronorum, quod ad locupletiores libertos pertinet. Cautum est enim ea lege, ut ex bonis eius,

qui sestertiorum nummorum centum millium plurisve patrimonium reliquerit, et pauciores quam tres liberos habebit, sive is testamento facto, sive intestato mortuus erit, virilis pars patrono debeatur. *Gai.* 3, 42. — Lege Papia adaucta sunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum est enim, ut ex bonis eius, qui sestertiorum centum millium patrimonium reliquerat, et pauciores quam tres liberos habebat, sive is testamento facto, sive intestato mortuus erat, virilis pars patrono debebatur. § 2 *Inst. de Success. lib.* 3, 7. — *Ulpianus Lib. X. ad Legem Iuliam et Papiam.* Si libertus minorem se centenario in fraudem legis fecerit, ipso iure non valebit id, quod factum est. *L.* 16 *pr. D. de Iure patr.* 37, 14. — Lex Papia, quum quatuor liberorum iure libertinas tutela patronorum liberaret, et eo modo ... tutoris auctoritate ... habuerit, virilis pars patrono debeatur ... ex bonis eius, quae omnia ... iuris ... ad patronum pertinet. *Gai.* 3, 44. — Lex Papia Poppaea postea libertas quatuor liberorum iure tutela patronorum liberavit; et quum intulerit, iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit, ut pro numero liberorum libertae superstitum virilis pars patrono debeatur. *Ulp.* 29, 3. — Filia (patroni) ut contra tabulas testamenti liberti (vel) ab intestato contra filium adoptivum vel uxorem nurumve dimidiae partis bonorum possessionem petat, trium liberorum iure lege Papia consequitur; aliter hoc ius non habet. *Gai.* 3, 46. — Feminae ex lege quidem duodecim tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi; contra tabulas autem testamenti liberti aut ab intestato contra suos heredes non naturales bonorum possessio iis non competit; sed si ius trium liberorum habuerunt, etiam haec iura ex lege Papia Poppaea nanciscuntur. *Ulp.* 29, 5. — Ut ex bonis libertae suae quatuor liberos habentis virilis pars ei deberetur, liberorum quidem iure non est comprehensum, ut quidam putant; sed tamen intestata liberta mortua, verba legis Papiae faciunt, ut ei virilis pars debeatur; si vero testamento facto mortua sit liberta, tale ius ei datur, quale datum est ... liberique contra tabulas testamenti liberti habent, quamvis parum diligenter ea pars legis scripta sit. *Gai.* 3, 47. — Patronae olim ante legem Papiam hoc solum ius habebant in bonis libertorum, quod etiam patronis ex lege XII tabularum datum est. *Gai.* 3, 49. — Lex Papia duobus liberis honoratae ingenuae patronae, libertinae tribus, eadem fere iura dedit, quae ex edicto praetoris patroni habent; trium vero liberorum iure honoratae ingenuae patronae ea iura dedit, quae per eandem legem patrono data sunt; libertinae autem patronae non idem iuris praestitit. *Gai.* 3, 50. — Si (feminae) ius trium liberorum habuerunt, etiam haec iura ex lege Papia Poppaea nanciscuntur. Patronae in bonis libertorum illud ius tantum habebant, quod lex duodecim tabularum introduxit. Sed postea lex Papia (ingenuae) patronae duobus liberis honoratae, libertinae tribus, id iuris dedit, quod patronus habet ex edicto. *Ulp.* 29, 6. — Item ingenuae trium liberorum iure honoratae eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono tribuit. *Ulp.* 29, 7. — Quod ad libertinarum bona pertinet, si quidem intestatae decesserint, nihil novi patronae liberis honoratae lex Papia praestat. *Gai.* 3, 51. — Ei (libertae, mortuae testamento facto), quae liberis honorata sit, hoc ius tribuitur per legem Papiam, quod habet ex edicto patronus contra tabulas liberti. *Gai.* 3, 52. — Eadem lex patronae filiae liberis honoratae patroni iura dedit, sed in huius persona etiam unius filii filiaeve ius sufficit. *Gai.* 3, 53. — *Ulpianus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Quod ait lex: divortii faciendi potestas libertae, quae nupta est patrono, ne esto. *L.* 11 *pr. D. de Divort.* 24, 2. — Ait lex: quamdiu patronus eam uxorem esse volet. *L.* 11 *cit.* § 1. — *Ulpianus l. c.* In eo iure, quod dixit, invito patrono libertam, quae ei nupta est, alii nubere non posse. *L.* 45 *pr. D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Paulus Lib. II. ad Legem Aeliam Sentiam.* Lege Iulia de maritandis ordinibus permittitur iusiurandum, quod liberto in hoc impositum est, ne uxorem duxerit, libertae, ne nuberet, si modo nuptias contrahere recte velint. *L.* 6, § 4 *D. de Iure patron.* 37, 14. — *Ulpianus Lib. XLVII. ad Edictum.* Liberta ab invito patrono divortit. Lex Iulia de maritandis ordinibus retinet istam in matrimonio, dum eam prohibet alii nubere invito patrono. *L.* 1, § 1 *D. Unde vir et uxor* 38, 11. — * *Marcellus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Proxime constitutum (ab Hadriano?) dicitur, ut, quum quis libertam suam duxerit uxorem, quam ex fideicommissi causa manumiserit, liceat libertae, invito eo, nuptias contrahere. *L.* 50 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Terentius Clemens Lib. VIII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Filio patroni in libertam paternam eandemque uxorem idem iuris, quod ipsi patrono daretur, ex sententia legis accommodatur. *L.* 48 *pr. D. e. t.* — Tantum ex lege Iulia et Papia Poppaea iure liberorum a tutela liberantur feminae. *Gai.* 1, 145. Cf. Gai. 1, 194. — Ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor datur a praetore urbis ei mulieri virginive, quam ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam, promittendamve, si legitimum tutorem pupillum habeat. *Ulp.* 11, 20. — Lege Iulia de maritandis ordinibus ei, quae in legitima tutela pupilli sit, permittitur, dotis constituendae gratia a praetore urbano tutorem petere. *Gai.* 1, 178. Cf. supra Gai. 3, 44; Ulp. 29, 3. — * *Terentius Clemens Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Sive generalis curator, sive dotis constituendae causa constitutus sit, et amplius promissum est, quam facultates mulieris valent, ipso iure promissio non valet, quia lege rata non habetur auctoritas tutoris. *L.* 61 *D. de Iure dot.* 23, 3. — Nec cognati vel affines possunt nominare potiores; sed, ut oratione * expressum est, hi soli, qui lege Iulia (Papiave) excepti sunt. *Vat. Fr.* 214. — Proinde si quis cognatus alterutra lege exceptus, lic. ... Diodoto praetori est rescriptum, potiorem nominare non poterit, n... nominare affinis, qui alterutra lege exceptus. *Vat. Fr.* 215. — Excipiuntur autem lege quidem Iulia cognatorum sex gradus et ex septimo sobrino sobrinave natus, sed et nata per interpretationem; item qui in horum potestate sunt, quaeve in matrimonio, vel ii, qui sunt cognatarum nostrarum hoc gradu nos contingentium mariti, vel eorum, qui sunt in potestate nostra, cognati, contingentes eos ea cognatione, quae septimum gradum non excedit. *Vat. Fr.* 216. — Item. Nuptarum nobis cognati usque ad sextum gradum vel nostri cognati ab uxoribus nostris. *Vat. Fr.* 217. — Item. Lege autem Papia ii affines excipiuntur, qui vir et uxor, et gener et nurus, et socer et socrus unquam fuerunt. *Vat. Fr.* 218. — Item. Vitricus, noverca, privignus, privigna vel ipsorum, vel eorum, qui in eorum potestate fuerunt. *Vat. Fr.* 219. — Item. Cognati vel affines utriusque necessitudinis, qui lege Iulia et Papia excepti sunt. *Vat. Fr.* 158. — Sui heredes sunt hi: primo loco filius, filia, in potestate patris constituti; nec interest, adoptivi sint an naturales et secundum legem Iuliam Papiamve quaesiti; modo maneant in potestate. *Paul.* 4, 8, 4. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 16, 3, 4. — * *Callistratus Lib. II. Quaestionum.* Toties enim leges necessarium ducunt, cognationum singularum nominibus uti, veluti filii, nepotis, pronepotis, ceterorumve, qui ex his descendunt, quoties non omnibus, qui post eos sunt, praestitum voluerint. Sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. *L.* 220 *D. de Verb. sign.* 50, 16. — *Terentius Clemens Lib. V. ad Legem Iuliam et Papiam.* Hoc modo legato dato: Si Lucio Titio non nupserit, non esse legi locum, Iulianus aiebat. § 1. Quodsi ita scriptum esset: Si Ariciae non nupserit, interesse, an fraus legi facta esset; nam si ea esset, quae alíubi nuptias non facile possit invenire, interpretandum, ipso iure rescindi, quod fraudandae legis gratia esset adscriptum. *L.* 64 *D. de Condit. et dem.* 35, 1. — *Gaius Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Si ita legatum sit, si Titio non nupserit, et quidem si honeste Titio possit nubere, dubium non erit, quin, nisi paruerit conditioni, excludatur a legato; si vero indignus sit nuptiis eius iste Titius, dicendum est, posse eam beneficio legis cuilibet nubere. *L.* 63, § 1 *D. e. t.* Cf. l. 72, § 5 e. t. — *Papinianus Lib. XXXII. Quaestionum.* Mulieri et Titio ususfructus, „si non nupserit mulier,“ relictus est; si mulier nupserit, quamdiu Titius et vivit, et in eodem

statu erit, partem ususfructus habebit; tantum enim ex beneficio legis ex legato concessum esse mulieri intelligendum est, quantum haberet, si conditioni paruisset; nec si Titius, qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit. *L.* 74 *D. e. t.* — *Terentius Clemens Lib. VIII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Si non voluntate patroni is, qui in eius potestate sit, iusiurandum adegerit, vel stipulatus fuerit, ne nubat ... incidet in legem. *L.* 32 *D. Qui et a quib. manum.* 40, 10. — *Papinianus Lib. I. Definitionum.* Quod in fraudem legis ad impediendas nuptias scriptum est, nullam vim habet. *L.* 79, § 4 *D. e. t.* — Conditiones contra leges, si uxorem non duxeris, si filios non susceperis. *Paul.* 3, 4 *B*, 2. Cf. tit. C. de Indicta viduitate et de lege Iulia Miscella tollenda 6, 40. — * Vir et uxor inter se matrimonii nomine decimam capere possunt. Quodsi ex alio matrimonio liberos superstites habeant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius filiave post nominum diem amissus amissave unam decimam adiicit; duo autem post nominum diem amissi duas decimas adiiciunt. Praeter decimam etiam usumfructum tertiae partis bonorum e (testamento) capere possunt, et quandoque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem; hoc amplius mulier, praeter decimam, dotem (capere) potest legatam sibi. *Ulp. tit.* 15. — Placet hoc ergo, o leges, diligentissimae pudoris custodes, decimas uxoribus dari, quartas meretricibus? *Quinctil. Inst.* 8, 5. — *Imp. Constantinus A. Navicularíis Orientis.* Vacatione legis Iuliae et Papiae potiantur, ut, etiam nullis intervenientibus lucris (liberis), et viri ex testamento uxorum lucrum capiant, et ad uxores integra voluntas perveniat maritorum. *L.* 7 *C. Th. de Navic.* 13, 5. — *Imp. Constantius A. et Iulianus C. Pomponiano.* Dote ab uxore marito data, filios ex priori matrimonio, si neque ultra dodrantem, neque in fraudem legis Papiae constituatur, de hac repetenda nullam constat habere actionem. *L.* 2 *C. Th. de Inoffic. Dotibus* 2, 21. — *Impp. Honorius et Theodosius AA. Isidoro PU.* In perpetuum hac lege decernimus, inter virum et uxorem rationem cessare ex lege Papia decimarum, et quamvis non interveniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis, nisi forte lex alia imminuerit derelicta. *L.* 2 *C. Th. de Iure liber.* 8, 17; *C. I.* 8, 58. Cf. l. 9 C. Th. de Leg. her. 5, 1. — *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio PO.* Sin autem sola supererit mater, Papiae tamen legis privilegiis destituta neque trino partu fecunditati publicae gratiosa, sextante contenta sit, fisco dextantem usurpante. *L.* 9, § 1 *C. Th. de Bonis proscr.* 9, 42. Cf. Paul. 4, 9 in f. — Aliquando vir et uxor inter se solidum capere possunt, velut si uterque vel alteruter eorum nondum eius aetatis sint, a qua lex liberos exigit, id est si (aut) vir minor annorum XXV sit, aut uxor annorum XX minor; item si utrique lege Papia finitos annos in matrimonio excesserint, id est vir LX annos, uxor L; item si cognati inter se coierint usque ad sextum gradum; aut si vir absit ... aut si filium filiamve communem habeant, aut quatuordecim annorum filium vel filiam duodecim amiserint, vel si duos trimos vel tres post nominum diem amiserint, ut intra annum tamen et sex menses etiam unus cuiuscunque aetatis impubes amissus solidi capiendi ius praestet; item si post mortem viri intra decem menses uxor ex eo pepererit, solidum ex bonis eius capit. *Ulp.* 16, 1. — *Ulpianus Lib. VI. ad Legem Iuliam et Papiam.* Tamdiu reipublicae causa abesse aliquis videbitur, quamdiu officio alicui praeest; quodsi finitum fuerit officium, iam desinit abesse reipublicae causa. Sed ad revertendum illi tempora computabimus statim atque desiit reipublicae causa abesse ea, quibus reverti in urbem potuit; et erit moderatum, tempora ei dare, quae lex revertentibus praestitit. *L.* 38, § 1 *D. Ex quib. caus. mai.* 4, 6. — * Capiti Papiae Poppaeae legis a Tiberio Caesare, quasi sexagenarii generare non possent, addito obrogavit (Claudius). *Sueton. Claud.* 23. — * Quare apud poetas salacissimus Iupiter desierit liberos tollere? Utrum sexagenarius factus est et illi lex Papia fibulam imposuit, an impetravit ius liberorum? *Seneca ap. Lactant. Inst. Divin.* 16. — * *Imp. Iustinianus A. Ioanni PO.* Sancimus, nuptias, quae inter masculos et feminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Iulia vel Papia prohibitae sunt etc. *L.* 27 *C. de Nupt.* 5, 4. Cf. a. 787. — *Ulpianus Lib. VII. ad Legem Iuliam et Papiam.* „Dabit, ut ait lex, quod ad eum pervenit" ... Adiicitur in lege: „ut, etsi dolo malo aliquid factum sit, quominus ad eum perveniat, teneatur." Si filium exheredaverit patronus et ad eum bona liberti pertineant, videndum est, an heres hoc nomine teneatur. Et quum nihil neque ad ipsum patronum, neque ad heredem eius perveniat, quomodo fieri potest, ut hoc nomine teneatur? De viro heredeque eius lex tantum loquitur, de socero successoribusque soceri nihil in lege scriptum est; et hoc Labeo quasi omissum adnotat. In quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec utilis actio danda. Quod ait lex: „Quanta pecunia erit, tantam pecuniam dato", ostendit, aestimationem hereditatis vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse legem praestare. *L.* 64, § 6—10 *D. Soluto matrim.* 24, 3. — * Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris, cuius in potestate est, divortium factum sit; tunc enim singulorum liberorum nomine sextae retinentur ex dote; non plures tamen, quam tres. Sextae in retentione sunt, non in petitione. Dos, quae semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit. Morum nomine, graviorum quidem sexta retinetur; leviorum autem octava. Graviores mores sunt adulteria tantum, leviores omnes reliqui. Mariti mores puniuntur in ea quidem dote, quae a die reddi debet, ita (ut) propter maiores mores praesentem dotem reddat; propter minores senum mensum die. In ea autem, quae praesens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote, quae triennio redditur, repensatio facit. *Ulp.* 6, 10—13. Cf. Paul. Instit. libri II. tit. de Dotibus ap. Boeth. in lib. 11. Comm. ad Cicer. Top. 4, 19. Vat. Fr. 105. L. 23 D. Rer. amot. 25, 2. Paul. 1, 1, 6. — *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio PO.* Sed in repudio mittendo culpaque divortii perquirenda durum est, veterum legum moderamen excedere. Ideo constitutionibus abrogatis ... hac constitutione repudia, culpas, responsaque prudentium revocari censemus. *Nov. Th. Tit. XII. de Repudiis.* Cf. a. 736. — * *Papinianus Lib. XI. Quaestionum.* Viro atque uxore mores invicem accusantibus, causam repudii dedisse utrumque pronuntiatum est. Id ita accipi debet, ut ea lege, quam ambo contemserunt, neuter vindicetur. *L.* 39 *D. Soluto matr.* 24, 3. — * *Imppp. Honorius, Theodosius et Constantius AAA. Palladio PO.* Sane si divortium prior maritus obiecerit ac mulieri grave crimen intulerit, persequatur legibus accusatam, impetrataque vindicta et dote potiatur, et suam recipiat largitatem et ducendi mox alteram liberum sortiatur arbitrium. Si vero morum est culpa, non criminum, donationem recipiat et dotem relinquat, aliam post biennium ducturus uxorem. Quodsi matrimonium solo maluerit separare dissensu, nullisque vitiis peccatisque gravetur exclusa, et donationem vir perdat et dotem, ac perpetuo caelibatu insolentis divortii poenam de solitudinis moerore sustineat, mulieri post anni metas nuptiarum potestate concessa. Super retentionibus autem dotium propter liberos iuris antiqui praecepimus cauta servari. *L.* 2, § 1, 2 *C. Th. de Repudiis* 3, 16. — *Imp. Iustinianus A. Hermogeni Magist. Off.* Iudicio de moribus, quod ante quidem in antiquis legibus positum erat, non autem frequentabatur, penitus abolito. *L.* 11 *C. de Repud.* 5, 17. Cf. l. 7, 8, 10 C. e. t. — * *Proculus Lib. XI. Epistolarum.* Itaque si cautum est, ut propiore tempore, quam legibus constitutum est, reddatur (dos), stari eo debere. *L.* 17 *D. de Pactis dotal.* 23, 4. — *Marcianus Lib. XVI. Institutionum.* Capite tricesimo quinto legis Iuliae: Qui liberos, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere, vel qui dotem dare non volunt. *L.* 19 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — * *Imp. Iustinianus A. Ioanni PO.* Neque enim leges incognitae sunt, quibus cautum est, omnino paternum esse officium, dotes vel ante nuptias donationes pro sua dare progenie. *L.* 7 *C. de Dotis promiss.* 5, 11. — Lege

nobis acquiritur, velut caducum et ereptorium ex lege Papia Poppaea. *Ulp.* 19, 17. — Quae autem antiquis legibus dicta sunt de his, quae ut indignis auferuntur, et nos simili modo intacta servamus. *L. un. C. de Caducis toll.* 6, 51, § 12. — *Paulus Lib. VI. ad Legem Iuliam et Papiam.* Senatus censuit, placere mortis causa donationes factas in eos, quos lex prohibet capere, in eadem causa esse, in qua essent, quae testamento his legata essent, quibus capere per legem non liceret. *L.* 35 *D. de Mort. c. don.* 39, 6. — *Gaius Lib. XV. ad Legem Iuliam et Papiam.* In fraudem legis fidem accommodat, qui vel id, quod relinquitur vel aliud tacite promittit, restituturum se personae, quae legibus ex testamento prohibetur capere. *L.* 10 *D. de His quae ut ind.* 34, 8. Cf. l. 64 D., l. 74, 79, § 4 de Condit. et dem. cit. — *Ulpianus Lib. VIII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Quod conditionis implendae causa datur, licet non ex bonis mortui proficiscitur, capere tamen supra modum non poterit is, cui certum modum ad capiendum lex concessit. *L.* 36 *D. de Donat. m. c.* 39, 6. — Lege bona caduca fiunt et ad populum deferri iubentur, si defuncto nemo heres extiterit. *Gai.* 2, 150. — Si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed suum ius omiserit, populo bona deferuntur ex lege Iulia Caducaria. *Ulp.* 28, 7. Cf. infra l. un. § 3 C. de Caducis toll. 6, 51. — Quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, veluti ceciderit ab eo, verbi gratia, si caelibi vel Latino legatum fuerit, nec intra dies centum vel caelebs legi paruerit vel Latinus ius Quiritium consecutus sit. *Ulp.* 17, 1. — *Iulianus Lib. XXXIX. Digestorum.* Quoties lege Iulia bona vacantia ad fiscum pertinent, et legata, et fideicommissa praestantur, quae praestare cogeretur heres, a quo relicta Iulia erant. *L.* 96, § 1 *D. de Legatis I.* — Caelibes, qui lege Iulia hereditatem legataque capere vetantur: item orbi, id est, qui liberos non habent, quos lex ...... prohibet ...... testamentum facere ...... *Gai.* 2, 111 et 112. — Si quis ... propter caelibatum ex lege Iulia summotus fuerit ab hereditate. *Gai.* 2, 144. — Caelibes per legem Iuliam hereditates legataque capere prohibentur. Item orbi, qui per legem Papiam ob id, quod liberos non habeant, dimidias partes hereditatum legatorumque perdunt. *Gai.* 2, 286. Cf. supra Tacit. Ann. 3, 25. — Idem iuris est in persona caelibis propter legem Iuliam (si intra diem cretionis caelebs mansit, capere hereditatem prohibetur). *Ulp.* 22, 3. — Ne manifestum caelibis obsequium nudet te. *Horat. Serm.* 2, 5, 46. — *Imp. Constantinus A. ad Populum.* Qui iure vetere caelibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur. ... Quam rem et circa feminas aestimamus earumque cervicibus imposita iuris imperia, velut quaedam iuga, solvimus promiscue omnibus. *L.* 1 *C. Th. de Infirmand. poen. cael.* 8, 16 sive *Cod. Iust.* 8, 58. Cf. Euseb. Vita Constant. 4, 26. — *Gaius Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Si in testamento heredes scripti ita alicui substituti fuerint, ut si is heres non esset, quisquis sibi heres esset, is in parte quoque deficientis esset heres: pro qua parte quisque heres extitisset, pro ea parte eum in portione quoque deficientis vocari placet: neque interesse, iure institutionis quisque ex maiore parte heres factus esset, an quod per legem alteram partem alicuius vindicasset. *L.* 5 *D. de Vulg. et pup. subst.* 28, 6. — Quae legis causa nupsit tibi Laelia, Quinte, uxorem potes hanc dicere legitimam. *Martial. Epigramm.* 5, 75. — Item liberis et parentibus testatoris usque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit, ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat aut totum aut ex parte, prout pertinere possit. *Ulp. tit.* 18. — Servato iure antiquo liberis et parentibus caduca cum suo onere fiunt. *Ulp.* 17, 2. — *Ius patrum non minuitur, si se is deferat, qui solidum id, quod relictum est, capere non potest. Sane si post diem centesimum patres caducum vindicent, omnino fisco locus non est. *Fragm. de Iure fisci* § 3. — Aliud est, si apud Christum legibus Iuliis agi credunt et existimant, caelibes et orbos ex testamento Dei solidum capere non posse. *Tertull. de Monogam.* 16. — *Terentius* (*Clemens Lib. IV. ad Legem Iuliam et Papiam*). Si quis solidum a lege capere non possit et ex asse institutus sit ab eo, qui solvendo non est, Iulianus ex asse eum heredem esse respondit: legi enim locum non esse in ea hereditate, quae solvendo non est. *L.* 72 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Νόμος ἦν Ῥωμαίοις παλαιὸς, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν, τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι κωλύων τοὺς ἀγάμους τοῖς μὴ τοιούτοις, περὶ ἄλλα τε πολλὰ, καὶ τὸ μηδὲν κερδαίνειν ἐκ διαθήκης, τοὺς μὴ γένει ἐγγυτάτω προσήκοντας· τοὺς δὲ ἄπαιδας ζημιῶν τὸ ἥμισυ τῶν καταλελειμμένων.* Vetus erat apud Romanos lex, quae vetuit caelibes, si annum aetatis vigesimum quintum praeteriissent, paribus cum his, qui nuptias contraxissent, privilegiis frui: iussitque praeter alia multa, etiam ut nihil commodi, etiamsi genere proximi essent, ex testamento suorum caperent. Quinetiam eos, qui nullos habebant liberos, dimidiata parte bonorum, quae erant reliqua, mulctavit. *Sozomenus Hist. Eccl.* 1, 9. — *Τοὺς ἄπαιδας παλαιοὶ νόμοι στερήσει τῆς τῶν γονίμων διαδοχῆς ἐτιμωροῦντο.* Orbos antiquae leges hereditatis patrum ademtione plectebant. *Eusebius vit. Const.* 4, 26. — *Imp. Iustinianus A. Senatui urbis Constantinopolitanae.* In multis capitulis lex Papia (Poppaea) ab anterioribus principibus emendata fuit, et per desuetudinem abolita. ... Sed et ipsis testamentorum conditoribus sic gravissima caducorum observatio visa est, ut et substitutiones introducerent, ne fiant caduca, et si facta sint, ad certas personas recurrere disponerent, vias recludentes, quas lex Papia posuit in caducis. ... Et quum lex Papia, ius antiquum ... suis machinationibus et angustiis circumcludens, solis parentibus et liberis testatoris usque ad tertium gradum, si scripti fuerant heredes, suum imponere iugum erubuit, ius antiquum intactum iis conservans, nos omnibus nostris subiectis sine differentia personarum concedimus. *L. un. pr. C. de Caducis toll.* 6, 51. — Ea enim vel his relinquebantur, qui in rerum natura tunc temporis, quum condebantur extrema elogia, non fuerant, forte hoc ignorantibus testatoribus, et ea pro non scripto esse, leges existimabant: vel vivo testatore is, qui aliquid ex testamento habuit, post testamentum ab hac luce subtrahebatur, vel ipsum relictum exspirabat, forte quadam conditione, sub qua relictum erat, deficiente, quod veteres appellabant in causa caduci; vel mortuo testatore hoc, quod relictum erat, deficiebat, quod aperta voce caducum nuncupabatur. *L. un. cit.* § 2. — In primo ordine, ubi pro non scriptis efficiebantur ea, quae personis iam ante testamentum mortuis testator donasset, statutum fuerat, ut ea omnia bona manerent apud eos, a quibus fuerant derelicta, nisi vacuatis vel substitutus suppositus vel coniunctus fuerat aggregatus; tunc enim non deficiebant, sed ad illos perveniebant, nullo gravamine, nisi perraro in hoc pro non scripto superveniente. *L. un. cit.* § 3. — Pro secundo vero ordine, in quo ea vertuntur, quae in causa caduci fieri contingebant, vetus ius corrigentes, sancimus. *L. un. cit.* § 4. — In novissimo autem articulo, ubi proprie caduca fiebant, secundum quod praediximus etiam clausis tabulis tam existere heredes, quam posse adire ... censemus. *L. un. cit.* § 5. — Legatorum, quae pure vel in diem relicta sunt, dies cedit ... per legem Papiam Poppaeam ex apertis tabulis testamenti; eorum vero, quae sub conditione relicta sunt, quum conditio extiterit. *Ulp.* 24, 31. — Materiam et exordium caducorum lex Papia ab aditionibus, quae circa defunctorum hereditates procedebant, sumsit, et ideo non a morte testatoris, sed ab apertura tabularum dies cedere legatorum, senatusconsulta, quae circa legem Papiam introducta sunt, concesserunt, ut, quod in medio deficiat, hoc caducum fiat. *L. un.* § 1 *C. de Caducis toll.* 6, 51. — Inter medias heredum institutiones libertas data utrisque adeuntibus non valet, sed post legem Papiam Poppaeam, quae partem non adeuntis caducam facit, si quidem primus heres (vel ius liberorum) vel ius antiquum habeat, valere eam posse placuit. *Ulp.* 1, 21. — Quod autem diximus, deficientis portionem (in) per damnationem quidem legato in hereditate retineri, in per vindicationem vero collegatario accrescere, admonendi sumus, ante legem Papiam iure civili ita fuisse, post legem vero Papiam deficientis

portio caduca fit et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent. *Gai.* 2, 206. — Si duobus eadem res per vindicationem legata sit, sive disiunctim, velut Titio hominem Stichum do lego, Seio eundem hominem do lego, sive coniunctim, velut Titio et Seio hominem Stichum do lego, iure civili concursu partes fiebant; non concurrente altero pars eius alteri accrescebat; sed post legem Papiam Poppaeam non capientis pars caduca fit. *Ulp.* 24, 12. — Lege Papia significatur, ut collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt. *Gai.* 2, 207. — Quantum ad hoc ius, quod lege Papia coniunctis constituitur. *Gai.* 2, 208. — *Pomponius Lib. IX. ad Sabinum.* Nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in suo testamento locum habeant. *L.* 55 *D. de Legatis I.* — Hac nuntiata (clade Variana) excubias per urbem indixit, ne quis tumultus existeret, et praesidibus provinciarum propagavit imperium, ut et a peritis et assuetis socii continerentur. *Sueton. Aug.* 23. — Ludis pro salute Augusti votivis. *Plin. Hist. Nat.* 7, 49.

763. p. C. n. 10. P. CORN. DOLABELLA C. IUNIO SILANO COSS.

Ἐπειδὴ μηδεὶς τῶν τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἐχόντων καταλεχθῆναι ἠθέλησεν, ἐκλήρωσεν αὐτοὺς καὶ τῶν μὲν μηδέπω πέντε καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότων, τὸν πέμπτον, τῶν δὲ πρεσβυτέρων τὸν δέκατον ἀεὶ λαχόντα, τήν τε οὐσίαν ἀφείλετο καὶ ἠτίμωσε. Quoniam ii, qui militari essent aetate, dare nomina nolebant, ex iis, qui nondum annum quintum et trigesimum attigissent, quintum quemque, ex natu maioribus decimum quemque, ut sors in quemvis incidisset, bonis privatum, infamia notavit. *Dio Cass.* 56, 23. — *Scaevola Lib. VI. Quaestionum.* Nunc de lege Velleia videamus: voluit vivis nobis natos similiter non rumpere testamentum. Et videtur primum caput eos spectare, qui, quum nascerentur, sui heredes futuri essent ... Ita verba sunt: „Qui testamentum faciet, is omnis virilis sexus, qui ei suus heres futurus erit" et cetera ... Sequenti parte succedentes in locum liberorum non vult lex rumpere testamentum ... et bene verba se habent ... „Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit, liberi eius", et cetera „in locum suorum sui heredes succedunto." *L.* 29, § 11—14 *D. de Liberis et post.* 28, 2. — *Gai. Lib. II. Institutionum.* Nepotem neptemve ex eo (filio) necesse est mihi vel heredem instituere, vel exheredare, ne forte, me vivo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisve quasi agnatione rumpat testamentum; idque lege Iunia Velleia provisum est. *L.* 13 *D. de Iniusto testam.* 28, 3. Cf. l. 29, § 5—7 D. de Liber. et posth. 28, 2. — Nepotem neptemve ex filio necesse est ei (testatori) vel heredem instituere, vel exheredare, ne forte, vivo eo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisve quasi agnatione rumpant testamentum; idque lege Iunia Velleia provisum est, in qua simul exheredationis modus ad similitudinem postumorum demonstratur. § 2 *Inst. de Exhered. liber.* 2, 13. *Gai.* 2, 134. — Eos, qui in utero sunt, si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere heredes; si quidem post mortem nostram nascantur, ex iure civili; si vero viventibus nobis, ex lege Iunia. *Ulp.* 22, 19. — *Ulpianus Lib. III. ad Sabinum.* Qui post testamentum factum in vita nascuntur, ita demum per legem Velleiam rumpere testamentum prohibentur, si nominatim sint exheredati. *L.* 3, § 1 *D. de Iniusto testam.* 28, 3. — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Sabinum.* Qui filium et ex eo nepotem habebat, si nepoti tutorem dederit, habet disceptationem, an aliquo casu non sit utilis datio, utputa si proponas, filium vivo patre decessisse, et nepotem ex eo successisse vivo avo; et fortius dicendum est, tutelam quoque e lege Iunia Velleia confirmatam. *L.* 10, § 2 *D. de Testam. tut.* 26, 2. — *Ulpianus Lib. IV. ad Sabinum.* Nepotes et deinceps ceteri, qui ex lege Velleia instituti non rumpunt testamenta. *L.* 6, § 1 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Ulpianus Lib. VI. ad Sabinum.* Si eos (nepotes) patres praecedant, ita demum substitui iis potest, si heredes instituti sint, vel exheredati; ita enim post legem Velleiam succedendo non rumpunt testamentum. *L.* 2 *pr. D. de Vulg. subst.* 28, 6. Cf. l. 2 C. de Liber. praet. 6, 28; l. 34 C. de Inoff. testam. 3, 28. — Senatusconsultum Silanianum: ut de caede domini ante apertas tabulas in servos quaereretur. *Paul. Sent.* 3, 5. — *Ulpianus Lib. L. ad Edictum.* Senatusconsultum Silanianum non solum ad patresfamilias, verum ad liberos quoque pertinet. *L.* 1, § 7 *D. de Sc. Silaniano* 29, 5. — Si vir aut uxor occisi esse proponantur, de servis eorum quaestio habetur: quamquam neque viri servi proprie uxoris dicantur, neque uxoris proprie viri: sed quia commixta familia est, et una domus est, ita vindicandum, atque in propriis servis, senatus censuit. Sed neque uxore occisa, neque marito, de servis soceri quaestionem habendam senatus censuit. *L.* 1, § 15, 16 *D. e. t.* — Senatusconsultum eos quidem, qui sub eodem tecto fuerunt, omnimodo punit, eos vero, qui non sub eodem tecto, sed in eadem regione, non aliter punit, nisi conscii fuissent. *L.* 1, § 26 *D. e. t.* — *Marcianus Lib. XI. de Publicis iudiciis.* Excipiuntur senatusconsulto Silaniano impuberes. *L.* 14 *pr. D. e. t.* Cf. l. 1, § 9, 10, 13, 18—22, 24; l. 3, § 2, 22, 30—32; l. 4, l. 6, § 3; l. 9, 21 pr. D. e. t.; l. 14 pr. D. de Iure fisci 49, 14.

764. p. C. n. 11. M. AEMILIO LEPIDO T. STATILIO TAURO COSS.

Καὶ στρατηγοὶ ἑκκαίδεκα ἦρξαν, ἐπειδὴ τοσοῦτοί τε τῆς ἀρχῆς ἀντεποιήσαντο, καὶ οὐδένα αὐτῶν λυπῆσαι ὁ Αὔγουστος ... ἠθέλησεν. Praetores sedecim (erant): tot enim eum magistratum petierant; quorum offendere nullum Augustus ... volebat. *Dio Cass.* 56, 25. — Numerum praetorum auxit. *Sueton. Aug.* 37. — *Pomponius Lib. Singulari Enchiridii.* D. Augustus sedecim praetores constituit. *L.* 2, § 32 *D. de Orig. iur.* 1, 2. Cf. a. 731. — *Venuleius Saturninus Lib. II. de Publicis Iudiciis.* In cognitione aperti adversus senatusconsultum testamenti eius, qui a familia sua occisus dicatur, quinquennii tempus constitutum est senatusconsulto, Tauro et Lepido consulibus; quod tamen ad extraneos pertinet; namque eos, qui paricidii poena teneri possunt, semper accusare permittitur eodem senatusconsulto. *L.* 13 *D. De Sc. Silaniano* 29, 5. Cf. l. 4 pr. D. de Bonis libert. 38, 2. — *Τοῖς μάντεσιν ἀπηγορεύθη μήτε καταμόνας τινὶ (μήτε) περὶ θανάτου, μηδ᾽ ἂν ἄλλοι συμπαρῶσίν οἱ χρᾶν ... Οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐκεῖνό τε ἀπεῖπε, καὶ τῷ ὑπηκόῳ προσπαρήγγειλε, μηδενὶ τῶν προστασσομένων αὐτοῖς ἀρχόντων μήτε ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ, μήτε ἐντὸς ἑξήκοντα ἡμερῶν μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι σφᾶς, τιμήν τινα διδόναι.* Vatibus interdictum ab Augusto est, ne vel remotis arbitris, vel coram aliis de morte cuiusquam praedicerent ... Provinciis quoque imperio subiectis edixit, ne cui praefectorum, seu tempore magistratus eius, seu intra sexagesimum diem post eius discessum, ullum honorem offerrent. *Dio Cass.* 56, 25.

765. p. C. n. 12. GERMANICO CAES. C. FONTEIO CAPITONE COSS.

Ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱππεῦσι δημαρχίαν αἰτῆσαι ἐπέτρεψε· καὶ μαθὼν ὅτι βιβλία ἄττα ἐφ᾽ ὕβρει τινῶν συγγράφοιτο, ζήτησιν αὐτῶν ἐποιήσατο· καὶ ἐκεῖνά τε τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα πρὸς τῶν ἀγορανόμων, τὰ δὲ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων, κατέφλεξε, καὶ τῶν συνθέντων αὐτὰ ἐκόλασέ τινας. Quin equitibus ius petendi tribunatus plebis concessit: famosorum libellorum, quos ad traducendos homines a quibusdam conscribi acceperat, conquisitionem fieri iussit, eosque si reperti essent in urbe, ab aedilibus, sin extra urbem, a singulorum locorum praefectis comburi mandavit, inque auctores eorum nonnullos animadvertit. *Dio Cass.* 56, 27. — Primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractavit. *Tacit. Ann.* 1, 72. — Id modo censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cuiuspiam sub alieno nomine ederent. *Sueton. Aug.* 55. — Iocis quoque quorundam invidiosis aut petulantibus lacessitus contradixit edicto. Et tamen de inhibenda testamentorum licentia, ne senatus quicquam constitueret, intercessit. *Sueton. Aug.* 56. — * Qui carmen famosum in iniuriam alicuius vel alia quaelibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, ex

auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur. *Paul. Sent.* 5, 4, 15. — * *Ulpianus Lib. I. ad Sabinum.* Si quis ob carmen famosum damnetur, senatusconsulto expressum est, ut intestabilis sit. *L.* 18 *D. Qui test. fac. poss.* 28, 1. — *Ἀπηγόρευσε, μηδένα πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθέντα, μήτε ἐν ἠπείρῳ διατρίβειν, μήτε ἐν νήσῳ τῶν ὅσαι ἔλαττον τετρακοσίων ἀπὸ τῆς ἠπείρου σταδίων ἀπέχουσι· πλὴν Κῶ τε καὶ Ῥόδου, Σαρδοῦς τε καὶ Λέσβου· ταύτας γὰρ … μόνας ὑπεξείλετο. ἐκεῖνά τε οὖν αὐτοῖς προσέταξε, καὶ τὸ μήτε περαιοῦσθαί πῃ ἄλλοσε, μήτε πλοῖα πλείω φορτικοῦ τε ἑνὸς χιλιοφόρου, καὶ κωπήρων δύο κεκτῆσθαι· μήτε δούλοις, ἢ καὶ ἀπελευθέροις, ὑπὲρ εἴκοσι χρῆσθαι· μήτ᾽ οὐσίαν ὑπὲρ δώδεκα καὶ ἡμίσειαν μυριάδα ἔχειν· τιμωρηθήσεσθαι καὶ αὐτοὺς ἐκείνους, καὶ τοὺς ἄλλους τούς τι παρὰ ταῦτα συμπράξαντας σφίσιν, ἐπαπειλήσας.* Edixit, ne quis eorum, quibus aqua et igni esset interdictum, in continenti degeret, aut in insula ulla, nisi quae ultra quinquaginta millia passuum ab continente distaret; solis tamen insulis Co, Rhodo, Sardinia et Lesbo … exceptis: neve exul aliquo traiiceret, aut plures naves, quam unam onerariam, mille amphoras capientem, et duas actuarias, neve servos aut libertos super viginti haberet: ne plus quingentis millibus nummum possideret: minatus poenam et ipsis exulibus, et iis, qui contra has leges in ulla re ipsis auxilio fuissent. *Dio Cass.* 56, 27. — *Τῷ Τιβερίῳ τὴν ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν αὖθις ἔδωκε … Καὶ προσεψηφίσθη, πάνθ᾽ ὅσα ἂν αὐτῷ μετά τε τοῦ Τιβερίου καὶ μετ᾽ ἐκείνων, τῶν τε ἀεὶ ὑπατευόντων, καὶ τῶν ἐς τοῦτο ἀποδεδειγμένων, τῶν τε ἐγγόνων αὐτοῦ τῶν ποιητῶν δηλονότι, τῶν τε ἄλλων ὅσους ἂν ἑκάστοτε προσπαραλάβῃ, βουλευομένῳ δόξῃ, κύρια, ὡς καὶ πάσῃ τῇ γερουσίᾳ ἀρέσαντα, εἶναι … Καταμαθὼν δὲ ἐξ αὐτῶν, πάντα μᾶλλον ἢ ἐκεῖνο ἑτοίμους σφᾶς ὑπομεῖναι ὄντας, ἐπί τε τοὺς ἀγροὺς καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας τὴν συντέλειαν ἤγαγε· καὶ παραχρῆμα, μηδὲν εἰπὼν, μήθ᾽ ὅσον μήθ᾽ ὅπως αὐτὸ δώσουσιν, ἔπεμψεν ἄλλους ἄλλῃ, τά τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων κτήματα ἀπογραψομένους· ἵν᾽ ὡς καὶ μειζόνως ζημιωθησόμενοι δείσωσι, καὶ τὴν εἰκοστὴν τελεῖν ἀνθέλωνται. ὃ καὶ ἐγένετο. καὶ ταῦτα μὲν ὧδέ πῃ τῷ Αὐγούστῳ διῳκεῖτο.* Tiberio iterum tribuniciam potestatem dedit … Decretum porro est, ut quaecunque Augustus cum Tiberio, et his consiliariis, consulibusque cuiusvis anni, et designatis consulibus, cum adopticiis suis nepotibus ac reliquis, quos quoque tempore assumeret, deliberans statuisset, rata non minus, quam si integro senatui placuissent, haberentur … Unde, quum quidvis eos facilius, quam vicesimam toleraturos intelligeret, in agros et domos pensionem transtulit ac nullo indicio facto, quantum aut quo pendendum cuilibet modo foret, confestim alios dimisit, qui privatorum ac civitatum possessiones describerent, ut quum singuli maiorem iacturam vererentur, mallent vicesimam pendere; idque eius consilium res ipsa probavit. *Dio Cass.* 56, 28. — * Ac non multo post lege per consules lata, ut provincias cum Augusto communiter administraret, simulque censum ageret, condito lustro in Illyricum profectus est. *Sueton. Tiber.* 21. Cf. a. 742.

766. p. C. n. 13. L. MUNATIO PLANCO C. SILIO COSS.

Testamentum L. Planco C. Silio consulibus, tertio Nonas Aprilis … factum ab eo ac duobus codicibus, partim ipsius, partim libertorum Polybii et Hilarionis manu scriptum depositumque apud se virgines Vestales cum tribus aeque signatis voluminibus protulerunt … Tertio (volumine complexus est) breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniae in aerario et fiscis (et) vectigaliorum residuis. *Sueton. Aug.* 102. — Proferri libellum (Augusti) recitarique iussit (Tiberius a. 767). Opes publicae continebantur: quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciae, tributa aut vectigalia et necessitates ac largitiones; quae cuncta sua manu perscripserat Augustus. *Tacit. Ann.* 1, 11. — *Ἐσεκομίσθη δὲ καὶ βιβλία τέσσαρα· καὶ αὐτὰ ὁ Δροῦσος ἀνέγνω … τὸ τρίτον, τά τε τῶν στρατιωτῶν, καὶ τὰ τῶν προσόδων, τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό,τε πλῆθος τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς τὴν ἡγεμονίαν φέροντα ἦν, εἶχε· καὶ τὸ τέταρτον, ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ, ἄλλας τε, καὶ ὅπως μήτ᾽ ἀπελευθερῶσι πολλοὺς, ἵνα μὴ παντοδαποῦ ὄχλου τὴν πόλιν πληρώσωσι· μήτ᾽ αὖ ἐς τὴν πολιτείαν συχνοὺς ἐσγράφωσιν.* Illati sunt (a. 767.) in senatum libri quatuor, quos Drusus recitavit … tertio summam militum, redituum, impendiorum publicorum, pecuniae in aerario et fiscis, aliaque id genus ad imperium pertinentia indicabat; quarto libello mandata et consilia Tiberio ac reipublicae data, interque alia, ne multos manumitterent, ne varia turba urbs impleretur, neve multos iure civitatis donarent. *Dio Cass.* 56, 33.

767. p. C. n. 14. S. POMPEIO S. APPULEIO COSS.

Tertium consulari cum imperio lustrum conlega Tiberio Caesare feci Sex. Pompeio et S. Appuleio Coss. *Monum. Ancyr. tab.* 2, 8—10. — Quum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet. *Sueton. Aug.* 97. — Augustus cum Tiberio censum peragens etc. *Euseb. Chron. ad a.* 2029, *Aug.* 56. Cf. Syncellus p. 602 et a. 726.

Incert. ann. 723—767.

In iis bellis millia civium Romanorum adacta sacramento meo fuerunt circiter quingenta, ex quibus deduxi in colonias aut remisi in municipia sua stipendiis solutis millia aliquanto plura quam trecenta, et iis omnibus agros assignavi aut pecuniam pro agris ex me dedi. *Monum. Ancyr. tab.* 1, 16—20. — Colonias in Africa, Sicilia, Macedonia, utraque Hispania, Achaia, Asia, Syria, Gallia Narbonensi, Pisidia militum deduxi. Italia autem colonias, quae vivo me celeberrimae et frequentissimae fuerunt, duodetriginta deductas habet. *Monum. Ancyr. tab.* 5, 35—38. — Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab se frequentavit operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit, etiam iure ac dignatione urbi quodammodo pro parte aliqua adaequavit; excogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent et sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia aut multitudinis suboles, equestrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cuiusque oppidi ordinabat: at iis, qui e plebe regiones sibi revisenti filios filiasve approbarent, singula nummorum millia pro singulis dividebat. *Sueton. Aug.* 46. Vid. a. 724—726, 729, 733, 739, 766. — Postquam Caesar hostilem terram obtinuit, deletis hostium civitatibus denuo novas urbes constituit, dato iterum coloniae nomine cives ampliavit, milites colonos fecit, alios in Italia, alios in provinciis quibusdam, haecque D. Augustus assignatas urbes provinciarum exercitui iussit propter subitam bellorum aciem non solum eas civitates demum cingere muris, verum etiam loca aspera et confragosa saxis alligari, ut illis maxime propugnaculo esset ista loci natura, et ab agrorum nova dedicatione culturae colonias appellavit, quae coloniae his victoribus, qui temporis causa arma ceperunt, assignatae sunt. *Boeth. Demonstr. Art. Geom. p.* 396. — D. Augustus in assignata orbi terrarum pace exercitus, qui aut sub Antonio aut Lepido militaverant, pariter et suarum legionum milites colonos fecit, alios in Italia, alios in provinciis: quibusdam deletis hostium civitatibus novas urbes constituit, quosdam in veteribus oppidis deduxit et colonos nominavit; illas quoque urbes, quae deductae a regibus aut dictatoribus fuerant, quas bellorum civilium interventus exhauserat, dato iterum coloniae nomine numero civium ampliavit, quasdam et finibus. *Hyginus Grom. de Limit. const. p.* 177. — Limitibus latitudines secundum legem et constitutionem D. Augusti dabimus. *Hygin. l. c. p.* 194. Vid. a. 727—734 supr. p. 6. — In assignationibus D. Augusti diversas habent conditiones fundi excepti et concessi. Excepti sunt fundi bene meritorum, ut in totum privati iuris essent, nec ullam coloniae munificentiam deberent, et essent in solo populi Romani. Concessi sunt fundi ei, quibus est indultum, quum possidere unicuique plus, quam edictum continebat, non liceret. *Hygin. Grom. l. c. p.* 197. — Mensura territorii usque fieri debet secundum legem D. Augusti, qua falx et arater ierit. *Hygin. l. c. p.* 112, 201, 203. —

Sunt quoque quaedam D. Augusti edicta, quibus significat, ut quoties ex alienis territoriis agros sumsisset et assignasset veteranis, nihil aliud ad coloniae iurisdictionem pertineat, quam quod veteranis datum assignatumque sit. *Hygin. l. c. p.* 119.— Huius soli (urbani) ius quamvis habita oratione D. Augustus de statu municipiorum tractaverit. *Front. Lib. I. de Controv. p.* 18. — Modum centuriis quidam secundum agri amplitudinem dederunt ... Divus Augustus in Beturia Emeritae iug. CCCC. *Hygin. Grom. de Limit. const. p.* 170. — D. Augustus in assignationibus suis numero limitum inscriptos lapides omnibus centuriarum angulis defigi iussit. *Hyginus l. c. p.* 172. — Ratio militiae assignationis prima triumvirales lapides Gracchani, rotundi columniaci ... Item divi Iuli idem sunt. Item Augustei idem sunt, hac ratione, quod Augustus eorum mensuras recensuit, et ubi fuerunt lapides, alios constituit et omnem terram suis temporibus fecit permensurari ac veteranis assignari, qui lapides, item Gai Caesaris, idem, rotundi ex saxo silice vel molari. ... Sunt et alii Neroniani, Vespasiani et Traiani, lamnici et quadrati, in diversis numeris constituti, in quibus alii gammati vel prout natura locorum permisit positi sunt. *Lib. Colon. I. p.* 242. Vid. a. 727—734, p. 6. — Ex commentario Caesaris. quae centuriae in territoria incurrunt. Ubi milex falx et aratrum ierit et acceptum, quod itinere patet sumserit, reliquum eius centuriae territorium sit. qui agri divisi fuerunt et restituti sunt et mercis mediam diem qualis ager restitutus est militem. Incipiunt Nomina Agrorum etc. *l. c. p.* 246. Cf. Hyginus de Limit. p. 112, 201, 203. — *G. Avidio Nigrino Leg. Aug. Propr. Decreta ex tabellis recitata VI. Id. Octob. Eleusine. Cum optimus princeps sententiam Hieromnemonum, qua consecratas regiones Apollini Pythio ex auctoritate Mani Acili et senatus determinaverunt, sequendam esse praescripsisset, quae etiam Delphis in latere aedis insculpta est, neque veniret in dubium, inter Anticyrenses quoque et Delphos, quibus iudex datus sum ab optimo principe, ea sententia stari oportere etc. *Inscr. in tab. marm. Delphis inv. Zell. l. c. p.* 345. — Ager Consentinus ab imp. Augusto est assignatus limitibus Gracchanis in iugera n. CC. kardo in orientem, decimanus in meridianum. *Lib. Coloniarum I. p.* 209. — Colonia Arretium lege Augustea censita limitibus Gracchanis. *l. c. p.* 215. — Colonia Graviscos ab Augusto deduci iussa est; ... postea imp. Tiberius Caesar iugerationis modum servandi causa lapidibus emensis r. p. loca assignavit. *l. c. p.* 220. — Colonia Veios prius quam oppugnaretur, ager eius militibus est assignatus ex lege Iulia. Postea deficientibus his ad urbanam civitatem associandos censuerat D. Augustus. *l. c.* — Pars camporum et silvae, regionis Campaniae a Veiis tenus vel Aureliae ante a D. Augusto veteranis pro parte data fuit. *l. c. p.* 221. — Ager Amerinus lege imp. Augusti est assignatus. *l. c. p.* 224. — Ager Anconitanus ea lege, qua et ager Florentinus est assignatus limitibus Augusteis. *l. c. p.* 225. — Ager Cuprensis Truentinus Castranus Aternensis lege Augustiana sunt assignati. *l. c. p.* 226. — Acerras, muro ducta colonia. D. Augustus deduci iussit. *l. c. p.* 229. — Atella, muro ducta colonia, deducta ab Augusto. *l. c. p.* 230. — Caudium, oppidum, muro ducta ... a Caesare Augusto coloniae Beneventanae cum territorio suo est adiudicata. *l. c. p.* 232. — Cumis, muro ducta colonia, ab Augusto deducta; ... ager eius in iugeribus veteranis pro merito est assignatus iussu Claudii Caesaris. *l. c. p.* 232. — Calis, municipium muro ductum ... iussu Caesaris Augusti limitibus nominis sui est renormatus. *l. c. p.* 232. — Fundis, oppidum muro ductum ... ager eius iussu Augusti veteranis est cultura assignatus. *l. c. p.* 234. — Liternum, muro ductum, colonia ab Augusto deducta. *l. c. p.* 235. — Lanuvium, muro ductum, colonia deducta a divo Iulio. Ager eius limitibus Augusteis pro parte est assignatus militibus veteranis et pro parte virginum Vestalium lege Augustiana fuit, sed postea imp. Hadrianus colonis suis agrum assignari iussit. *l. c. p.* 235. — Nuceria Constantia, muro ducta colonia, deducta iussu imp. Augusti ... ager eius limitibus Iulianis lege Augustiana militibus est assignatus. *l. c. p.* 235. — Nola, muro ducta colonia Augusta. Vespasianus Aug. deduxit. *l. c. p.* 236. — Puteolis, colonia Augusta. Augustus deduxit. *l. c. p.* 236. — Mons Sirenianus limitibus pro parte Augustianis est assignatus. *l. c. p.* 237. — Sora, muro ducta colonia, deducta iussu Caesaris Augusti ... ager eius limitibus Augusteis veteranis est assignatus. *l. c. p.* 237. — Teanum Sidicinum, colonia deducta a Caesare Augusto. *l. c. p.* 238. — Venafrum, oppidum ... summa montium iure templi Ideae ab Augusto sunt concessa. *l. c. p.* 239. — Castranus ager lege Augustea est assignatus. *Lib. Colon. II. p.* 254. — Corfinius ager limitibus maritimis et montanis in iugera CC sunt assignati, lege Augustea sunt censiti, et termini Augustei ibidem nuncupantur. *l. c. p.* 255. — Marsus, municipium ... ager eius ... lege Augustea est assignatus. *l. c. p.* 256. — Teate, qui Aternus, ager eius lege Augustea est assignatus. *l. c. p.* 258. — Veragranus ager ea lege continetur, qua et ager Teatinus. *l. c. p.* 259. — Exstat Divi Augusti decretum, quo annua vicena millia Neapolitanis pro eo (colle Leucogaeo) numerari iussit e fisco, coloniam deducens Capuam. *Plin. Hist. Nat.* 18, 29. — Telesia ... Ager eius limitibus Augusteis in nominibus est assignatus. *Lib. Colon. I. p.* 238. — Ager Hadrianus item et ager Nursinus et Falerionensis et Pinnensis ... variis locis terminos Augusteos, per quorum cursus in Piceno fines terminantur. *l. c. p.* 227. — Surrentum. Ager eius ... limitibus pro parte Augustianis est assignatus. *l. c. p.* 237. — Foro Novanus, Firmo Picenus termini Tiburtini et Augustei. *Lib. Colon. II. p.* 255, 256. — Trebula. Municipium ... ager eius limitibus Augusteis in nominibus est assignatus. *Lib. Colon. I. p.* 238. — Forum Populi. Oppidum muro ductum ... limitibus Augusteis ager eius in iugeribus est assignatus. *l. c. p.* 233. — Esernia ... Ager eius limitibus Augusteis est assignatus. *l. c. p.* 233. — Cassiolis. Ager eius finitur iugis montium, terminis Augusteis. *Lib. Colon. II. p.* 254. — Caesar Augusta colonia immunis ... Setabitani, qui Augustani ... Ex colonia Accitana Gemellenses et Libisosona cognomine Foroaugustana, quibus duabus ius Italiae datum ... Segovia et Nova Augusta. *Plin. Hist. Nat.* 3, 4. — Colonia Augusti Actium cum templo Apollinis nobili ac virtute libera Nicopolitana. *Plin. Hist.* 4, 2. Cf. Tacit. Ann. V, 10. Sueton. Aug. 18. Cf. a. 724. — Iulia Constantia Zilis, Augusti colonia, regum (Mauritaniae) ditioni exemta et iura Baetica petere iussa. *Plin. Hist. Nat.* 5, 1. — Babba, Iulia Campestris appellata, altera Augusti colonia in Mauritania. *Plin. l. c.* 5, 1. — Banasa, Valentia cognominata, tertia (Augusti colonia in Mauritania). *Plin. l. c.* 5, 1. — Cartenna s. Carcenna, colonia Augusti, legione secunda deducta. *Plin. l. c.* 5, 1. — Gunugi, item Augusti colonia, deducta praetoria cohorte. *Plin. l. c.* 5, 1. — Igilgili, Rusconiae, Rusazus Salde, Succabar, Tubusuptus ... colonia Augusti. *Plin. l. c.* 5, 1. — *Καί τοι μόνοις Αἰγυπτίοις οἱ κύριοι νῦν Ῥωμαῖοι τῆς οἰκουμένης, μεταλαμβάνειν ἡστινοσοῦν πολιτείας ἀπειρήκασιν.* Quum solis Aegyptiis orbis nunc Romani domini participare cuiuslibet civitatis interdixerint. *Ioseph. adv. Apion.* 2, *p.* 1063. Vid. a. 724. — In re militari et commutavit multa et instituit, atque etiam ad antiquum modum nonnulla revocavit. Disciplinam severissime rexit. Ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere. Equitem romanum, quod duobus filiis adolescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum bonaque subiecit hastae, quem tamen, quod imminere emtioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sineret. *Sueton. Aug.* 24. — Militiam auspicantibus (liberis senatorum) tribunatum legionum et praefecturas alarum dedit: ac ne quis expers castrorum esset, binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis. Equitum ... detrahi quemquam in transvehendo ab accusatore (non) passus est, quod fieri solebat: et senio vel aliqua corporis labe insignibus permisit, praemisso in ordine equo, ad respondendum, quoties citaretur, pedibus venire: mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui maiores annorum quinque et triginta retinere eum nollent. *Sueton. Aug.* 38. — Augustales appellantur, qui ab Augusto ordinariis iuncti sunt,

Flaviales item, tanquam secundi Augustales a D. Vespasiano sunt legionibus additi. *Veget. de Re milit.* 2, 7. — Pilam in signo constituisse fertur Augustus, propter nationes in cuncto orbe subiectas, ut magis figuram orbis ostenderet. *Isidorus Orig.* 18, 3. — *Macer Lib. I. de Re militari.* Paternus quoque scripsit, debere eum, qui se meminerit armato praeesse, parcissime commeatum dare; equum militarem extra provinciam duci non permittere; ad opus privatum, piscatum, venatum militem non mittere, nam in disciplina Augusti ita cavetur. Etsi scio fabrilibus operibus exerceri milites non esse alienum, vereor tamen, si quidquam permisero, quod in usum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi sit tolerandus. *L.* 12, § 1 *D. de Re militari* 49, 16. — Haec necessitas compulit, evolutis auctoribus ea me in hoc opusculo fidelissime dicere, quae Augusti, Traiani, Hadrianique constitutionibus cauta sunt. *Veget. de Re mil.* 1, 8. — Vetus consuetudo permansit et D. Augusti atque Hadriani constitutionibus praecavetur, ut ter in mense tam equites quam pedites educantur ambulatum. *Veget. l. c.* 1, 27. — Sed D. Augustus (Marcus*) constituit, ut filiusfamilias miles de eo peculio, quod in castris acquisivit, testamentum facere possit. *Ulp.* 20, 10. — Militibus, qui in potestate parentum sunt, de eo, quod in castris acquisierunt, permissum est ex constitutionibus principum testamentum facere: quod quidem ius initio tantum militantibus datum est, tam auctoritate divi Augusti, quam Nervae, nec non optimi imperatoris Traiani, postea vero subscriptione divi Hadriani etiam dimissis militia, id est veteranis, concessum est. *Pr. Inst. Quib. non est permiss.* 2, 12. — *Paulus Lib. III. Sententiarum.* Filiusfamilias si militet, ut paganus nominatim a patre aut heres scribi aut exheredari debet, iam sublato edicto divi Augusti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exheredet. *L.* 26 *D. de Liberis et post.* 28, 2. *Paul. Sent.* 3, 3 A, 3 et 4 B, 10 a. — Ipse ius assidue dixit et in noctem nonnunquam. Si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata vel etiam domi cubans. *Sueton. Aug.* 33. — Legibus novis latis exempla maiorum exolescentia [revocavi et fugientia] iam ex nostra memoria avitarum rerum exempla imitanda edictis meis proposui. *Monum. Ancyr. tab.* 2, 12—14. — Restituta vis legibus, iudiciis auctoritas, senatui maiestas, imperium magistratuum ad pristinum redactum modum ... leges emendatae viriliter, latae salubriter, senatus sine asperitate, nec sine severitate lectus. *Vell. Paterc.* 2, 89. — Pleraque pessimi exempli correxit, quae in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam exstiterant. *Sueton. Aug.* 32. — Conversus ad pacem pronum in omnia mala et in luxuriam fluens saeculum gravibus severisque legibus multis coërcuit. *Florus* 4, 12. Cf. a. 732. — Leges alias novas, alias correctas suo nomine protulit. *Aurel. Vict. Epit.* 1. — Augustus plurimas leges statuit. *Hieron. Chron. ad a.* 1197. *Chron. Pasch. ad a.* 725. — Augustus leges tulit apud Romanos. *Euseb. Chron. a.* 1991, *Aug.* 18. — Αὔγουστος Ῥωμαίοις ἐνομοθέτησε. Augustus leges Romanis posuit. *Syncellus p.* 592. Cf. a. 726, 736. — Magistratus et sacerdotes commodis et dignitate auxi. *Monum. Ancyr. tab.* 2, 14 et 15. — Τοσούτων γὰρ τὸ βουλευτικὸν τίμημα τὴν πρώτην εἶναι ἔταξεν, ἔπειτα καὶ ἐς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας αὐτὸ προήγαγε. Hunc enim primo censum senatorium constituerat (736), quem deinde usque ad decies sestertium protulit. *Dio Cass.* 54, 17. — Sacerdotum et numerum et dignitatem, sed et commoda auxit, praecipue Vestalium virginum ... Nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit, ut Salutis augurium, Diale flaminium, sacrum Lupercale, ludos saeculares (vid. a. 737) et compitalicios. Lupercalibus vetuit currere imberbes, item saecularibus ludis iuvenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. Compitaliciis lares ornare bis anno instituit, vernis floribus et aestivis. *Sueton. Aug.* 31. Cf. Dio Cass. 51, 20. — Ab Augusto enim lares, id est dii domestici, in compitis positi sunt. *Porphyrius ad Horat. Serm.* 2, 3, 281. — Iusserat enim Augustus in compitis deos penates constitui, ut studiosius colerentur. *Acro ad l. c.* Cf. Ovid. Fast. 5, 128—148. — Recitavit Tiberius decretum pontificum: „quoties valetudo adversa flaminem dialem incessisset, ut pontificis maximi arbitrio, plus quam binoctium abesset: dum ne diebus publici sacrificii, neu saepius quam bis eundem in annum.“ Quae principe Augusto constituta satis ostendebant, annuam absentiam et provinciarum administrationem dialibus non concedi. *Tacit. Ann.* 3, 71. — Aedem Marti, bello Philippensi pro ultione paterna suscepto, voverat. Sanxit ergo, ut de bellis triumphisque hic consuleretur senatus, provincias cum imperio petituri hinc deducerentur, quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. *Sueton. Aug.* 29. — *Pomponius Lib. Singulari Enchiridii.* Massurius Sabinus in equestri ordine fuit et publice primus respondit, posteaque hoc coepit beneficium dari a Tiberio Caesare, hoc tamen illi concessum erat ... Primus divus Augustus, ut maior iuris auctoritas haberetur, constituit, ut ex auctoritate eius responderent. Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio coepit; et ideo optimus princeps Hadrianus, quum ab eo viri praetorii peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit iis: hoc non peti, sed praestari solere; et ideo, si quis fiduciam sui haberet, delectari, si populo ad respondendum se praepararet. Ergo Sabino concessum est a Tiberio Caesare, ut populo responderet. *L.* 2, § 47 *D. de Orig. iur.* 1, 2. — Antiquitus institutum erat, ut essent, qui iura publice interpretarentur, quibus a Caesare ius respondendi datum est, qui iurisconsulti appellabantur, quorum omnium sententiae et opiniones eam auctoritatem tenebant, ut iudici recedere a responso eorum non liceret, ut est constitutum. § 8 *Inst. de Iur. nat. g. et civ.* 1, 2. — Σοφοὺς δὲ λέγω, οἷς τὸ νομοθετεῖν ἢ δῆμος, ἢ σύγκλητος, ἢ βασιλεὺς, ἐπέτρεψε. Prudentes autem voco, quibus iura condere aut populus, aut senatus, aut princeps permisit. *Theophil. Paraphr.* § 8 *Inst. cit.* Cf. Gratiani Decr. Dist. 2, 5. — Tiberio pro cliente Graeco (civitatem) petenti rescripsit, non aliter se daturum, quam si praesens sibi persuasisset, quam iustas petendi causas haberet. *Sueton. Aug.* 40. — Libros totos et senatui recitavit et populo notos per edictum saepe fecit, ut orationes Q. Metelli de prole augenda et Rutilii de modo aedificiorum, quo magis persuaderet, utramque rem non a se primo animadversam, sed antiquis iam tunc curae fuisse. *Sueton. Aug.* 89. — Πρὸς δὲ τὰς συμπτώσεις τὰ ὕψη τῶν καινῶν οἰκοδομημάτων καθελὼν, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ο' τὸ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις. Utque ruinae caverentur, edixit, ne novum ullum aedificium ad viam publicam factum ultra septuaginta pedes attolleretur. *Strabo* 5, *p.* 359. — Loca in urbe publica iuris ambigui possessoribus adiudicavit. *Sueton. Aug.* 32. — Monumentum ei (ancillae, quae in agro Laurente quinque pueros peperit) factum iussu Augusti in via Laurentina. *Gellius* 10, 2. — *Paulus Lib. XVI. ad Plautium.* Imperator, quum servum manumittit, non vindictam imponit, sed quum voluit, fit liber is, qui manumittitur ex lege Augusti. *L.* 14, § 1 *D. de Manumiss.* 40, 1. Cf. Plin. Hist. Nat. 33, 8 et a. 776. — *Paulus Lib. XXXV. ad Edictum.* Eius matrem, quam sponsam habui, non posse me uxorem ducere, Augustus interpretatus est, fuisse enim eam socrum. *L.* 14 *in f. D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Et primo quidem temporibus D. Augusti, mox deinde Claudii edictis eorum erat interdictum, ne feminae pro viris suis intercederent. *L.* 2 *pr. D. ad Sc. Vell.* 16, 1. — C. Tettium infantem a patre exheredatum, Petronia matre, quam Tettius quoad vixit in matrimonio habuerat, natum, divus Augustus in bona paterna ire decreto suo iussit; patris patriae animo usus, quoniam Tettius in proprio iure procreato filio, summa cum iniquitate paternum nomen abrogaverat. Septicia quoque mater Trachalorum Ariminensium, filiis irata, in contumeliam eorum, quum iam parere non posset, Publicio seni admodum nupsit, testamento etiam utroque praeterito. A quibus aditus D. Augustus et nuptias mulieris et suprema iudicia improbavit. *Valer. Max.* 7, 7, 3 et 4. — Magna, domine, et ad totam provinciam pertinens quaestio est de con-

ditione et alimentis eorum, quos vocant *θρεπτούς*. In qua ego, auditis constitutionibus principum, quia nihil inveniebam aut proprium, aut universale, quod ad Bithynos ferretur, consulendum te existimavi, quid observari velles ... Recitabatur autem apud me edictum, quod dicebatur D. Augusti, ad Anniam pertinens, recitatae et epistolae D. Vespasiani ad Lacedaemonios et D. Titi ad eosdem, dein ad Achaeos et Domitiani ad Avidium Nigrinum et Armenium Brocchum, proconsules, item ad Lacedaemonios. *Plin. Ep.* 10, 71. — Diuturnorum reorum et ex quorum sordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis quaereretur, nomina abolevit, conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet, par periculum poenae subiret. *Sueton. Aug.* 32. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Non esse a tormentis incipiendum divus Augustus constituit, neque adeo fidem quaestioni adhibendam. *L.* 1 *pr. D. de Quaestionibus* 48, 18. — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis.* Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt: et id se observasse etiam divus Augustus libro X. de vita sua scripsit. *L.* 1 *D. de Cadaver. punitorum* 48, 24. — Petito paucorum dierum interiectu, defensionem sui deseruit, ausis ad Caesarem codicillis ... Tiberius, quae in Silanum parabat, quo excusatius sub exemplo acciperentur, libellos D. Augusti de Voleso Messalla, Asiae proconsule, factumque in eum senatusconsultum recitari iubet. *Tacit. Ann.* 3, 68. — *Ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο· οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. τοὺς γοῦν ἄρχοντας τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος, ἐπεμελεῖτο, ὅπως μήτ᾽ ἀνεπιτήδειοι, μήτ᾽ ἐκ παρακελεύσεως, ἢ καὶ δεκασμοῦ, ἀποδεικνύωνται.* Et ipse populus ad comitia concionesque coibat, sed ita, ut nihil ageretur, quod non et ipsi placeret. Magistratus alios ipse delectos commendabat, alios populo plebique creandos permittebat, id modo curans, ne qui indigni per coitiones aut ambitum designarentur. *Dio Cass.* 53, 21. — *Ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ᾽ αὐτῶν. ἔκρινε μὲν γὰρ καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ βουλὴ, καὶ πρεσβείαις καὶ κηρυκείαις ἐχρημάτιζεν· ὅ τε δῆμος εἰς τὰς ἀρχαιρεσίας συνελέγετο, οὐ μέντοι ἐπράττετό τι ὃ μὴ ἐκείνῳ ἤρεσκε. καὶ τοὺς ἄρχοντας τοὺς μὲν αὐτὸς προεβάλλετο, τοὺς δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐποιεῖτο.* Interdum etiam ius cum eis dixit, nam senatus etiam per se suffragia ferebat, legatisque et caduceatoribus respondebat. Populus quamvis ad comitia conveniret, nihil tamen gerebatur, quod illi displiceret. Magistratus partim ipse designavit, partim populi arbitrio designandos permisit. *Zonaras X*, 33. — *Ἐπειδὴ δὲ ὁ Αὔγουστος καὶ τῷ γήρᾳ καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ ἔκαμνεν, ὥστε μὴ δύνασθαι πᾶσι τοῖς δεομένοις τι αὐτοῦ χρηματίζειν, τὰ μὲν ἄλλα αὐτὸς μετὰ τῶν συνέδρων καὶ διεσκέψατο καὶ ἐδίκαζεν, ἐν τῷ παλατίῳ ἐπὶ βήματος προκαθήμενος· τὰς δὲ πρεσβείας, τάς τε παρὰ τῶν δήμων, καὶ τὰς παρὰ τῶν βασιλέων ἀφικνουμένας, τρισὶ τῶν ὑπατευκότων ἐπέτρεψεν, ὥστ᾽ αὐτοὺς χωρὶς ἕκαστον καὶ διακούειν τινῶν, καὶ ἀπόκρισιν αὐτοῖς διδόναι, πλὴν τῶν ὅσα ἀναγκαῖον ᾖ τήν τε βουλὴν καὶ ἐκεῖνον ἐπιδιακρίνειν.* Quoniam vero Augustus, partim senio, partim infirmitate corporis laborans, omnibus aliquid flagitantibus respondere haud poterat, de ceteris quidem ipse cum assessoribus in palatio pro tribunali sedens et cognoscere solebat et iudicare; legationes autem, quum a populis, tum a regibus venientes, tribus viris consularibus commiserat, qui seorsim singuli quosdam legatos audirent et auditis responsa darent; exceptis iis causis, de quibus post horum cognitionem totum senatum et ipsum Augustum decernere erat necesse. *Dio Cass.* 55, 27. — Multa sine dubio saevaque Augustus de moribus adolescentis (Posthumi Agrippae) questus, ut exilium eius senatusconsulto sanciretur, perfecerat. *Tacit. Ann.* 1, 6. — Populo non promissum (congiarium) flagitanti turpitudinem et impudentiam edicto exprobravit ... Nec minore gravitate atque constantia quum proposito congiario multos manumissos insertosque civium numero comperisset, negavit accepturos, quibus promissum non esset, ceterisque minus quam promiserat, dedit, ut destinata summa sufficeret. Magna vero quondam sterilitate (vid. a. 759) ac difficili remedio, quum venalicias et lanistarum familias peregrinosque omnes, exceptis medicis (vid. a. 760) et praeceptoribus, partemque servitiorum urbe expulisset. Ut tandem annona convaluit ... ita rem temperavit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi rationem deduceret. *Sueton. Aug.* 42. — Spectandi confusissimum et solutissimum morem correxit ordinavitque, motus iniuria senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto patrum, ut, quoties quid spectandum usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus: Romae legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra considere, quum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secrevit a populo. Maritis e plebe proprios ordines assignavit (Sedere in equitum liceat an tibi scamnis, Videbo Didyme: non licet maritorum. *Martial.* 5, 42. Vid. a. 762): praetextatis cuneum suum, et proximum paedagogis: sanxitque, ne quis pullatorum media cavea sederet. Feminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Solis virginibus Vestalibus locum in theatro separatim et contra praetoris tribunal dedit. Athletarum vero spectaculo muliebrem sexum omnem adeo summovit, ut pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus, edixeritque, mulieres ante horam quintam venire in theatrum non placere. *Sueton. Aug.* 44. — Athletis et conservavit privilegia et ampliavit. Gladiatores sine missione edi prohibuit. Coercitionem in histriones magistratibus in omni tempore et loco lege vetere permissam ademit: praeterquam ludis et scena. *Sueton. Aug.* 45. — Divus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat. *Tacit. Ann.* 1, 77. — *Ἐξ οὗ δὲ εἰς τὸν Σεβαστὸν περιῆλθεν ἡ μοναρχία, Ἰταλιώτας μὲν πόνων ἀνέπαυσε, καὶ τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε, φρούρια δὲ καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς προὐβάλετο, μισθοφόρους ἐπὶ ῥητοῖς σιτηρεσίοις στρατιώτας καταστησάμενος.* Postea vero, quam Augustus rerum potitus est, et laborem Italis ademit et arma detraxit, milites tantum quosdam certis auctoramentis habuit mercenarios, qui Romanum tuerentur imperium. *Herodian. Hist.* 2, 11. — P. Paquius. Scaevae. Et. Flaviae. Filius. Consi. Et Didiae. Ne | pos. Barbi. Et. Dirutiae. Pronepos | Scaeva. Quaestor. Decemvir. Stlitibus. Iudicandis. Ex | S. C. Post. Quaesturam. Quattuor Vir | Capitalis. Ex. S. C. Post. Quaesturam. Et. Decemviratum | Stlitium. Iudicandarum. Tribunus. Plebis | Aedilis. Curulis. Iudex. Quaestionis. Praetor | Aerarii. Pro. Consule. Provinciam. Cyprum. Optinuit | Viar. Cur. Extra. Ur. Ex. S. C. In Quinq. Pro. Cos. Iterum | Extra. Sortem. Auctoritate. Aug. Caesaris | Et S. C. Misso. Ad. Componendum. Statum. In Reliquum | Provinciae Cypri .... Fetialis | Consobrinus. Idemque. Vir. Flaviae. Consi. Filiae. Sca | pulae. Neptis. Barbi. Proneptis. Simul. Cum. Ea. Conditus. *Murator. Inscr. p.* 728, *N.* 1. — (*Lex Quinctia* a. 745.) T. Quinctius Crispinus cos. populum iure rogavit populusque iure scivit, in foro, pro rostris aedis divi Iulii p. k. Iulias. Tribus Sergia principium fuit. Pro tribu Sex. L. f. Varro. Quicunque post hanc legem rogatam rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum, quae ad urbem ducuntur, sciens dolo malo foraverit ruperit foranda rumpendave curaverit peiorave fecerit, quominus eae aquae earumve quaeque in urbem Romam ire cadere fluere pervenire duci possint, quove minus in urbe Roma et in iis aedificiis quae urbi continentia sunt erunt, in his hortis praedis locis, quorum hortorum praediorum locorum dominis possessoribusve aqua data vel attributa est vel erit, saliat distribuatur dividatur, in castella lacus immittatur, is populo Romano C millia dare damnas esto; et qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire reficere restituere aedificare ponere et celere demolire damnas esto sine dolo malo atque omnia, ita ut quicunque curator aquarum est erit, aut, si curator aquarum nemo erit, tum is praetor qui inter cives et peregrinos ius dicit, multa pignoribus cogito coerceto; eique curatori, aut, si curator non erit, tum ei praetori eo nomine cogendi coercendi multae dicendae sive pignoris capiendi ius

potestasque esto. Si quid eorum servus fecerit, dominus eius HS centum millia populo det. Si quis circa rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum, quae ad urbem Romam ducuntur et ducentur, terminatus steterit, ne quis in eo loco post hanc legem rogatum quid opponito molito obsepito figito statuito ponito collocato arato serito, neve in eum quid immittito, praeterquam eorum faciendorum reponendorum causa, quae hac lege licebit oportebit. Qui adversus ea quid fecerit, adversus eum siremps lex ius causaque omnium rerum omnibusque esto, atque uti esset esseque oporteret, si is adversus hanc legem rivum specum rupisset forassetve. Quominus in eo loco pascere herbam, fenum secare, sentes .... curatorum aquarum, qui nunc sunt quique erunt. Circa fontes et fornices et muros et rivos et specus, terminatus arbores vites vepres sentes ripae maceria salicta arundineta tollantur excidantur effodiantur excodicentur, utique recte factum esse volent; eoque nomine iis pignoris capio multae dictio coercitioque esto, idque iis sine fraude sua facere liceat ius potestasque esto. Quominus vites arbores, quae villis aedificiis maceriisve inclusae sunt, maceriae, quas curatores aquarum, causa cognita, ne demolirentur dominis permiserunt, quibus inscripta insculpta essent ipsorum, qui permisissent, curatorum nomina maneant, hac lege nihilum rogator. Quominus ex iis fontibus rivis specibus fornicibus aquam sumere haurire iis quibuscunque curatores aquarum permiserint, praeterquam rota calice machina, liceat, dum neque puteus neque foramen novum fiat, eius hac lege nihilum rogator. *Frontinus de Aquaed.* 129.

767—869. p. C. n. 14—116.

* *Senatusconsultum de Collegiis.* Dis manibus collegio symphoniacorum qui sacris publicis praestu sunt quibus senatus C. C. C. permisit e lege Iulia ex auctoritate ... Aug. ludorum causa kaput ex S. C. p. R. quib(us coire co)nvenire collegiumq. habere liceat. Qui stipem menstruam conferre volen(t in fune)ra in it collegium coeant neq. sub specie eius collegi nisi semel in mense c(oeant con) ferendi causa unde defuncti sepeliantur. *Inscript. lapid.* Cf. Mommsen, Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. T. 15, p. 354, 358. — * *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Religionis causa coire non prohibentur, dum tamen per hoc non fiat contra senatusconsultum, quo illicita collegia arceantur. *L.* 1, § 1 *D. de Colleg.* 47, 22. — *Marcianus Lib. II. Iudiciorum publicorum.* Collegia si qua fuerint illicita, mandatis et constitutionibus et senatusconsultis dissolvuntur ... In summa autem, nisi ex senatusconsulti auctoritate vel Caesaris collegium, vel quodcunque tale corpus coierit, contra senatusconsultum et mandata et constitutiones collegium celebrant. *L.* 3 *pr.*, § 1 *D. e. t.* Cf. a. 733.

TIBERIUS.

Conf. Augustus, Caligula.

767. p. C. n. 14. S. POMPEIO S. APPULEIO COSS.

Χωρὶς δὲ τούτων καὶ ἡ Λιουΐα ἰδίαν δή τινα αὐτῷ πανήγυριν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν, ἣ καὶ δεῦρο ἀεὶ ὑπὸ τῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται. Praeter haec in palatio Livia peculiares per triduum ludos in honorem Augusti fecit, qui etiam in praesens usque tempus ab imperatoribus ipsis continuo exhibentur. *Dio Cass.* 56, 46. Cf. Suidas Vol. 1, p. 852. Lydus de Mens. 4, 86. — Ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, nisi tribuniciae potestatis praescriptione posuit, sub Augusto acceptae. Verba edicti fuere pauca et sensu permodesto: de honoribus patrum consulturum: neque abscedere a corpore: idque unum ex publicis muneribus usurpare. *Tacit. Ann.* 1, 7. Cf. Zonaras 11, 1. — Populum edicto monuit, ne, ut quondam nimiis studiis funus divi Iulii turbassent, ita Augustum in foro potius, quam in campo Martis, sede destinata, cremari vellent. *Tac. Ann.* 1, 8. — Candidatos praeturae duodecim nominavit, numerum ab Augusto traditum. *Tacit. Ann.* 1, 14. Cf. Vell. Paterc. 2, 124. Cf. a. 731, 764. — * Tum primum e campo comitia ad patres translata sunt. *Tacit. Ann.* 1, 15. — Primum principalium eius operum fuit ordinatio comitiorum, quam manu sua scriptam Augustus reliquerat. *Vell. Paterc.* 2, 124. Vid. a. 768, 785. — Tribuni plebeii petivere, ut proprio sumtu ederent ludos, qui de nomine Augusti, fastis additi, Augustales vocarentur, sed decreta pecunia ex aerario, utque per circum triumphali veste uterentur; curru vehi haud permissum; mox celebratio annua ad praetorem translata, cui inter cives et peregrinos iurisdictio evenisset. *Tacit. Ann.* 1, 15. — *Ταῦτά τε αὐτῷ ἐψηφίσθη, καὶ ὅπως μήτ' εἰκὼν αὐτοῦ ἐν ἐκφορᾷ τινος πομπεύῃ, καὶ τὰ γενέσια οἱ ὕπατοι ἐξ ἴσου τοῖς Ἀρείοις ἀγωνοθετῶσι· τά τε Αὐγουστάλια οἱ δήμαρχοι, ὡς καὶ ἱεροπρεπεῖς ὄντες, διατιθῶσι. καὶ οἱ μὲν τὰ ἄλλα, ὥσπερ εἰώθει γίγνεσθαι, ἔπραξαν· καὶ γὰρ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπινικίῳ ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ἐχρήσαντο· οὐ μέντοι καὶ τοῦ ἅρματος ἐπέβησαν.* Decretum porro est, ne imago eius ullo in funere cuiusquam ferretur, ut nataliciis eius ludis consules, quemadmodum Martis fieri solitum, praemia certaminum praeponerent: Augustalia tribuni plebis, tanquam sacrosancti, celebrarent: iique omnia reliqua eo, quo consueverant fieri, more peregerunt, veste triumphali ludis circensibus usi, currum tamen non conscenderunt. *Dio Cass.* 56, 46. — Interea Germanico, per Gallias census accipienti, excessisse Augustum affertur. *Tacit. Ann.* 1, 33. — Idem annus novas caerimonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio ... sorte ducti e primoribus civitatis unus et viginti. *Tacit. Ann.* 1, 54. — Facem Augustales subdidere, quod sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Caesar Tiberius Iuliae genti sacravit. *Tacit. Hist.* 2, 95. — Hineque uti Deo Romae provinciisque omnibus per urbes celeberrimas vivo mortuoque templa, sacerdotes et collegia sacravere. *Aurel. Vict. de Caes.* 1. — Ex libertinis sacerdotes dati, qui Augustales sunt appellati. *Porphyrius ad Horat. Serm.* 2, 3, 281. — Erant autem libertini sacerdotes, qui Augustales dicuntur. *Acro ad Horat. l. c.* Cf. a. 736.

768. p. C. n. 15. DRUSO CAESARE C. NORBANO FLACCO COSS.

Legem maiestatis reduxerat; cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant; si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta republica maiestatem populi Romani minuisset. Facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis, specie legis eius, tractavit ... mox Tiberius, consultante Pompeio Macro, praetore, an iudicia maiestatis redderentur? exercendas leges esse respondit. *Tacit. Ann.* 1, 72. Cf. Dio Cass. 57, 19. — Consulente praetore, an iudicia maiestatis cogi iuberet, exercendas esse leges respondit. *Sueton. Tiber.* 58. — De pecuniis repetundis ad reciperatores itum est. *Tacit. Ann.* 1, 74. — * *Αὐτὸς μὲν καθ' ἑαυτὸν ἢ τὶ ἢ οὐδὲν ἔπραττε, πάντα δὲ δὴ καὶ τὰ σμικρότατα ἔς τε τὴν γερουσίαν ἐσέφερε, καὶ ἐκείνῃ ἐκοίνου. ἐπεποίητο μὲν γὰρ βῆμα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐφ' οὗ προκαθίζων ἐχρημάτιζε, καὶ συμβούλους ἀεὶ, κατὰ τὸν Αὔγουστον, παρελάμβανεν· οὐ μέντοι καὶ διῴκει λόγου τι ἄξιον, ὃ μὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπεκοίνου· καὶ ἔς γε τὸ μέσον τὴν ἑαυτοῦ γνώμην τιθεὶς, οὐχ ὅπως ἀντειπεῖν αὐτῇ παντί τῳ παῤῥησίαν ἔνεμεν· ἀλλὰ καὶ τἀναντία οἱ ἔστιν ὅτε ψηφιζομένων τινῶν ἔφερε. καὶ γὰρ αὐτὸς ψῆφον πολλάκις ἐδίδου ... ἐδίκαζε μὲν οὖν, ὥσπερ εἶπον· ἐπεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἀρχόντων δικαστήρια, καὶ παρακαλούμενος ὑπ' αὐτῶν καὶ ἀπαράκλητος. καὶ ἐκείνους μὲν ἐν τῇ ἑαυτῶν χώρᾳ καθῆσθαι εἴα, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ βάθρου τοῦ καταντικρὺς σφῶν κειμένου καθίζων, ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ, ὡς πρόσεδρος.* Suo quidem arbitrio nihil, aut perpauca agebat, de rebus etiam minutissimis ad senatum referens et cum eo communicans: posito etiam in foro tribunali, in quo praesidens ius diceret, semper consiliarios Augusti exemplo assumebat; neque tamen, nisi communicata prius re etiam cum ceteris, quidquam per-

agebat maioris momenti: proposita sua in medium sententia, non tantum omnibus contradicendi libertatem relinquebat, sed ferebat etiam aliquando, contraria suae sententiae decreta fieri. Nam et ipse quoque saepenumero suffragium dare consueverat ... Ius igitur, eo quo demonstravimus modo dicebat ipse; sed et aliorum magistratuum iudicia, vel vocatus ab iis, vel ultro obibat: et suo quemque loco sedere sinens, ipse in subsellio e regione posito considens, quid sentiret, velut assessor dicebat. *Dio Cass.* 57, 7. — * Paulatim principem exercuit praestititque, etsi varium diu, commodiorem tamen saepius et ad utilitates publicas proniorem. Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. Itaque et constitutiones quasdam senatus rescidit et magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque mixtim vel ex adverso in parte primori, et si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat iudicesque aut e plano aut e quaesitoris tribunali legum et religionis et noxae, de qua cognoscerent, admonebat atque etiam, si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit. *Sueton. Tiber.* 33. — *Ἐπειδή τε συχνοὶ τῶν τὰ ἔθνη κληρουμένων ἐπὶ πολὺ ἔν τε τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ λοιπῇ Ἰταλίᾳ ἐνδιέτριβον, ὥστε τοὺς προάρξαντας αὐτῶν παρὰ τὸ καθεστηκὸς χρονίζειν, ἐκέλευσε σφίσιν ἐντὸς τῆς τοῦ Ἰουνίου νουμηνίας ἀφορμᾶσθαι.* Quum multi, quibus sorte provinciae obtigissent, diutius Romae et in Italia commorarentur, ita ut eorum antecessores ultra quam conveniebat, in provincia manerent, ante Kalendas Iunias illos discedere in provincias iussit. *Dio Cass.* 57, 14. — *Πέντε ἀεὶ βουλευτὰς κληρωτοὺς ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ποταμοῦ* (sc. *Τιβέριδος*) *προσέταξεν, ἵνα μήτε τοῦ θέρους ἐλλείπῃ, μήτε τοῦ χειμῶνος πλεονάζῃ, ἀλλ' ἴσος ὁτιμάλιστα ἀεὶ ῥέῃ.* Mandavit, ut quovis tempore quinque senatores, quos sors ei officio destinasset, curarent, ne vel aestate deficeret, vel hieme abundaret Tiberis, sed quam maxime aequalis semper flueret. *Dio Cass.* 57, 14. — Achaiam ac Macedoniam onera deprecantes levari in praesens proconsulari imperio, tradique Caesari placuit. *Tacit. Ann.* 1, 76. — Augustus immunes verberum histriones quondam responderat, neque fas Tiberio infringere dicta eius. De modo lucaris et adversus lasciviam fautorum multa decernuntur, ex quibus maxime insignia: ne domos pantomimorum senator introiret; ne egredientes in publicum equites Romani cingerent, aut alibi, quam in theatro spectarentur, et spectantium immodestiam exilio multandi potestas praetoribus fieret. *Tacit. Ann.* 1, 77. — Templum ut in colonia Tarraconensi strueretur Augusto, petentibus Hispanis permissum datumque in omnes provincias exemplum. *Tacit. Ann.* 1, 78. — Centesimam rerum venalium, post bella civilia institutam, deprecante populo edixit Tiberius: militare aerarium eo subsidio niti; simul imparem oneri rempublicam, nisi vicesimo militiae anno veterani dimitterentur. Ita proximae seditionis male consulta, quibus sedecim stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum. *Tacit. Ann.* 1, 78. — Prorogatur Poppaeo Sabino provincia Moesia, additis Achaia et Macedonia. *Tacit. Ann.* 1, 79. — *Καὶ Τιβέριος εἷλε κατὰ τὴν μόναρχον ἐξουσίαν.* Et eosdem (Moesos), postquam ad Caesares delata est summa omnis imperii, a Tiberio fuisse subactos. *Appian. Illyr. in f.* — Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia ac plerosque ad finem vitae in iisdem exercitibus aut iurisdictionibus habere ... Eo provectus est, ut mandaverit quibusdam provincias, quos egredi urbe non erat passurus. *Tacit. Ann.* 1, 80. — De comitiis consularibus, quae tum primum, illo principe, ac deinceps fuere, vix quicquam firmare ausim ... Modo subtractis candidatorum nominibus, originem cuiusque et vitam et stipendia descripsit, ut, qui forent, intelligeretur: aliquando, ea quoque significatione subtracta, candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, suam ad id curam pollicitus est. Plerumque eos tantum apud se professos disseruit, quorum nomina consulibus edidisset; posse et alios profiteri, si gratiae aut meritis confiderent. *Tacit. Ann.* 1, 81. Vid. a. 767 et 785.

769. p. C. n. 16. T. STATILIO SISENNA TAURO L. SCRIBONIO LIBONE COSS.

Ulpianus (*de Officio Proconsulis*) *sub titulo de Poena Legis Corneliae Testamentariae Lib. VIII.* Praeterea factum est senatusconsultum Statilio Tauro et (Scribonio Libone) consulibus, quo poena legis Corneliae irrogatur ei, qui quid aliud, quam testamentum, sciens signaverit, signarive curaverit: item qui falsas testationes faciendas testimoniave falsa in iudicio dicenda aut consignanda dolo malo curaverit, Licinio V. et Tauro Coss. (27 p. C. n.?) *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 8, 7. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Sed et si iudex constitutiones principum neglexerit, punitur. *L.* 1, § 3 *D. ad Legem Corneliam de Falsis et de Senatusconsulto Liboniano* 48, 10. — Ad testamenta militum senatusconsultum pertinet, quo lege Cornelia teneantur, qui sibi legatum fideicommissumve adscripserint. *L.* 1 *cit.* § 7. — * *Iulianus Lib. LXXXVI. Digestorum.* Senatus poenam remisit ei, qui legata a se testamento data codicillis sua manu scriptis ademerat; sed quia et iussu patris id fecerat et annorum viginti quinque erat, hereditatem quoque ei capere permissum est. *L.* 5 *D. e. t.* — *Paulus Lib. XXII. Quaestionum.* Quod adiectum est in lege: aut dolo fecit, quominus ad eum perveniat. *L.* 14, § 2 *D. e. t.* — *Callistratus Lib. I. Quaestionum.* Senatus censuit, ut, si servus domini sui iussu testamento codicillisve libertatem sibi adscripserit, ob eam rem, quod ipsius manu adscriptum est, minus liber sit; sed libertas ei ex fideicommissi causa praestatur, si modo post eam scripturam manu sua testator testamento codicillisve subscripserit. *L.* 15, § 2 *D. e. t.* — * Matri, cui per servum suum dictante filio legatum scriptum esset, veniam tribuendam legis Corneliae placuit. Idem in filiam, quae dictante matre sua per ignorantiam iuris legatum sibi scripserat. *L.* 15, § 4, 5 *e. t.* — * *Paulus Lib. III. Fideicommissorum.* Quum quidam sua manu servum sibi legatum scripsit et eum manumittere rogatus esset, senatus censuit, ab omnibus heredibus eum manumittendum. *L.* 17 *D. e. t.* — *Iulianus Lib. LXXVIII. Digestorum.* Senatus, quum poenas legis Corneliae statueret adversus eum, qui sibi hereditatem vel legatum scripsisset, eodem modo improbasse videtur, quo improbatae sunt illae: „qua ex parte me Titius heredem scriptum in tabulis suis recitaverit, ex ea parte heres esto“, ut perinde haberentur, ac si insertae testamento non fuissent. *L.* 1 *D. Quae pro non scriptis* 34, 8. — *Papinianus Lib. XV. Responsorum.* Ex sententia senatusconsulti Liboniani tutor non erit, qui se testamento pupillo tutorem scripsit. *L.* 29 *D. de Test. tut.* 26, 2. Cf. l. 6 pr. § 1; l. 10, 14 pr.; l. 15, § 1, 3; l. 22, § 1, 3, 5, 6, 8, 11, 12 D. ad Leg. Corn. de Falsis 48, 10; l. 15, § 3 D. de Test. mil. 29, 1 et D. Pius. — * *Paulus Lib. XV. ad Plautium.* Et Atilicinus ait, Caesarem Statilio Tauro rescripsisse in haec verba: Hi, qui ex fundo Sutrino aquam ducere soliti sunt, adierunt me, proposueruntque, aquam, qua per aliquot annos usi sunt, ex fonte, qui est in fundo Sutrino, ducere non potuisse, quod fons exaruisset, et postea ex eo fonte aquam fluere coepisse, petieruntque a me, ut, quod ius non negligentia aut culpa sua amiserant, sed quia ducere non poterant, his restitueretur. Quorum mihi postulatio quum non iniqua visa sit, succurrendum his putavi. Itaque quod ius habuerunt tunc, quum primum ea aqua pervenire ad eos non potuit, id iis restitui placet. *L.* 35 *D. de Servit. praed. rust.* 8, 3. — Missis ad census Galliarum P. Vitellio et C. Antio. *Tacit. Ann.* 2, 6. — Quia vetere senatusconsulto quaestio in caput domini prohibebatur, ... Tiberius mancipari singulos (servos) actori publico iubet, scilicet, ut in Libonem ex servis, salvo senatusconsulto, quaereretur. *Tacit. Ann.* 2, 30. — Praeturae extra ordinem datae his, qui senatorii ordinis erant. *Tacit. Ann.* 2, 32. — Facta de mathematicis magisque Italia pellendis senatusconsulta. *Tacit. Ann. l. c.* — Genus hominum (mathematici), quod in civitate nostra vetabitur semper. *Tacit. Hist.* 1, 22. — Expulit et mathematicos, sed deprecantibus ... veniam dedit. *Sueton. Tiber.* 36. — *Πάντας τοὺς ἄλλους,*

τούς τε ἀστρολόγους, καὶ τοὺς γόητας, εἴ τέ τινα ἕτερον καὶ ὁποιονοῦν τρόπον ἐμαντεύετό τις, τοὺς μὲν ξένους ἐθανάτωσε, τοὺς δὲ πολίτας, ὅσοι καὶ τότε ἔτι, μετὰ τὸ πρότερον δόγμα, δι' οὗ ἀπηγόρευτο μηδὲν τοιοῦτον ἐν τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι, ἐσηγγέλθησαν τῇ τέχνῃ χρώμενοι, ὑπερώρισε. Omnes alios, tam astrologos, quam magos, aut alio quovis modo divinantes, peregrinos necavit; cives, quotquot etiamnum neglecto priori edicto, quo prohibitus fuerat usus harum artium omnibus, qui in urbe essent, tractare huiusmodi res deferrentur, extorres egit. *Dio Cass.* 57, 15. Cf. a. 770. — * Tiberii principatus sustulit Druidas eorum (Gallorum) et hoc genus vatum medicorumque. *Plin. Hist. Nat.* 30, 4. — * Haruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit. *Sueton. Tiber.* 63. — Decretum, ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent: ne vestis serica viros foedaret. *Tacit. Ann.* 2, 33. - *Ὁ Τιβέριος ἀπεῖπε μὲν ἐσθῆτι σηρικῇ μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι, ἀπεῖπε δὲ καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα, πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ, νομίζειν. ἐπεί τε διηπόρησάν τινες, εἰ καὶ τὰ ἀργυρᾶ, τὰ χρυσοῦν τι ἔμβλημα ἔχοντα, ἀπηγορευμένον σφίσιν εἴη κεκτῆσθαι, βουληθεὶς καὶ περὶ τούτου τι δόγμα ποιῆσαι, ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος, ὡς καὶ Ἑλληνικὸν ἐμβληθῆναι.* Tiberius edixit, ne quis vir serica veste uteretur, neve quis aurea vasa, nisi ad rem sacram, adhiberet. Dubitantibus nonnullis, an argenteis etiam, quae aureis emblematis caelata essent, interdixisset: facturus hac quoque de re edictum, emblematum vocabulum in eo poni, quia Graecum esset, prohibuit. *Dio Cass.* 57, 15. — *Ἐπεί τε πολλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων, τὰ μὲν καὶ παντελῶς ἀπολώλει, τὰ δὲ ἐξίτηλα γοῦν ὑπὸ τοῦ χρόνου ἐγεγόνει, τρεῖς βουλευταὶ προεχειρίσθησαν, ὥστε τά τε ὄντα ἐκγράψασθαι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναζητῆσαι.* Quum publicorum commentariorum quidam omnino periissent, quidam vetustate iam evanidi fierent, tribus senatoribus negotium, eos, qui extarent, describendi, reliquosque conquirendi, mandatum est. *Dio Cass.* 57, 16.

770. p. C. n. 17. C. CAECILIO RUFO L. POMPONIO FLACCO COSS.

Exstat senatusconsultum Pomponio et Rufo Coss. factum, quo cavetur, ut mathematicis, Chaldaeis, ariolis et ceteris, qui similem quaestum fecerunt, aqua et igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur: et si externarum gentium quis id fecerit, ut in eum animadvertatur. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 15, 2, 1. Cf. a. 769. — *Ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν νουμηνίαν τινὲς ἀργύριον αὐτῷ προσήνεγκαν, οὔτε ἐδέξατο, καί τι καὶ γράμμα περὶ αὐτοῦ τούτου ἐξέθετο.* Tiberius strenam, a quibusdam adeo post Kal. Ian. oblatam, non accepit: eaque de re edictum proposuit. *Dio Cass.* 57, 17. — Quotidiana oscula prohibuit edicto; item strenarum commercium, ne ultra Kalendas Ianuarias exerceretur. *Sueton. Tiber.* 34. — * Nec quisquam id prior imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage, quum edicto eius excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum (colum). *Plin. Hist. Nat.* 26, 6. — *Τελευτήσαντος γὰρ τὸν βίον Ἀρχελάου τοῦ βασιλεύσαντος ἔγνω Καῖσάρ τε καὶ ἡ σύγκλητος ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων αὐτήν.* Mortuo enim eius rege Archelao Caesar decrevit ac senatus, ut Romanorum ea esset provincia. *Strabo* 12, *p.* 808. — Regnum (Cappadociae) in provinciam redactum est, fructibusque eius levari posse centesimae vectigal professus Caesar, ducentesimam in posterum statuit. *Tacit. Ann.* 2, 42. Cf. ibid. 2, 56. — Regnum (Archelai Cappadocis), in formam provinciae redegit. *Sueton. Tiber.* 37. Cf. Hieronymi Chron. a. 2037 et infr. a. 784. — Quum Cappadociam in formam provinciae (Germanicus) redegisset. *Sueton. Caligula* 1. — *Κἀκ τούτου καὶ ἡ Καππαδοκία τῶν τε Ῥωμαίων ἐγένετο, καὶ ἱππεῖ ἐπετράπη. ταῖς τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεσι ταῖς ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ κακωθείσαις ἀνὴρ ἐστρατηγηκὼς σὺν πέντε ῥαβδούχοις προσετάχθη· καὶ χρήματα πολλὰ μὲν ἐκ τῶν φόρων ἀνείθη, πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τοῦ Τιβερίου ἐδόθη.* Inde Cappadocia quoque Romanorum iuris facta est, equitique regenda data. Urbibus Asiae, terrae tremore concussis, praetorius vir cum quinque lictoribus praefectus; iisdem multa de tributis pecunia remissa, multa a Tiberio donata. *Dio Cass.* 57, 17. — * Postremo sub imperatore Claudio Caesare, quum Archelaus ex Cappadocia Romam venisset ... in provinciae speciem Cappadocia migravit. *Rufi Festi Breviarium p.* 268. — Quosdam reges, per blanditias ad se evocatos, nunquam remisit, in quibus Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in provinciae formam redegit, et maximam civitatem appellari nomine suo iussit, quae nunc Caesarea dicitur, quum Mazaca antea vocaretur. *Eutrop.* 7, 6. — Cappadocas in provinciam redegit. *Aurel. Vict. Epit.* 2; *de Caes.* 2. — *Ἐπαρχίαν τὴν Καππαδοκίαν ἀπέφηνε, καὶ τὴν μεγίστην τῶν τῇδε πόλεων, Μάζακα ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν ἐποίκων ὀνομαζομένην, ἀφ' ἑαυτοῦ φέρειν τὴν προσηγορίαν ἐπέταξεν· ἥπερ δὴ καθ' ἡμᾶς Καίσαρός ἐστιν ἐπώνυμος.* Cappadociam in provinciam redegit et maximam illius regionis urbem, ab incolis Mazaca prius vocatam, de suo nomine appellari iussit, quae nunc Caesarea vocatur. *Suidas v. Τιβέριος* et *Καισάρεια.*

771. p. C. n. 18. TIBERIO CAES. A. III. GERMANICO CAES. II. COSS.

Hinc ventum Athenas, foederique sociae et vetustae urbis datum, ut uno lictore uteretur. *Tacit. Ann.* 2, 53. — Commagenis tum primum ad ius praetoris translatis. *Tacit. Ann.* 2, 56. — Decreto patrum permissae Germanico provinciae, quae mari dividuntur. *Tacit. Ann.* 2, 43. — (Sardianis) quantum aerario aut fisco pendebant, in quinquennium remissum. Magnetes a Sipylo proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Aegeates, Apollonidenses, quique Mosteni ac Macedones Hyrcani vocantur, et Hierocaesaream, Myrinam, Cymen, Tmolum levari idem in tempus tributis ... placuit. *Tacit. Ann.* 2, 47. Cf. Bianoris epigr. in Brunkii Anal. T. 2, p. 151.

772. p. C. n. 19. M. IUNIO SILANO L. NORBANO BALBO COSS.

Eodem anno gravibus senatus decretis libido feminarum coërcita, cautumque, ne quaestum corpore faceret, cui avus aut pater aut maritus eques Romanus fuisset, nam Vistilia, praetoria familia genita, licentiam stupri apud aediles vulgaverat. *Tacit. Ann.* 2, 85. — Matronas prostratae pudicitiae, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui maiorum more de communi sententia coërcerent, auctor fuit. *Sueton. Tiber.* 35. — *Papinianus Lib. II. de Adulter.* Mulier, quae evitandae poenae adulterii gratia lenocinium fecerit, aut operas suas in scenam locavit, adulterii accusari damnarique ex senatusconsulto potest. *L.* 10, § 2 *D. ad L. Iul. de Adult.* 48, 5. — * *Scaevola Lib. IV. Regularum.* Si vir infamandae uxoris suae causa adulterum subiecerit, ut ipse deprehenderit, et vir et mulier adulterii crimine tenentur, ex senatusconsulto de ea re facto. *L.* 14, § 1 *D. e. t.* — Actum de sacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis, factumque patrum consultum, ut quatuor millia libertini generis, ea superstitione infecta, quibus idonea aetas, in insulam Sardiniam veherentur ... ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent. *Tacit. Ann.* 2, 85. — Externas caerimonias, Aegyptios Iudaicosque ritus compescuit: coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum instrumento omni comburere. Iudaeorum iuventutem per speciem sacramenti in provincias gravioris coeli distribuit; reliquos gentis eiusdem vel similia sectantes urbe summovit, sub poena perpetuae servitutis, nisi obtemperassent. *Sueton. Tiber.* 36. — *Τόν τε ναὸν καθεῖλε καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς Ἴσιδος εἰς τὸν Θύβριν ποταμὸν ἐκέλευσεν ἐμβαλεῖν.* Templum evertit et Isidis simulacrum in Tiberim fluvium demergi iussit. *Ioseph. Antiq.* 18, 4. — Saevitiam annonae incusante plebe statuit frumento pretium, quod emtor penderet, binosque nummos se additurum negotiatoribus in singulos modios. *Tacit. Ann.* 2, 87. — (Cf. ad legem Iuniam Norbanam a. 757.) .... manumissi sunt, Latini Iuniani dicuntur: Latini ideo, quia assimilati sunt Latinis coloniariis; Iuniani ideo, quia per legem Iuniam libertatem acceperunt, quum olim servi viderentur esse. *Gai.* 1, 22. — Admonendi sumus, eos, qui nunc Latini Iuniani dicuntur, olim ex iure Quiritium servos fuisse, sed auxilio praetoris in

libertatis forma servari solitos; unde etiam res eorum peculii iure ad patronos pertinere solita est; postea vero per legem Iuniam eos omnes, quos praetor in libertate tuebatur, liberos esse coepisse, et appellatos esse Latinos Iunianos ... Legis Iuniae lator ... necessarium existimavit, ne beneficium datum in iniuriam patronorum converteretur, cavere, ut bona defunctorum proinde ad manumissores pertinerent, ac si lex lata non esset. *Gai.* 3, 56. — *Ἀλλὰ νῦν ἔχουσιν ἰδίαν ἐλευθερίαν εἰς τοὺς φίλους ἠλευθερωμένοι, καὶ γίνονται Λατῖνοι Ἰουνιανοὶ, ἐπειδὴ νόμος Ἰούνιος, ὃς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἐξίσωσεν αὐτοὺς Λατίνοις κολωναρίοις, οἳ, ὅτε ἦσαν πολῖται Ῥωμαίων ἀπελεύθεροι, ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν κολωνίαν δεδώκεισαν.* Sed nunc habent propriam libertatem inter amicos manumissi, et fiunt Latini Iuniani, quoniam lex Iunia, quae libertatem eis dedit, exaequavit eos Latinis colonariis, qui quum essent cives Romani liberti, nomen suum in coloniam dedissent. *Fragm. Vet. Icti de Manumiss.* § 6. — *Ἐν τούτοις, οἳ μεταξὺ φίλων ἐλευθεροῦνται, θέλησις δεσπότου σκοπεῖται. νόμος γὰρ Ἰούνιος τούτους γίνεσθαι Λατίνους κελεύει, οὓς ὁ δεσπότης ἐλευθέρους εἶναι ἠθέλησεν.* In iis, qui inter amicos manumittuntur, voluntatem domini spectant: lex enim Iunia eos fieri Latinos iubet, quos dominus liberos esse voluit. *Fragm. cit.* § 7. — *Ὁμοίως, ἵνα δυνηθῇ ἔχειν ὁ δοῦλος τὴν ἐλευθερίαν, τοιοῦτος εἶναι ὀφείλει, ἵνα ὁ πραίτωρ εἴτε ἀνθύπατος ἐλευθερίαν αὐτοῦ συντηρῇ, καὶ γὰρ τοῦτο νόμῳ Ἰουνίῳ ἠσφάλισται.* Similiter, ut possit habere servus libertatem, talis esse debet, ut praetor sive proconsul libertatem eius tueatur; nam et hoc lege Iunia tutatum est. *Fragm. Vet. Icti de Manumiss.* § 8. — Hodie ipso iure liberi sunt ex lege Iunia, qua lege Latini sunt nominatim inter amicos manumissi. *Ulp.* 1, 10. — Latini ex lege Iunia Norbana fiebant. § 3 *Inst. de Libert.* 1, 5. — Qui voluntate domini in libertate fuerit, liber sit. *Quinctiliani Declam.* 340, 342. Cf. Sueton. Clar. Rhet. 1. § 4 Inst. de Success. lib. 3, 7. — *Πάλαι γὰρ ἐλευθερούμενοι ... ποτὲ δὲ τὴν ἐλάττονα (ἐλάμβανον ἐλευθερίαν) καὶ ἀπετελοῦντο* Latini Iuniani, *ἀπὸ νόμου Ἰουνίου Νορβανοῦ.* Olim enim manumissi ... aliquando minorem (accipiebant libertatem) et efficiebantur Latini Iuniani ex lege Iunia Norbana. *Theophil. Paraphr. Inst.* 1, 5, 3. — *Ὁ νόμος Ἰούνιος, ὃς τῶν Λατίνων γένος εἰσήγαγεν, οὐκ ἀνήκει πρὸς Ἕλληνας ἐλευθεροῦντας.* Lex Iunia, quae Latinorum genus introduxit, non pertinet ad peregrinos manumissores. *Fragm. cit. de Manumiss.* § 12. — *Imp. Iustinianus A. Ioanni P. O.* Quum Latini liberti ad similitudinem antiquae Latinitatis, quae in coloniis (colonias) missa est, videntur esse introducti. *L. un. pr. C. de Latina libert. toll.* 7, 6. — Illud etiam satis acerbum nobis visum est, quod putabat antiquitas, si in liberali iudicio superatus fuerat servus a domino, deinde servi pretium ab aliquo ei solutum est, in Latinitate eum remorari. *L. un. cit.* § 8. — Differant ea iura, quae in bonis Latinorum ex lege Iunia constituta sunt, ab his, quae in hereditate civium Romanorum libertorum observantur. *Gai.* 3, 57. — Non tamen illis permittit lex Iunia nec ipsis testamentum facere, nec ex testamento alieno capere, nec tutores testamento dari. *Gai.* 1, 23. — Latinus Iunianus ... testamentum facere non potest ... quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est. *Ulp.* 20, 14. — Ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, et, quasi servorum, ita bona eorum iure quodammodo peculii ex lege Iunia manumissores detinebant. § 4 *Inst. de Success. libert.* 3, 7. — (Latinus Iunianus) si quidem mortis testatoris tempore vel intra diem cretionis civis Romanus sit, heres esse potest; quod si Latinus manserit, lege Iunia capere hereditatem prohibetur. *Ulp.* 22, 3. — Latini Iuniani fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint. *Ulp.* 25, 7. — Latini ... qui hereditates legataque directo iure lege Iunia capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt. *Gai.* 2, 275. — Praeterea permissum est iis, et peregrinos et Latinos instituere heredes, vel iis legare; quum alioquin peregrini quidem ratione civili prohibeantur capere hereditatem legataque, Latini vero per legem Iuniam. *Gai.* 2, 110. — * Quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, veluti ceciderit ab eo: verbi gratia si caelibi vel Latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel caelebs legi paruerit, vel Latinus ius Quiritium consecutus sit. *Ulp.* 17, 1. Vid. supra p. 28. — Eum servum, qui tantum in bonis noster est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia Latinitatem consequitur, quod non proficit ad hereditatem capiendam. *Ulp.* 22, 8. — Si cum liberis suis etiam extraneum heredem patronus reliquerit ... non habet lex Iunia locum, sed senatusconsultum (Largianum). *Gai.* 3, 70. Cf. a. 795. — Testamento tutores dari possunt hi, cum quibus testamenti faciendi ius est, praeter Latinum Iunianum; nam Latinus habet quidem testamenti factionem, sed tamen tutor dari non potest; id enim lex Iunia prohibet. *Ulp.* 11, 16. — (Unde si ancilla ex iure Quiritium) tua sit, in bonis mea, a me quidem solo, non etiam a te manumissa, Latina fieri potest et bona eius ad me pertinent, sed eius tutela tibi competit, nam ita lege Iunia cavetur. *Gai.* 1, 167. — Lex Iunia tutorem fieri iubet Latinae vel Latini impuberis eum, cuius etiam ante manumissionem ex iure Quiritium fuit. *Ulp.* 11, 19. Cf. Gai. 1, 195. Isidor. Etym. 9, 4, 51.

773. p. C. n. 20. M. VALERIO MESSALA C. AURELIO COTTA COSS.

Ulpianus Lib. I. de Officio Proconsulis. Proficisci autem proconsulem melius quidem est sine uxore, sed et cum uxore potest, dummodo sciat, senatum Cotta et Messala consulibus censuisse futurum, ut, si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio et vindicta exigatur. *L.* 4, § 2 *D. de Offic. proc.* 1, 16. Cf. a. 777. — *Ulpianus de Officio Proconsulis sub Titulo de Poena Legis Corneliae Testamentariae Lib. VIII.* Item, qui ob instruendam advocationem testimoniave pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coierit aut aliquam delationem interposuerit: item si quis coierit ad accusationem innocentium, senatusconsulto, quod Cotta et Messala Coss. factum est, coërcetur. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 8, 7. — *Martianus Lib. XIV. Institutionum.* (Qui) ob instruendam advocationem testimoniave pecuniam acceperit pactusve fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentium, ex senatusconsulto coërcetur. *L.* 1, § 1 *D. de L. Corn. de Falsis* 48, 10. — Relatum ... de moderanda Papia Poppaea, quam senior Augustus, post Iulias rogationes, incitandis caelibum poenis et augendo aerario sanxerat: nec ideo coniugia et educationes liberum frequentabantur, praevalida orbitate. *Tacit. Ann.* 3, 25. Vid. supra p. 25. — Terror omnibus intentabatur (Augusti legibus), ni Tiberius statuendo remedio, quinque consularium, quinque e praetoriis, totidem e cetero senatu sorte duxisset, apud quos exsoluti plerique legis nexus modicum in praesens levamentum fuere. *Tacit. Ann.* 3, 28. — *Venuleius Saturninus Lib. II. de Iudiciis Publicis.* Si servus reus postulabitur, eadem observanda sunt, quae si liber esset, ex senatusconsulto Cotta et Messala Coss. *L.* 12, § 3 *D. de Accusat.* 48, 2. — Neronem ... commendavit patribus, utque munere capessendi vigintiviratus solveretur et quinquennio maturius, quam per leges, quaesturam peteret ... additur pontificatus, et quo primum die forum ingressus est, congiarium plebi. *Tacit. Ann.* 3, 29.

774. p. C. n. 21. TIBERIO CAES. A. IV. IULIO DRUSO CAES. II. COSS.

De Africa decretum, ut Caesar legeret, cui mandanda foret. *Tacit. Ann.* 3, 32. — Factum senatusconsultum, ne decreta patrum ante diem decimum ad aerarium deferrentur, idque vitae spatium damnatis prorogaretur. *Tacit. Ann.* 3, 51. — * *Papinianus Lib. XXXVI. Quaestionum.* Si quis in honore ministeriove publico sit, reus quidem postulatur, sed differtur eius accusatio et cautione iudicii sistendi promittitur in finem honoris, et hoc ita Tiberius Caesar rescripsit. *L.* 38, § 10 *D. ad Legem Iul. de Adult.* 48, 5. — *Δόγματι παραδοθῆναι ἐκέλευσε, μήτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὸν καταψηφισθέντα ὑπ᾽ αὐτῶν, μήτε τὸ γράμμα, τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ γενόμενον, ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τοῦ*

αὐτοῦ χρόνου ἀποτίθεσθαι· ὅπως καὶ ἀποδημῶν προπυνθάνηται τὰ δόξαντα σφίσι, καὶ ἐπιδιακρίνῃ. In senatusconsultum referri iussit, ne quis a senatu damnatus intra diem decimum necaretur, neve decretum, hanc in rem latum, ante id tempus in aerarium deferretur, quo videlicet absens etiam de eorum sententia cognoscere et iudicium ferre posset. *Dio Cass.* 57, 20. — Quum senatusconsulto cautum esset, ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur. *Sueton. Tiber.* 75.

775. p. C. n. 22. DECIO HATERIO AGRIPPA C. SULPICIO GALBA COSS.

Incipiente C. Bibulo, ceteri quoque aediles disseruerant, sperni sumtuariam legem, vetitaque utensilium pretia augeri in dies, nec mediocribus remediis sisti posse. Et consulti patres integrum id negotium ad principem distulerant ... Tiberius literas ad senatum composuit ... Auditis literis, remissa aedilibus cura. *Tacit. Ann.* 3, 52—55. Cf. Gellius 2, 24. Plin. Hist. Nat. 33, 8. Vid. a. 732. — Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum recisis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis ... Adhibendum suppellectili modum censuit, annonamque macelli, senatus arbitratu quotannis temperandam, dato aedilibus negotio, popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. *Sueton. Tiber.* 34. — Tiberius ... mittit literas ad senatum, quibus potestatem tribuniciam Druso petebat. *Tacit. Ann.* 3, 56. — Tiberius, vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui praebebat, postulata provinciarum ad disquisitionem patrum mittendo. Crebrescebat enim Graecas per urbes licentia atque impunitas asyla statuendi; complebantur templa pessimis servitiorum: eodem subsidio obaerati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum satis validum imperium erat coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum ut caerimonias deum protegentis. Igitur placitum, ut mitterent civitates iura atque legatos ... Aphrodisienses et Stratonicenses ... recens D. Augusti decretum attulere ... Auditae aliarum quoque civitatum legationes. Quorum copia fessi patres et quia studiis certabatur, consulibus permisere, ut perspecto iure, et si qua iniquitas involveretur, rem integram rursum ad senatum referrent. Consules ... retulerunt ... factaque senatusconsulta, quibus, multo cum honore, modus tamen praescribebatur, iussique ipsis in templis figere aera, sacrandam ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur. *Tacit. Ann.* 3, 60—63. — Abolevit ius moremque asylorum. *Sueton. Tiber.* 37. — *Τοὺς ὑπάτους συναγορεύειν τισὶν ἐκώλυσεν, εἰπὼν ὅτι, „Εἰ ὑπάτευον, οὐκ ἂν ἐποίησα τοῦτο.“* Consules patrocinari aliquibus cupientes hoc dicto prohibuit, se, si consul esset, id neutiquam facturum. *Dio Cass.* 57, 21. — *Τοὺς δὲ ὀρχηστὰς τῆς τε Ῥώμης ἐξήλασε, καὶ μηδαμόθι τῇ τέχνῃ χρῆσθαι προσέταξεν.* Histriones Roma Tiberius exturbavit, utque arte illa nusquam uterentur, interdixit. *Dio Cass.* 57, 21. Cf. a. 776. — *Ἀπεῖπε δὲ ὁ Τιβέριος τοῖς πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθεῖσι, μὴ διατίθεσθαι· καὶ τοῦτο καὶ νῦν φυλάττεται.* Eos etiam, quibus aqua et igni esset interdictum, testamenti factione prohibuit, quod interdictum hodie valet. *Dio Cass.* 57, 22.

776. p. C. n. 23. C. ASINIO POLLIONE C. ANTISTIO VETERE COSS.

Tiberii demum principatus nono anno in unitatem venit equester ordo, annulorumque auctoritati forma constituta est C. Asinio Pollione C. Antistio Vetere Coss., anno urbis conditae DCCLXXV. (leg. DCCLXXVI.), quod miremur, futili paene de causa, quum C. Sulpicius Galba, dum iuvenilem famam apud principem popinarum poenis aucupatur, questus esset in senatu, vulgo institores eius culpae defendi annulis. Hac de causa constitutum, ne cui ius id esset, nisi qui ingenuus ipse patre avoque paterno sestertia CCCC census fuisset et lege Iulia theatrali in XIV ordinibus sedisset. Postea gregatim insigne id appeti coeptum. Propterque haec discrimina Caius princeps decuriam quintam adiecit, tantumque natum est fastus, ut quae sub divo Augusto impleri non potuerant decuriae, non capiant eum ordinem, passimque ad ornamenta ea etiam servitute liberati transiliant, quod antea nunquam erat factum, quoniam in ferreo annulo equites iudicesque intelligebantur: adeoque promiscuum id esse coepit, ut apud Claudium Caesarem, in censura eius, unus ex equitibus Flavius Proculus quadringentos ex ea causa reos postularet. Ita dum separatur ordo ab ingenuis, communicatus est cum servitiis. *Plin. Hist. Nat.* 33, 8. — Anni principio Drusus, ex Germanici liberis, togam virilem sumsit, quaeque fratri eius Neroni decreverat senatus, repetita. *Tacit. Ann.* 4, 4. — Publica negotia et privatorum maxima apud patres tractabantur, dabaturque primoribus disserere: et in adulationem lapsos cohibebat ipse: mandabatque honores, nobilitatem maiorum, claritudinem militiae, illustres domi artes spectando, ut satis constaret, non alios potiores fuisse. Sua consulibus, sua praetoribus species. Minorum quoque magistratuum exercita potestas, legesque, si maiestatis quaestio eximeretur, bono in usu. *Tacit. Ann.* 4, 6. — * Quin etiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis senatui ac magistratibus et maiestate pristina et potestate: neque tam parvum quidquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac monopoliis, de exstruendis reficiendisve operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite ac legionum et auxiliorum descriptione. Denique quibus imperium prorogari aut extraordinaria bella mandari, quid et qua forma regum literis rescribi placeret. *Sueton. Tiber.* 30. — Quaedam adversus sententiam suam decerni, ne questus quidem est ... Cetera quoque non nisi per magistratus et iure ordinario agebantur. *Sueton. Tiber.* 31. — At frumenta et pecuniae vectigales, cetera publicorum fructuum, societatibus equitum Romanorum agitabantur. Res suas Caesar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat; semelque assumti tenebantur ... Infoecunditati terrarum aut asperis maris obviam iit, quantum impendio diligentiaque poterat. Et ne provinciae novis oneribus turbarentur, utque vetera sine avaritia aut crudelitate magistratuum tolerarent, providebat. Corporum verbera, ademtiones bonorum aberant. *Tacit. Ann.* 4, 6. — Rari per Italiam Caesaris agri, modesta servitia, intra paucos libertos domus, ac si quando cum privatis disceptaret, forum et ius. *Tacit. Ann.* 4, 7. — Facta ... senatusconsulta, ut civitati Cibyraticae apud Asiam, Aegiensi apud Achaiam, motu terrae labefactis, subveniretur remissione tributi in triennium. *Tacit. Ann.* 4, 13. — Pulsi histriones Italia. *Tacit. Ann.* 4, 14. Vid. a. 775. — In primis tuendae pacis a grassaturis ac latrociniis seditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romae castra constituit, quibus praetorianae cohortes ... continerentur. *Sueton. Tiber.* 37. Cf. Philo Leg. ad Gaium et Tacit. Ann. 2, 64. — Praetorias, quae dispersae proximis municipiis, seu Romae, quaeque per domos habebantur, in castra apud urbem redegit, qua tenebantur praefecturam appellans, vel augens, praetorio: nam ceteros paritorum praesidesque Augustus instituerat. *Aurel. Vict. de Caes.* 2. Cf. Tacit. Ann. 4, 2. — Populares tumultus exortos gravissime coërcuit et ne orirentur, sedulo cavit. Caede in theatro per discordiam admissa, capita factionum et histriones, propter quos dissidebatur, relegavit, nec ut revocaret, unquam ullis populi precibus potuit evinci. *Sueton. Tiber.* 37. — Censorium funus, effigiem (Lucilii Longi) apud forum Augusti publica pecunia patres decrevere, apud quos etiam tum cuncta tractabantur. *Tacit. Ann.* 4, 15. — Sub idem tempus de flamine Diali in locum Servii Maluginensis defuncti legendo, simul roganda nova lege, disseruit Caesar. Nam patricios, confarreatis parentibus genitos, tres simul nominari, ex quibus unus legeretur, vetusto more; neque adesse, ut olim, eam copiam, omissa confarreandi adsuetudine aut inter paucos retenta; pluresque eius rei causas afferebat; potissimam penes incuriam virorum feminarumque: accedere ipsius caerimoniae difficulta-

tes, quae consulto vitarentur, et quando exiret e iure patrio, qui id flaminium apisceretur, quaeque in manum flaminis conveniret. Ita medendum senatus decreto aut lege, sicut Augustus quaedam ex horrida illa antiquitate ad praesentem usum flexisset. Igitur tractatis religionibus placitum, instituto flaminum nihil demutari. Sed lata lex, qua flaminica Dialis, sacrorum causa, in potestate viri, cetera promiscuo feminarum iure ageret, et filius Maluginensis patri suffectus. Utque glisceret dignatio sacerdotum atque ipsis promtior animus foret ad capessendas caerimonias, decretum Corneliae virgini, quae in locum Scantiae capiebatur, HS. XX et quoties Augusta theatrum introisset, ut sedes inter Vestalium consideret. *Tacit. Ann.* 4, 16. — Maximos natu de Germanici filiis Neronem et Drusum P. C. commendavit (cf. Tacit. Ann. 4, 8) diemque utriusque tirocinii congiario plebi dato celebravit. *Sueton. Tiber.* 54. (De primo Tiberii congiario cf. Sueton. Tiber. 20.)

777. p. C. n. 24. SER. CORNELIO CETHEGO L. VISELLIO VARRONE COSS.

Ἡ μέντοι πανήγυρις ἡ δεκαετηρὶς ἐποιήθη. Ludi tamen decennales facti. *Dio Cass.* 57, 24. — Messalinus Cotta censuit, cavendum senatusconsulto, ut quamquam insontes magistratus et culpae alienae nescii provincialibus uxorum criminibus perinde quam suis plecterentur. *Tacit. Ann.* 4, 20. Cf. a. 773. — * Militia ius Quiritium accipit Latinus, si inter vigiles Romae sex annos militaverit, ex lege Visellia. *Ulp.* 3, 5. — Quum libertus se dicit ingenuum ... lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. *C. Th.* 9, 20, 1. *C. I.* 9, 31, 1. — * Lex Visellia libertinae conditionis homines persequitur, si ea, quae ingenuorum sunt, circa honores et dignitates ausi fuerint attentare, vel decurionatum arripere, nisi iure aureorum annulorum impetrato a principe sustententur. *L.* 1 *C. ad L. Visell.* 9, 21. Cf. l. 1 C. Si servus 10, 32. — Actum de praemiis accusatorum abolendis, si quis maiestatis postulatus ante perfectum iudicium se ipse vita privasset: ibaturque in eam sententiam, ni durius contraque morem suum, palam pro accusatoribus, Caesar irritas leges, rempublicam in praecipiti conquestus esset: subverterent potius iura, quam custodes eorum amoverent. Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum et poenis quidem nunquam satis coërcitum, per praemia eliciebantur. *Tacit. Ann.* 4, 30.

778. p. C. n. 25. M. ASINIO AGRIPPA COSSO CORNELIO LENTULO COSS.

Libros (Cremutii Cordi annales) per aediles cremandos censuere patres. *Tacit. Ann.* 4, 35. Cf. Dio Cass. 57, 24. — Obiecta publice Cyzicenis incuria caerimoniarum D. Augusti, additis violentiae criminibus adversum cives Romanos: et amisere libertatem. *Tacit. Ann.* 4, 36. — Cyzicenis in cives Romanos violentius quaedam ausis publice libertatem ademit. *Sueton. Tiber.* 37. — *Κυζικηνῶν ἡ ἐλευθερία αὖθις ... ἀφῃρέθη.* Cyzicenis libertas iterum ... ademta. *Dio Cass.* 57, 24.

780. p. C. n. 27. M. LICINIO CRASSO L. CALPURNIO PISONE COSS.

* *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Si quis iudicii communi dividundo evitandi causa rem alienaverit, ex lege Licinia (* senatusconsulto Liciniano) ei interdicitur, ne communi dividundo iudicio experiatur. *L.* 12 *D. de Alien. iud. mut. c. facta* 4, 7. — Cautum in posterum senatusconsulto, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res, neve amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatae. *Tacit. Ann.* 4, 63. — Actae ei (Tiberio) grates apud senatum ... adduntur sententiae, ut mons Caelius in posterum Augustus appellaretur. *Tacit. Ann.* 4, 64. Cf. a. 786. — Caesar edicto monuerat, ne quis quietem eius interrumperet concursusque oppidanorum opposito milite prohiberentur. *Tacit. Ann.* 4, 67. — Urbe egrediens, ne quis se interpellaret, edixerat. *Sueton. Tiber.* 40.

767—780. p. C. n. 14—27.

Nec patrum cognitionibus satiatus iudiciis assidebat in cornu tribunalis, ne praetorem curuli depelleret, multaque eo coram adversus ambitum et potentium preces constituta. *Tacit. Ann.* 1, 74. Cf. Sueton. Tiber. 33 (vid. supra p. 35) et Dio Cass. 57, 7.

782. p. C. n. 29. L. RUBELLIO GEMINO C. FUFIO GEMINO COSS.

Ulpianus (de Officio Proconsulis) sub Titulo de Poena Legis Corneliae Lib. VIII. Sed et si quis ob denuntiandum vel non denuntiandum remittendumve testimonium pecuniam acceperit, senatusconsulto, quod duobus Geminis Coss. factum est, poena legis Corneliae afficitur. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 8, 7. — *Macer Lib. Publicorum Iudiciorum.* Si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest iudicium publicum esse ex senatusconsultis, quibus poena legis Corneliae teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quive ob accusandum vel non accusandum, denuntiandum vel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperit. *L.* 2 *D. de Concuss.* 47, 13. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Si quis ob renuntiandum remittendumve testimonium, dicendum vel non dicendum pecuniam acceperit, poena legis Corneliae afficitur, et qui iudicem corruperit corrumpendumve curaverit. Sed et si iudex constitutiones principum neglexerit, punitur. *L.* 1, § 2 *D. ad L. Cornel.* 48, 10. — Caesar ... increpita per edictum plebe, questus apud patres, quod fraude unius senatoris imperatoria maiestas elusa publice foret, integra tamen sibi cuncta postulavit. *Tacit. Ann.* 5, 5. — * Novum officium instituit a voluptatibus, praeposito equite Romano T. Caesonio Prisco. *Sueton. Tiber.* 42.

784. p. C. n. 31. TIBERIO CAES. A. V. L. AELIO SEIANO COSS.

Tradunt temporis eius auctores, quia triumvirali supplicio affici virginem inauditum habebatur, a carnifice laqueum iuxta compressam (Seiani filiam). *Tacit. Ann.* 5, 9. Cf. Dio Cass. 58, 11. — * Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta accusatoribus praecipua praemia, nonnunquam et testibus. *Sueton. Tiber.* 61. — *Καὶ προσέτι καὶ ἀπεῖπε, μήτ᾽ ἀνθρώπων τινὶ θύεσθαι ... μήτε ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ τιμῇ τι χρηματίζεσθαι ... τοῦτο γὰρ ἀπηγορεύκει μὲν καὶ πρότερον, τότε δὲ ... ἀνενεώσατο.* Edixit etiam, ne cui homini sacrificaretur ... neve de sui honore quidquam referretur ... quod iam antea interdictum, tum ... repetebatur. *Dio Cass.* 58, 8. — *Μετὰ τοῦτο καὶ τέλος τι διακοσιοστὴν ἔχον, ἑκατοστὴν ἤγαγε ... καὶ τὰς ἐσαγγελίας πάσας ἐς τὴν γερουσίαν ἐσῆγεν.* Etiam deinceps pro ducentesimae vectigali centesimam instituit ... Etiam omnia crimina ad senatum deferri iussit. *Dio Cass.* 58, 16. Cf. a. 770.

785. p. C. n. 32. CN. DOMITIO AHENOBARBO M. FURIO CAMILLO SCRIBONIANO COSS.

Incusavit magistratus patresque, quod non publica auctoritate populum coërcuissent; addiditque, quibus e provinciis et quanto maiorem, quam Augustus, rei frumentariae copiam advectaret. Ita castigandae plebi compositum senatusconsultum prisca severitate, neque segnius consules edixere. *Tacit. Ann.* 6, 13. — Ut Macro praefectus tribunorumque et centurionum pauci secum introirent, quoties curiam ingrederetur, petivit, factoque large et sine praescriptione generis aut numeri senatusconsulto, ne tecta quidem urbis, adeo publicum consilium nunquam adiit. *Tacit. Ann.* 6, 15. — *Τῷ δ᾽ οὖν δόγματι προσενέγραψαν, ὥστε ἔρευναν σφῶν ἐσιόντων, μὴ καὶ ξιφίδιόν τις ὑπὸ μάλης ἔχῃ, γίγνεσθαι. τοῦτο μὲν δὲ τῷ ἐχομένῳ ἔτει ἐγνώσθη.* Nam senatusconsulto addiderunt, excutiendos esse, qui in senatum venirent, ne quis eorum pugionem sub ala haberet. Id senatusconsultum anno insequenti factum est. *Dio Cass.* 58, 18. — * *Τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ μακρότερον, τοὺς δὲ ἐπὶ βραχύτερον αὖ ᾑρεῖτο, καὶ τοὺς μὲν ἔτι καὶ θᾶσσον τοῦ τεταγμένου ἀπήλλασσε, τοῖς δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἄρχειν ἐδίδου. ἤδη δὲ καὶ ἐς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ἀποδείξας ἄν τινα, ἐκεῖνον μὲν κατέλυεν,*

ἕτερον δὲ, καὶ αὖθις ἕτερον ἀντικαθίστη. καί τινας καὶ ἐς τρίτον ἑτέρους προχειριζόμενος, εἶτα ἄλλους ὑπατεύειν πρὸ αὐτῶν ἀνθ᾽ ἑτέρων ἐποίει. καὶ περὶ μὲν τοὺς ὑπάτους ταῦτα διὰ πάσης, ὡς εἰπεῖν, τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ ἐγίγνετο. τῶν δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς αἰτούντων ἐξελέγετο ὅσους ἤθελε, καὶ σφᾶς ἐς τὸ συνέδριον ἐσέπεμπε, τοὺς μὲν συνιστὰς αὐτῷ ... τοὺς δὲ ἐπί τε τοῖς δικαιώμασι, καὶ ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ, τῷ τε κλήρῳ ποιούμενος. καὶ μετὰ τοῦτο ἔς τε τὸν δῆμον καὶ ἐς τὸ πλῆθος οἱ προσήκοντες ἑκατέρῳ, τῆς ἀρχαίας ὁσίας ἕνεκα, καθάπερ καὶ νῦν, ὥστε ἐν εἰκόνι δοκεῖν γίγνεσθαι, ἐσιόντες ἀπεδείκνυντο. εἰ δ᾽ οὖν ποτε ἐνέλιπόν τινες ἢ καὶ φιλονεικίᾳ ἀκράτῳ ἐχρήσαντο, καὶ ἐλάττους προεχειρίζοντο. Nam alios in longius, alios in brevius tempus legebat, quorum nonnullos citius statuto iussit abire magistratu, quosdam et diutius eo fungi voluit. Nam etiamsi quem ad totum annum consulem creasset, mox eo deposito alium, iterumque alium subinde subrogabat, et ubi quem tertio loco sufficiendum designasset, deinde tamen alium adhuc ante ipsum constituebat suffectum. Sic in consulibus creandis, toto fere imperii sui tempore, versatus est: ex ceterorum magistratuum candidatis, quot vellet, electos solebat in senatum mittere, alios ei commendans ... alios suffragiis, comparationi et sorti permittens. Postea illi ad comitia eligendorum magistratuum, quo quisque pertineret, hinc centuriata, hinc tributa progressi designabantur; sicut nunc quoque fit, saltem ut per simulationem haberi comitia videantur. Quodsi qui aliquando deficerent, aut immodica contentione efferrentur, etiam pauciores constituebantur. *Dio Cass.* 58, 20.

786. p. C. n. 33. SERVIO SULPICIO GALBA L. CORNELIO SULLA FELICE COSS.

Venuleius (Saturninus) Lib. II. de Iudiciis Publicis. Hos accusare non licet: legatum imperatoris, id est praesidem provinciae ex sententia Lentuli, dicta Sulla et Trione Coss. *L.* 12 *pr. D. de Accusationibus* 48, 2. — Publice munificentiam bis omnino exhibuit, proposito millies HS. gratuito in triennii tempus, et rursus quibusdam dominis insularum, quae in monte Caelio deflagrarant, pretio restituto. Quorum alterum magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante coactus est facere, quum per senatusconsultum sanxisset, ut foeneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem aeris alieni statim solverent, nec res expediretur; alterum ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamen beneficium tanti aestimavit, ut montem Caelium appellatione mutata vocari Augustum iusserit. *Sueton. Tiber.* 48. Cf. a. 780. — Tum Gracchus praetor, cui ea quaestio evenerat, multitudine periclitantium subactus retulit ad senatum; trepidique patres (neque enim quisquam tali culpa vacuus) veniam a principe petivere; et concedente annus in posterum sexque menses dati, quibus secundum iussa legis rationes familiares quisque componerent. Hinc inopia rei nummariae, commoto simul omnium aere alieno, et quia tot damnatis bonisque eorum divenditis signatum argentum fisco vel aerario attinebatur. Ad hoc senatus praescripserat, duas quisque foenoris partes in agris per Italiam collocaret. Sed creditores in solidum appellabant, nec decorum appellatis minuere fidem. Ita primo concursatio et preces; dein strepere praetoris tribunal; eaque, quae remedio quaesita, venditio et emtio, in contrarium mutari, quia foeneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant. Copiam vendendi secuta vilitate, quanto quis obaeratior, aegrius distrahebant, multique fortunis provolvebantur; eversio rei familiaris dignitatem ac famam praeceps dabat, donec tulit opem Caesar, disposito per mensas millies sestertio, factaque mutuandi copia sine usuris per triennium, si debitor populo in duplum praediis cavisset. Sic refecta fides et paulatim privati quoque creditores reperti; neque emtio agrorum exercita ad formam senatusconsulti, acribus, ut ferme talia, initiis, incurioso fine. *Tacit. Ann.* 6, 16, 17. — Eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea, quae solo continerentur. *Plin. Epist.* 6, 19. — *Τό,τε πρᾶγμα τὸ κατὰ τὰ δανείσματα ἐμετρίασε, καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τῷ δημοσίῳ ἔδωκεν, ὥστ᾽ αὐτὰς ὑπ᾽ ἀνδρῶν βουλευτῶν ἀτοκὶ τοῖς δεομένοις ἐς τρία ἔτη ἐκδανεισθῆναι. τούς τε ἐπιβοητοτάτους τῶν τὰς κατηγορίας ποιουμένων ἀποθανεῖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐκέλευσε. καὶ ἐνδεῖξαί τινα ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἑκατοντάρχοις ἐξητασμένου βουληθέντος, ἀπεῖπε μηδένα ἐστρατευμένον τοῦτο ποιεῖν· καίπερ καὶ ἱππεῦσι καὶ βουλευταῖς ἐπιτρέπων αὐτὸ πράττειν.* Tiberius rem foenerariam temperavit, milliesque sestertium reipublicae largitus est: quam pecuniam senatorii ordinis viri indigentibus sine usura ad tres annos mutuo darent. Una item die eos, qui inter delatores praecipui erant, omnes occidi iussit: ac quum unus, qui aliquando centurio fuerat, indicium de aliquo vellet deferre, omnibus emeritis ea re interdixit, quum equitibus et senatoribus eam concessisset. *Dio Cass.* 58, 21. — *Τὸν δὲ Τιβέριον ἀνενεγκεῖν μὲν (περὶ τοῦ Χριστοῦ) τῇ συγκλήτῳ, ἐκείνην τ᾽ ἀπώσασθαι φασὶ τὸν λόγον· τῷ μὲν δοκεῖν, ὅτι μὴ πρότερον αὐτὴ τοῦτο δοκιμάσασα ἦν· παλαιοῦ νόμου κεκρατηκότος, μὴ ἄλλως τινὰ παρὰ Ῥωμαίοις θεοποιεῖσθαι, μὴ οὐχὶ ψήφῳ καὶ δόγματι συγκλήτου ... (Τερτουλλιανός) „Τιβέριος οὖν ... ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος τούτου, ἔνθα πρῶτον ἤρξατο, τῇ συγκλήτῳ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνοις, ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκεται. ἡ δὲ σύγκλητος, ἐπεὶ οὐχ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο, ὁ δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀποφάσει ἔμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγόροις.“* Ac Tiberium quidem rem ad senatum detulisse perhibent, sed senatum eiusmodi relationem aspernatum esse: specie quidem eo, quod senatus auctoritas ad id non exspectata videbatur, quum tamen vetus lex esset apud Romanos, ne quis absque decreto senatus pro Deo haberetur ... (Ex Tertulliano) „Tiberius ergo ... annunciata sibi ex Palaestina, quae illic veritatem illius divinitatis revelaverant, detulit ad senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit, Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum.“ *Euseb. Hist. Eccl.* 2, 2. — *Ὅτι Τιβέριος ἀνήγγελλε ἐπὶ τὴν σύγκλητον, ὥστε τὸν Χριστὸν τρισκαιδέκατον θεὸν εἶναι, ἡ δὲ σύγκλητος οὐκ ἀπεδέξατο.* Tiberius retulerat ad senatum, ut deus tertius decimus Christus fieret, recusante senatu etc. *Historiae Romanae Excerpta in Scriptorum Vet. nova Collect. e vet. codd. ed. ab Ang. Maio Romae* 1827, *T. II. p.* 246. — *Πιλᾶτος περὶ τῶν Χριστιανῶν δόγματος ἐκοινώσατο τῷ Τιβερίῳ Καίσαρι, κἀκεῖνος τῇ συγκλήτῳ Ῥώμης. τῆς δὲ μὴ προσιεμένης, Τιβέριος θάνατον ἠπείλησε τοῖς Χριστιανῶν κατηγόροις, ὡς ἱστορεῖ Τερτουλλιανὸς ὁ Ῥωμαῖος.* Pilatus Christianorum dogmata Tiberio Caesari, ille vero senatui Romano communicavit. Senatu autem id non admittente, Tiberius capitis poenam in Christianorum delatores decrevit, quemadmodum Tertullianus Latinus scriptor refert. *Chron. Pasch. p.* 430. — Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad senatum, ut inter cetera sacra reciperetur. Verum, quum ex consulto patrum, Christianos eliminari urbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem, scribit Tertullianus in Apologetico. *Hieronym. Chron. ann.* 2053. *Syncellus ad a.* 5534, *p.* 621. — *Τιβέριος οὖν, ἐφ᾽ οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον εἰσελήλυθεν, μαθὼν τῇ συγκλήτῳ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκεῖνος, ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκοιτο. ἡ δὲ σύγκλητος, ἐπεὶ οὐκ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο ... ταῦτά φησι Τερτυλιανός. οὗτος ὁ Τιβέριος θάνατον ἠπείλησε τοῖς Χριστιανῶν κατηγόροις.* Tiberius nomen Christianorum per orbem iam propagatum sentiens, de ea re ad senatum retulit, neque obscure tulit, sibi religionem Christianam probari. Senatus autem, quod eam improbaret, ipse quoque repudiavit ... Haec Tertullianus refert. Idem Tiberius mortem Christianorum accusatoribus minatus est. *Cedreni Hist. p.* 330. — *Καὶ ὅτι Τιβέριος καταπλαγεὶς ἀνήγγειλε πάντα τῇ συγκλήτῳ. ἡ δὲ οὐ προσήκατο, πειθαρχεῖν νόμῳ παλαιῷ λέγουσα, μὴ πρότερον θεοποιῆσαί τινα, εἰ μὴ ψήφῳ καὶ δόγματι παρ᾽ αὐτοῖς κριθείη. ὁ δὲ τὸν μὲν νόμον τοῦτον ἐδέξατο, ἐκέλευσε δὲ μηδένα ἐμποδίζειν τῷ Χριστοῦ κηρύγματι· καὶ μέντοι καὶ θάνατον προσηπείλησε τοῖς κατηγορεῖν τολμῶσι τοῦ κηρύγματος.* Tiberius attonitus eo nuntio (de resurrectione Christi) totam rem ad senatum retulit. Senatus legi se antiquae obtemperare potius dixit, qui nisi ex senatusconsulto non patiatur quemquam pro Deo haberi: im-

perator ea lege approbata, edixit tamen, ne quis praeconium de Christo impediret, mortem etiam minans, si quis eam doctrinam accusare auderet. *l. c. p.* 336. — Tiberius cum suffragio magni favoris retulit ad senatum, ut Christus deus haberetur. Senatus indignatione motus, quod non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit, edictoque constituit, exterminandos esse urbe Christianos, praecipue quum et Seianus, praefectus Tiberii, suscipiendae religioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus Christianorum mortem comminatus est. *Orosii Hist.* 7, 4.

787. p. C. n. 34. L. VITELLIO PAULO FABIO PERSICO COSS.

Qui intra sexagesimum, vel quae intra quinquagesimum annum neutri legi paruerit, licet ipsis legibus post hanc aetatem liberatus esset, perpetuis tamen poenis tenebitur ex senatusconsulto Perniciano (l. Persiciano). Sed Claudiano senatusconsulto maior sexagenario, si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem. *Ulp.* 16, 3. Cf. a. 762.

Incert. ann.

* Senatusconsulto cautum est, ut etiamsi earum rerum, quae in abusu continentur, ut puta vini, olei, tritici, ususfructus legatus sit, legatario res tradantur, cautionibus interpositis de restituendis iis, quum ususfructus ad legatarium pertinere desierit. *Ulp.* 24, 27. — *Ulpianus Lib. XVIII. ad Sabinum.* * Senatus censuit, ut omnium rerum, quas in cuiusque patrimonio esse constaret, ususfructus legari possit, quo senatusconsulto inductum videtur, ut earum rerum, quae usu tolluntur, possit ususfructus legari. *L.* 1 *D. de Usufr. ear. rer.* 7, 5. — *Paulus Lib. III. ad Sabinum.* Nec erit utile ex senatusconsulto, quo cavetur, ut omnium, quae in bonis sint, ususfructus legari possit. *L.* 1 *D. de Usu* 33, 2. — *Gaius Lib. VII. ad Edictum provinciale.* * Quo senatusconsulto non id effectum est, ut pecuniae ususfructus proprie esset ... sed remedio introducto coepit quasi ususfructus haberi. *L.* 2, § 1 *D. de Usufructu* 7, 5. — *Ulpianus Lib. XVIII. ad Sabinum.* Ad senatusconsultum erit descendendum, quod de cautione eorum loquitur. *L.* 11 *D. e. t.* Cf. l. 3, 5 pr., 8 D. e. t. — *Pomponius Lib. V. ad Sabinum.* Post senatusconsultum nulla res est, quae non cadit in usufructus legatum. *L.* 69 *D. ad L. Falcid.* 35, 2. — * Utilitatis causa senatus censuit, posse etiam earum rerum (quae usu consumuntur) usumfructum constitui, ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur ... Ergo senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum (nec enim poterat), sed per cautionem quasi usumfructum constituit. § 2 *Inst. de Usufr.* 2, 4. Cf. l. 12 D. Usufr. quemadm. cav. 7, 9; l. 24 D. de Usu 33, 2; l. 1 C. de Usufructu 3, 33. — *Pomponius Lib. singulari Enchiridii.* Massurius Sabinus in equestri ordine fuit, et publice primus respondit; posteaque hoc coepit beneficium (respondendi) dari a Tiberio Caesare, hoc tamen illi concessum erat ... Ergo Sabino concessum est a Tiberio Caesare, ut populo responderet. *L.* 2, § 47 *D. de Orig. iur.* 1, 2. — * *Pomponius Lib. XII. Ex Variis Lectionibus.* Et hoc Tiberius Caesar constituit in persona Parthenii, qui tanquam ingenuus heres scriptus adierat hereditatem, quum esset Caesaris servus; nam divisa est hereditas inter Tiberium et eum, qui Parthenio substitutus erat, ut refert Sextus Pomponius. *L.* 41 *D. de Heredib. instit.* 28, 5. — * Si servum alienum quis patremfamilias arbitratus heredem scripserit, et, si heres non esset, Maevium ei substituerit, isque servus iussu domini adierit hereditatem, Maevius in partem admittitur. Illa enim verba, „si heres non erit", in eo quidem, quem alieno iuri subiectum testator scit, sic accipiuntur: „si neque ipse heres erit, neque alium heredem effecerit"; in eo vero, quem patremfamilias esse arbitratur, illud significant: „si hereditatem sibi, eive, cuius iuri postea subiectus esse coeperit", non acquisierit. Idque Tiberius Caesar in persona Parthenii servi sui constituit. *Inst.* 2, 15, 4. *Theophilus ad* § 4 cit. — Factum Tiberio principe inopia chartae, ut e senatu darentur arbitri dispensandae. *Plin. Hist. Nat.* 13, 27. — * *Arrius Menander Lib. I. de Re militari.* Edicta Germanici Caesaris militem desertorem faciebant, qui diu abfuisset, ut is inter remansores haberetur, sed sive redeat quis et offerat se, sive deprehensus offeratur, poenam desertionis evitat; nec interest, cui se offerat, vel a quo deprehendatur. *L.* 4, § 13 *D. de Re milit.* 49, 16. — * *Lex de Sepulchris.* [*Imp. Tiberius Caesar Triumviris Iulio M. Antonio et Lepido.* De ea lege agrorum custodienda et limitum fide constare oportet, quemadmodum decumanis antehac assignatum est, quum ager divisus militi traderetur, ut extremis ac compaginantibus agros limitibus vel viis monumenta sepulchrave sacrarentur. nam] quidam rationem agrorum per eas recturas putant observari, quo vergant itinera ante colonias munita: in quibus si monumenta constituta inveniuntur [vel constituuntur], putant esse finalia. Nam monumentum plurimis est constitutum rationibus: est unum, quod ad itinera publica propter testimonium perennitatis est constitutum [vel quod constituitur], quod rationem finium non recipit, nisi forte inter convenientes ager divisus pactione fuerit: est et aliud, quod proximis aedibus suis unus quis miles vel consors condidit in portionibus suis, ut ad progeniem futuram testis loco heredibusve suis vice instrumentorum tabellarumve possessionis causam monstraverit: quod aeque nullam limitum recipit rationem: est et aliud, quod longe ab aedibus [vel itinera publica] constitutum [id] est iuxta legem Semproniam et Iuliam, quod kardinibus et decimanis esse constitutum monstratur: quod rationem finium recipere videtur, id est concurrentium linearum atque secantium se invicem, et ordinem in utrosque custodit, limitum rationem discernens. Nam et alia intra agros sunt sita, quae partes limitum servant, et iuxta perennem rationem unam lineam mittunt. Haec iugerationis modum servandi causa sunt sita, quibus etiam termini lapidei appositi certam distinctionem dant, quos apparet non ad fidem, nec rationem eorum limitum, qui maiorem modum agri respiciunt, pertinere. Eorum igitur sepulchrorum sequenda est constitutio, quae extremis finibus concurrentibus plures decursus agrorum spectant, atque multo longiores discretiones linearum perennes admittunt. Sunt etiam monumenta in itineribus constituta, quae fidem publicam tenent. Si tamen idem viae publicae cursus finitimus reperitur, finalia esse arbitramur. Omne enim monumentum dominorum nomina testatur, quae ad iura possessionum pertinere noscuntur. [Et ideo hanc legem dedimus rationemve declaravimus, ut aere contineatur. Data Romae Kal. April. Tiberio Caesare Cos. in aede Veneris Genitricis.] *Gromat. Vet. p.* 271. — * Tibur: ager eius a Tiberio Caesare est assignatus. *Lib. Colon. II. p.* 258. — Campi Tiberiani, qui inter Romam et Tibur esse videntur, a Tiberio Caesare sunt demetiti in iugeribus XXV, et termini Tiberiani nuncupantur. *l. c. p.* 254 et *lib. I. p.* 218. — Ager Tiferinus in centuriis fuit assignatus, postea iussu imp. Tiberii, quis prout occupavit miles, deficientibus, aliis paucioribus est assignatus. *Lib. Colon. I. p.* 224. — * Colonia Graviscos ab Augusto deduci iussa est ... postea imp. Tiberius Caesar iugerationis modum servandi causa lapidibus emensis r. p. loca assignavit. *l. c. p.* 220. — De cuius opinionis tam promiscae erroribus D. Hadrianus in oratione, quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in senatu habuit, peritissime disseruit, mirarique se ostendit, quod et ipsi Italicenses et quaedam item alia municipia antiqua, in quibus Uticenses nominat, quum suis moribus legibusque uti possent, in ius coloniarum mutare gestiverint. Praenestinos autem refert maximo opere a Tiberio imperatore petiisse orasseque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo revaluisset. *Gellius* 16, 13. — *Λέγονται δὲ παρὰ Ῥωμαίοις ἐκσκουβίτωρες, οἱονεὶ φύλακες ἄγρυπνοι, οὓς πρῶτος μετὰ Ῥώμυλον Τιβέριος Καῖσαρ ἐξεῦρε.* Excubitores a Romanis vocantur, id est, custodes vigiles, quos primus post Romulum Tiberius

Caesar instituit. *Ioannes Laur. Lydus* 1, 12. — *Ὅτι Τιβέριος τοῖς τῶν πόλεων ἄρχουσι ἔγραφεν, ὡς εἴ τι παρὰ τοὺς νόμους γράψει, μὴ προσέχειν φησὶν ὡς ἀγνοήσαντι. οὗτος καὶ βραδέως τοὺς ἄρχοντας διεδέχετο φειδοῖ τῶν ὑπηκόων.* Scripsit Tiberius ad urbium praefectos, ne sibi aliquid legibus adversum per rescripta mandanti obtemperarent, sed ignorationi id tribuerent. Idem praefectis tardius successores misit, subditis ea in re parcens. *Cedreni Hist. p.* 344. — Plurimis civitatibus et privatis veteres immunitates et ius metallorum ac vectigalium ademta. *Sueton. Tiber.* 49. — Revocata in forum fides, summota e foro seditio, ambitio campo, discordia curia, sepultaeque ac situ obsitae iustitia, aequitas, industria, civitati redditae; accrescit magistratibus auctoritas, senatui maiestas, iudiciis gravitas; compressa theatralis seditio; recte faciendi omnibus aut incussa voluntas, aut imposita necessitas; honorantur recta, prava puniuntur. *Vell. Paterc.* 2, 126. — Quoties populum congiariis honoravit, senatoriumque censum, quum id senatu auctore facere potuit, quam libenter explevit, ut neque luxuriam invitaret, neque honestam paupertatem pateretur dignitate destitui? *Vell. Paterc.* 2, 129. — Pecuniae parcus ac tenax, comites peregrinationum expeditionumque nunquam salario, cibariis tantum sustentavit, una modo liberalitate ex indulgentia vitrici prosecutus, quum tribus classibus factis pro dignitate cuiusque primae sexcenta sestertia, secundae quadringenta distribuit, ducenta tertiae, quam non amicorum, sed Graecorum appellabat. *Sueton. Tiber.* 46. — Super veteres amicos ac familiares viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat velut consiliarios in negotiis publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes praestitit, ceteros alium alia de causa perculit. *Sueton. Tiber.* 55. — Tiberium Caesarem consultum, an civicam coronam capere posset, qui civem in proelio servasset et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnabat, non retinuisset eoque loco hostes potiti essent, rescripsisse dicit (Massurius Sabinus), eum quoque civica dignum videri, quod appareret, tam iniquo loco civem ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit. *Gellius* 5, 6.

CALIGULA.

Conf. Claudius.

790. p. C. n. 37. CN. ACERRONIO PROCULO C. PONTIO NIGRINO COSS.

Τὰ ἐγκλήματα τῆς ἀσεβείας ... κατέλυσε ... τά τε Κρόνια ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἑορτάζεσθαι κελεύσας. Actiones laesae maiestatis ... sustulit ... iussitque Saturnalia per quinque dies agi. *Dio Cass.* 59, 6. — Adiecit diem Saturnalibus, appellavitque Iuvenalem. *Sueton. Calig.* 17. — *Ὅπως τε μηδεμία τινὶ τοῦ μὴ συμφοιτᾶν ἐς τὰ θέατρα πρόφασις εἴη ... τάς τε δίκας ἁπάσας ἀνεβάλετο, καὶ τὰ πένθη πάντα ἐπέσχεν· ὥστε καὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς τῶν ἀνδρῶν ἐστερημέναις γαμεῖσθαι, καὶ πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου (ἄν γε μὴ ἐν γαστρὶ ἔχωσιν), ἐξεῖναι. καὶ ἵνα μετὰ ῥᾳστώνης βαδίζοιεν, καὶ μὴ πράγματα ἔχοιεν ἀσπαζόμενοί τινες αὐτὸν (πρότερον γὰρ καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς τὸν αὐτοκράτορα οἱ συντυγχάνοντές οἱ προσηγόρευον), ἀπεῖπε μηδένα ἔτι τοῦτο ποιεῖν. καὶ ἐξῆν καὶ ἀνυποδήτοις βουλομένοις θεάσασθαι.* Ac ne qua ulli excusatio esset non veniendi in theatrum ... iudicia distulit omnia, luctum omnem inhibuit, ita ut liceret viduis etiam nubere intra constitutum quondam tempus, si quidem non essent praegnantes. Etiam id, quod alias receptum erat, ut obvii in via imperatorem salutarent, interdixit, quo nimirum otiose ad theatrum iri sine molestia salutandi posset. Permisit quoque, ut qui vellent, discalceati spectarent. *Dio Cass.* 59, 7. — *Κατέλυσε τὸ πρῶτον τινὰ τῶν ὑπατευκότων, ἢ δεύτερον πρὸς τὸ τοῖς τὴν γνώμην ἐπάγουσι δοκοῦν, ψηφίζεσθαι, καὶ κατεστήσατο ἐκ τοῦ ἴσου τοῖς ἄλλοις καὶ ἐκείνους ἐν τῇ τάξει τῆς ἀρχῆς, ἣν ἦρξαν, ἀποφαίνεσθαι.* Antiquavit eam consuetudinem, qua primus aliquis e consularibus aut secundus, prout sententiam roganti libitum fuisset, censebat, et instituit, ut et ipsi perinde atque alii sententiam suam ferrent eo magistratus ordine, quem gessissent. *Dio Cass.* 59, 8.

791. p. C. n. 38. M. AQUILIO IULIANO P. NONIO ASPRENATE COSS.

Τούς τε λογισμοὺς τῶν δημοσίων χρημάτων μὴ ἐκτεθειμένους ἐν τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ὁ Τιβέριος ἐξεδήμησε, πάντας κατὰ τὸν Αὔγουστον προέγραψε. Relationes publicarum pecuniarum iam inde a secessu Tiberii non vulgatas, exemplo Augusti omnes conscripsit et edidit. *Dio Cass.* 59, 9. — Rationes imperii ab Augusto proponi solitas, sed a Tiberio intermissas, publicavit. *Sueton. Calig.* 16. — Equites Romanos severe ... recognovit. *Sueton. l. c.* — *Τοῦ τε τέλους τοῦ τῶν ἱππέων ὀλιγανδροῦντος, τοὺς πρώτους ἐξ ἁπάσης καὶ τῆς ἔξω ἀρχῆς τοῖς τε γένεσι καὶ ταῖς περιουσίαις μεταπεμψάμενος κατελέξατο· καί τισιν αὐτῶν καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ βουλευτικῇ, καὶ πρὶν ἄρξαι τινὰ ἀρχήν, δι' ἧς ἐς τὴν γερουσίαν ἐσερχόμεθα, χρῆσθαί τι ἐπὶ τῇ τῆς βουλῆς ἐλπίδι ἔδωκε. πρότερον γὰρ μόνοις (ὡς ἔοικε) πως τοῖς ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ φύλου γεγενημένοις τοῦτο ποιεῖν ἐξῆν ... τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ τε δήμῳ καὶ τῷ πλήθει ἀποδέδωκε, λύσας ὅσα περὶ αὐτῶν ὁ Τιβέριος ὡρίκει· καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε.* Quum ordo equester deminutus esset, ex omni adeo extra Italiam imperio viros genere et opibus praepollentes in eum allegit et quibusdam eorum in spem senatoriae dignitatis usum nonnullum vestis senatoriae concessit, antequam magistratum ullum gessissent eiusmodi, quo alias aditus in senatum paratur. Antea enim solis fere, ut videtur, genere natis senatorio id permissum fuerat ... comitia populo plebique reddidit, abrogatis Tiberii ea de re constitutionibus; et vectigal centesimae sustulit. *Dio Cass.* 59, 9. — Tentavit et comitiorum more revocato suffragia populo reddere ... Centesimam auctionum Italiae remisit. *Sueton. Calig.* 16. — *Τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ δήμῳ ἀπέδωκεν.* Suffragia comitiorum populo restituit. *Zonaras* 11, 5. Vid. a. 792.

792. p. C. n. 39. C. CAESARE AUG. GERMANICO II. L. APRONIO CAESIANO COSS.

Σοαίμῳ μὲν τὴν τῶν Ἰτυραίων τῶν Ἀράβων, Κότυϊ δὲ τήν τε Ἀρμενίαν τὴν σμικροτέραν, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῆς Ἀραβίας τινά, τῷ τε Ῥυμητάλκῃ τὰ τοῦ Κότυος, καὶ Πολέμωνι τῷ τοῦ Πολέμωνος υἱεῖ τὴν πατρῴαν ἀρχήν, ψηφισαμένης δὴ τῆς βουλῆς, ἐχαρίσατο. Soaemo Arabum Ituraeorum regnum, Cotyi Armeniam minorem, ac deinde nonnullas Arabiae partes, Rhymetalci Cotyis ditionem, Polemoni Polemonis filio paternum imperium, ex senatusconsulto videlicet, tribuit. *Dio Cass.* 59, 12. — *Τὸν μὲν τοῦ Διὸς ἱερέα ἐκώλυσεν ἐν τῷ συνεδρίῳ ὀμόσαι.* Flaminem Dialem vetuit in curia iurare. *Dio Cass.* 59, 13. — *Δύο στρατηγοὺς ἐς τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀγῶνας, ὥσπερ ποτὲ ἐγίγνετο, λαγχάνειν ἐκέλευσεν.* Reduxit morem antiquum, ut duo praetores gladiatorium munus sortirentur. *Dio Cass.* 59, 14. — *Ἐς δ' οὖν τοὺς πόρους τῶν χρημάτων πρότερον μὲν ἐψήφιστο, ὅπως ὅσοι τινὰ τῷ Τιβερίῳ καταλιπεῖν ἐθελήσαντες περιῆσαν, τῷ Γαΐῳ αὐτὰ τελευτῶντες χαρίσωνται. ἵνα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τοὺς νόμους καὶ κληρονομεῖν καὶ δωρήματα τοιαῦτα λαμβάνειν (ὅτι μήτε γυναῖκα τότε γε μήτε παῖδας εἶχε) δύνασθαι δοκῇ, δόγμα τι προέθετο.* Ad conficiendam porro pecuniam, decretum antea fuerat, ut quicunque in vivis essent, qui ante heredem sibi Tiberium destinassent, ii morituri sua bona Caio legarent. Nam ne praeter leges videretur hereditates huiusmodi ac legata accipere, quum neque uxorem tunc, neque liberos haberet: senatusconsultum promulgari iusserat. *Dio Cass.* 59, 15. — *Γάϊος μέν, ταῦτα εἰπών, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας ἐγκλήματα ἐπαναγαγών, ἔς τε στήλην αὐτὰ χαλκῆν εὐθὺς ἐγγραφῆναι ἐκέλευσε.* His verbis factis Caius maiestatis actiones in usum vocavit, easque statim tabulis aeneis incidi iussit. *Dio Cass.* 59, 16. — *Ἐδίκαζε δὲ καὶ ἰδίᾳ καὶ μετὰ πάσης τῆς γερουσίας. καί τινα καὶ ἐκείνη καθ' ἑαυτὴν ἔκρινεν· οὐ μέντοι καὶ αὐτοτελὴς ἦν, ἀλλ' ἐφέσιμοι δίκαι ἀπ' αὐτῆς ἐγίγνοντο συχναί. καὶ τὰ μὲν τῇ βουλῇ δόξαντα ἄλλως ἐφανεροῦτο.* Iudicia peragebat partim solus, partim toto senatu adhibito: nonnulla senatus seorsum cognoscebat, nec tamen summa auctoritate, quin ab eo ad Caium

frequens esset provocatio. Sententia quidem senatus alia ratione manifesta fiebat. *Dio Cass.* 59, 18. — *Δίχα τὸ ἔθνος νείμας, ἑτέρῳ τό, τε στρατιωτικὸν καὶ τοὺς Νομάδας τοὺς περὶ αὐτὸ προσέταξε. καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ δεῦρο τοῦτο γίγνεται.* In duas partes provincia (Africa) divisa, exercitus alteri, et Numidas mandavit: atque ita ad hoc usque tempus etiam fit. *Dio Cass.* 59, 20. — *Τὸν δὲ δὴ Δομίτιον τὸν συνάρχοντα αὐτοῦ, λόγῳ μὲν ὁ δῆμος, ἔργῳ δ' αὐτὸς εἵλετο. ἀπέδωκε μὲν γὰρ τὰς ἀρχαιρεσίας αὐτοῖς … Διὰ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ αὖθις τοῦ Γαΐου κατελύθησαν. κἀκ τούτου τὰ μὲν ἄλλα, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Τιβερίου καθίστατο. στρατηγοὶ δὲ τότε μὲν πεντεκαίδεκα, ἔστι δ' ὅτε ἑνὶ πλείους ἢ καὶ ἐλάττους (ὥς που καὶ ἔτυχον) ᾑροῦντο. περὶ μὲν οὖν τὰς ἀρχαιρεσίας ταῦτα ἔπραξεν.* Domitium autem collegam Caius ipse sibi re, verbo populus elegit. Reddiderat enim ius comitiorum populo … Ideo ipsemet rursum Caius comitia sustulit. Ex quo tempore omnia, ut sub Tiberio, ordinata sunt: tum quidem praetores quindecim, alias uno, prout res tulerat, plures paucioresve creati. Et haec quidem ab eo ratione comitiorum acta. *Dio Cass.* 59, 20. Vid. a. 791. — Caligula … omnes Iudaeorum sacras aedes atque inprimis antiquum illud Hierosolymis sacrarium profanari sacrificiis gentilium ac repleri statuis simulacrisque imperavit, seque ibi ut Deum coli praecepit. *Orosii Hist.* 7, 5. Cf. Suidas v. *Γάϊος.* — Primus diademate imposito Dominum se appellari iussit. *Aurel. Vict. Epit.* 3. Cf. Philo Leg. ad Caium p. 1003. Sueton. Calig. 22. Euseb. Chron. Zonaras 6, 10 et 11. Syncellus p. 622. — * Omnes exules occidi iussit. *Orosii Hist.* 7, 5. — Misit, qui universos exules contrucidarent. *Sueton. Calig.* 28. Cf. Dio Cass. 59, 18. — Caius exules interfecit. *Eusebii Chron. a.* 2055, *Calig.* 3. Cf. Syncellus p. 625.

793. p. C. n. 40. C. CAESARE AUGUSTO GERMANICO III.

Καὶ γὰρ τἄλλα ὅσα χρηματίζεσθαι ἐβούλετο, ὀλίγα μὲν πᾶσι τοῖς βουλευταῖς, τὰ δὲ δὴ πλείω τοῖς ὑπάτοις γράφων, καὶ ἐκεῖνα ἔστιν ὅτε ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀναγιγνώσκεσθαι ἐκέλευε. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἔπραττον. Haec ex rescripto Caii acta, soliti ea, quae decerni vellet, pauca quidem universo senatui, pleraque consulibus scribere: ac nonnunquam mandare, ut in senatu recitarentur. *Dio Cass.* 59, 24. — Vectigalia nova atque inaudita primum per publicanos, deinde … per centuriones tribunosque praetorianos exercuit: nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. Pro eduliis, quae tota urbe venirent, certum statutumque exigebatur. Pro litibus atque iudiciis ubicunque conceptis quadragesima summae, de qua litigaretur: nec sine poena, si quis composuisse vel donasse negotium convinceretur. Ex gerulorum diurnis quaestibus pars octava, ex capturis prostitutarum quantum quaeque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico et quae meretricium et qui lenocinium fecissent; nec non et matrimonia obnoxia essent. *Sueton. Calig.* 40. — Huiusmodi vectigalibus indictis, neque propositis, quum per ignorantiam scripturae multa commissa fierent, tandem flagitante populo Romano proposuit quidem legem, sed minutissimis literis et angustissimo loco, uti ne cui describere liceret. *Sueton. Calig.* 41. — *Ὡς μέντοι καὶ περὶ τῶν τελῶν πικρῶς τινα διανομοθετήσας ἐς λεύκωμα αὐτὰ βραχυτάτοις γράμμασιν ἐσέγραψε, καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ τινος ἀπεκρέμασεν, ὅπως ὡς ἥκιστα ἀναγιγνώσκοιτο, κἀκ τούτου πολλοὶ τοῖς ἐπιτιμίοις ἀγνοοῦντες τὸ κεκωλυμένον ἢ κεκελευσμένον περιπίπτωσιν.* At quum legem quandam de vectigalibus asperam et molestam tulisset, eamque in albo minutissimis scriptam literis ex editissimo loco proposuisset, ut ne cui legere liceret, ac proinde ex ignoratione eius, quod vetitum imperatumve esset, multi in poenam lege sancitam inciderent. *Dio Cass.* 59, 28.

Incert. ann.

Δουλοκρατίαν νομοθετήσας ἐπέτρεψε κατηγορεῖν τῶν δεσποτῶν, εἴ τι ἂν εἰδεῖεν αὐτοῖς πλημμέλημα. Servis lege lata eam licentiam dedit, ut dominos accusarent, si quod crimen ab iisdem admissum scirent. *Suidas v. Γάϊος.* — In memoriam patris Septembrem mensem Germanicum appellavit. Post haec, Antoniae aviae quidquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno senatusconsulto congessit. *Sueton. Calig.* 15. Cf. Dio Cass. 59, 2. — Congiarium populo bis dedit trecenos HS., toties abundatissimum epulum senatui equestrique ordini, etiam coniugibus ac liberis utrorumque. *Sueton. Calig.* 17. — Spintrias … urbe summovit … Magistratibus liberam iurisdictionem et sine sui appellatione concessit … Ut levior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. *Sueton. Calig.* 16. Cf. a. 776. — Decretum, ut dies, quo cepisset imperium, Palilia vocaretur. *Sueton. Calig.* 16. — Actiacas Siculasque victorias … vetuit solennibus feriis celebrari. *Sueton. Calig.* 23. — Vetuit … viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi consulto se et auctore poni … De iuris quoque consultis, quasi scientiae eorum omnem usum aboliturus saepe iactavit, se me hercle effecturum, ne quid respondere possent, praeter eum. *Sueton. Calig.* 34. — Negabat, iure civitatem Romanam usurpare eos, quorum maiores sibi posterisque eam impetrassent, nisi filii essent. Neque enim intelligi debere posteros ultra hunc gradum. *Sueton. Calig.* 38. — * *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* Lege agraria, quam Caius Caesar tulit adversus eos, qui terminos statutos extra suum gradum finesve moverint dolo malo, pecuniaria poena constituta est, nam in terminos singulos, quos eiecerint locove moverint, quinquaginta aureos in publicum dari iubet, et eius actionem, petitionem ei qui volet, esse iubet. *L.* 3 *pr. D. de Termino moto* 47, 21. — ? *Lex Mamilia, Roscia, Peducea, Alliena, Fabia. K. L. III.* Quae colonia hac lege deducta quodve municipium praefectura forum conciliabulum constitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, qui termini in eo agro statuti erunt, quo in loco terminus non stabit, in eo loco is cuius is ager erit terminum restituendum curato, uti quod recte factum esse volet, idque magistratus qui in ea | colonia municipio praefectura foro conciliabulo iure di|cundo praeerit facito uti fiat. *K. L. IIII.* Qui limites decimanique hac lege deducti erunt, quaecumque fossae limites in eo agro erunt qui ager hac lege cui datus assignatus erit, niquis eos limites decimanosve obsaepito, neve quid in eis | molitum neve quid ibi oppositum habeto, neve eos arato, neve eas fossas opturato neve qui saepito, quo minus suo itinere aqua ire fluere possit. siquis adversus ea quid fecerit, in res singulas, quotienscumque fecerit, $\overline{\text{ss}}$ IIII colonis municipibusve eis in quorum agro id factum erit | dare damnas esto, pecuniaeque qui volet petitio hac lege esto. *K. L. V.* Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium praefecturam forum conciliabulum constituerit, in eo agro, qui ager intra fines eius coloniae municipii fori conciliabuli praefecturae erit, limites decimanique ut fiant terminique statuantur curato. quosque fines ita statuerit, ii fines eorum sunto; dum ne extra agrum colonicum territoriumve fines ducat. quique termini hac lege statuti erunt, nequis eorum quem eicito neve loco moveto sciens dolo malo. siquis adver|sus ea fecerit, is in terminos singulos, quos eiecerit locove moverit sciens dolo malo, $\overline{\text{ss}}$ V M n. in publicum eorum, quorum intra fines | is ager erit, dare damnas esto. deque ea re curatoris, qui hac lege erit, iuris dictio reciperatorumque datio addictio esto. cum curator hac lege non erit, tum quicumque magistratus in ea colonia municipio praefectura foro conciliabulo iure dicundo praeerit, eius magistratus de ea re iuris dictio iudicisque datio addictio esto. inque eam rem is qui hac lege iudicium dederit testibus publice dum taxat in res singulas | X denuntiandi potestatem facito ita ut e re publica fideque sua videbitur. et si is unde ea pecunia petita erit condemnatus erit, eam pecuniam ab eo deve bonis eius primo quoque die exigito, eiusque pecuniae quod receptum erit, | partem dimidiam ei dato cuius unius opera maxime is condemnatus erit, partem dimidiam in publicum redigito. quo ex loco terminus aberit, siquis in eum locum terminum restituere volet, sine fraude sua liceto facere, neve quid cui is ob eam rem hac lege dare damnas esto. *Gromatici Veteres p.* 262 sqq. — Minturnas, muro ducta colonia, deducta a Gaio Caesare. *Lib. Colon. I. p.* 235.

CLAUDIUS.

Conf. Augustus, Tiberius, Nero (809), *Galba, Vespasianus.*

794. p. C. n. 41. C. CAES. AUG. GERM. IV. CN. SENTIO SATURNINO COSS.

Iusiurandum neque sanctius sibi, neque crebrius instituit, quam per Augustum. *Sueton. Claud.* 11. — *Πάντας τοὺς προσιόντας οἱ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσιν. ἔν τε τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς στρατιώτας συνόντας εἶχε. καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν, καὶ δεῦρο ἀεὶ γίγνεται. ἡ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ διὰ πάντων, διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο.* Iussit omnes ad se accessuros, viros mulieresque excuti, ne quem pugionem secum ferrent, omnibusque in conviviis aliquot milites adstantes habuit, quod eo tempore demonstratum hodieque durat. At explorationem istam, quae sine exceptione solebat fieri, Vespasianus abolevit. *Dio Cass.* 60, 3. — *Πάντας τοὺς αὐτῷ προσιόντας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσι, καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις στρατιώτας εἶχεν αὐτῷ συνόντας. ὃ καὶ μετὰ ταῦτα ἐγίνετο· ἡ δὲ τῶν ξιφιδίων ἔρευνα διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο.* Omnes, a quibus adiretur, excuti iussit, ne sicas ferrent, et milites ad convivia secum adduxit, quod deinceps quoque factum: sicarum vero inquisitio per Vespasianum sublata est. *Zonaras* 11, 8. — Neminem exulum nisi ex senatus auctoritate restituit, ut sibi in curiam praefectum praetorii, tribunos militum secum inducere liceret. *Sueton. Claud.* 12. — *Τά τε τέλη τὰ ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐσαχθέντα, καὶ τἆλλα ὅσα ἐπηγορίαν τινὰ τῶν πραχθέντων ὑπ' αὐτοῦ εἶχε, κατέλυσε ... Καὶ καθ' ἑκάστην γε ὡς εἰπεῖν ἡμέραν, ἤτοι γε μετὰ πάσης τῆς γερουσίας, ἢ καὶ ἰδίᾳ, τὸ μὲν πλεῖστον ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἤδη δὲ καὶ ἄλλοθι, ἐπὶ βήματος ἐδίκαζε. καὶ γὰρ τὸ κατὰ τοὺς συνέδρους ἐκλειφθὲν, ἐξ οὗ ὁ Τιβέριος ἐς τὴν νῆσον ἐξεχώρησεν, ἀνενεώσατο. πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ὑπάτοις τοῖς τε στρατηγοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσι, συνεξητάζετο, καὶ ὀλίγα παντελῶς τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ἐπέτρεπε.* Vectigalia Caii introducta imperio et reliqua eius acta, quae reprehensionem merebantur, abrogavit ... Quotidie propemodum, vel cum universo senatu, vel solus ipse, plerumque in foro, quandoque alibi pro tribunali de causis cognoscebat, renovato more de assessoribus principis, qui ab eo tempore, quo in insulam Tiberius secessit, interciderat. Saepenumero etiam cum consulibus ac praetoribus, iis praesertim, qui administrationi aerarii praeessent, iudicia obibat, ac pauca omnino aliis iudiciis committebat. *Dio Cass.* 60, 4. — Ius et consul et extra honorem laboriosissime dixit, etiam suis suorumque diebus solennibus, nonnunquam festis quoque antiquitus et religiosis. Nec semper praescripta legum secutus duritiam lenitatemve multarum ex bono et aequo, perinde ut afficeretur, moderatus est. Nam et iis, qui apud privatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones: et in maiore fraude convictos, legitimam poenam supergressus, ad bestias condemnavit. *Sueton. Claud.* 14. Cf. Claudius ad Herculem ap. Senecam in Apocolocynthosi. — Cognitionibus magistratuum, ut unus e consiliariis frequenter interfuit. *Sueton. Claud.* 12. — *Αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίκασε καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη.* Ipse diebus illis ius dixit et senatus convenit. *Zonaras* 11, 8. — *Ἐκρίνοντο δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ, τοῦ τε Κλαυδίου, τῶν ἐπάρχων τε, καὶ τῶν ἐξελευθέρων αὐτοῦ παρόντων. τὴν μὲν γὰρ ἐσήγησιν ἐν μέσῳ τῶν ὑπάτων, ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἢ καὶ ἐπὶ βάθρου καθήμενος, ἐποιεῖτο· μετὰ δὲ τοῦτο αὐτός τε ἐπὶ τὴν συνήθη ἕδραν μετῄρχετο, καὶ ἐκείνοις οἱ δίφροι ἐτίθεντο. καὶ ταῦτα μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν μεγίστων ὁμοίως ἐγίγνετο.* Iudicia peragebantur in curia a Claudio, praefectis praetorii et libertis eius praesentibus. Referebat ipse ad senatum in medio consulum sella curuli, aut in subselliis tribuniciis sedens. Hinc ipse sedile consuetum occupabat, ac iis sellae ponebantur. Eadem vero haec in aliis quoque maximis negotiis fiebant. *Dio Cass.* 60, 16. — *Quum decurias rerum actu expungeret. *Sueton. Claud.* 15. — *Καὶ τὰς θυσίας ταῖς ἀειπαρθένοις ἱεροποιεῖν προστάξας. ταῖς τε γυναιξὶν ὅρκον τὸ ὄνομα αὐτῆς ποιεῖσθαι κελεύσας ... καὶ προσαπηγόρευσε μήτε προσκυνεῖν τινα αὐτὸν, μήτε θυσίαν οἱ μηδεμίαν ποιεῖν ... τοῖς δὲ στρατηγοῖς τοὺς ἀγῶνας τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀπηγόρευσε μὴ ποιεῖν, καὶ εἰ δή τις ἄλλος αὐτοὺς ὁπουδήποτε ἐπιτελοίη, ἀλλὰ μή τί γε ὡς καὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας γιγνομένων σφῶν ἢ γράφεσθαι ἢ καὶ λέγεσθαι ἐκέλευσε ... τούς τε γαμβροὺς τότε τε ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι, καὶ μετὰ τοῦτο πολιαρχῆσαι ἐν ταῖς ἀνοχαῖς ἐκέλευσε· καὶ ὀψέ ποτε πέντε ἔτεσι θᾶσσον τὰς ἄλλας ἀρχὰς αἰτῆσαι σφίσιν ἐπέτρεψε.* Rem sacram ei fieri a Vestalibus mandavit; mulieresque per nomen eius (Liviae) iurare iussit ... Sed edixit etiam, ne quis ipsum adoraret, neu quis ipsi sacrificaret ... Praetores porro prohibuit, ne munera gladiatoria darent: ac si quis ubicunque alius ea praeberet, ne vel scripto, vel dicto, pro sua salute facta perhiberet ... Generos suos tum inter viginti viros magistratum gerere, post urbis praefectos feriis Latinis esse iussit, ac sero tandem permisit, ut quinque annis maturius solito ceteros magistratus peterent. *Dio Cass.* 60, 5. — *Ἀπηγόρευσε ἀργύριον (ὅπερ ἐπί τε τοῦ Αὐγούστου καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐγίγνετο) προσφέρειν· ἀπεῖπε δὲ μηδὲ κληρονόμον αὐτὸν, ὅστις ἂν συγγενεῖς ὁποιουσδήποτε κέκτηται, καταλείπειν.* Strenarum oblationem, sub Augusto et Caio usurpatam, edicto sustulit; ac ne quis se heredem relinqueret, qui cognatos quoscunque haberet, prohibuit. *Dio Cass.* 60, 6. — *Περὶ τὰ χρήματα δὲ θαυμαστὸς ἐγένετο. ἀπηγόρευσε γὰρ ἀργύριον αὐτῷ προσφέρεσθαι, ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ἐγίνετο. ἀπεῖπε δὲ μηδὲ κληρονόμος παρά τινος συγγενεῖς ἔχοντος καταλιμπάνεσθαι.* In pecunia mirabilem se praebuit: vetuit enim offerri sibi argentum, quod et sub Augusto fiebat, vetuit, ne ab ullo, qui cognatos haberet, heres institueretur. *Zonaras* 11, 8. — *Ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕδραν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπέκρινε.* Claudius ea subsellia senatui secrevit (in circo), quae nunc eidem quoque sunt. *Dio Cass.* 60, 7. — *Νόμῳ ἔταξε, μίαν ἡμέραν τοὺς ἀγῶνας τῶν ἵππων δεύτερον γίγνεσθαι.* Legem tulit, ut circenses ludi per unum diem tantum reficerentur. *Dio Cass.* 60, 6. — Circo Maximo exculto ... propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis. *Sueton. Claud.* 21. — *Τούς τε Ἰουδαίους, πλεονάσαντας αὖθις, ὥστε χαλεπῶς ἂν ἄνευ ταραχῆς, ὑπὸ τοῦ ὄχλου σφῶν, τῆς πόλεως εἰρχθῆναι, οὐκ ἐξήλασε μὲν, τῷ δὲ δὴ πατρίῳ νόμῳ βίῳ χρωμένους ἐκέλευσε μὴ συναθροίζεσθαι. τάς τε ἑταιρείας ἐπαναχθείσας ὑπὸ τοῦ Γαΐου διέλυσε. καὶ ὁρῶν μηδὲν ὄφελος ὂν, ἀπαγορεύεσθαί τινα τῷ πλήθει μὴ ποιεῖν, ἂν μὴ καὶ ὁ καθ' ἡμέραν αὐτῶν βίος μεταρρυθμισθῇ, τά τε καπηλεῖα ἐς ἃ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέταξε μήτε κρέας που ἑφθὸν, μήθ' ὕδωρ θερμὸν πιπράσκεσθαι.* Quum Iudaei adeo frequentes Romae iterum fierent, ut difficulter sine tumultu propter multitudinem urbe possent exigi, non eiecit quidem eos, patriis tamen legibus vitam agentes non passus est convenire. Reducta quoque a Caio sodalitia dissolvit. Et quia intelligebat nihil profici, si qua re vulgo interdiceretur, nisi vita quoque illorum quotidiana corrigeretur, cauponum tabernas, in quas coëuntes potabant, sustulit: edixitque, ne quis carnem elixam aut aquam calidam venderet. *Dio Cass.* 60, 6. — Iudaeos, impulsore Chresto, assidue tumultuantes urbe expulit. *Sueton. Claud.* 25. — *Διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης.* Quum imperator Claudius omnes Iudaeos Roma expulisset. *Luc. Act. Apost.* 18, 2. — *Ἰουδαίους Ῥώμης ἀπελαύνει Κλαύδιος.* Claudius Iudaeos urbe expulit. *Euseb. Hist. Eccl.* 2, 18. — Anno eiusdem nono, expulsos per Claudium urbe Iudaeos, Iosephus refert, sed me magis Suetonius movet, qui ait hoc modo: Claudius Iudaeos impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expulit. *Orosii Hist.* 7, 6. Coërcitionem popinarum aedilibus ademit. *Sueton. Claud.* 38. — *Ὁ Κλαύδιος διχῇ τοὺς Μαύρους τοὺς ὑπηκόους ἔνειμεν, ἔς τε τὰ περὶ Τίγγιν, καὶ ἐς τὰ περὶ Καισάρειαν (ἀφ' ὧνπερ καὶ ὀνομάζονται) καὶ δύο ἄρχουσιν ἱππεῦσι προσέταξε.* Claudius Mauros subditos in duas provincias divisit; unam ad Tingim, alteram ad Caesaream; unde nomina quoque ambabus indita: duobus iis equitibus praepositis. *Dio Cass.* 60, 9.

794—799 p. C. n. 41—46.

Paulus Lib. LIV. ad Edictum. Senatus censuit, ne quis domum villamve dirueret, quo plus sibi acquireretur, neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve; poena in eum, qui adversus senatusconsultum fecisset, constituta est, ut duplum eius, quanti emisset, in aerarium inferre cogeretur, in eum vero, qui vendidisset, ut irrita fieret venditio. *L.* 52 *D. de Contrah. emt.* 18, 1. — Cn. Hosidio Geta L. Vagellio cos | X k. Octobr. s. c. | Cum providentia optumi principis tectis quoque | urbis nostrae et totius Italiae aeternitati prospexerit, quibus | ipse non solum praecepto augustissimo, set etiam exsemplo | suo prodesset, conveniretq. felicitati saeculi instantis | proportione publicorum operum etiam privatorum custodi[a], | deberentque apstinere se omnes cruentissimo genere | negotiationis ne[c] inimicissimam pace faciem inducere | ruinis domum villarumque: placere si quis negotiandi causa | emisset quod aedificium, ut diruendo plus adquireret quam | quanti emisset, tum duplam pecuniam qua mercatus eam rem | esset in aera. inferri utiq. de eo nihilo minus ad senatum | referretur. Cumque aeque non oportere[t] male exsemplo vendere quam | emer[e, u]t venditores quoque coercerentur qui scientes dolo malo | intra hanc senatus voluntatem vendidissent, placere tales | venditiones inritas fieri. Ceterum testari senatum domini[s nihil] | constitui, qui rerum suarum possessores futuri aliquas [partes] | earum mutaverint, dum non negotiationis causa id factum [sit.] | Censuere. In senatu fuerunt CCCLXXXIII. *Act. Soc. Lit. Lips.* 4, *p.* 274. Cf. Vespasianus et l. 2 C. de Aedif. priv. 8, 10.

795. p. C. n. 42. TIBERIO CLAUDIO CAES. AUG. II. C. CAECINA LARGO COSS.

Περί τε τῶν τοῦ Αὐγούστου πράξεων τούς τε ἄλλους ὥρκωσε, καὶ αὐτὸς ἐπιστώθη· (περὶ γὰρ τῶν ἑαυτοῦ οὐδενὶ τὸ παράπαν τοῦτο ποιῆσαι ἐπέτρεψε.) ... καὶ γὰρ (στρατηγοὶ) τεσσαρεσκαίδεκα καὶ ὀκτωκαίδεκα, διὰ μέσου τε (ὥς που καὶ συνέπεσεν) ἐγίγνοντο. τοῦτό τε οὖν περὶ τὴν διοίκησιν ἔπραξε, καὶ τρεῖς ἄνδρας τῶν ἐστρατηγηκότων, πράκτορας τῶν τῷ δημοσίῳ ὀφειλομένων κατέστησε, καὶ ῥαβδούχους καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν αὐτοῖς δούς. In Augusti acta iurare alios iussit, ac ipse quoque fidem dedit: (neque enim passus est quemquam in sua iurare acta.) ... Eo tempore non idem numerus praetorum observabatur, quum XIV aut XVIII aut medio inter hos numero crearentur, prout res tulisset. Constituit etiam tres viros praetorios, qui publico debita exigerent: iisque lictores et alios ministros addidit. *Dio Cass.* 60, 10. — *Ἐνομοθέτησε μὲν οὖν καὶ ἄλλα τινὰ, ὧν οὐδεμία μοι ἄλλη ἀνάγκη μνημονεῦσαί ἐστι· κατέδειξε δὲ καὶ τάδε· τούς τε κληρωτοὺς ἄρχοντας πρὸ τῆς τοῦ Ἀπριλλίου νουμηνίας, ἐπειδήπερ ἐπὶ πολὺ ἐν τῷ ἄστει ἐνεχρόνιζον, ἀφορμᾶσθαι· καὶ τοὺς αἱρετοὺς μηδεμίαν οἱ χάριν ἐν τῷ συνεδρίῳ γιγνώσκειν ... Τοῖς μὲν οὖν ὑπ᾽ ἀσθενείας βίου μὴ δυναμένοις βουλεύειν, ἐφίει παρίεσθαι· ἔκ τε τῶν ἱππέων τινὰς ἐς τὰς δημαρχίας ἐσεδέχετο· τοὺς δ᾽ ἄλλους καὶ πάνυ πάντας ἐπηνάγκαζεν, ἐς τὸ βουλευτήριον, ὁσάκις ἂν ἐπαγγελθῇ σφίσι, συμφοιτᾶν.* Multas tulit leges, quarum plerasque commemorare nihil attinet. Inter alias fuit, ut sorte ducti praefecti, qui tum diu in urbe morabantur, ante Kal. April. in provincias abirent: tum ne electi gratias ei in senatu agerent ... Iis, qui propter tenuitatem census in senatu esse non possent, ut veniam impetrarent, concessit. Equites quosdam ad tribunatum plebis admittebat, reliquos autem omnes coegit, in senatum, quoties vocarentur, venire. *Dio Cass.* 60, 11. — *Lupo et Largo Consulibus senatus censuit, ut bona Latinorum primum ad eos pertinerent, qui eos liberassent; deinde ad liberos eorum non nominatim exheredatos, uti quisque proximus esset: tunc antiquo iure ad heredes eorum, qui liberassent, pertinerent ... Verius est, hoc solum eo senatusconsulto actum esse, ut manumissoris liberi, qui nominatim exheredati non sint, praeferantur extraneis heredibus. *Gai.* 3, 63 et 64. — Senatusconsulto Largiano cautum fuerat, ut liberi manumissoris, non nominatim exheredati facti, extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum praeponerentur. § 4 *Inst. de Success. libert.* 3, 7. Cf. c. un. pr. C. Iust. de Latina libert. toll. 7, 6. — Sed huius (Cassii) sententiam plerique improbant, quia senatus de his liberis patronorum nihil sentiat, qui aliam familiam sequerentur; idque ex eo apparet, quod nominatim exheredatos summoveat; nam videtur de his sentire, qui exheredari a patre solent, si heredes non instituantur. *Gai.* 3, 71. — *Τιβέριος Κλαύδιος, Καῖσαρ, Σεβαστὸς, Γερμανικὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας, λέγει. Ἐπιγνοὺς ἀνέκαθεν τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰουδαίους, Ἀλεξανδρεῖς λεγομένους, συγκατῳκισθέντας τοῖς πρώτοις εὐθὺ καιροῖς Ἀλεξανδρεῦσι, καὶ ἴσης πολιτείας παρὰ τῶν βασιλέων τετυχότας, καθὼς φανερὸν ἐγένετο ἐκ τῶν γραμμάτων τῶν παρ᾽ αὐτοῖς, καὶ τῶν διαταγμάτων, καὶ μετὰ τὸ τῇ ἡμετέρᾳ ἡγεμονίᾳ Ἀλεξάνδρειαν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ ὑποταχθῆναι, πεφυλάχθαι αὐτοῖς τὰ δίκαια ὑπὸ τῶν πεμφθέντων ἐπάρχων κατὰ διαφόρους χρόνους, μηδεμίαν τε ἀμφισβήτησιν περὶ τούτων γενομένην τῶν δικαίων αὐτοῖς ἅμα καθ᾽ ὃν καιρὸν Ἀκύλας ἦν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ἰουδαίων ἐθνάρχου τὸν Σεβαστὸν μὴ κεκωλυκέναι ἐθνάρχας γίνεσθαι, βουλόμενον ὑποτετάχθαι ἑκάστους ἐμμένοντας τοῖς ἰδίοις ἔθεσι, καὶ μὴ παραβαίνειν ἀναγκαζομένους τὴν πάτριον θρησκείαν, Ἀλεξανδρεῖς δὲ ἐπαρθῆναι κατὰ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς Ἰουδαίων ἐπὶ τῶν Γαΐου Καίσαρος χρόνων, τοῦ διὰ τὴν πολλὴν ἀπόνοιαν καὶ παραφροσύνην, ὅτι μὴ παραβῆναι ἠθέλησε τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τὴν πάτριον θρησκείαν καὶ θεὸν προσαγορεύειν αὐτὸν, ταπεινώσαντος αὐτούς· βούλομαι μηδὲν διὰ τὴν Γαΐου παραφροσύνην τῶν δικαίων τῷ Ἰουδαίων ἔθνει παραπεπτωκέναι, φυλάσσεσθαι δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ πρότερον δικαιώματα, ἐμμένουσι τοῖς ἰδίοις ἔθεσι, ἀμφοτέροις δὲ διακελεύομαι τοῖς μέρεσιν, πλείστην ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὅπως μηδεμία ταραχὴ γένηται μετὰ τὸ προτεθῆναί μου τὸ διάγραμμα.* Tiberius Claudius Caesar Augustus Germanicus Pontifex Maximus Trib. Pot. edicit. Quoniam iam olim cognitum habuimus, Iudaeos, qui in Alexandria sunt et Alexandrini appellantur, statim ab urbe condita una cum Alexandrinis habitatum missos, et civitatis ius ex aequo a regibus consecutos esse, id quod palam est ex rescriptis eorum pariter et edictis, et postquam imperio nostro per Augustum subiecta fuisset Alexandria, sua illis integra mansisse iura, conservata per missos illuc diversis temporibus praesides, nullamque de illo iure controversiam motam fuisse, etiam quando Aquila praeerat Alexandriae, et quum mortuus esset Iudaeorum ethnarcha, Augustum non vetuisse alios deinceps ethnarchas fieri, volentem eorum quemque subiici, ita tamen ut suis uterentur institutis, nec cogerentur patriam religionem violare, Alexandrinos autem excitari contigit in Iudaeos, una cum illis habitantes, eo tempore, quo Caius Caesar rerum potiretur, qui ex vehementi insania et dementia, quod noluerit gens Iudaeorum quidquam contra patriam religionem facere ipsumque deum appellare, eos mirum in modum depresserat, volo itaque nihil propter Caii amentiam illis detractum iri, quod Iudaeorum genti fuerit concessum, sed iura, quibus olim gaudebant, illis sarta tecta manere, patriis in moribus et institutis perseverantibus, iubeoque ex utraque parte modis omnibus cavendum esse, ne ulla moveatur seditio, postquam edictum hoc meum fuerit publicatum. *Ioseph. Ant.* 19, 5, 2. — *Τιβέριος Κλαύδιος, Καῖσαρ, Σεβαστὸς, Γερμανικὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας, ὕπατος χειροτονηθεὶς τὸ δεύτερον, λέγει. Αἰτησαμένων με βασιλέων Ἀγρίππου καὶ Ἡρώδου τῶν φιλτάτων μοι, ὅπως συγχωρήσαιμι τὰ αὐτὰ δίκαια καὶ τοῖς ἐν πάσῃ τῇ ὑπὸ Ῥωμαίους ἡγεμονίᾳ Ἰουδαίοις φυλάσσεσθαι, καθὰ καὶ τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἥδιστα συνεχώρησα, οὐ μόνον τοῦτο τοῖς αἰτησαμένοις με χαριζόμενος, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς, ὑπὲρ ὧν παρεκλήθην, ἀξίους κρίνας, διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν καὶ φιλίαν, μάλιστα δὲ δίκαιον κρίνων, μηδεμίαν μηδὲ Ἑλληνίδα πόλιν τῶν δικαίων τούτων ἀποτυγχάνειν, ἐπειδὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Θείου Σεβαστοῦ αὐταῖς ἦν τετηρημένα· καλῶς οὖν ἔχειν καὶ Ἰουδαίους τοὺς ἐν παντὶ τῷ ὑφ᾽ ἡμᾶς κόσμῳ τὰ πάτρια ἔθη ἀνεπικωλύτως φυλάσσειν, οἷς καὶ αὐτοῖς ἤδη νῦν παραγγέλλω μου ταύτῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ ἐπιεικέστερον χρῆσθαι, καὶ μὴ τὰς τῶν ἄλλων ἐθνῶν δεισιδαιμονίας ἐξουθενίζειν, τοὺς ἰδίους δὲ νόμους φυλάσσειν. τοῦτό μου τὸ διάταγμα τοὺς ἄρχοντας τῶν πόλεων καὶ τῶν κωλωνειῶν καὶ μουνικιπίων, τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τῶν ἐκτὸς, βασιλεῖς τε καὶ δυνάστας διὰ τῶν ἰδίων*

πρεσβευτῶν ἐγγράψασθαι βούλομαι, ἐκκείμενόν τε ἔχειν, οὐκ ἔλαττον ἡμερῶν τριάκοντα, ὅθεν ἐξεπιπέδου καλῶς ἀναγνωσθῆναι δύναται. Tiberius Claudius Caesar Aug. Germanicus Pontifex Max. Trib. Potest. Cos. creatus iterum edicit. Quandoquidem me supplices rogarint Agrippa et Herodes reges mihi amicissimi, ut permitterem etiam Iudaeis in omni imperio Romano degentibus iura eadem servare et habere, quae Alexandrinis concessa, libenter eorum precibus annui, nec solum iis, qui a me petierunt, hoc indulsi, verum et ipsos, pro quibus rogatus sum, dignos hoc beneficio iudicavi, propter fidem et amicitiam Romanis praestitam, iustissimum etiam censens, nullam, ne Graecarum quidem, urbem iuribus illis privandam, quoniam et sub divo Augusto eis erant servata. Proinde aequum esse arbitror, ut Iudaei etiam per universum nostrum imperium patrios mores sine impedimento aliquo servent, quos etiam nunc moneo, ut hac nostra gratia contenti modestius se gerant, nec religiones aliarum gentium contemnant, sed leges suas custodiant; voloque ut hoc meum edictum praesides civitatum atque coloniarum et municipiorum tam intra Italiam, quam extra, uti etiam reges et principes per ministros suos transscriptum habeant et in huiusmodi loco positum intra triginta dies, unde de plano recte legi possit. *Ioseph. Ant.* 19, 5, 5. — *Κλαύδιος ... ἔπεμψε διάταγμα ἐκ παρακλήσεως τοῖν βασιλέοιν Ἀγρίππου τε καὶ Ἡρώδου εἰς Συρίαν καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ εἰς τὴν ἄλλην οἰκουμένην, ὅση Ῥωμαίοις ὑπήκοος, φράζον ὅτι τῶν Ἰουδαίων ἀνέκαθεν ἴσης πολιτείας τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν πόλεων πολίταις ἀξιωθέντων, ὁ Γάϊος ἐξ ἀπονοίας, ὅτι μὴ θεῖον προσαγορεύειν αὐτὸν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἠνέσχετο, αὐτοὺς ἐταπείνωσεν. Ἐγὼ δὲ μηδενὸς διὰ τὴν ἐκείνου παραφροσύνην τῶν παλαιῶν δικαίων τὸ ἔθνος ἐκπεσεῖν διατάσσομαι, συντηρεῖσθαι δὲ σφίσι τὰ πρότερον δίκαια τοῖς Ἰουδαίων νομίμοις ἐμμένουσι, ταὐτά με αἰτησαμένων τῶν βασιλέων Ἀγρίππα καὶ Ἡρώδου τῶν φιλτάτων μοι.* Claudius ... edictum rogatu Agrippae et Herodis regum in Syriam, Alexandriam et alias orbis partes, quae Romanis parent, misit in hanc sententiam: quum olim Iudaei eodem iure quo Alexandrini et aliarum urbium cives fruerentur, Caius per summam temeritatem, quod Iudaica gens eum pro deo colere detrectasset, eos depressit. Ego vero ne ea ob illius vecordiam veteribus iuribus spolietur, sed pristina eis privilegia, Iudaeorum ritus observantibus, conserventur constituo, regum Agrippae et Herodis amicissimorum meorum rogatu. *Zonaras* 6, 11.

796. p. C. n. 43. TIBERIO CLAUDIO CAESARE AUG. III. L. VITELLIO II. COSS.

Μετὰ δὲ τοῦτο ὁ Κλαύδιος ὑπατεύσας αὖθις τὸ τρίτον, πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ καὶ ἱερομηνίας ἔπαυσε. τό,τε γὰρ πλεῖστον τοῦ ἔτους ἐς αὐτὰς ἀνηλίσκετο, καὶ τῷ δημοσίῳ ζημία οὐκ ἐλαχίστη ἐγίγνετο. ταύτας τε οὖν συνέτεμε, καὶ τἄλλα ὅσα ἐνεδέχετο συνέστειλε. καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ Γαΐου μήτε ἐν δίκῃ μήτε ἐν λόγῳ τινὶ δοθέντα τισὶν ἀπῄτησε· τοῖς δὲ ὁδοποιοῖς ἀπέδωκεν ὅσα ὑπ' αὐτοῦ διὰ τὸν Κορβούλωνα ἐζημίωντο. πρὸς δ' ἔτι, τοῖς ἄρχουσι τοῖς κληρωτοῖς, βραδέως ἔτι καὶ τότε ἐκ τῆς πόλεως ἐξορμωμένοις, προεῖπε, πρὶν μεσοῦν τὸν Ἀπρίλλιον ἀπαίρειν. Τούς τε Λυκίους στασιάσαντας, ὥστε καὶ Ῥωμαίους τινὰς ἀποκτεῖναι, ἐδουλώσατό τε, καὶ ἐς τὸν τῆς Παμφυλίας νομὸν ἐσέγραψεν. Post haec Claudius III. consul, multa sacrificia, multas ferias abrogavit: nam maior anni pars iis absumebatur, non sine magno reipublicae detrimento. Igitur has cohibuit, et ex ceteris sacris, quae poterat, contraxit. Quae Caius quibusdam nullo iure aut causa dederat, repetiit: at viarum curatoribus pecuniam, qua mulctati per Corbulonem erant, restituit: provinciarum praefectis sorte constitutis, qui etiam tunc in urbe moras trahebant, ut ante medium Aprilem discederent Roma, imperavit. Lycios ad caedem usque Romanorum quorundam tumultuando progressos in servitutem redegit et Pamphiliae praefecturae adiecit. *Dio Cass.* 60, 17. — Lyciis ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit. *Sueton. Claud.* 25. — *Ὅτι πολλῶν συκοφαντουμένων, τῶν μέν, ὅτι τῇ τοῦ Κλαυδίου προσρήσει οὐκ ἐχρῶντο, τῶν δέ, ὅτι μηδὲν αὐτῷ τελευτῶντες κατέλιπον, ὡς καὶ ἀναγκαῖον ὂν τοῖς τῆς πολιτείας παρ' αὐτοῦ τυχοῦσιν ἑκάτερον ποιεῖν, ἀπηγόρευσε μηδένα ἐπ' αὐτοῖς εὐθύνεσθαι.* Quum multi per criminationem deferrentur, alii, quod Claudii nomen non usurparent, alii, quod testamento ei nihil legassent, quasi utrumque iis, qui civitate ab eo donati essent, facto esset opus; edixit, ne quis horum causa accusaretur. *Dio Cass.* 60, 17.

797. p. C. n. 44. L. QUINCTIO CRISPINO II. M. STATILIO TAURO COSS.

Τήν τε Ἀχαΐαν καὶ τὴν Μακεδονίαν, αἱρετοῖς ἄρχουσιν, ἐξ οὗπερ ὁ Τιβέριος ἦρξε, διδομένας, ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τότε τῷ κλήρῳ. Achaiam et Macedoniam iam inde a principatu Tiberii per praefectos electos administratas sorti tunc reddidit. *Dio Cass.* 60, 24. — Provincias Achaiam et Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit. *Sueton. Claud.* 25. — *Τῶν τε Ῥοδίων τὴν ἐλευθερίαν ἀφείλετο.* Rhodios libertate privavit. *Dio Cass.* 60, 24. — His coss. ... Orcadas insulas adiecit Romano imperio. *Cassiodori Chron.* — *Τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας, ταμιείαις αὐτὴν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν, οὐχ ὥστε καὶ ἐτησίους σφᾶς (ὅπερ ἐπί τε ἐκείνων πρότερον, καὶ ἐπὶ τῶν στρατηγῶν μετὰ ταῦτα ἐγίγνετο) ἄρχειν, ἀλλ' οἱ δύο οἱ αὐτοὶ τρία ὅλα ἔτη αὐτὴν διῴκουν· καὶ οἱ μὲν στρατηγίας εὐθὺς ἐλάμβανον, οἱ δὲ καὶ μισθὸν ἔφερον ὅπως ποτὲ καὶ ἔδοξαν ἄρξαι. τοῖς μὲν οὖν ταμιείαις τὴν διοίκησιν ἀντὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔξω τῆς πόλεως ἀντέδωκε· (πάσας γὰρ αὐτὰς ἔπαυσε·) τοῖς δὲ δὴ στρατηγοῖς δίκας τινὰς, ἃς πρότερον οἱ ὕπατοι διεδίκαζον, ἀντενεχείρισε. τοῖς τε στρατευομένοις, ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδύναντο ἔκ γε τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκε.* Praetores, qui pecuniae publicae administrandae praefuissent, abrogavit; quaestoribus eo munere, ut antiquitus institutum fuerat, mandato: non quidem ut ii essent annui (sicut olim et quaestores, et deinde praetores fuerant), sed ut duo iidem ad triennium totum ei negotio praeessent: atque horum alii statim praetores deinde creabantur, alii salarium accipiebant, pro eo ac visi fuissent suum munus obiisse. Igitur quaestoribus reddidit illam aerarii procurationem, ademtis praefecturis in Italia extra Romam, quas omnes abolevit: praetoribus vicissim quaedam iudicia, a consulibus olim cognita, commisit. Militibus, quia ex lege uxores habere nequibant, iura maritorum concessit. *Dio Cass.* 60, 24. — Rerum actum divisum antea in hibernos aestivosque menses coniunxit. Iurisdictionem de fideicommissis quotannis et tantum in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum atque etiam per provincias potestatibus demandavit. *Sueton. Claud.* 23. Cf. Gai. 2, 278 et a. 821. — *Pomponius Lib. Singulari Enchiridii.* Divus Augustus sedecim praetores constituit. Post deinde divus Claudius duos praetores adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent, ex quibus unum divus Titus detraxit et adiecit divus Nerva, qui inter fiscum et privatos ius diceret. Ita decem et octo praetores in civitate ius dicunt. *L.* 2, § 32 *D. de Orig. iur.* 1, 2. — Sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores a consulibus darentur utque hi, quibus a magistratibus provinciae interdicerentur, urbe quoque et Italia submoverentur. *Sueton. Claud.* 23. Cf. Plin. Ep. 9, 13. — *Modestinus Lib. VI. Excusationum.* Tunc quod deficit, repleri a consulari potestate constitutiones concesserunt et secundum mentem confirmari tutores. *L.* 1, § 1 *D. de Confirm. tut.* 26, 3. — Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, posteaquam primo consules pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione dare coeperunt, deinde praetores ex constitutionibus. § 3 *Inst. de Atil. tut.* 1, 20. — * Feminarum legitimas tutelas lex Claudia sustulit, excepta tutela patronorum. *Ulpian.* 11, 8. — * Postea lex Claudia lata est, quae quod ad feminas attinet (agnatorum), tutelas sustulit. *Gai.* 1, 157. — * Quum agnatorum tutelae in feminis lege Claudia sublatae sint. *Gai.* 1, 171. — * *Imp. Leo A. Erythrio P. P.* Constitutione divae memoriae lege Claudia sublata tam consanguineus, id est frater, quam patruus ceterique legitimi ad pupillarem feminarum tutelam vocantur. *L.* 3 *C. de Legit. tut.* 5, 30 (vid. a. 802). — * *Modestinus Lib. II. Regularum.* Quod ne curatoris auctoritas intercederet in arrogatione,

ante tenuerat, sub divo Claudio recte mutatum est. *L.* 8 *D. de Adopt.* 1, 7. — * De senatusconsulto Silaniano et Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur. *Dig.* 29, 5.

798. p. C. n. 45. M. VINICIO II. T. STATILIO TAURO CORVINO COSS.

Κλαύδιος δὲ, αὐτὸς μὲν πάντα τὰ εἰθισμένα διώμοσε, τοὺς δ' ἄλλους ἐκώλυσε κατ' ἄνδρα ὀμόσαι. καὶ οὕτως εἷς τις τῶν στρατηγούντων, ὥσπερ ποτὲ, καὶ ἕτερος τῶν δημαρχούντων, ἀπό τε τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστων εἷς, ἐξῆρξε τῶν ὅρκων τοῖς ὁμοίοις. καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐπράχθη. ἐπειδή τε ἡ πόλις πολλῶν εἰκόνων ἐπληροῦτο, (ἐξῆν γὰρ ἀνέδην τοῖς βουλομένοις ἐν γραφῇ καὶ ἐν χαλκῷ λίθῳ τε δημοσιεύεσθαι) τάς τε πλείους αὐτῶν ἑτέρωσέ ποι μετέθηκε, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἀπηγόρευσε, μηδενὶ ἰδιώτῃ, ᾧ ἂν μὴ ἡ βουλὴ ἐπιτρέψῃ, τοῦτο ποιεῖν ἐξεῖναι· πλὴν εἴ τις ἔργον τι ᾠκοδομηκὼς εἴη, ἢ καὶ κατασκευάσαιτο. τούτοις γὰρ δὴ, τοῖς τε συγγενέσιν αὐτῶν, ἵστασθαι ἐν τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἐφῆκε. καί τινα ἐπὶ δώροις τῶν ἀρξάντων τινὸς ἔθνους φυγαδεύσας, πάνθ' ὅσα ἐν τῇ ἀρχῇ ἐπεκτήσατο, ἐδήμευσεν. ὅπως τε μὴ διακρούοιντο οἱ τοιοῦτοι τοὺς ἐθέλοντας σφίσι δικάζεσθαι, οὐδενὶ ἀρχὴν ἐπ' ἀρχῇ παραχρῆμα ἐδίδου. τοῦτο γὰρ ἐνενόμιστο μὲν καὶ πρότερον, ἵνα ἀπροφασίστως τις αὐτοῖς ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ λαγχάνῃ· (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῖς παριεμένοις τὰς ἐκδημίας οἷς ποι ἐπετρέπετο ἐπ' ἀλλήλαις ποιεῖσθαι· ὅπως εἰ δή τι πλημμελήσειαν, μὴ προσλαμβάνοιεν οἱ μὲν, ἐκ τῶν ἀρχῶν, οἱ δὲ, ἐκ τῶν ἀποδημιῶν, τὸ ἀνεύθυνον·) ἐξελελοίπει δέ. καὶ οὕτω γε ἀκριβῶς ἑκάτερον αὐτῶν ἐφύλαττεν, ὥστε μηδὲ παρεδρεύσαντά τινι, ἐπιτρέψαι ἐς ἡγεμονίαν εὐθὺς ἔθνους ἐπιβάλλουσάν οἱ κληροῦσθαι, καίτοι καὶ ἐπὶ δύο ἔτη τινὰς ἐῶν αὐτῶν ἄρχειν, αἱρετούς τε ἔστιν οὓς πέμπων· τοῖς δ' οὖν αἰτουμένοις, ὥστε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀποδημῆσαι, ἐφίει μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἄνευ τῆς βουλῆς· τοῦ γε μὴν καὶ νόμῳ τινὶ αὐτὸ δοκεῖν ποιεῖν, δόγμα γενέσθαι ἐκέλευε. Tunc Claudius omnia solita iuravit, reliquos viritim iurare prohibuit: atque ita, ut olim, unus ex praetoribus, alius ex tribunis plebis, alius ex reliquis collegiis, unus omnibus collegis iusiurandum praeivit; quod per multos annos servatum est. Quoniam vero urbs imaginum multitudine replebatur (licebat enim sine discrimine omnibus, qui vellent, pictura, aere lapideque suam effigiem publicare), plerasque earum in alium locum transtulit Claudius; interdicens, ne quis in posterum privatus iniussu senatus hoc ageret, nisi quis opus aliquod aedificasset, aut refecisset: his enim ac eorum cognatis permittebat, ut iis in locis imagines suas ponerent. Quum praefectum quendam provinciae propter dona capta exilio puniret, omnia, quae is praefecturae tempore acquisivisset, bona publicavit; ac ne possent praefectura functi repellere eos, qui diem ipsis vellent dicere, nulli aliam statim ex alia provinciam dedit. Lege quidem iam ante fuerat cautum, ut quis intermedio tempore litem illis intendere non vereretur: nam ne decedentibus quidem provincia, profectiones licebat alias ex aliis instituere, ne videlicet, si quae deliquissent, haec vel imperiis vel peregrinationibus continentibus impunita redderentur: verum id exoleverat iam. Claudius vero utrumque tam diligenter servavit, ut ne quidem ulli, qui praesidis provinciae assessor fuisset, permiserit statim provinciam ad se pertinentem sortiri; quamquam nonnullos pateretur biennio toto praeesse, aliquando electos a se in eas mitteret. Qui peregrinationem extra Italiam petebant, iis concedebat quidem ipse per se, non consulto senatu: tamen ut lege abesse viderentur, iubebat senatusconsultum fieri. *Dio Cass.* 60, 25. — Commeatus a senatu peti solitos beneficii sui fecit. *Sueton. Claud.* 23. — Census peractus. *Eusebii Chron. ad a.* 2061, *Claud.* 5. *Syncellus p.* 629. *Samuel ad a. Chr.* 47, *Claud.* 5. — *Κλαύδιος Καῖσαρ Γερμανικὸς, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον, ὕπατος ἀποδεδειγμένος τὸ τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ δέκατον, πατὴρ πατρίδος, Ἱεροσολυμιτῶν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ, Ἰουδαίων παντὶ ἔθνει χαίρειν. Ἀγρίππα τοῦ ἐμοῦ, ὃν ἐγὼ ἔθρεψα καὶ ἔχω σὺν ἐμαυτῷ εὐσεβέστατον ὄντα, προσαγαγόντος μοι τοὺς ὑμετέρους πρέσβεις, εὐχαριστοῦντας, ἐφ' ᾗ πεποίημαι τοῦ ἔθνους ὑμῶν κηδεμονίᾳ, καὶ αἰτησαμένων σπουδαίως καὶ φιλοτίμως τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, καὶ τὸν στέφανον ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ὑμῶν εἶναι, συγχωρῶ, καθὼς ὁ κράτιστος καί μοι τιμιώτατος Οὐϊτέλλιος ἐποίησε. Συγκατεθέμην δὲ τῇ γνώμῃ ταύτῃ πρῶτον διὰ τὸ ἐμαυτοῦ εὐσεβὲς, καὶ τὸ βούλεσθαι ἑκάστους κατὰ τὰ πάτρια θρησκεύειν· ἔπειτα εἰδὼς, ὅτι καὶ αὐτῷ βασιλεῖ Ἡρώδῃ καὶ Ἀριστοβούλῳ τῷ νεωτέρῳ, ὧν τὴν πρὸς ἐμαυτὸν εὐσέβειαν καὶ τὴν περὶ ὑμᾶς γινώσκω σπουδὴν, πάνυ χαριοῦμαι ταῦτα ποιήσας, πρὸς οὓς ἐστί μοι πλεῖστα δίκαια φιλίας κρατίστους ὄντας καὶ ἐμοὶ τιμίους. Ἔγραψα δὲ περὶ τούτων καὶ Κουσπίῳ Φάδῳ τῷ ἐμῷ ἐπιτρόπῳ. Οἱ τὰ γράμματα κομίζοντες Κορνήλιος Κέρωνος, Τρύφων Θευδίωνος, Δωρόθεος Ναθαναήλου, Ἰωάννης Ἰωάννου. Ἐγράφη πρὸ τεσσάρων καλανδῶν Ἰουλίων ἐπὶ ὑπάτων Ῥούφου καὶ Πομπηΐου Σιλουανοῦ.* Claudius Caesar Germanicus, Trib. Pot. V., consul designatus IV., imperator X., pater patriae, Hierosolymitarum magistratibus, senatui, populo, toti Iudaeorum genti S. Quoniam Agrippa meus, alumnus meus et quem mecum habeo utpote pientissimum, vestros legatos ad me adduxit, gratias agentes pro mea de gente vestra cura et providentia et enixe certatimque precatos, ut stolam sacram atque coronam in vestra potestate habeatis, concedo, quod petitis, quemadmodum vir optimus mihique carissimus Vitellius fecerat. Huic autem vestrae voluntati obsecutus sum, inprimis quod id mihi suaserit pietas, quodque voluerim, ut omnes Deum patrio ritu venerentur, dein quod noverim, me ita faciendo magnam ab ipso rege Herode et iuniore Aristobulo, quorum in me pietatem et erga vos studium perspectum habeo, gratiam initurum esse, quibuscum viris optimis et mihi carissimis multis officiis mihi intercessit amicitia. De istis autem scripsi et Cuspio Fadio procuratori. Nomina literas deferentium haec sunt: Cornelius Ceronis, Tryphon Theudionis, Dorotheus Nathanaëlis, Ioannes Ioannis filius. Datae quarto Kalendas Iulias Rufo et Pompeio Sylvano suffectis Coss. *Ioseph. Ant.* 20, 1, 2. — *Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κλαυδίου οἱ αὐτοὶ Ἀντιοχεῖς κτήτορες καὶ πολῖται ἀναφορὰν ἔπεμψαν, δεόμενοι ὥστε παρασχεθῆναι αὐτοῖς ἀπὸ θείας αὐτοῦ κελεύσεως ἀγορασθῆναι τὰ Ὀλύμπια ἀπὸ τῶν Πισαίων τῆς Ἑλλάδος χώρας ἀπὸ τῶν ἐτησίων προσόδων τῶν ἐαθέντων χρημάτων παρὰ Σωσιβίου τινὸς συγκλητικοῦ, συμπολίτου αὐτῶν. καὶ παρέσχεν αὐτοῖς ἀγοράσαι τὰ Ὀλύμπια ὁ αὐτὸς Κλαύδιος βασιλεὺς, ἔτους χρηματίζοντος κατὰ τοὺς Ἀντιοχεῖς Σύρους ϛβ'.* Eodem imperante Claudio, primores et populus Antiochenus ad imperatorem referebant ab eo petentes, uti divino eius ex edicto facultatem sibi haberent Olympia a Piseis redimendi ex annuis illis reditibus, urbi suae a Sosibio quodam, cive et senatore Antiocheno, olim legatis. Facultatem itaque Olympia redimendi concessit eis Claudius imperator, anno aerae Antiochenae XCII. *Malalas* 10, *p.* 248.

799. p. C. n. 46. VALERIO ASIATICO II. M. IUNIO SILANO COSS.

Ulpianus Lib. XIV. ad Sabinum. Senatusconsulto, quod factum est Claudianis temporibus, Velleo Rufo et Osterio Scapula consulibus de assignandis libertis, in haec verba cavetur: Si qui duos pluresve liberos iustis nuptiis quaesitos in potestate haberet, de liberto libertave sua significasset, cuius ex liberis suis eum libertum eamve libertam esse vellet, is eave, quandoque is, qui eum eamve manumisit inter vivos vel testamento, in civitate esse desisset, solus ei patronus solave patrona esset, perinde atque si ab eo eave libertatem consecutus consecutave est. Utique si ex liberis quis in civitate esse desisset, neque ei liberi ulli essent, ceteris eius liberis, qui manumisit, perinde omnia iura serventur, ac si nihil de eo liberto eave liberta is parens significasset. *L.* 1 *D. de Assignandis libertis* 38, 4. — Admonendi sumus, censuisse senatum, ut, quamvis ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sint, aequaliter bona libertorum pertineant, tamen licere parenti uni ex liberis assignare libertum, ut post mortem eius solus is patronus habeatur, cui assignatus est, et ceteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla assignatione interveniente, pariter admitterentur, nihil iuris in iis bonis habeant. *Pr. Inst. de Assign. lib.* 3, 8. — Nec interest, testamento quis assignet an sine testamento, sed etiam quibuscunque verbis patronis

hoc permittitur facere, ex ipso senatusconsulto, quod Claudianis temporibus factum est, Suillio Rufo et Osterio Scapula consulibus. § 3 *Inst. e. t.* — *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Et primo quidem temporibus divi Augusti, mox deinde Claudii, edictis eorum erat interdictum, ne feminae pro viris suis intercederent. § 1. Postea factum est senatusconsultum, quo plenissime feminis omnibus subventum est, cuius senatusconsulti verba haec sunt: „Quod Marcus Silanus et Velleus Tutor, consules, verba fecerunt de obligationibus feminarum, quae pro aliis reae fierent, quid de ea re fieri oportet, de ea re ita consuluerunt: quod ad fideiussiones et mutui dationes pro aliis, quibus intercesserint feminae, pertinet, tametsi ante videtur ita ius dictum esse, ne eo nomine ab his petitio neve in eas actio detur, quum eas civilibus officiis fungi, et eius generis obligationibus obstringi non sit aequum, arbitrari senatum, recte atque ordine facturos, ad quos de ea re in iure aditum erit, si dederint operam, ut in ea re senatus voluntas servetur.“ *L.* 2, *pr.* et § 1 *D. ad Senatuscons. Velleian.* 16, 1. — *Paulus Lib. XXX. ad Edictum.* Velleiano senatusconsulto plenissime comprehensum est, ne pro ullo feminae intercederent. *L.* 1 *pr. D. ad Senatuscons. Velleian.* 16, 1. Cf. l. 16 pr. § 1, l. 24, § 2, l. 25, § 1, l. 30, § 1 D. eod. tit.; l. 40 D. de Cond. ind. 12, 6; l. 3 D. de Fideiuss. 46, 1. — * *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Divus Claudius libertum, qui probatus fuerit, patrono delatores submisisse, qui de statu eius facerent ei quaestionem, servum patroni esse iussit eum libertum. *L.* 5 *D. de Iure patronatus* 37, 14. — * (Libertinos) ingratos et de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem advocatisque eorum negavit se adversus libertos ipsorum ius dicturum. *Sueton. Claud.* 25. — * *Ἐπέτρεψε* (sc. *τοῖς δούλοις*) *κατηγορεῖν τῶν δεσποτῶν, εἴ τι συνίδοιεν αὐτοῖς πλημμέλημα.* Servis permisit, ut dominos suos accusarent, si cuius eorum delicti essent conscii. *Cedreni Hist. p.* 347. — * *Impp. Severus et Antoninus AA. Torquato.* Quum divus (Claudius?) pater meus constituerit, a praesidibus provinciarum, vel qui coërcendorum maleficiorum potestatem habeat in perpetua vincula damnatos ad libertatem perduci non posse. *L.* 1 *C. Qui non poss. ad lib. perv.* 7, 12. — *Καὶ προσέτι ἀπηγόρευσε, μηδένα τοῖς οὕτω κατὰ τῶν δεσποτευσάντων αὐτῶν βοηθεῖν. εἰ δὲ μή, στέρεσθαι τοῦ δίκην αὐτοὺς ἑτέροις λαγχάνειν.* Edixitque praeterea, ne quis servis adversus priores dominos subveniret; sin secus fecisset, facultate alios accusandi privaretur. *Dio Cass.* 60, 28. — *Προεῖπε διὰ προγράμματος, ὅτι καὶ κατὰ ἀπόντων αὐτῶν ἐντὸς ῥητῆς τινος ἡμέρας [ἐρήμην] δικάσει· καὶ ἐνεπέδωσε τοῦτο.* Edicto testatus est, se contra absentes etiam intra certum diem pronuntiaturum: idque re confirmavit. *Dio Cass.* 60, 28. — * Thracia hucusque regnata in provinciam redigitur. *Eusebii Chron. p.* 160. *Syncellus p.* 630.

800. p. C. n. 47. TIBERIO CLAUDIO CAESARE AUGUSTO IV. L. VITELLIO III. COSS.

Ludi saeculares sextum Ti. Claudio Drusi F. Aug. Germanico IV. L. Vitellio P. F. III. Coss. *Fasti Capit. a.* 799. — Fecit et saeculares, quasi anticipatos ab Augusto. *Sueton. Claud.* 21. — Ludis saecularibus, quos Claudius Caesar consulatu suo quarto fecit, quando LXIII non amplius anni interfuere. *Plin. Hist. Nat.* 7, 49. — Sextos ludos fecit Ti. Claudius Caesar se IV. et L. Vitellio III. Coss. anno DCCC. *Censorinus* 17. — Huius anno sexto, quum XIV regnavit, DCCC. urbis mire celebratus. *Aurel. Vict. de Caes.* 4. Cf. Tacit. Ann. 11, 11. Cf. a. 726 et 737. — *Ἐπειδή τε πολλοὶ δούλους ἀῤῥωστοῦντας οὐδεμιᾶς θεραπείας ἠξίουν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξέβαλλον, ἐνομοθέτησε, πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγενομένους ἐλευθέρους εἶναι.* Quia multi servos aegrotantes nulla cura dignabantur, sed domibus eiiciebant, legem tulit princeps, ut quicunque ita exturbati ad sanitatem rediissent, liberi essent. *Dio Cass.* 60, 29. — *Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ δούλους νοσοῦντας οὐδεμιᾶς θεραπείας οἱ δεσπόται ἠξίουν, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκιῶν ἐξώθουν, ἐνομοθέτησε, πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγενομένους ἐλευθέρους εἶναι.* Quum multi servi aegrotantes plane a dominis neglecti aedibus eiicerentur, eos omnes, qui sanitatem recuperassent, liberos esse lege lata iussit. *Zonaras* 11, 9. — Quum quidam aegra et affecta mancipia in insulam Aesculapii taedio medendi exponerent, omnes, qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionem domini, si convaluissent: quod si quis necare quem mallet quam exponere, caedis crimine teneri. *Sueton. Claud.* 25. — *Modestinus Lib. VI. Regularum.* Servo, quem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatem habuit, ex edicto divi Claudii competit libertas. *L.* 2 *D. Qui sine manumiss.* 40, 8. — *Ὅτι Κλαύδιος, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, νόμον προὔθηκε, μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημείων τῆς πόλεως ὁδεύειν, χωρὶς τῆς τοῦ βασιλέως κελεύσεως. ἐπειδὴ δὲ καί τινες τοὺς δούλους ἀῤῥωστοῦντας οὐδεμιᾶς ἠξίουν θεραπείας, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν οἰκιῶν ἐδίωκον, ἐνομοθέτησε πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγενομένους ἐλευθέρους εἶναι. ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τὸ καθήμενόν τινα ἐπὶ ἅρματος διὰ τῆς πόλεως ἐλαύνειν.* Claudius imperator Romanorum legem tulit, ne senatori ultra septimum lapidem iniussu imperatoris ab urbe proficisci liceret. Idem quum quidam servos aegrotantes prorsus negligerent, atque aedibus etiam eiicerent, omnes, qui a morbo evasissent, liberos esse iussit. Cavit etiam, ne quis curru sedens per urbem veheretur. *Suidas v. Κλαύδιος.* — Sed scimus, hoc etiam esse in antiqua Latinitate ex edicto divi Claudii introductum, quod, si quis servum suum aegritudine periclitantem sua domo publice eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alii eum commendans, quum erat ei libera facultas, si non ipse ad eius curam sufficeret, in xenonem eum mittere, vel quo poterat modo, eum adiuvare, huiusmodi servus in libertate Latina antea morabatur et quem ille morientem antea dereliquit, eius bona iterum, quum moreretur, accipiebat. *L. un.* § 3 *C. Iust. de Latina libert. toll.* 7, 6. — Consurgunt patres, legemque Cinciam flagitant, qua cavetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat. *Tacit. Ann.* 11, 5. — Princeps … capiendis pecuniis posuit modum, usque ad dena sestertia, quem egressi repetundarum tenerentur. *Tacit. Ann.* 11, 7. Cf. ibidem 13, 42 et a. 811. — Suberat edicto senatusconsultum: hoc omnes, quidquid negotii haberent, iurare prius, quam agerent, iubebantur, nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, promisisse, cavisse. His enim verbis ac mille praeterea et vaenire advocationes et emi vetabantur. Peractis tamen negotiis permittebantur pecuniam dumtaxat decem millium dare. *Plin. Epist.* 5, 21. Cf. Plin. Epist. 5, 4 et a. 812. — * Qui contra legem munera acceperat. *Plin. Epist.* 4, 9. — At Claudius … munia censoria usurpans, theatralem populi lasciviam severis edictis increpuit … et lege lata saevitiam creditorum coërcuit, ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum foenori darent. *Tacit. Ann.* 11, 13. — *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Verba senatusconsulti Macedoniani haec sunt: Quum inter ceteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam aes alienum adhibuisset et saepe materiam peccandi malis moribus praestaret, qui pecuniam, ne quid amplius diceretur, incertis nominibus crederet, placere, ne cui, qui filiofamilias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius, cuius in potestate fuisset, actio petitioque daretur: ut scirent, qui pessimo exemplo foenerarent, nullius posse filiifamilias bonum nomen exspectata patris morte fieri. *L.* 1 *D. de Senatuscons. Maced.* 14, 6. — Senatusconsultum Macedonianum prohibuit, mutuas pecunias dari iis, qui in parentis erunt potestate; et ei, qui crediderit, denegatur actio, tam adversus filium filiamve, nepotem neptemve (sive adhuc in potestate sunt sive morte parentis vel emancipatione suae potestatis esse coeperint), quam adversus patrem avumve, sive habeat eos adhuc in potestate sive emancipaverit, quae ideo senatus prospexit etc. § 7 *Inst. Quod cum eo* 4, 7. — *Δόγμα δὲ λεγόμενον Μακεδονιάνειον γέγονε, τὸ κελεῦσαν, μηδένα δανείζοντα ἐλευθέρῳ ὑπεξουσίῳ ἀπαιτεῖν τὰ δανεισθέντα.* Factum est autem senatusconsultum, Macedonianum dictum, quod statuit, ne quis homini libero sub potestate constituto mutuatus debita reposcat. *Theophil. Paraphr.* § 7 *Inst. cit.* — Qui filiofamilias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris ex eo, quod vivo patre credidit, cum eo agere non potest. *Paul. Sent.* 2, 10, 1. Cf. l. 2 D. Quae res pign. 20, 3;

l. 7, § 1 D. de Except. 44, 1; l. 4, § 14 D. de Doli mali exc. 44, 4; l. 11 D. de Fideiuss. 46, 1; l. 19 D. de Novat. 46, 2; l. 26, § 9, l. 40 D. de Condict. ind. 12, 6, al. — Novas literarum formas addidit, divulgavitque. *Tacit. Ann.* 11, 13. — Tres literas adiecit. *Tacit. Ann.* 11, 14. — Novas etiam commentus est literas tres ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit. *Sueton. Claud.* 41. — Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam Ⅎ ad hos usus literarum adiecerat. *Quinctil. Inst.* 1, 7. — Huic S praeponitur P et loco ψ Graecae fungitur, pro qua Claudius Caesar antisigma Ͻ hac figura scribi voluit, sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare. *Priscian.* 1, 42. — Huic literae S divus Claudius P adiecit aut C propter ψ et ξ Graecas, psalterium, saxa. *Martianus Capella* 3, *tit. de Semivocalibus.* — * Primatum (chartae) mutavit Claudius Caesar, nimia quippe Augustae tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Igitur e secundo corio statumina facta sunt, e primo subtegmina. Auxit et latitudinem. Pedalis erat mensura et cubitalis macrocollis: sed ratio deprehendit vitium, unius schedae revulsione plures infestante paginas. Ob haec praelata omnibus Claudia; Augustae in epistolis auctoritas relicta. *Plin. Hist. Nat.* 13, 24. — Retulit ... ad senatum super collegio haruspicum, ne vetustissima Italiae disciplina per desidiam exolesceret ... Factum ex eo senatusconsultum: viderent pontifices, quae retinenda firmandaque haruspicum. *Tacit. Ann.* 11, 15. — * Quaedam circa ceremonias, civilemque et militarem morem, item circa omnium ordinum statum, domi forisque aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit. In cooptandis per collegia sacerdotibus neminem nisi iuratus nominavit observavitque sedulo, ut quoties terra in urbe movisset, ferias advocata concione praetor indiceret, utque dira avi in urbe aut in Capitolio visa, obsecratio haberetur eamque ipse iure Maximi Pontificis commonito pro rostris populo praeiret. *Sueton. Claud.* 22. — Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum iuberet. *Tacit. Ann.* 11, 19. — P. Dolabella censuit, spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quaesturam adipiscerentur. *Tacit. Ann.* 11, 22. — Collegio quaestorum pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxit, detractaque Ostiensi et Gallica provincia curam aerarii Saturni reddidit, quam medio tempore praetores aut utique tunc praetura functi sustinuerant. *Sueton. Claud.* 24.

801. p. C. n. 48. A. VITELLIO L. VIPSANIO COSS.

Quum de supplendo senatu agitaretur primoresque Galliae, quae Comata appellatur, foedera et civitatem Romanam pridem assecuti, ius adipiscendorum in urbe honorum expeterent ... princeps ... vocato senatu ita exorsus est: „Maiores mei (quorum antiquissimus Clausus, origine Sabina, simul in civitatem Romanam et in familias patriciorum adscitus est) hortantur, uti paribus consiliis rempublicam capessam, transferendo huc, quod usquam egregium fuerit. Neque enim ignoro, Iulios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo, et, ne vetera scrutemur, Etruria Lucaniaque, et omni Italia, in senatum accitos. Postremo ipsam ad Alpes promotam, ut non modo singuli viritim, sed terrae, gentes in nomen nostrum coalescerent. Tunc solida domi quies et adversus externa floruimus, quum Transpadani in civitatem recepti, quum, specie deductarum per orbem terrae legionum, additis provincialium validissimis, fesso imperio subventum est. Num poenitet, Balbos ex Hispania, nec minus insignes viros e Gallia Narbonensi transivisse? Manent posteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedaemoniis et Atheniensibus fuit, quamquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerit. Advenae in nos regnaverunt. Libertinorum filiis magistratus mandari, non ut plerique falluntur, repens, sed priori populo factitatum est. At cum Senonibus pugnavimus. Scilicet Volsci et Aequi nunquam adversam nobis aciem instruxere! Capti a Gallis sumus; sed et Tuscis obsides dedimus et Samnitium iugum subivimus. Attamen, si cuncta bella recenseas, nullum breviore spatio, quam adversus Gallos, confectum. Continua inde ac fida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus nostris mixti, aurum et opes suas inferant potius, quam separati habeant. Omnia, P. C., quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere: plebeii magistratus post patricios, latini post plebeios, ceterarum Italiae gentium post latinos. Inveterascet hoc quoque et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.“ Orationem principis secuto patrum senatusconsulto primi Aedui senatorum in urbe ius adepti sunt. Datum id foederi antiquo et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant. *Tacit. Ann.* 11, 23—25. — Tabula I. mae rerum nostr.... sii .... Equidem primam omnium illam cogitationem hominum, quam maxime primam occursuram mihi provideo, deprecor, ne quasi novam istam rem introduci exhorrescatis; sed illa potius cogitetis, quam multa in hac civitate novata sint, et quidem statim ab origine urbis nostrae in quod formas statusque res publica nostra diducta sit. Quondam reges hanc tenuere urbem; nec tamen domesticis successoribus eam tradere contigit. Supervenere alieni et quidam externi, ut Numa Romulo successerit ex Sabinis veniens, vicinus quidem sed tunc externus, ut Anco Marcio Priscus Tarquinius. Propter temeratum sanguinem, quod patre Demarato Corinthio natus erat et Tarquiniensi matre generosa sed inopi (ut quae tali marito necesse habuerit succumbere), cum domi repelleretur a gerendis honoribus, postquam Romam migravit, regnum adeptus est. Huic quoque et filio nepotive eius (nam et hoc inter auctores discrepat) insertus Servius Tullius, si nostros sequimur, captiva natus Ocresia; si Tuscos Caeli quondam Vivennae sodalis fidelissimus omnisque eius casus comes. Postquam varia fortuna exactus cum omnibus reliquiis Caeliani exercitus Etruria excessit, montem Caelium occupavit et a duce suo Caelio ita appellitatus, mutatoque nomine (nam Tusce Mastarna ei nomen erat) ita appellatus est ut dixi, et regnum summa cum rei publicae utilitate optinuit. Deinde postquam Tarquinii superbi mores invisi civitati nostrae esse coeperunt qua ipsius qua filiorum eius: nempe pertaesum est mentes regni et ad consules, annuos magistratus, administratio reip. translata est. Quid nunc commemorem dictaturae hoc ipso consulari imperium valentius repertum apud maiores nostros quo in asperioribus bellis aut in civili motu difficiliore uterentur; aut in auxilium plebis creatos tribunos plebei? Quid a consulibus ad decemviros translatum imperium solutoque postea decemvirali regno ad consules rursus reditum? Quid inter pluris distributum consulare imperium, tribunos militum consulari imperio appellatos, qui seni et saepe octoni crearentur? Quid communicatos postremo cum plebe honores non imperi solum sed sacerdotiorum quoque? Iam si narrem bella a quibus coeperint maiores nostri et quo processerimus, vereor ne nimis insolentior esse videar et quaesisse iactationem gloriae prolati imperii ultra oceanum. Sed illuc potius revertar: civitatem .... Tabula II. .... sane .... novo .... divus Aug. .... no .... lus et patruus Tiberius Caesar omnem florem ubique coloniarum ac municipiorum bonorum scilicet virorum et locupletium in hac curia esse voluit. Quid ergo? Non italicus senator provinciali potior est? Iam vobis cum hanc partem censurae meae approbare coepero, quid de ea re sentiam rebus ostendam. Sed ne provinciales quidem si modo ornare curiam poterint reiiciendos puto. Ornatissima ecce colonia valentissimaque Viennensium quam longo iam tempore senatores huic curiae confert. Ex qua colonia inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissime diligo et hodieque in rebus meis detineo. Cuius liberi fruantur quaeso primo sacerdotiorum gradu post modo cum annis promoturi dignitatis suae incrementa. Ut dirum nomen latronis taceam; et odi illud palestricum prodigium quod ante in domum consulatum intulit, quam colonia sua solidum civitatis Romanae beneficium consecuta est. Idem de fratre eius possum dicere miserabili quidem indignissimo-

que hoc casu ut vobis utilis senator esse non possit. — (Tempus est iam Tiberi Caesar Germanice, detegere te patribus conscriptis quo tendat oratio tua: iam enim ad extremos fines Galliae Narbonensis venisti.) — Tot ecce insignes iuvenes quot intueor non magis sunt paenitendi senatores quam paenitet Persicum nobilissimum virum, amicum meum, inter imagines maiorum suorum Allobrogici nomen legere. Quod si haec ita esse consentitis, quid ultra desideratis quam ut vobis digito demonstrem solum ipsum ultra fines provinciae Narbonensis iam vobis senatores mittere, quando ex Luguduno habere nos nostri ordinis viros non paenitet. Timide quidem P. C. egressus adsuetos familiaresque vobis provinciarum terminos sum; sed destricte iam comatae Galliae causa agenda est. In qua si quis hoc intuetur quod bello per decem annos exercuerint divum Iulium, idem opponat centum annorum immobilem fidem obsequiumque multis trepidis rebus nostris plusquam expertum. Illi patri meo Druso Germaniam subigenti tutam quiete sua securamque a tergo pacem praestiterunt, et quidem cum a census novo tum opere et inadsueto Galliis ad bellum advocatus esset. Quod opus quam arduum sit nobis nunc cum maxime, quamvis nihil ultra quam ut publicae natae sint facultates nostrae exquiratur, nimis magno experimento cognoscimus ... *Oratio Imp. Claudii de civitate Gallis danda in Tabulis aeneis Musei Lugdunensis.* — Si princeps civitatem dederit omnibus Gallis, si immunitatem Hispanis, nihil hoc nomine singuli debebunt. *Seneca de Benef.* 6, 19. — Iisdem diebus in numerum patriciorum adscivit Caesar vetustissimum quemque e senatu aut quibus clari parentes fuerant ... Famosos probris quonam modo senatu depelleret, anxius, mitem et recens repertam, quam ex severitate prisca, rationem adhibuit monendo, secum quisque de se consultaret, peteretque ius exuendi ordinis, facilem eius rei veniam; et motos senatu et excusatos simul propositurum, ut iudicium censorum ac pudor sponte cedentium permixti, ignominiam mollirent. *Tacit. Ann.* 11, 25. — * Senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit. Latum clavum, quamvis initio affirmasset, non lecturum senatorem, nisi civis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. *Sueton. Claud.* 24. — Gessit et censuram intermissam diu post Paulum Plancumque censorem (731 a. u. c.) ... Fuerunt et in illa censura eius notabilia, quod ... uno die XX edicta proposuit. *Sueton. Claud.* 16. — Allatus est (phoenix) et in urbem, Claudii principis censura, anno urbis DCCC. *Plin. Hist. Nat.* 10, 2. — Condidit lustrum, quo censa sunt civium LXIX centena, XLIV millia. *Tacit. Ann.* 11, 25. Cf. Syncellus p. 629. — Neque secus censu novato. *Aurel. Vict. de Caes.* 4. Cf. Solin. Polyhist. 46. — Totidem annos (CL) censum Claudii Caesaris censura T. Fullonium Bononiensem (vivere) ... collatis censibus, quos ante detulerat, vitaeque argumentis (etenim id curae principi erat) verum apparuit. *Plin. Hist. Nat.* 7, 49.

802. p. C. n. 49. C. POMPEIO LONGINO GALLO Q. VERANNIO COSS.

Claudius ... senatum ingressus decretum postulat, quo iustae inter patruos fratrumque filias nuptiae etiam in posterum statuerentur. *Tacit. Ann.* 12, 7. — Illecebris Agrippinae, Germanici fratris sui filiae, per ius osculi et blanditiarum occasiones pellectus in amorem, subornavit proximo senatu, qui censeret cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi reipublicae maxime interesset: dandamque ceteris veniam talium coniugiorum, quae ad id tempus incesta habebantur. *Sueton. Claud.* 26. — Fratris filiam uxorem ducere licet, idque primum in usum venit, quum D. Claudius Agrippinam, fratris sui filiam uxorem duxisset. Sororis vero filiam uxorem ducere non licet et haec ita principalibus constitutionibus significantur. *Gai.* 1, 62. — Nunc ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum fratris filiam. *Ulp.* 5, 6. — Etsi licitum veteres crediderunt, nuptiis fratris solutis ducere fratris uxorem. *L.* 2 *C. Th. de Incestis nupt.* 3, 12. — *Γενομένου δὲ τούτου, λόγους ἐν τῇ βουλῇ ὁ Οὐϊτέλλιος ἐποιήσατο, ὅτι συμφέρει τῷ κοινῷ γῆμαι τὸν Κλαύδιον, καὶ τὴν Ἀγριππίναν ἐπιτήδειαν εἰς τοῦτο ἀπέφαινε, καὶ βιάσασθαι σφίσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν γάμον συνεβούλευεν. Ἐντεῦθεν ὁρμηθέντες οἱ βουλευταὶ πρὸς τὸν Κλαύδιον ἦλθον, καὶ ἠνάγκασαν δῆθεν αὐτὸν γῆμαι ... καὶ ψήφισμα ἐποιήσαντο, ἐξεῖναι Ῥωμαίοις ἀδελφιδᾶς ἄγεσθαι· πρότερον γὰρ ἐκεκώλυτο.* Quo facto Vitellius in senatu proposuit, esse e republica, ut Claudius uxorem ducat et Agrippinam ei fore idoneam pronuntiavit utque ad eas nuptias adigeretur, auctor fuit. Ita senatores propere ad Claudium abierunt, eumque coëgerunt scilicet, ut matrimonium contraheret ... facto senatusconsulto, ut Romanis fratrum filias ducere liceret, quod ante vetitum erat. *Zonaras* 11, 10. — *Οὗτος ἐρασθεὶς ἀδελφιδῆς οἰκείας ἐνομοθέτησε πρῶτος ὥς φασι, θυγατέρας ἄγεσθαι ἀδελφῶν.* Hic germanae neptis illecebris amore victus, legem neptem ducere permittentem, primus, aiunt, edidit. *Syncell. p.* 631. — Capiti Papiae Poppaeae legis a Tiberio Caesare, quasi sexagenarii generare non possent, addito obrogavit. *Sueton. Claud.* 23. Cf. a. 787. — Galliae Narbonensi ob egregiam in patres reverentiam datum, ut senatoribus eius provinciae, non exquisita principis sententia, iure, quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret. Ituraeique et Iudaei, defunctis regibus Sohemo atque Agrippa, provinciae Syriae additi. *Tacit. Ann.* 12, 23. Cf. a. 792. — Claudius defunctis regibus aut ad modicum redactis Iudaeam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit. *Tacit. Hist.* 5, 9. — Salutis augurium quinque et viginti annis omissum repeti ac deinde continuari placitum et pomoerium auxit Caesar more prisco. *Tacit. Ann.* 12, 23. — Aventinum antea ... extra pomoerium exclusum, post auctore D. Claudio receptum et intra pomoerii fines observatum. *Gellius* 13, 14.

803. p. C. n. 50. C. ANTISTIO VETERE M. SUILLIO NERVILIANO COSS.

Adoptio in Domitium ... festinatur ... biennio maiorem natu Domitium filio anteposuit, habita apud senatum oratione. *Tacit. Ann.* 12, 25. — Rogata lex, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret, augetur et Agrippina cognomento Augustae. *Tacit. Ann.* 12, 26. — *Τόν τε Δομίτιον τότε μὲν γαμβρὸν τῷ Κλαυδίῳ ἀπέδειξεν, ὕστερον δὲ καὶ ἐσεποίησεν.* Domitium vero tum quidem generum, mox et filium Claudio adscivit. *Dio Cass.* 60, 32 ad. a. 801. — *Ὁπότε δὲ ὁ Κλαύδιος τὸν Νέρωνα τὸν υἱὸν αὐτῆς εἰσεποιήσατό τε καὶ γαμβρὸν ἐποιήσατο.* Quo tempore Claudius Neronem Agrippinae filium adoptavit, generumque eum sibi adscivit. *Dio Cass. l. c.* — E generis Neronem adoptavit. *Sueton. Claud.* 27. — Domitius, adoptione mox in imperium et cognomentum Neronis adscitus. *Tacit. Ann.* 11, 11. Cf. Dio Cass. 61, 1. — Agrippina in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat. *Tacit. Ann.* 12, 27. Cf. Sueton. Ner. 7. — * Quum iudices instituto Pompeii praedictis gentibus (Armeniis et Parthis) Claudius Caesar praeficeret. *Rufi Festi Breviarium p.* 271.

804. p. C. n. 51. TIBERIO CLAUDIO CAES. AUG. V. SER. CORNELIO ORFITO COSS.

Caesar adulationibus senatus libens cessit, ut vicesimo aetatis anno consulatum Nero iniret atque interim designatus proconsulare imperium extra urbem haberet ac princeps iuventutis appellaretur. *Tacit. Ann.* 12, 41. Cf. Zonaras 11, 10 et 11. — * Auspicatus est (Nero) iurisdictionem praefectus urbis sacro Latinarum. *Sueton. Ner.* 7.

805. p. C. n. 52. CORNELIO SULLA FAUSTO L. SALVIO OTHONE TITIANO COSS.

De mathematicis Italia pellendis factum senatusconsultum atrox et irritum. *Tacit. Ann.* 12, 52. — *Οἱ ἀστρολόγοι δὲ ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰταλίας ἠλάθησαν καὶ οἱ αὐτοῖς συγγινόμενοι ἐκολάσθησαν.* Astrologi tum tota Italia pulsi sunt et qui eos consulebant mulctati. *Zonaras* 11, 10. — Laudati dehinc oratione principis, qui ob angustias familiares ordine senatorio sponte cederent motique, qui remanendo impudentiam paupertati adiicerent. Inter quae

refertur ad patres de poena feminarum, quae servis coniungerentur, statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapsae in servitute, sin consensisset, pro libertis haberentur. *Tacit. Ann.* 12, 52 et 53. — Maxima capitis deminutio est, per quam et civitas et libertas amittitur, veluti quum mulier alieno servo se iunxerit, denuntiante domino et ancilla facta fuerit ex senatusconsulto Claudiano. *Ulp.* 11, 11. — Item feminae liberae ex senatusconsulto Claudiano ancillae fiunt eorum dominorum, quibus invitis et denuntiantibus nihilominus cum servis eorum coierint. *Gai.* 1, 160. — Ex senatusconsulto Claudiano poterat civis Romana, quae alieno servo volente domino eius coiit, ipsa ex pactione libera permanere, sed servum procreare: nam quod inter eam et dominum istius servi convenerit, ex senatusconsulto ratum esse iubetur; sed postea divus Hadrianus iniquitate rei et inelegantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut quum ipsa mulier libera permaneat, liberum pariat. *Gai.* 1, 84. — Ex diverso ex ancilla et libero poterant liberi nasci: nam ea lege cavetur, ut si quis cum aliena ancilla, quam credebat liberam esse, coierit, si quidem masculi nascantur, liberi sint, si vero feminae, ad eum pertineant, cuius mater ancilla fuerit, sed et in hac specie divus Vespasianus inelegantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut omni modo, etiamsi masculi nascantur, servi sint eius, cuius et mater fuerit. *Gai.* 1, 85. — Sed illa pars eiusdem legis salva est, ut ex libera et servo alieno, quem sciebat servum esse, servi nascantur. *Gai.* 1, 86. — Si qua mulier civis Romana praegnans ex senatusconsulto Claudiano facta sit ob id, quod alieno servo coierit, denuntiante domino eius complures distinguunt etc. *Gai.* 1, 91. — Si mulier ingenua civisque Romana vel Latina alieno se servo coniunxerit, si quidem invito et denuntiante domino in eodem contubernio perseveraverit, efficitur ancilla. *Paul. Sent.* 2, 21a, 1. — Si mater servo filii se iunxerit, non tollit senatusconsultum Claudianum erubescendam matris etiam in re turpi reverentiam exemplo eius, quae se servo liberti coniunxerit. *Paul.* 2, 21a, 16. — Tribus denuntiationibus conventa, etsi ex senatusconsulto facta videatur ancilla, domino tamen adiudicata citra auctoritatem interpositi per praesidem decreti non videtur, ipse enim debet auferre, qui dare potest libertatem ... Filiafamilias mortuo patre si in servi contubernio perseveraverit, pro tenore senatusconsulti Claudiani conventa efficitur ancilla. *Paul.* 2, 21a, 17—18. — Ad filiam ancillam vel libertam ex senatusconsulto Claudiano effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest. *Paul. Sent.* 4, 10, 2. — Erat et ex senatusconsulto Claudiano miserabilis per universitatem acquisitio, quum libera mulier, servili amore bacchata, ipsam libertatem per senatusconsultum amittebat et cum libertate substantiam. § 1 *Inst. de Succ. subl.* 3, 12. Cf. Theophil. Paraphr. § 1. — Nonne insuper censuerunt (Romani) servituti vindicandas, quae cum alieno servo post dominorum denuntiationem in consuetudine perseveraverunt? *Tertullian. ad Uxor.* 2, 8. Cf. C. Th. 4, 11; 9, 9; C. Iust. 7, 24; 9, 11. — *Pomponius Lib. XI. Epistolarum et Variarum Lectionum.* * Iis, qui se passi sint venire, ad libertatem proclamandi licentiam denegari; quaero, an et ad eos, qui ex mulieribus, quae se passae sint venire, nascuntur, ita senatusconsulta pertinent? *L.* 3 *D. Quibus ad libert.* 40, 13. — *Paulus Lib. singulari ad senatusconsultum Claudianum. L.* 5 *D. eod. tit.* — Fixum est aere publico senatusconsultum, quo libertinus (Pallas), sestertii ter millies possessor, antiquae parcimoniae laudibus cumulabatur. *Tacit. Ann.* 12, 53. — (Claudius libertum) Harpocran praecipue suspexit, cui lectica per urbem vehendi spectaculaque publice ius edendi tribuit ... sed ante omnes Narcissum ab epistolis et Pallantem a rationibus, quos decreto quoque senatus non praemiis modo ingentibus, sed et quaestoriis praetoriisque ornamentis ornari libenter passus est. *Sueton. Claud.* 28. — Est via Tiburtina intra primum lapidem monumentum Pallantis ita inscriptum: Huic senatus ob fidem pietatemque erga patronos ornamenta praetoria decrevit et sestertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit ... Mitto quod censent: non exhortandum modo, verum etiam compellendum ad usum aureorum annulorum. Levia haec et transeunda. Illa memoranda, quod nomine Pallantis senatus ... gratias agit Caesari, quod et ipse cum summo honore mentionem eius prosecutus esset et senatui facultatem fecisset testandi erga eum benevolentiam suam ... Additur, ut Pallas, cui se omnes pro virili parte obligatos fatentur, singularis fidei, singularis industriae fructum meritissimo ferat ... Adstruitur his: Quum senatui populoque Romano liberalitatis gratior repraesentari nulla materia posset, quam si abstinentissimi fidelissimique custodis principalium opum facultates adiuvare contigisset ... voluisse quidem senatum censere dandum ex aerario sestertium centies quinquagies et quanto ab eiusmodi cupiditatibus remotior eius animus esset, tanto impensius petere a publico parente, ut eum compelleret ad cedendum senatui ... Sed quum princeps optimus parensque publicus rogatus a Pallante eam partem sententiae, quae pertinebat ad dandum ei ex aerario centies quinquagies sestertium, remitti voluisset, testari senatum, et se libenter ac merito hanc summam inter reliquos honores ob fidem diligentiamque Pallantis decernere coepisse; voluntati tamen principis sui, cui in nulla re fas putaret repugnare, in hac quoque re obsequi ... Utique quum sit utile principis benignitatem promtissimam ad laudem praemiaque merentium illustrari ubique et maxime iis locis, quibus incitari ad imitationem praepositi rerum eius curae possent, et Pallantis spectatissima fides atque innocentia exemplo provocare studium tam honestae aemulationis posset, ea quae IIII. Calend. Februarias, quae proximae fuissent, in amplissimo ordine optimus princeps recitasset senatusque consulta de his rebus facta in aes inciderentur idque aes figeretur ad statuam loricatam divi Iulii. *Plin. Ep.* 8, 6; 7, 29. — Opprobrium insolentis fortunae, quod et nos adeo potiri rerum vidimus, ut praetoria quoque ornamenta decerni a senatu iubente Agrippina Claudii Caesaris viderimus libertis. *Plin. Hist. Nat.* 35, 58. — Cumanus et Felix cunctationem afferebant, quia Claudius, causis seditionis (Iudaeorum) auditis, ius statuendi etiam de procuratoribus dederat. *Tacit. Ann.* 12, 54. — Tabula missionis in libro Car. Baudi a Vesme: Diploma Militare Imperatoris Gordiani Pii. Taurini 1819, p. 16.

806. p. C. n. 53. D. IUNIO SILANO TORQUATO Q. HATERIO ANTONINO COSS.

Perpetrat (Nero), ut Ilienses omni publico munere solverentur ... redditur Rhodiis libertas ... Tributum Apamensibus terrae motu convulsis in quinquennium remissum. *Tacit. Ann.* 12, 58. — Rhodiis ob poenitentiam veterum delictorum (libertatem) reddidit. Iliensibus ... tributa in perpetuum remisit. *Sueton. Claud.* 25. — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Iliensibus et propter inclitam nobilitatem civitatis et propter coniunctionem originis Romanae iam antiquitus et senatusconsultis et constitutionibus principum plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelae excusationem habeant, scilicet eorum pupillorum, qui Ilienses non sint; idque D. Pius rescripsit. *L.* 17, § 1 *D. de Excusat.* 27, 1. — Eodem anno saepius audita vox principis, parem vim rerum habendam a procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset; ac ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum, plenius quam antea et uberius (cf. Augustus a. 724) ... Claudius omne ius tradidit, de quo toties seditione aut armis certatum. *Tacit. Ann.* 12, 60. — Ut rata essent, quae procuratores sui in iudicando statuerent, precario exegit. *Sueton. Claud.* 12. — * Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit. *Sueton. Claud.* 24. — Retulit de immunitate Cois tribuenda. *Tacit. Ann.* 12, 60. — (Byzantiis) tributa in quinquennium remissa. *Tacit. Ann.* 12, 63. — Procuratorem (aquarum) primus Ti. Claudius videtur admovisse, postquam Anionem novum et Claudiam induxit. *Frontin. de Aquaed.* 105. — * Itemque quum viarum curatores frumentique parte quarta anni publico fungebantur ministerio, (constitutum est), ut curatores aquarum iudiciis vacent privatis publicisque. *Frontin. de Aquaed.* 101.

794—807. p. C. n. 41—54.

Ulpianus Lib. VI. ad Edictum. Senatusconsultum Claudianis temporibus factum est, ut si quis ex naufragio clavos vel unum ex his abstulerit, omnium rerum nomine teneatur. Item alio senatusconsulto cavetur, eos, quorum fraude aut consilio naufragi suppressi per vim fuissent, ne navi vel ibi periclitantibus opitulentur, legis Corneliae, quae de sicariis lata est, poenis afficiendos. *L.* 3, § 8 *D. de Incendio* 47, 9. — Navi Romanam Latinus civitatem accipit, si non minorem, quam decem millium modiorum navem fabricaverit et Romam sex annis frumentum portaverit, ex edicto D. Claudii. *Ulp.* 3, 6. — Naves mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit. *Sueton. Claud.* 18. — Pro conditione cuiusque, civi vacationem legis Papiae Poppaeae Latino ius Quiritium, feminis ius quatuor liberorum, quae constituta hodieque servantur. *Sueton. Claud.* 19. — Primus D. Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum detulit hereditatem. § 1 *Inst. de Senatuscons. Tertull.* 3, 3. — Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret, stipendiaque instituit et imaginariae militiae genus, quod vocaretur „Super numerum“, quo absentes et titulo tenus fungerentur. Milites domos senatorias salutandi causa ingredi etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se pro equitibus agerent, publicavit ... Peregrinae conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina, duntaxat gentilitia. Civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit ... Druidarum religionem apud Gallos dirae immanitatis et tantum civibus sub Augusto interdictam penitus abolevit. Contra sacra Eleusinia transferre ex Attica Romam conatus est. *Sueton. Claud.* 25. — Bonis auctoribus compressa per eum vitia ac per Galliam Druidarum famosae superstitiones. Lata iura quam commodissima, curatum militiae officium. *Aurel. Vict. de Caes.* 4. — * Tiberii Caesaris aetas sustulit Druidas. *Plin. Hist. Nat.* 30, 4. — Manent vestigia feritatis iam abolitae. *Pomponius Mela* 3, 2. — Germanorum legatis in orchestra sedere permisit. *Sueton. Claud.* 25. — Tit. D. de Senatusconsulto Silaniano et Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur 29, 5. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Si patris bona a fisco propter debitum occupata sunt, nam peculium ei (filio) ex constitutione Claudii separatur. *L.* 3, § 4 *D. de Minor.* 4, 4. — *Callistratus Lib. I. de Iure Fisci.* D. Claudius Claudiano rescripsit, si per quaestionem numariam praeiudicium statui videbitur fieri, cessare quaestionem. *L.* 4 *D. Ne de statu defunct.* 40, 15. — *Callistratus Lib. I. Quaestionum.* Divus Claudius edicto praecepit, adiiciendum legi Corneliae, ut, si quis, quum alterius testamentum vel codicillos scriberet, legatum sibi sua manu scripserit, proinde teneatur, ac si commisisset in legem Corneliam et ne vel iis venia detur, qui se ignorasse edicti severitatem praetendant. *L.* 15 *D. ad Leg. Cornel. de Falsis* 48, 10. — *Imp. Alexander A. Martiali.* Senatusconsulto et edicto D. Claudii prohibitum est, eos, qui ad scribenda testamenta adhibentur, quamvis dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere. *L.* 3 *C. de His qui sibi* 9, 23. — *Paulus Lib. XXII. Quaestionum.* Maritus servum dotalem manumisit et in testamento eius legatum sibi adscripsit; quaesitum est, quid mulier ex lege Iulia consequi possit. Respondi: et patronum incidere in poenam edicti D. Claudii dicendum est, et filium emancipatum, licet praeteriti possint petere bonorum possessionem. *L.* 14, § 2 *D. ad Leg. Cornel. de Falsis* 48, 10. — Neminem exsulum, nisi ex senatus auctoritate, restituit ... Ius nundinarum in privata praedia a consulibus petiit. *Sueton. Claud.* 12. — Urbis annonaeque curam sollicitissime semper egit. *Sueton. Claud.* 18. Cf. Aurel. Vict. de Caes. 4. — Viatores ne per Italiae oppida, nisi aut pedibus aut sella aut lectica transirent, monuit edicto. Puteolis et Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit. *Sueton. Claud.* 25. — Congiaria populo saepius distribuit. *Sueton. Claud.* 20. — Ager Asculanus terminis Claudianis, qui in modum arcellae facti sunt, est demetitus. *Lib. Colon. I. p.* 227; II. 252. — Vellitras, oppidum ... Claudius Caesar agrum eius limitibus Augusteis censitum militibus eum assignari iussit. *l. c. p.* 238. — Cumae, muro ducta colonia ... ager eius in iugeribus veteranis pro merito est assignatus iussu Claudii Caesaris. *Lib. Colon. I. p.* 232. — Apri colonia Claudii Caesaris. *Plin. Hist. Nat.* 4, 18. — Colonia Claudii Caesaris Ptolemais. *Plin. Hist. Nat.* 5, 17. — Cappadocia intus habet coloniam Claudii Caesaris Archelaidem. *Plin. Hist. Nat.* 6, 3. — Colonia D. Claudii Sabaria. *Plin. Hist. Nat.* 3, 27. — Tingi, quondam ab Antaeo conditum, postea a Claudio Caesare, quum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia. *Plin. Hist. Nat.* 5, 1. — Colonia a Claudio Caesare facta Lixos. *Plin. Hist. Nat. l. c.* — Caesarea, antea vocitatum Iol, Iubae regia, a divo Claudio coloniae iure donata, eiusdem iussu deductis veteranis Oppidum novum et Latio dato Tipasa. *Plin. l. c.* — Rusucurium civitate honoratum a Claudio. *Plin. l. c.* — *Οὗτος μὲν οὖν (Φίλων) κατὰ Γάϊον ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἀφικόμενος, τὰ περὶ τῆς Γαΐου θεοστυγίας αὐτῷ γραφέντα, ἃ μετὰ ἤθους καὶ εἰρωνείας ἐπέγραψεν περὶ ἀρετῶν, ἐπὶ πάσης λέγεται τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου κατὰ Κλαύδιον διελθεῖν· ὡς καὶ τῆς ἐν βιβλιοθήκαις ἀναθέσεως θαυμασθέντας αὐτοῦ καταξιωθῆναι τοὺς λόγους.* Idem (Philo) quum imperante Caio Romam venisset, librumque de illius sceleribus et flagitiis conscripsisset, quem per cavillationem de virtutibus inscripsit, postmodum Claudio ad imperium evecto, coram universo senatu librum illum fertur recitasse. Qui quidem tanta admiratione exceptus est, ut eius scripta digna deinceps iudicata sint, quae in bibliothecis publicis consecrarentur. *Eusebii Hist. Eccl.* 2, 18.

N E R O.

Conf. Claudius, Vespasianus, Domitianus.

807. p. C. n. 54. M. ASINIO MARCELLO M' ACILIO AVIOLA COSS.

(Oratio Neronis.) Teneret antiqua munia senatus; consulum tribunalibus Italia et publicae provinciae assisterent, illi patrum aditum praeberent, se mandatis exercitibus consulturum. *Tacit. Ann.* 13, 4. — Decreti et a senatu duo lictores, flaminium Claudiale, simul Claudio censorium funus et mox consecratio. *Tacit. Ann.* 13, 2. Cf. Sueton. Ner. 9.

808. p. C. n. 55. NERONE CLAUDIO CAES. AUG. L. ANTISTIO VETERE COSS.

Multa arbitrio senatus constituta sunt, ne quis ad causam orandam mercede aut donis emeretur, ne designatis quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset. *Tacit. Ann.* 13, 5. — Statio cohortis, assidere ludis solita, demovetur. *Tacit. Ann.* 13, 24. — *Ἀμέλει καὶ τοὺς στρατιώτας, τοὺς ἀεί ποτε ταῖς τοῦ δήμου συνόδοις παρεῖναι εἰωθότας, ἀπηγόρευσε μὴ φοιτᾶν ἐς αὐτάς.* Quin et milites, qui in omnibus populi conventibus stationes suas habere consueverant, posthaec vetuit eo accedere. *Dio Cass.* 61, 8. — Quamquam censuissent patres, ut principium anni inciperet mense Decembri, quo ortus erat, veterem religionem Kalendarum Ianuariarum inchoando anno retinuit. *Tacit. Ann.* 13, 10.

809. p. C. n. 56. Q. VOLUSIO SATURNINO P. CORNELIO SCIPIONE COSS.

Non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur milesque theatro iterum assideret. *Tacit. Ann.* 13, 25. — Vetiti quadrigariorum lusus ... pantomimorum factiones cum ipsis simul relegatae. *Sueton. Ner.* 16. — Per idem tempus actum in senatu de fraudibus libertorum efflagitatumque, ut adversus male meritos revocandae libertatis ius patronis daretur. *Tacit. Ann.* 13, 26. — Scripsit Caesar senatui: privatim expenderent causam libertorum, quoties a patronis arguerentur, in commune nihil derogarent. *Tacit. Ann.* 13, 27. — Pro-

hibiti tribuni ius praetorum et consulum praeripere aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset. Addidit L. Piso, designatus consul, ne quid intra domum pro potestate animadverterent, neve mulctam ab iis dictam quaestores aerarii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent, medio temporis contra dicere liceret; deque eo consules statuerent. Cohibita arctius et aedilium potestas statutumque, quantum curules, quantum plebei pignoris caperent vel poenae irrogarent. *Tacit. Ann.* 13, 28. — Princeps curam tabularum publicarum a quaestoribus ad praefectos transtulit. Varie habita ac saepe immutata eius rei forma, nam Augustus permisit senatui deligere praefectos; dein ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero praetorum, qui praeessent; neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quaestores rursum imposuit, iisque, ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur aetatis eum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero praetura perfunctos et experientia probatos delegit. *Tacit. Ann.* 13, 29. — [Q.] Volusio P. Cornelio cos. VI non. Mart. s. c. | Quod Q. Volusius P. Cornelius verba fecerunt de postulatione necessari[orum] | Alliatoriae Celsi[l]lae, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c. | Cum s. c., quod factum est Hosidio Geta et L. Vagellio cos. clarissimis viris ante d[iem X k.] | Oct. auctore divo Claudio cautum esset, nequis domum villamve dirueret qu[o plus] | sibi adquireret neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve | poenaq. in emptorem, qui adversus id s. c. fecisset, constituta esset [haec, ut] | qui quid emisset duplum eius quanti emisset in aerarium inferre cogere- | tur et eius qui vendidisset inrita fieret venditio, de iis autem qui rerum | suarum possessores futuri aliquas partes earum mutassent, dummodo | non negotiationis causa mutassent, nihil esset novatum, et necessari | Alliatoriae Celsil[l]ae uxoris Atilii Luperci ornatissimi viri exposuis- | sent huic ordini, patrem eius Alliatorium Celsum emisse fundos cum aedificis in | regione Muliniensi qui vocarentur campi Matri, in quibus locis mercatus a[g]i supe- | rioribus solitus esset temporibus, iam per aliquod annos desisset haberi, eaque | aedificia longa vetustate dilaberentur neq. refecta usui essent futura, quia neq. | habitaret in iis quisquam nec vellet in deserta [a]c ruentia commigrare; nequid | fraudi multae poenaeq. esset Celsil[l]ae, si ea aedificia, de quibus in hoc ordine actum | esset, aut demolita fuissent, aut ea condi[c]ione sive per se sive cum agris vendi- | disset, ut emptori sine fraude sua ea destruere tollereque liceret. | In futurum autem admonendos ceteros esse ut apstinerent se a tam foedo genere negotiation. | hoc praecipue saeculo, quo excitari nova et orna[ri] universa, quibus felicitas orbis terra- | rum splenderet, magis conveniret, quam ruinis aedificiorum ullam partem deformem [reddi] | Italiae et adhuc retinere priorum temporum .... | ita ut diceretur senectute actum .... | Censuere. In senatu [fuerunt] .... *Tabul. aen. Herculan. rep.* Cf. Act. Soc. Reg. Scient. Lips. T. IV, p. 274 sq. — *Modestinus Lib. VIII. Regularum.* Ex senatusconsulto Volusiano, qui improbe coëunt in alienam litem, ut, quidquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicaretur, lege Iulia de vi privata tenentur. *L.* 6 *D. ad L. Iul. de Vi priv.* 48, 7.

810. p. C. n. 57. NERONE CLAUDIO CAES. AUG. II. L. CALPURNIO PISONE.

Coloniae Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt, plebeique congiarium quadringeni numi viritim dati et sestertium quadringenties aerario illatum est, ad retinendam populi fidem. Vectigal quoque quintae et vicesimae venalium mancipiorum remissum. *Tacit. Ann.* 13, 31. — Graviora vectigalia aut abolevit aut minuit. * Praemia delatorum Papiae legis ad quartas redegit. Divisis populo viritim quadringenis numis, senatorum nobilissimo cuique, sed a re familiari destituto annua salaria et quibusdam quingena constituit, item praetorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum. Et quum de supplicio cuiusdam capite damnati, ut ex more subscriberet, admoneretur, quam vellem, inquit, literas nescire. *Sueton. Ner.* 10. — Edixit Caesar, ne quis magistratus aut procurator, qui provinciam obtineret, spectaculum gladiatorum aut ferarum aut quod aliud ludicrum ederet. *Tacit. Ann.* 13, 31. — Factum est senatusconsultum ultioni iuxta et securitati, ut si quis a suis servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent. *Tacit. Ann.* 13, 32. — *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* De his quoque servis, qui testamento manumissi sunt, perinde atque servis supplicium sumendum est. *L.* 3, § 16 *D. de Senatuscons. Silan.* 29, 5. — Neroniano senatusconsulto cavetur, ut occisa uxore etiam de familia viri quaestio habeatur, idemque ut iuxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus. *Paul. Sent.* 3, 5, 5. — *Paulus Lib. XLVI. ad Edictum.* Senatusconsulto Pisoniano cavetur, ut, si poenae obnoxius servus venisset, quandoque animadversum in eum esset, ut venditor pretium praestaret, ne emtori iniuriam fecisse videatur senatus. *L.* 8 *D. de Senatuscons. Silan.* 29, 5.

811. p. C. n. 58. NERONE CLAUDIO CAES. AUG. III. M. VALERIO MESSALLA COSS.

Ex senatusconsulto supplicationes habitae, statuae et arcus et continui consulatus principi. *Tacit. Ann.* 13, 41. — * Senatusconsultum, quo civitati Syracusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur. *Tacit. Ann.* 13, 49. — Edixit princeps, ut leges cuiusque publici, occultae ad id tempus, proscriberentur; omissas petitiones non ultra annum resumerent; Romae praetor, per provincias, qui pro praetore aut consule essent, iura adversus publicanos extra ordinem redderent; militibus immunitas servaretur, nisi in iis, quae veno exercerent; aliaque admodum aequa, quae brevi servata, dein frustra habita sunt; manet tamen abolitio quadragesimae quinquagesimaeque et quae alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerant. Temperata apud transmarinas provincias frumenti subvectio, et, ne censibus negotiatorum naves adscriberentur tributumque pro illis penderent, constitutum. *Tacit. Ann.* 13, 51. — * Hercule nullum macelli vectigal maius fuit Romae, clamore plebis incusantis apud omnes principes, donec remissum est portorium mercis huius. *Plin. Hist. Nat.* 19, 19, 2. — * (Cautum) ut litigatores pro patrociniis certam iustamque mercedem, pro subselliis nullam omnino darent, praebente aerario gratuita. *Sueton. Ner.* 17. — Eius (Suilii) opprimendi gratia repetitum credebatur senatusconsultum, poenaque legis Cinciae adversus eos, qui pretio causas oravissent. *Tacit. Ann.* 13, 42. Cf. a. 800.

812. p. C. n. 59. C. VIPSTANO APRONIANO L. FONTEIO CAPITONE COSS.

Instituit ludos iuvenalium vocabulo ... Tunc primum conscripti sunt equites Romani cognomento Augustanorum. *Tacit. Ann.* 14, 15. — *Ἦν μὲν γάρ τι καὶ ἴδιον αὐτῷ σύστημα ἐς πεντακισχιλίους στρατιώτας παρεσκευασμένον· Αὐγούστειοί τε ὠνομάζοντο.* Nam et peculiare quoddam militum ad quinque millia corpus instituerat, qui Augustani nominati. *Dio Cass.* 61, 20. — Adolescentes equestris ordinis et quinque amplius millia e plebe robustissimae iuventutis undique elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent (bombos et imbrices et testas vocabant) operamque navarent cantanti sibi. *Sueton. Ner.* 20. Cf. Sueton. Ner. 26. — Prohibiti publice in decem annos eiusmodi coetu (gladiatorio spectaculo) Pompeiani, collegiaque, quae contra leges instituerant, dissoluta. *Tacit. Ann.* 14, 17.

813. p. C. n. 60. NERONE CLAUDIO CAES. AUG. IV. CORNELIO COSSO LENTULO COSS.

Quinquennale ludicrum Romae institutum est ad morem Graeci certaminis. *Tacit. Ann.* 14, 20. — Instituit et quinquennale certamen primus omnium Romae more Graeco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellavit Neronia ... Magistros toti certamini praeposuit consulares sorte, sede prae-

torum. *Sueton. Ner.* 12. — * Ludos pro aeternitate imperii susceptos appellari maximos voluit. *Sueton. Ner.* 11. — Redditi quamquam scenae, pantomimi certaminibus sacris prohibebantur. *Tacit. Ann.* 14, 20. — *Ὑπὲρ δὲ δὴ τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ (οὕτω γάρ που προέγραψεν) ἀγῶνα πενταετηρικὸν κατεστήσατο, Νερώνεια αὐτὸν ὀνομάσας.* Postea pro salute ac diuturnitate imperii sui (sic enim edixit) certamen quinquennale instituit, quod appellavit Neronia. *Dio Cass.* 61, 21. — In Italia vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone adipiscuntur. Veterani Tarentum et Antium adscripti ... Non enim, ut olim, universae legiones deducebantur, cum tribunis et centurionibus, et sui cuiusque ordinis militibus, sed ignoti inter se, diversis manipulis, sine rectore, sine affectibus mutuis ... numerus magis quam colonia. *Tacit. Ann.* 14, 27. — Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis e praetorio additisque per domicilii translationem ditissimis primipilarium. *Sueton. Ner.* 9. — Comitia praetorum arbitrio senatus haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, princeps composuit, tres, qui supra numerum petebant, legioni praeficiendo, auxitque patrum honorem, statuendo ut, qui a privatis iudicibus ad senatum provocavissent, eiusdem pecuniae periculum facerent cum iis, qui imperatorem appellavere, nam antea vacuum id, solutumque poena fuerat. *Tacit. Ann.* 14, 28. — Candidatos, qui supra numerum essent, in solatium dilationis ac morae legionibus praeposuit. Consulatum in senos plerumque menses dedit, defunctoque circa Kal. Ian. altero e consulibus neminem substituit. *Sueton. Ner.* 15. — * Cautum, ut rerum actu ab aerario causae ad forum ac recuperatores transferrentur et ut omnes appellationes a iudicibus ad senatum fierent. *Sueton. Ner.* 17. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 16.

814. p. C. n. 61. CAESONIO PAETO P. PETRONIO TURPILIANO COSS.

* Quod si maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, impar matrimonium appellatur: * et senatusconsulto Calvitiano iubetur non proficere ad capiendas hereditates et legata et dotes. *Ulp.* 16, 4. — Pari ignominia (Italia ei interdictum est) Valerius Ponticus afficitur, quod reos, ne apud praefectum urbis arguerentur, ad praetorem detulisset, interim specie legum, mox praevaricando ultionem elusurus. Additur senatusconsulto, qui talem operam emtitasset vendidissetve, perinde poena teneretur ac publico iudicio calumniae condemnatus. *Tacit. Ann.* 14, 41. — *Marcianus Lib. Singulari ad Senatusconsultum Turpillianum.* Si plura crimina idem eidem intulit, singulorum debet abolitionem petere, alioquin prout quid admiserit, eius nomine senatusconsulti poenam patietur. *L.* 1, § 9 *D. ad Sc. Turpillianum* 48, 16. — Accusationem is intulit, qui praescriptione summoveri poterat, ut quilibet adulterii masculo post quinque annos continuos ex die commissi adulterii vel feminae post sex menses utiles ex die divortii: an si destiterit, hoc senatusconsulto plecti debeat, belle dubitatur ... Merito dicendum est, omnes, excepta muliere et minore, nisi abolitionem petierint, in hoc senatusconsultum incidere. *L.* 1, § 10 *D. eod. tit.* Cf. l. 4 eod. tit. — Incidit in hoc senatusconsultum et qui accusatorem summittit aut instigat, aut qui mandat alicui et instruit eum ad accusationem capitalem, dando probationes, allegando accusationes. *L.* 1 *cit.* § 13. — *Ulpianus Lib. IV. de Censibus.* In omnibus causis, praeterquam in sanguine, qui delatorem corrupit, ex senatusconsulto pro victo habetur. *L.* 7 *D. de Praevar.* 47, 15. — *Ulpianus Lib. II. de Adulteriis.* Si interveniente publica abolitione ex senatusconsulto, ut fieri assolet, vel ob laetitiam aliquam, vel honorem domus divinae, vel ex aliqua causa, ex qua senatus censuit, abolitionem reorum fieri, nec intra dies praestitutos reum repetierit, dicendum est, cessare Turpillianum senatusconsultum. *L.* 12 *D. eod. tit.* — *Macer Lib. II. Publicorum.* In senatusconsultum Turpillianum incidunt, qui subiecissent accusatores, aut subiecti postulassent, nec peregissent reos, aut aliter, quam abolitione facta destitissent, quique chirographum ob accusandum dedissent, pactionemve aliquam interposuissent ... An ad eos, qui hodie de iudiciis publicis extra ordinem cognoscunt, senatusconsultum pertineat, quaeritur. Sed iam hoc iure ex sacris constitutionibus utimur, ut pertineat: ita ex singulis causis singulae poenae irrogentur. Eos, de quorum calumnia agi non permittitur, si destiterint, non incidere in poenam huius senatusconsulti, constitutionibus cavetur. *L.* 15, *pr.* § 1, 2 *D. eod. tit.* — *Macer Lib. I. Publicorum Iudiciorum.* Si ideo quis accusetur, quod dicatur crimen iudicii publici destituisse, iudicium publicum non est, quia neque lege aliqua de hac re cautum est, neque per senatusconsultum, quo poena quinque auri librarum in desistentem statuitur, publica accusatio inducta est. *L.* 3, § 3 *D. de Praevar.* 47, 15. — *Papinianus Lib. I. Responsorum.* Qui iudicii publici quaestionem citra veniam abolitionis deseruerunt, decurionum honore decorari non possunt, quum ex Turpilliano senatusconsulto notentur ignominia, veluti calumniae causa iudicio publico damnati. *L.* 6, § 3 *D. de Decurion.* 50, 2. Cf. l. 5 et 7, § 1, l. 11 et 15, § 3, 5 eod. tit.; l. 22 D. de His quae ut indignis 34, 9; l. 14, § 2 D. de Bonis libert. 38, 2; l. 5, § 1 D. de Poenis 48, 19. — Est lege cautum, ut reus ante peragatur, tunc de praevaricatione quaeratur, quia optime ex accusatione ipsa accusatoris fides aestimatur. *Plin. Epist.* 3, 9. — Census per Gallias a Q. Volusio et Sextio Africano Trebellioque Maximo acti sunt. *Tacit. Ann.* 14, 46. — * *Hermogenianus Lib. I. Iuris Epitom.* Lege Iunia Petronia si dissonantes pares iudicum existant sententiae, pro libertate pronuntiari iussum. § 1. Sed et si testes non dispari numero tam pro libertate, quam contra libertatem dixerint, pro libertate pronuntiandum esse, saepe constitutum est. *L.* 24 *D. de Manum.* 40, 1. — * *Modestinus Lib. VI. Regularum.* Post legem Petroniam et senatusconsulta ad eam legem pertinentia dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere. *L.* 11, § 2 *D. ad L. Cornel. de Sicar.* 48, 8. — * *Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus C. Arcesilao* ... Quia et decreto patrum et lege Petronia ei, qui iure viri delatum adulterium non peregit, nunquam postea hoc crimen deferre permittitur. *L.* 16 *C. ad L. Iul. de Adult.* 9, 9.

815. p. C. n. 62. P. MARIO CELSO L. ASINIO GALLO COSS.

Tum primum revocata ea lex (maiestatis). *Tacit. Ann.* 14, 48. — *Πάντα δὲ ὡς εἰπεῖν τὸν βίον ἐν καπηλικῇ διαίτῃ ποιούμενος, ἀπεῖπε τοῖς ἄλλοις μηδὲν ἑφθὸν ἐν καπηλείῳ, πλὴν λαχάνων καὶ ἔτνους, πιπράσκειν.* Nero interim, quum omnem fere vitam degeret in popinis, vetuit tamen aliis hominibus, praeter olera et pulmenta quidquam in iis vendi. *Dio Cass.* 62, 14. — Adhibitus sumtibus modus: publicae coenae ad sportulas redactae. Interdictum, ne quid in popinis cocti praeter legumina aut olera veniret. *Sueton. Ner.* 16. — Factum senatusconsultum, ne simulata adoptio in ulla parte muneris publici iuvaret ac ne usurpandis quidem hereditatibus prodesset. *Tacit. Ann.* 15, 19. — Auctore principe sanxere, ne quis ad concilium sociorum referret, agendas apud senatum propraetoribus proveconsulibus grates, neu quis ea legatione fungeretur. *Tacit. Ann.* 15, 22. — *Ulpianus Lib. III. Fideicommissorum.* Factum est senatusconsultum temporibus Neronis, octavo Kalendas Septembres, Annaeo Seneca et Trebellio Maximo consulibus, cuius verba haec sunt: cum esset aequissimum in omnibus fideicommissariis hereditatibus, si qua de his bonis iudicia penderent, ex his eos subire, in quos ius fructusque transferetur, potius quam cuique periculosam esse fidem suam, placet, ut actiones, quae in heredes heredibusque dari solent, eas neque in eos, neque his dari, qui fidei suae commissum, sicuti rogati essent, restituissent: sed his et in eos, quibus ex testamento fideicommissum restitutum fuisset, quo magis in reliquum confirmentur supremae defunctorum voluntates. *L.* 1, § 1 et 2 *D. ad Sc. Trebell.* 36, 1. — Is qui rogatus est, alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus puta (quam) dodrantem restituere rogatus est, ex Trebelliano senatus-

consulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. *Ulp.* 25, 14. — Trebellio Maximo et Annaeo Seneca consulibus senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, actiones, quae iure civili heredi et in heredem competerent, ei et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. *Gai.* 2, 253. Cf. Gai. 2, 255. — Neronis temporibus, Trebellio Maximo et Annaeo Seneca consulibus, senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones, quae iure civili heredi et in heredem competerent, ei et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. § 4 *Inst. de Fideic. her.* 2, 23. — Senatusconsulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur, et ideo quoties hereditas ex causa fideicommissi restituitur, actiones eius in fideicommissarium transferuntur, quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet. *Paul. Sent.* 4, 2. Cf. Paul. l. c. 4, 3, 2 et 4, 4. — * *Ulpian. Lib. IV. Fideicommissorum.* Si quis heres institutus rogatus fuerit hereditatem non totam, sed partem restituere, vel si duobus restituere sit rogatus et alter ex his velit sibi restitui hereditatem, alter recuset, senatus censuit, utroque casu exonerari eum, qui suspectam hereditatem dicit, totamque hereditatem transire ad eum, qui adire cogit. *L.* 16, § 4 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — * Quum quidam duos heredes instituerit, eosque invicem substituerit et ab his petierit, sive uterque sive alter heres esset, ut hereditas sua ex parte dimidia restitueretur alicui post quinquennium et scripti suspectam sibi hereditatem dicant, fideicommissarius autem desideret, suo periculo adiri hereditatem, censuit senatus, ambos heredes alterumve cogi adire hereditatem et fideicommissario eam restituere, ita ut fideicommissario et adversus eum actiones competant, quasi ex Trebelliano restituta hereditate. *L.* 16 *cit.* § 7. — * *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Ex facto tractatum est, an per fideicommissum rogari quis possit, ut aliquem heredem faciat? et senatus censuit, rogari quidem quem, ut aliquem heredem faciat, non posse, verum videri per hoc rogasse, ut hereditatem suam ei restituat, id est, quidquid ex hereditate sua consecutus est, ut ei restitueret. *L.* 17 *pr. D. eod. tit.* — Si quis caverit, peto, ut illi des, aut illi fideicommissum relinquas, aut illi libertatem adscribas, admittenda sunt, nam quum in heredum institutione senatus censuit utile esse, de ceteris quoque idem erit accipiendum. *L.* 17 *cit.* § 3.

816. p. C. n. 63. C. MEMMIO REGULO L. VERGINIO RUFO COSS.

Caesar nationes Alpium maritimarum in ius Latii transtulit. *Tacit. Ann.* 15, 32. — Duae tamen provinciae sub eo factae sunt: Pontus Polemoniacus, concedente rege Polemone et Alpes Cottiae, Cottio rege defuncto. *Eutrop.* 7, 9 et iisdem vv. *Hieron. Chron.* Cf. a. 818. — Duae provinciae Romanae factae sunt: Pontus Polemoniacus et Alpes Cottiae, Cottio rege defuncto. *Cassiod. Chron. ad a.* 62. — Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit. *Tacit. Ann.* 15, 32. — Circensibus loca equiti secreta a ceteris tribuit. *Sueton. Ner.* 11. — Caesar dictator ... euripis arenam circumdedit, quos Nero princeps sustulit, equiti loca addens. *Plin. Hist. Nat.* 8, 7.

817. p. C. n. 64. C. LECANIO BASSO M. LICINIO CRASSO FRUGI COSS.

Pretium frumenti minutum usque ad ternos numos. *Tacit. Ann.* 15, 39. — * Senatusconsulto Neroni in expensas macelli centies centena millia decreta sunt annua. *Euseb. Chron. a.* 2083, *Ner.* 13. — In regiones quatuordecim Roma dividitur. *Tacit. Ann.* 15, 40. — Urbis, quae domui supererant, non ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erecta, sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis cohibitaque aedificiorum altitudine ac patefactis areis additisque porticibus, quae frontem insularum protegerent ... Addidit praemia pro cuiusque ordine et rei familiaris copiis ... aedificiaque ipsa, certa sui parte, sine trabibus saxo Gabino Albanove solidarentur ... Aqua privatorum licentia intercepta quo largior et pluribus locis in publicum flueret, custodes et subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet; nec communione parietum, sed propriis quaeque muris ambirentur. *Tacit. Ann.* 15, 43. — Formam aedificiorum urbis novam excogitavit et ut ante insulas ac domus porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur easque sumtu suo exstruxit. *Sueton. Ner.* 16. — Abolendo rumori Nero subdidit reos et quaesitissimis poenis affecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat. *Tacit. Ann.* 15, 44. — Afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis novae ac maleficae. *Sueton. Ner.* 16. — *Ἐνέδει δὲ ἄρα τοῖς πᾶσι καὶ τοῦτ' ἐπιγραφῆναι αὐτῷ, ὡς ἂν πρῶτος αὐτοκρατόρων τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας πολέμιος ἀναδειχθείη. Τούτου δὲ πάλιν ὁ Ῥωμαῖος Τερτυλλιανὸς ὧδέ πως λέγων μνημονεύει. „ἐντύχετε τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν. ἐκεῖ εὑρήσετε πρῶτον Νέρωνα τοῦτο τὸ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας, ὠμὸς ἦν εἰς πάντας, διώξαντα.“* Verum hoc unum adhuc illi deerat, quod ceteris eius titulis adscriberetur, ut scilicet primus Romanorum imperatorum hostis Christianae religionis diceretur fuisse. Cuius rei etiam Tertullianus Romanus meminit his verbis: „Consulite, inquit, commentarios vestros, illic reperietis, primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse.“ *Euseb. Hist. Eccl.* 2, 25 et *Chron. a.* 2083. *Tertull. Apol.* 5, 21 *et ad Nationes* 1, 7. — *Οὗτος πρῶτος καὶ τοῦ κατὰ Χριστιανῶν ἤρξατο διωγμοῦ.* Hic persecutionis Christianorum princeps. *Zonaras* 11, 13. — *Νέρων πρῶτος κατὰ Χριστιανῶν κινήσας διωγμὸν πρὸς τῷ τέλει τῆς αἰσχίστης ζωῆς καὶ βασιλείας αὐτοῦ.* Nero circa foedissimae suae vitae imperiique finem persecutionem in Christianos primus movet. *Syncellus p.* 642. — Vertit invidiam in Christianos actaeque in innoxios crudelissimae quaestiones ... In Christianos saeviri coeptum; post etiam datis legibus religio vetabatur palamque edictis propositis Christianum esse non licebat. *Sulpit. Hist. L.* 2, 29. Cf. Suidas v. *Νέρων*. — Operum perficiendorum gratia, quod ubique esset custodiae, in Italiam deportari, etiam scelere convictos, nonnisi ad opus damnari praeceperat. *Sueton. Ner.* 31. Cf. Tacit. Ann. 15, 42. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 16.

818. p. C. n. 65. A. LICINIO NERVA SILIANO M. VESTINO ATTICO COSS.

Quinquennale ludicrum secundo lustro celebrabatur. *Tacit. Ann.* 16, 2. Cf. a. 737 et 813. — * Ponti regnum concedente Polemone in provinciae formam redegit. *Sueton. Ner.* 18. — * Muros urbis dilatavit (Aurelianus), nec tamen pomoerio addidit eo tempore, sed postea. Pomoerio autem nemini principum licet addere, nisi ei, qui agri barbarici aliqua parte Romanam rempublicam locupletaverit. Addidit autem Augustus, addidit Traianus, addidit Nero, sub quo Pontus Polemoniacus et Alpes Cottiae Romano nomini tributae. *Vopisc. Aurel.* 21. — * Pontum in ius provinciae, Polemonis permissu, redegit, cuius gratia Polemoniacus Pontus appellatur. *Aurel. Vict. de Caes.* 5 *et Epit.* 5. — * Pontum in ius provinciae Polemonis reguli permissu redegit, a quo Polemoniacus Pontus appellatur.' *Eusebius ad a.* 2081. Cf. Paulus Diac. Hist. Misc. 8, 5 et a. 816. — Mensem Aprilem Neroneum appellavit. *Sueton. Ner.* 55. — Et mensis, qui Aprilem, eundemque Neroneum sequebatur, Maius Claudii, Iunius Germanici vocabulis mutantur. *Tacit. Ann.* 16, 12. Cf. a. 746.

820. p. C. n. 67. FONTEIO CAPITONE IUNIO RUFO COSS.

Universae Achaiae libertatem Domitius Nero dedit. *Plin. Hist. Nat.* 4, 10. — Decedens (Achaia) provinciam universam libertate donavit simulque iudices civitate Romana. *Sueton. Ner.* 24. — *Τίτος ἐν Κορίνθῳ τότε, καὶ Νέρων αὖθις καθ' ἡμᾶς, ἐν Κορίνθῳ παραπλησίως Ἰσθμίων ἀγομένων, τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφῆκεν.* Titus Corinthi tunc et memoria nostra Nero iterum Corinthi, Isthmia idem celebrans, Graecos liberos suis legibus iussit esse. *Plutarch. Flamin.* 12. — *Χρόνῳ δὲ*

ὕστερον ἐς Νέρωνα ἡ βασιλεία περιῆλθε ἡ Ῥωμαίων· καὶ ἐλεύθερον ὁ Νέρων ἀφίησιν ἁπάντων, ἀλλαγὴν πρὸς δῆμον ποιησάμενος τὸν Ῥωμαίων. Σαρδὼ γὰρ τὴν νῆσον ἐς τὰ μάλιστα εὐδαίμονα ἀντὶ Ἑλλάδος σφίσιν ἀντέδωκεν. Multis post aetatibus, quum ad Neronem Romanorum imperium pervenisset, is Graeciae sine populi Romani detrimento suam reddidit libertatem. Pro ea enim Sardiniam praedivitem insulam ei tribuit. *Pausan. Achaic.* 7, 17. — *Νέρων τοὺς Ἕλληνας παίζων ἐλευθέρωσεν.* Ludens Nero Graecos liberavit. *Philostr. Apoll.* 5, 41. — *Νέρων ἐλευθέραν ἀφῆκε τὴν Ἑλλάδα.* Nero Graeciam libertate donaverat. *Philostr. l. c.* — *Καίπερ ἐλευθέραν ἀφεὶς ... Ὅλας τὰς οὐσίας ἀφῃρεῖτο· τούς τε παῖδας σφῶν πάντας ἅμα δι' ἑνὸς δόγματος ἐξήλασεν.* Licet eam (Graeciam) liberam reliquerit ... Universa damnatorum patrimonia sibi vindicavit liberosque eorum simul omnes uno edicto in exilium misit. *Dio Cass.* 63, 11. — *Τοῦ δὲ δὴ Ἀπόλλωνος ... τήν τε χώραν τὴν Κιῤῥαίαν ἀφείλετο καὶ στρατιώταις ἔδωκε καὶ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν.* Apollini autem ... Cirrhaeum agrum ademit eumque dedit militibus et oraculum delevit. *Dio Cass.* 63, 14. — Instituit, ut e libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, si qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent ullae familiae, quas ipse contingeret, deinde ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent. Ac ne impune esset studiosis iuris, qui scripsissent vel dictassent ea; tum ut lege maiestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deesset, tenerentur. Revocavit et praemia coronarum, quae unquam sibi in certaminibus civitates detulissent ... Interdixit usum amethystini ac Tyrii coloris. *Sueton. Ner.* 32.

810—820. p. C. n. 57—67.

Auctore Nerone Caesare senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si eam rem quisque legaverit (per vindicationem), quae eius nunquam fuerit, perinde utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset: optimum autem ius est per damnationem legatum, quo genere etiam aliena res legari potest. *Gai.* 2, 197. — Sed si quis rem suam legaverit, deinde post testamentum factum eam alienaverit, plerique putant, non solum iure civili inutile esse legatum, sed nec ex senatusconsulto confirmari. *Gai.* 2, 198. — Licet aliquis eam rem legaverit (sinendi modo), quae neque eius unquam fuerit, neque postea heredis eius unquam esse coeperit, ex senatusconsulto Neroniano proinde videtur, ac si per damnationem relicta esset. *Gai.* 2, 212. — Si extraneo legatum fuerit (per praeceptionem), inutile est legatum, adeo ut Sabinus existimaverit, ne quidem ex senatusconsulto Neroniano posse convalescere: nam eo, inquit, senatusconsulto ea tantum confirmantur, quae verborum vitio iure civili non valent: non quae propter ipsam personam legatarii non deberentur; sed Iuliano et Sexto placuit, etiam hoc casu ex senatusconsulto confirmari legatum ... tunc autem vitio personae legatum non valere, quum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit, velut peregrino, cum quo testamentifactio non sit; quo plane casu senatusconsulto locus non est. *Gai.* 2, 218. — Si non suam rem eo modo testator legaverit, iure quidem civili inutile erit legatum; sed ex senatusconsulto confirmabitur. *Gai.* 2, 220. — Sed diversae scholae auctores putant, etiam extraneo per praeceptionem legari posse, proinde ac si ita scribatur: Titius hominem Stichum capito; supervacuo adiecta Prae syllaba: ideoque per vindicationem eam rem legatam videri, quae sententia dicitur divi Hadriani constitutione confirmata esse. *Gai.* 2, 221. — Secundum hanc opinionem si ea res (ex) iure Quiritium defuncti fuerit, potest a legatario vindicari, sive is unus ex heredibus sit, sive extraneus: et si in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsulto utile erit legatum, heredi vero familiae herciscundae iudicis officio praestabitur, quod si nullo iure fuerit testatoris, tam heredi, quam extraneo ex senatusconsulto utile erit (legatum). *Gai.* 2, 222. — Senatusconsulto Neroniano cautum est, ut quod minus pactis (aptis) verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatum esset. *Ulp.* 24, 11a. — Si per damnationem ususfructus legetur, ius accrescendi cessat: non immerito, quoniam damnatio partes facit. Proinde si rei alienae ususfructus legetur, et ex Neroniano confirmetur legatum, sine dubio dicendum est ius accrescendi cessare, si modo post constitutum usumfructum fuerit amissus: quodsi ante et socius amittat, erit danda totius petitio. Idemque et si sinendi modo fuerit legatus ususfructus. An tamen in Neroniano, quoniam exemplum vindicationis sequimur, debeat dici, utilem actionem, amisso usufructu ab altero, alteri dandam, quaeri potest: et puto secundum Neratium admittendum. In fideicommisso autem id sequimur, quod in damnatione. *Vatic. Fr.* 85. — Adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae nisi pertusae ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur. Cautum, ut in testamentis primae duae cerae, testatorum modo nomine inscripto, vacuae signaturis ostenderentur, ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet. *Sueton. Ner.* 17. — Amplissimus ordo decrevit, eas tabulas, quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur, atque impositae supra linum cerae signa imprimantur, ut exteriori scripturae fidem interior servet. Aliter tabulae prolatae nihil momenti habent. *Paul. Sent.* 5, 25, 6. — * *Iulianus Lib. LXXXVI. Digestorum.* Senatus poenam remisit ei, qui legata a se testamento data codicillis sua manu ademerat, sed quia et iussu patris id fecerat et annorum viginti quinque erat, hereditatem quoque ei capere permissum est. *L.* 5 *D. ad L. Corn. de Fals.* 48, 10. — *Macer Lib. I. Publicorum.* Illud constat, si extraneo quis adscripserit legatum, licet postea vivo testatore in potestate eum habere coeperit, senatusconsultis locum non esse. *L.* 10, § 1 *e. t.* — *Imp. Alexander A. Martiali.* Senatusconsulto et edicto D. Claudii prohibitum est, eos, qui ad scribenda testamenta adhibentur, quamvis dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere. *L.* 3 *C. de His, qui sibi* 9, 23. — Paulatim principes imminuere pondus (aurei numi); minutissime Nero ad XLV. *Plin. Hist. Nat.* 33, 13. — Nero princeps iusserat colosseum se pingi CXX pedum in linteo: incognitum ad hoc tempus. *Plin. Hist. Nat.* 35, 33. — Partem census omnes ordines conferre iussit et insuper inquilinos privatarum aedium atque insularum pensionem annuam repraesentare fisco. Exegitque ingenti fastidio et acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam. *Sueton. Ner.* 44. — Atina, muro ducta colonia, deduxit Nero Claudius. *Liber Colon. I. p.* 230. — Beneventum, muro ducta colonia Concordia; deduxit Nero Claudius Caesar. *l. c. p.* 231. — Saepinum, oppidum muro ductum, colonia ab imp. Nerone Claudio est deducta. *l. c. p.* 237. — Castrimonium, oppidum. Nero Caesar tribunis et militibus eum (agrum) assignavit. *l. c. p.* 233. — Esernia, oppidum muro ductum, iussu Neronis est deductum. *l. c. lib. II. p.* 260. — Huic addendas mensuras limitum et terminorum ex libris Augusti et Neronis Caesarum. *l. c. lib. I. p.* 239. — Sunt et alii Neroniani, Vespasiani et Traiani, lamnici et quadrati in diversis numeris constituti, in quibus alii gammati etc. *l. c. p.* 243. Cf. a. 813. — Multa decreta et instituta (Claudii) pro irritis habuit. *Sueton. Ner.* 33. — In iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die ac per libellos, non temere respondit. Cognoscendi morem eum tenuit, ut continuis actionibus omissis singillatim quaeque per vices ageret. Quoties autem ad consultandum secederet, neque in commune quidquam, neque propalam deliberabat, sed et conscriptas ab unoquoque sententias tacitus ac secreto legens, quod ipsi libuisset, perinde atque pluribus idem videretur, pronuntiabat. In curiam libertinorum filios diu non admisit: admissis a prioribus principibus honores denegavit ... De quibusdam rebus orationes ad senatum missas, praeterito quaestoris officio, per consulem plerumque recitavit. *Sueton. Ner.* 15. — Multa sub eo et animadversa severe et coërcita, nec minus instituta. *Sueton. Ner.* 16.

GALBA.

821. p. C. n. 68. GALERIO TRACHALO CATIO SILIO ITALICO COSS.

Iudicibus, sextam decuriam adiici precantibus non modo negavit, sed etiam concessum a Claudio beneficium, ne hieme initioque anni ad iudicandum evocarentur, eripuit. *Sueton. Galba* 14. — Liberalitates Neronis non plus decimis concessis per quinquaginta equites Romanos ea conditione revocandas curavit exigendasque, ut et si quid scenici aut xystici donatum olim vendidissent, auferretur emtoribus, quando illi absumto pretio solvere nequirent. At contra nihil non per comites atque libertos pretio addici aut donari gratia passus est, vectigalia, immunitates, poenas innocentium, impunitatem noxiorum. *Sueton. Galba* 15. — Bis et vicies millies sestertium donationibus Nero effuderat. Appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta ... Exactioni triginta equites Romani praepositi, novum officii genus et ambitu ac numero onerosum; ubique hasta et sector et inquieta urbs auctionibus. *Tacit. Hist.* 1, 20. — *Τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς Νέρων ἔδωκε τοῖς περὶ σκηνὴν καὶ παλαίστραν, ἀπαιτεῖσθαι συντόνως κελεύσας, πλὴν τοῦ δεκάτου μέρους.* Dona, quae scenicis Nero et palaestricis largitus fuerat, acerbe repeti praeter decimas praecepit. *Plutarch. Galba* 16. — *Τὰ χρήματα δὲ καὶ τὰ κτήματα ὅσα τινὲς παρὰ τοῦ Νέρωνος εἰλήφεσαν ἀπῃτεῖτο. Τούς γε μὴν ὑπ᾽ ἐκείνου φυγαδευθέντας ὡς ἠσεβηκότας τι εἰς αὐτὸν κατήγαγε.* Pecuniae et possessiones, quas Nero donarat, revocatae sunt. Ab eodem ob crimen laesae maiestatis in exilium missos revocavit. *Zonaras* 11, 14. — * Galliae ... obligatae recenti dono Romanae civitatis et in posterum tributi levamento. Proximae tamen Germanicis exercitibus Galliarum civitates non eodem honore habitae, quaedam etiam finibus ademtis ... suas iniurias metiebantur. *Tacit. Hist.* 1, 8. — *Ἐκ δὲ τούτου καὶ τὰ μετρίως πραττόμενα διαβολὴν εἶχεν, ὡς τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας Οὐΐνδικι συναραμένους. Ἐδόκουν γὰρ οὐ φιλανθρωπίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος ἀλλ᾽ ὠνούμενοι παρ᾽ Ὀβιννίου, τυγχάνειν ἀνέσεώς τε δασμῶν καὶ πολιτείας.* Hinc vel moderate facta vellicabantur, ut illud in Gallos, qui cum Vindice conspiraverant. Existimatio enim erat, non principis (Galbae) favore eos, sed licitatos a Iunio, vectigalium remissionem et civitatem Romanam obtinuisse. *Plutarch. Galba* 18. — (Galli) remissam sibi a Galba quartam partem tributorum iactabant. *Tacit. Hist.* 1, 51. — Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat. *Tacit. Hist.* 1, 53. — Galba reditus Lugdunensium ... in fiscum verterat. *Tacit. Hist.* 1, 65. — Adiecit formulae Galba imperator ex Inalpinis Avanticos atque Bodionticos. *Plin. Hist. Nat.* 3, 5. — Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Aspernati regendas Galba permiserat. *Tacit. Hist.* 2, 9.—Recens, Galbae principatu, censuerant patres, ut accusatorum causae noscerentur. *Tacit. Hist.* 2, 10. — *Τοὺς δὲ συκοφαντήσαντάς τινας ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἢ ψευδομαρτυρήσαντας ἐκόλασε καὶ οἱ δοῦλοι οἱ κατὰ τῶν δεσποτῶν πράξαντές τι ἢ εἰπόντες αὐτοῖς ἐκείνοις ἐπὶ τιμωρίᾳ παρεδόθησαν.* Eos, qui sub Nerone alios calumniati erant aut falsis testimoniis oppresserant, supplicio affecit; servi, qui dominos dictis factisve laeserant, eis ad poenam dediti. *Zonaras* 11, 14. — Duae tabulae missionis. *Vesme l. c. p.* 16 et 17. — *Ὁ οὖν Γάλβας ... Λούκιον Πείσωνα ... ἐποιήσατο, καὶ Καίσαρα ἀπέδειξεν.* Galba ... adoptavit Lucium Pisonem ... eumque Caesarem designavit. *Dio Cass.* 54, 5. — Pisonem Frugi Licinianum ... testamento semper in bona et nomen adscitum ... adoptavit. *Sueton. Galba* 17.

OTHO.

822. p. C. n. 69. SERVIO SULPICIO GALBA CAES. AUG. II. T. VINIO RUFINO COSS.

Decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores. *Tacit. Hist.* 1, 47. — Laudatus per edictum Cluvius Rufus. *l. c.* 1, 76. — Recens ab exilio reversos nobiles adolescentulos avitis ac paternis sacerdotiis in solatium recoluit. *l. c.* 1, 77. — Eadem largitione civitatum quoque ac provinciarum animos aggressus Hispaliensibus et Emeritensibus familiarum adiectiones, Lingonibus universis civitatem Romanam, provinciae Baeticae Maurorum civitates dono dedit, nova iura Cappadociae, nova Africae ... Statuas Poppaeae per senatusconsultum reposuit. *Tacit. Hist.* 1, 78.

VITELLIUS.

In senatu cuncta, longis aliorum principatibus composita, statim decernuntur. *Tacit. Hist.* 2, 55. — Praemisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet. *Tacit. Hist.* 2, 62. — Cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit, Augusti distulit, Caesaris in perpetuum recusavit. *Sueton. Vitell.* 8. — Quidquid praetorianarum cohortium fuit, uno exauctoravit edicto. *Sueton. Vitell.* 10. — Pontificatum Maximum cepit; comitia in decem annos ordinavit seque perpetuum consulem. *Sueton. Vitell.* 11.— Pulsi Italia mathematici. *Tacit. Hist.* 2, 62. — Nullis tamen offensior, quam vernaculis et mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat: exacerbatus, quod post edictum suum, quo iubebat intra Kal. Octobr. urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus est propositus: „et Chaldaeos dicere, bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem usquam esset.“ *Sueton. Vitell.* 14. — *Καὶ πρόγραμμα ἔθετο, δι᾽ οὗ τοὺς ἀστρολόγους ἐξήλασε, προειπὼν σφίσιν, ἐντὸς τῆσδε τῆς ἡμέρας (ῥητήν τινα τάξας) ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰταλίας χωρῆσαι.* Tum in primis edicto proposito astrologos expulit ex urbe: edixitque, ut intra certam diem, quam ipse constituerat, ex omni Italia excederent. *Dio Cass.* 65, 1. — *Οὗτος ἀστρολόγους καὶ ἀστρονόμους καὶ γόητας ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας πάντας ἐκχωρῆσαι τῆς Ἰταλίας προσέταξεν.* Is astrologos, astronomos praestigiatoresque omnes intra certum diem Italia excedere iussit. *Cedreni Hist. p.* 379. — *Βιτέλλιος, ὃς τοῖς ἀστερολέσχαις κηρύγματα προστέθεικε φεύγειν ἐξ Ἰταλίας.* Vitellius, qui edictis propositis astrologos Italia iussit excedere. *Michael. Glycae Annal. Part.* 3, *p.* 444. — *Ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τοῖς βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι μονομαχεῖν ἢ ἐν ὀρχήστρᾳ θέαν τινὰ παρέχειν.* Vetuit, ne senatores neve equites in arena pugnarent aut in orchestra se spectandos praeberent. *Dio Cass.* 65, 6 et iisdem verbis *Zonaras* 11, 16. — Cautum severe, ne equites ludo et arena polluerentur. *Tacit. Hist.* 2, 62. — Foedera sociis, Latium externis dilargiri, his tributa dimittere, alios immunitatibus iuvare. *Tacit. Hist.* 3, 55.

VESPASIANUS.

Conf. Augustus, Caligula, Claudius, Nero, Domitianus, Traianus, Hadrianus, Antoninus Pius, Marcus Aurelius Antoninus.

823. p. C. n. 70. CAES. VESPASIANO AUG. II. TITO CAES. COSS.

Senatus statuam ei (Galbae) decreverat ... sed decretum Vespasianus abolevit. *Sueton. Galb.* 23. — At Romae senatus cuncta principibus solita Vespasiano tribuit. *Tacit. Hist.* 4, 3.— ... Foedusque cum quibus volet facere liceat ita uti licuit divo Aug. Ti. Iulio Caesari Aug. Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico; utique ei senatum habere, relationem facere, remittere, senatus consulta per relationem discessionemque facere liceat ita uti licuit divo Aug. Ti. Iulio Caesari Aug. Ti. Claudio Caesari Aug. Germanico; utique cum ex voluntate auctoritateve, iussu mandatuve eius praesenteve eo senatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur, servetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturque; utique quos magistratum, potestatem, imperium, curationemve cuius rei petentes senatui

populoque romano commendaverit, quibusve suffragationem suam dederit, promiserit, eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur; utique ei fines pomerii proferre, promovere, cum ex republica censebit esse, liceat ita uti licuit Ti. Claudio Caesari Aug. Germanico; utique quaecumque ex usu rei publicae, maiestate divinarum, humrum, publicarum privatarumque rerum esse censebit, ei agere, facere, ius potestasque sit ita uti divo Aug. Tiberioque Iulio Caesari Aug. Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico fuit; utique quibus legibus plebeique scitis scriptum fuit ne divus Aug. Tiberiusque Iulius Caesar Aug. Tiberiusque Claudius Caesar Aug. Germanicus tenerentur, iis legibus plebisque scitis Imp. Caesar Vespasianus solutus sit; quaeque ex quaque lege, rogatione divum Aug. Tiberiumve Iulium Caesarem Aug. Tiberiumve Claudium Caesarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Caesari Vespasiano Aug. facere liceat; utique quae ante hanc legem rogatam acta, gesta, decreta, imperata ab Imperatore Caesare Vespasiano Aug. iussu mandatuque eius a quoque sunt, ea perinde iusta rataque sint ac si populi plebisve iussu acta essent. *Sanctio.* Siquis huiusce legis ergo adversus leges, rogationes plebisve scita, senatusve consulta fecit, fecerit, sive quod eum ex lege, rogatione, plebisve scito S. ve C. facere oportebit non fecerit huius legis ergo, id ei ne fraudi esto, neve quit ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio neve iudicatio esto, neve quis de ea re apud se agi sinito. *Tabula aenea in Museo Capitolino.* Cf. Zell l. c. p. 287, 288. — * Constitutio principis est, quod imperator decreto vel edicto vel epistola constituit, nec unquam dubitatum est, quin id legis vicem obtineat, quum ipse imperator per legem imperium obtineat. *Gai.* 1, 5. — *Ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς ἐκείνους μὲν εἴα, ἐς δὲ τὴν Ῥώμην ἐπέστειλε, τήν τε ἀτιμίαν τῶν καταψηφισθέντων ἐπὶ ταῖς λεγομέναις ἀσεβείαις ὑπὸ Νέρωνος καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἀρξάντων, τῶν τε ζώντων καὶ τῶν τεθνεώτων ὁμοίως ἀπαλείφων, καὶ τὰς γραφὰς τὰς ἐπὶ τοιούτοις ἐγκλήμασι καταλύων· τούς τε ἀστρολόγους ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξώρισε.* Vespasianus, missis Alexandrinis, Romam literas misit, quibus omnium, qui sub Nerone ac sequentibus principibus maiestatis criminis erant damnati, sive superstites, sive mortui essent, famam restituit, cunctasque eiusmodi accusationes sustulit. Astrologos quoque iussit urbe excedere. *Dio Cass.* (*Xiphil.*) 66, 9. — Ipsi (Vespasiano) consulatus cum Tito filio, praetura Domitiano et consulare imperium decernuntur. *Tacit. Hist.* 4, 3. Cf. Dio Cass. 66, 2. — * Praetores aerarii (nam tum a praetoribus tractabatur aerarium) publicam paupertatem questi, modum impensis postulaverant. Eam curam consul designatus, ob magnitudinem oneris et remedii difficultatem, principi reservabat. Helvidius arbitrio senatus agendum censuit. Quum perrogarent sententias consules, Vulcatius Tertullinus, tribunus plebis intercessit, ne quid super tanta re, principe absente, statueretur. *Tacit. Hist.* 4, 9. — * *Καὶ ἀπ' ἐκείνου δίδραχμον ἐτάχθη, τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας τῷ Καπιτωλίῳ Διῒ κατ' ἔτος ἀποφέρειν.* Ab eodem tempore constitutum fuit, ut Iudaei quotannis didrachmum penderent Iovi Capitolino, quotquot patrias leges suas tuerentur. *Dio Cass.* 66, 7. — * Non contentus omissa sub Galba vectigalia revocasse, nova et gravia addidisse, auxisse tributa provinciis, nonnullis et duplicasse, negotiationes quoque vel privato pudendas propalam exercuit. *Sueton. Vespas.* 16. — *Πολλὰ δὲ καὶ τέλη, τὰ μέν τινα ἐκλελειμμένα ἀνενεώσατο, τὰ δὲ καὶ νομιζόμενα προσεπηύξησε [καινά τε ἕτερα προσκατεστήσατο.] τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ὑπηκόῳ [τῇ τε Ἰταλίᾳ] καὶ αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ μετὰ τοῦτ' ἐποίησεν ... καὶ κελεῦσαι μὲν καὶ τοὺς ἓξ ὀβολοὺς κατ' ἄνδρα εἰσπραχθῆναι.* Multa enim vectigalia, quae iam solvi desierant, renovavit; auxitque multa ex iis, quae obtinebant: [et alia nova imposuit] idemque postea in ceteris provinciis subditis imperio Romano, [in Italia] et in urbe fecit ... Tanta ira commotus est, ut viritim (ab Alexandrinis) sex obolos exigi iusserit. *Dio Cass.* 66, 8. Cf. Dio Cass. 66, 2 et 14; Sueton. Vespas. 23. — *Ἐς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὁ Οὐεσπασιανὸς ἀφικόμενος χρήματα πολλὰ ἐκεῖθεν ἠργυρολόγησε, χρηματιζόμενος πάντοθεν, καὶ τέλη πολλὰ τὰ μὲν ἐκλελειμμένα ἀνενεώσατο, τὰ δὲ καὶ νομιζόμενα προσεπηύξησε, καινά τε προσέθετο ἕτερα. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ὑπηκόῳ τῇ τε Ἰταλίᾳ καὶ αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ μετὰ ταῦτα ἐποίησε.* Alexandriam autem quum venisset, magnam pecuniam coëgit, nullo quaestu praetermisso, vectigalibus quibusdam obsoletis restitutis, usitatis exaggeratis et novis excogitatis, quod deinde in aliis quoque provinciis, in Italia et Romae fecit. *Zonaras* 11, 17. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 17.

824. p. C. n. 71. CAES. VESPASIANO AUG. III. M. COCCEIO NERVA COSS.

Καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς, πλὴν τοῦ Μουσωνίου, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξέβαλε· τὸν δὲ δὴ Δημήτριον καὶ τὸν Ὀστίλιον καὶ ἐς νήσους κατέκλεισε. Itaque Vespasianus statim philosophos omnes, praeter Musonium, Roma expulit: Demetrium vero et Hostilium in insulas relegavit. *Dio Cass.* 66, 13. Vid. infr. p. 60. — * Ingenia et artes vel maxime fovit. Primus e fisco Latinis Graecisque rhetoribus annua centena constituit. Praestantes poetas, nec non et artifices coemit. *Sueton. Vespas.* 18. — *Μετὰ τοῦτο διδασκάλους ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τῆς Λατίνων καὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας κατέστησε, μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φέροντας. κατηγορίαν δὲ ὁ Μουκιανὸς τῶν φιλοσόφων πολλὴν ποιησάμενος ἔπεισε τὸν Οὐεσπασιανὸν ἐξελάσαι αὐτοὺς τῆς Ῥώμης· καὶ πλὴν τοῦ Μουσωνίου ἀπηλάθησαν.* Postea Vespasianus magistros et Latinarum et Graecarum disciplinarum Romae constituit, decretis ex aerario stipendiis, sed Mucianus philosophis acriter accusatis effecit, ut uno Musonio excepto eosdem urbe pelleret. *Zonaras* 11, 17. — *Καὶ ἐπὶ τούτοις, Οὐεσπασιανὸν μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν, πάντας τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ, ὡς ἂν μὴ περιλειφθείη τις παρὰ Ἰουδαίοις τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς φυλῆς, ἀναζητεῖσθαι προστάξαι.* Fama est, praeterea Vespasianum, post expugnatam Hierosolymorum civitatem eos, qui a Davide genus ducerent, perquiri iussisse, ne quisquam apud Iudaeos ex regia stirpe superesset. *Euseb. Hist. Eccl.* 3, 11. — Caesar Domitianus praeturam cepit. Eius nomen epistolis edictisque praeponebatur. *Tacit. Hist.* 4, 39. — Tum sorte ducti, per quos redderentur bello rapta, quique aera legum, vetustate delapsa, noscerent figerentque, et fastos adulatione temporum foedatos exonerarent, modumque publicis impensis facerent. *Tacit. Hist.* 4, 40. — Litium series ubique maiorem in modum excreverant, manentibus antiquis, intercapedine iurisdictionis, accedentibus novis, ex conditione tumultuque temporum. Sorte elegit, per quos bello rapta restituerentur, quique iudicia centumviralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum aetas videbatur, extra ordinem diiudicarent redigerentque ad brevissimum numerum. *Sueton. Vespas.* 10. — Petit a Caesare Iunius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem senatui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset. Consulendum tali super re principem respondit. *Tacit. Hist.* 4, 40. — Ambo gravi senatusconsulto damnati pulsique (Sosianus et Oct. Sagitta). *Tacit. Hist.* 4, 44. — Additum senatusconsultum, quo Senensium plebes modestiae admoneretur. *Tacit. Hist.* 4, 45. — Actum in senatu, ut sexcenties sestertium a privatis mutuum acciperetur, praepositusque ei curae Poppaeus Silvanus ... Abrogati inde, legem ferente Domitiano, consules, quos Vitellius dederat. *Tacit. Hist.* 4, 47. — *Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐν τοῖς καπηλείοις ἑφθόν τι πλὴν ὀσπρίων πιπράσκεσθαι ἐπέτρεπε.* Ideoque et nihil cocti in popinis, praeter legumina, vendi patiebatur. *Dio Cass.* 66, 10. — Suscepit et censuram. *Sueton. Vespas.* 8. — * Classiarios ... iussit excalceatos cursitare et ex eo ita cursitant ... Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat. Vacuas areas occupare et aedificare, si possessores cessarent, cuique permisit ... Aenearum tabularum tria millia, quae simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus, instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum, quo continebantur paene ab exordio urbis senatusconsulta, plebiscita de societate et foedere ac privilegia cuicunque concessa. *Sueton. Vespas.* 8. — * *Imp. Alexander A. Diogeni.* Negotiandi causa aedificia demoliri et marmora detrahere edicto

D. Vespasiani et senatusconsulto vetitum est. *L.* 2 *C. de Aedif. priv.* 8, 10. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 17.

825. p. C. n. 72. CAES. VESPASIANO AUG. IV. TITO CAES. II. COSS.

* *Ἐποίησε δὲ καὶ ἐπαρχίαν Μακεδονίαν δευτέραν, ἀπὸ τῆς πρώτης αὐτὴν ἀπομερίσας.* Macedoniam vero secundam a prima separans, in provinciam fecit. *Malalas* 10, *p.* 261. — Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum libertate ademta, item Thraciam, Ciliciam (leg. Tracheam Ciliciam) et Commagenem ditionis regiae usque ad id tempus in provinciarum formam redegit. Cappadociae propter assiduos barbarorum incursus legiones addidit consularemque rectorem imposuit pro equite Romano. *Sueton. Vespas.* 8. Cf. Tacit. Hist. 2, 81. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 270. — Sub hoc Iudaea Romano accessit imperio; et Hierosolyma … Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quae liberae ante hoc tempus fuerant; item Tracheam Ciliciam, Commagenem, quae sub regibus amicis erant, in provinciarum formam redegit. *Eutrop.* 7, 13. — Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samos, Thracia, Cilicia (leg. Trachea Cilicia), Commagene tum primum redactae in provincias, Romanis iudicibus legibusque paruerunt. *Oros.* 7, 9. — Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Thracia, Cilicia, Commagene … in provincias redactae. *Hieronymi Chron. ad a.* 2090 (76), *p.* 267. Cf. Ioseph. Bell. Iud. 7, 7. — *Ἔκτισε δὲ καὶ εἰς Παννονίαν καὶ εἰς Κομμαγενίαν τὰς ἐπαρχίας πολλά. καὶ τὴν Εὐρώπην δὲ ἀπὸ Θράκης ἐμέρισε, κτίσας Ἡράκλειαν πόλιν τὴν πρώην λεγομένην Πείρινθον· ἥντινα ἐποίησε μετρόπολιν, δοὺς αὐτῇ ἄρχοντα.* Multa etiam per Pannoniam et Commagenam provincias exstruxit: Europam etiam a Thracia seiungens, ex Perintho antea vocata, Heracleam urbem condidit; praefecto ei dato metropolim esse voluit. *Malalas* 10, *p.* 261. — Rhodus et Insulae primum libere agebant … sub Vespasiano Insularum provincia facta est. *Sexti Rufi Breviar.* — In provinciam Syria, cui Palaestinae nomen (coacta). *Aurel. Vict. de Caes.* 9. — Syria, cui Palaestina nomen est Ciliciaque ac Thracia et Commagene, quam hodie Augustophratensem nominamus, provinciis accessere. Iudaei quoque additi sunt. *Aurel. Vict. Epit.* 9. — *Οὐεσπασιανὸς, ἀφικόμενος, ἀφείλετο αὐτὴν τοῦτο.* Vespasianus istac veniens ea illam (Achaiam libertate) privavit. *Philostr. Apollon.* 5, 41. — *Οὐεσπασιανοῦ γὰρ μετὰ Νέρωνα ἄρξαντος, ἐς ἐμφύλιον στάσιν προήχθησαν, καὶ σφᾶς ὑποτελεῖς τε αὖθις ὁ Οὐεσπασιανὸς εἶναι φόρων, καὶ ἀκούειν ἐκέλευσεν ἡγεμόνος, ἀπομεμαθηκέναι φήσας τὴν ἐελυθερίαν τὸ Ἑλληνικόν.* Nam quum imperii gubernacula post Neronem Vespasianus teneret, is Graecos, quasi patrio morbo seditione laborantes coercuit et annuo vectigali imposito, Romanis magistratibus parere iussit, quod diceret, libertate uti Graecos iam dedidicisse. *Pausan. Achai.* 7, 17. — * Universae Hispaniae Vespasianus imperator Augustus … Latii ius tribuit. *Plin. Hist. Nat.* 3, 4. — **Paulus Lib. II. de Censibus.* Divus Vespasianus Caesarienses colonos fecit, non adiecto, ut et iuris Italici essent; sed tributum his remisit capitis; sed divus Titus etiam solum immune factum interpretatus est. *L.* 8, § 7 *D. de Censibus* 50, 15. — *Φόρον τοῖς ὅπου δήποτ᾽ οὖσιν Ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμὰς ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπετώλιον φέρειν.* Tributum vero Iudaeis ubicunque degentibus indixit et quotannis binas quemque drachmas in Capitolium inferre iussit. *Ioseph. Bell. Iud.* 7, 6. Cf. a. 823.

827. p. C. n. 74. C. VESPASIANO A. V. TITO CAES. III. COSS.

Moenia eius (urbis) collegere ambitu imperatoribus censoribusque Vespasianis anno conditae DCCCXXVII. pass. XIII. M. CC. Complexa montes septem, ipsa dividitur in regiones quatuordecim, compita larium CCLXV. *Plin. Hist. Nat.* 3, 9. — Accedunt experimenta et exempla recentissimi census, quem intra quadriennium Caesares Vespasiani pater filiusque censores egerunt. *Plin. Hist. Nat.* 7, 50. — Inter primum a Servio rege conditum lustrum et id, quod ab imperatore Vespasiano V. et Caesare III. Coss. factum est, anni interfuerunt paulo minus sexcenti quinquaginta. *Censorinus de Die Nat.* 18. — * Amplissimos ordines et exhaustos caede varia et contaminatos veteri negligentia purgavit supplevitque recensito senatu et equite, summotis indignissimis et honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto … De iurgio quodam senatoris equitisque Romani ita pronuntiavit: „Non oportere maledici senatoribus, remaledici civile fasque esse.“ *Sueton. Vespas.* 9. — * Explevit censum senatorium. *Sueton. Vespas.* 17. — Censu more veterum exercito, senatu motus probrosior quisque ac lectis undique optimis viris mille gentes compositae, quum ducentas aegerrime reperisset. *Aurel. Vict. de Caes.* 9. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 17.

Incert. ann.

* *Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐγένετο διωγμὸς μέγας τῶν Χριστιανῶν ἐπὶ τῆς ὑπατείας Δεκίου καὶ Ῥουστικίου.* Huius sub imperio Christiani persecutionem gravem perpessi sunt Decio et Rusticio Coss. *Malalas* 10, *p.* 260. — Auctor senatui fuit decernendi, ut quae se alieno servo iunxisset, ancilla haberetur. (Cf. a. 805.) Neve filiorumfamilias foeneratoribus exigendi crediti ius unquam esset, hoc est ne post patrum quidem mortem. *Sueton. Vespas.* 11. Cf. a. 800. — Pegaso et Pusione (consulibus) senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset, hereditatem restituere, perinde liceret, quartam partem retinere, atque e lege Falcidia in legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus, quae per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. Per quod senatusconsultum ipse heres onera hereditaria sustinet, ille autem, qui ex fideicommisso reliquam partem hereditatis recipit, legatarii partiarii loco est. *Gai.* 2, 254. — Si quis plus quam dodrantem vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, locus est Pegasiano senatusconsulto. *Gai.* 2, 256. — Sed si recuset scriptus heres adire hereditatem ob id, quod dicat, eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cavetur Pegasiano senatusconsulto, ut desiderante eo, cui restituere rogatus est, iussu praetoris adeat et restituat, perindeque ei et in eum, qui receperit, actiones dentur, ac iuris est ex senatusconsulto Trebelliano. *Gai.* 2, 258. — Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus aut totam hereditatem aut pro parte restituere rogetur, an ex parte heres institutus aut totam eam partem aut partis partem restituere rogetur, nam et hoc casu de quarta parte eius partis ratio ex Pegasiano senatusconsulto haberi solet. *Gai.* 2, 259. — Sed postea senatusconsulto Pegasiano perinde fideicommissa ac legata hereditatesque capere posse prohibiti sunt (orbi et caelibes). *Gai.* 2, 286. — Is qui rogatus est, alii restituere hereditatem … lege … Falcidia interveniente, quoniam plus (quam) dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, ex Pegasiano senatusconsulto restituit, ut deducta parte quarta, ipsi, qui scriptus est heres, et in ipsum actiones conserventur, is autem, qui recipit hereditatem, legatarii loco habeatur. *Ulp.* 25, 14. — Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem et eum, cui reliquae partes restitutae sunt, interpositis stipulationibus, ad exemplum partis et pro parte stipulationum. *Ulp.* 25, 15. — Si heres damnosam hereditatem dicat, cogetur a praetore adire et restituere totam: ita ut ei, et in eum, qui recipit hereditatem, actiones dentur, proinde atque si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset; idque ut ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum. *Ulp.* 25, 16. — Inter heredem et fideicommissarium, cui ex Pegasiano hereditas restituitur, partis et pro parte stipulatio interponitur, ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris vero portionibus fideicommissario competant. *Paul. Sent.* 4, 3, 1. — Lex Falcidia itemque senatusconsultum Pegasianum deducto omni aere alieno deorumque donis quartam residuae hereditatis ad heredem voluit pertinere. *Paul. l. c.* 4, 3, 3. — Qui totam hereditatem restituit, quum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, si non retineat, repetere eam non potest. *Paul. l. c.* 4, 3, 4. — Filius ex asse

heres institutus inofficiosum dicere non potest: nec interest, exhausta nec ne sit hereditas; quum apud eum quarta aut legis Falcidiae aut senatusconsulti Pegasiani beneficio sit remansura. *Paul. l. c.* 4, 5, 5. — Rogatus hereditatem restituere, etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommisso non fit iniuria; quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio senatusconsulti habere potuisset. *Paul. l. c.* 4, 5, 9. — Vespasiani Augusti temporibus Pegaso et Pusione consulibus senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. § 5 *Inst. de Fideic. her.* 2, 23. — Sed si recuset scriptus heres adire hereditatem ob id, quod dicat, eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cavetur Pegasiano senatusconsulto, ut desiderante eo, cui restituere rogatus est, iussu praetoris adeat, et restituat hereditatem perindeque ei et in eum, qui receperit hereditatem, actiones dentur, ac iuris est ex Trebelliano senatusconsulto. § 6 *Inst. eod. tit.* Cf. § 6 const. *Δέδωκεν.* — *Modestinus Lib. IX. Regularum.* Qui non capienti rogatus est restituere hereditatem, senatusconsulto Planciano non conceditur quartam retinere, sed ea quarta, quam non retinuit, ad fiscum pertinet ex rescripto D. Pii. *L.* 59, § 1 *D. ad L. Falcid.* 35, 2. — *Papinianus Lib. XV. Quaestionum.* Heres, qui tacitam fidem contra leges accommodavit, in ea parte, qua fraudem adhibuit, Falcidia non utitur et ita senatus censuit. *L.* 11 *D. de His quae ut indignis* 34, 9. — Si quis in fraudem creditorum tacitam fidem accommodaverit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere senatus censuit, nec caducam vindicare ex eo testamento, si liberos habeat. *Ulpian.* 25, 17. Cf. l. 3 C. ad L. Falcidiam et D. Pius. — Hoc tamen ius adipiscendae civitatis Romanae etiamsi soli minores triginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt, tamen postea senatusconsulto, quod Pegaso et Pusione consulibus factum est, et maioribus triginta annorum manumissis Latinis factis concessum est. *Gai.* 1, 31. — Iteratione fit civis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat maior triginta annorum, iterum iuste manumissus est ab eo, cuius ex iure Quiritium servus fuit. Sed huic concessum est, (ut) ex senatusconsulto etiam liberis ius Quiritium consequi. *Ulp.* 3, 4. — *Ulpianus Lib. XXXIV. ad Edictum.* Senatusconsultum, quod factum est de liberis agnoscendis, duas species complectitur, unam eorum, qui agnoscunt, aliam earum, quae falsum partum subiiciunt. Permittit igitur mulieri, parentive, in cuius potestate est, vel ei, cui mandatum ab iis est, si putet praegnantem, denuntiare intra dies triginta post divortium connumerandos ipsi marito, vel parenti, in cuius potestate est, aut domum denuntiare, si nullius eorum copiam habeat. *L.* 1, *pr.* § 1 *D. de Agnoscendis lib.* 25, 3. — Apud Iulianum Libro XIX. Digestorum quaeritur, si intra dies triginta mulier marito non denuntiaverit et intra triginta partum ediderit, an senatusconsulto locus sit? Et ait: Plancianum senatusconsultum cessare, quia de eo partu non videtur sentire, qui intra diem trigesimum nascatur, quippe dies triginta ad denuntiandum praestituit senatus, sed hanc rem non facere praeiudicium partui arbitror. *L.* 1 *cit.*, § 10. — Iulianus Libro XIX. Digestorum scripsit: quod senatusconsulto comprehensum est, si mulier viro denuntiaverit, se ex eo concepisse, et is, cui denuntiatum erit, custodes ad ventrem custodiendum, inspiciendumque non miserit, neque contestato dixerit, eam ex se praegnantem non esse, ut ei id, quod editum sit, agnoscere sit necesse, non eo pertinet etc. *L.* 1, § 12 *cit.* — Idem per contrarium quoque ait, si mulier, divortio facto, non fecerit ea, quae senatusconsulto praecipiuntur, ut liceat patri non agnoscere, non eo pertinere etc. *L.* 1 *cit.*, § 13. — *Ulpianus Lib. XXXIV. ad Edictum.* * Quia senatusconsultum Plancianum ad eos partus pertinet, qui post divortium eduntur, aliud senatusconsultum temporibus D. Hadriani factum est, ut etiam si constante matrimonio partus editus sit, de agnoscendo eo agatur. *L.* 3, § 1 *D. e. t.* — *Plinius Traiano Imp. S.* Postulantibus quibusdam, ut de agnoscendis liberis restituendisque natalibus et secundum epistolam Domitiani scriptam Minucio Rufo et secundum exempla proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad senatusconsultum pertinens ad eadem genera causarum, quod de his tantum provinciis loquitur, quibus proconsules praesunt. *Plin. Ep.* 10, 77. — *Traianus Plinio S.* Si mihi senatusconsultum miseris, quod haesitationem tibi fecit, aestimabo, an debeas cognoscere de agnoscendis liberis et natalibus suis restituendis. *Plin. Ep.* 10, 78. — *Papinianus Lib. I. de Adulteriis.* Pupillis ex consilio tutorum patris mortem, item pupillae avi sui mortem exsequi concessum est, lege autem testamentaria; nam de patris quidem testamento pupillis agere divus Vespasianus permisit, sed quasi non exhibeantur tabulae, per interdictum possunt experiri. *L.* 2, § 1 *D. de Accusat.* 48, 2. — *Modestinus Lib. Singulari de Manumissionibus.* Divus Vespasianus decrevit, ut, si qua hac lege venierit, ne prostitueretur, et si prostituta esset, ut esset libera: si postea ab emtore alii sine conditione veniit, ex lege venditionis liberam esse et libertam prioris venditoris. *L.* 7 *D. de Iure patron.* 37, 14. — Fuit et alia Claudii principatu differentia, in solis his, quibus admissionem liberti eius dedissent, imaginem principis in annulo gerendi, magna criminum occasione; quae omnia salutaris exortus Vespasiani imperatoris abolevit, aequaliter publicando principem. *Plin. Hist. Nat.* 33, 12. — *Archadius Charisius Lib. Singulari de Muneribus civilibus.* Magistris, qui civilium munerum vacationem habent, item grammaticis et oratoribus et medicis et philosophis, ne hospitem reciperent, a principibus fuisse immunitatem indultam, et divus Vespasianus et divus Hadrianus rescripserunt. *L. ult.*, § 30 *D. de Muner.* 50, 4. — *Marcianus Lib. XII. Institutionum.* Praecipitur edicto D. Vespasiani omnibus civitatibus, ne plures quam ternos legatos mitterent. *L.* 4, § 6 *D. de Legation.* 50, 7. — Consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentavit. *Sueton. Vespas.* 17. — *Βίους καὶ τὰ τῆς πόλεως ἀνακαλεῖται δίκαια.* Census et cuncta civitatis restituit iura. *Syncellus p.* 646. — *Ἔς τε τὸ συνέδριον διαπαντὸς ἐφοίτα, καὶ περὶ πάντων αὐτοῖς ἐπεκοίνου, κἀν τῇ ἀγορᾷ πολλάκις ἐδίκαζεν.* Veniebat semper in senatum et cum patribus communicabat omnia. Saepe etiam ius reddebat in foro. *Dio Cass.* 66, 10. — Pecuniam quarundam coloniarum Imp. Vespasianus exegit, quae non haberent subseciva concessa. *Frontin. Lib. II. de Controv. Agr. p.* 54. *Agenn. Urb. l. c. p.* 81. — A Vespasiano imperatore eodem munere (Latii) donatum Icosion. *Plin. Hist. Nat.* 5, 1. — Vespasianus colonos misit. *Euseb. Chron. a.* 2094, *Vespas.* 10. — *Οὐεσπασιανὸς ἀποικίας ἐκπέμψας τελευτᾷ νόσῳ.* Vespasianus Romanis coloniis propagatis morbo correptus vita defunctus est. *Syncellus p.* 647. — Cetera [loca provinciae Calabriae], prout quis occupavit, posteriore tempore censita sunt et ei possidenti assignata, ab imp. Vespasiano censita ex iussione. *Lib. Col. I. p.* 211. — Territorium Panormitanorum imp. Vespasianus assignavit militibus veteranis et familiae suae. *l. c. p.* 211. — Abella municipium. Coloni vel familia imperatoris Vespasiani iussu eius acceperunt. *l. c. p.* 230. — Forum Populi (Popilii), oppidum muro ductum … imperator Vespasianus postea lege sua agrum censeri iussit. *l. c. p.* 233 sq. — Laurum Lavinia lege et consecratione veteri manet: ager eius ab imppp. Vespasiano, Traiano et Hadriano in lacineis est assignatus. *l. c. p.* 234. — Nola muro ducta colonia Augusta, Vespasianus A. deduxit. *l. c. p.* 236. — Ostiensis ager ab imppp. Vespasiano, Traiano et Hadriano in precisuris, in lacineis et per strigas, colonis eorum est assignatus: sed postea impp. Verus Antoninus et Commodus aliqua privatis concesserunt. *l. c. p.* 236. — Inde Apollonia: Stratonis turris, eadem Caesarea ab Herode rege condita, nunc colonia prima Flavia a Vespasiano imp. deducta. *Plin. Hist. Nat.* 5, 14. — *Οὐεσπασιανὸς … εἰς τὴν τῶν Καισάρων αὐτὴν ὀνόμασε προσηγορίαν, πρότερον Στράτωνος πύργον καλουμένην.* Vespasianus … Caesarum nomine ipsam appellavit, quum antea Stratonis turris vocaretur. *Novell. Iustinian.* 103, *praef.* — Alia subseciva Vespasianus vendidit. *Agenn. Urb. p.* 8 et *Hygin. de Limit. p.* 111. — D. Vespasianus agros veteranis (in Samnio) assigna-

verat. *Hygin. de Controv. Agr. p.* 131. — Quum D. Vespasianus subseciva omnia, quae non veniissent aut aliquibus personis concessa essent, sibi vindicasset, itemque D. Titus a patre coeptum hunc ritum teneret, Domitianus (imp.) per totam Italiam subseciva possidentibus donavit edictoque hoc notum universis fecit, cuius edicti verba, itemque constitutiones quasdam aliorum principum itemque D. Nervae in uno libello contulimus. *Hygin. de Gener. Controv. p.* 133. — Quando terminavimus provinciam Apuliam et Calabriam secundum constitutionem et legem Vespasiani, variis locis mensurae actae sunt et iugerationis modus collectus est. *Lib. Colon. II. p.* 261. — Video ergo illum agrum, qui dum in se ducenta et eo amplius iugera contineret, postea iussu principum intercisivis limitibus distributus quinquagenis iugeribus vel amplius, ut qualitas locorum inventa est. *Agennus Urbic. ad Front. de Agr. Qual. p.* 1. — Ne tribuniciam quidem potestatem et patris patriae appellationem nisi sero recepit. *Sueton. Vespas.* 12. — Perlectis epistolis officiorumque omnium breviariis amicos admittebat. *Sueton. Vespas.* 21. — Placidissimae bonitatis, ut qui maiestatis quoque contra se reos non facile puniret ultra exilii poenam. *Eutrop.* 7, 13. Cf. Suidas v. *Βεσπασιανός.* — Legibus aequissimis monendo ... vitae specie vitiorum complura aboleverat. *Aurel. Vict. de Caes.* 9 *et Epit.* 9. — Censuram gessit (Titus) una (cum patre). Eidem collega in tribunicia potestate et in septem consulatibus fuit, receptaque ad se prope omnium officiorum cura, quum patris nomine et epistolas ipse dictaret et edicta conscriberet, orationesque in senatu recitaret, etiam quaestoris vice, praefecturam quoque praetorii suscepit (Titus), nunquam ad id tempus, nisi ab equite Romano administratam. *Sueton. Tit.* 6. — Imp. Caesar Vespasianus Augustus magistratibus et senatoribus Vanacinorum salutem dicit. Otacilium Sagittam amicum et procuratorem meum ita vobis praefuisse, ut testimonium vestrum mereretur, delector. De controversia finium, quam habetis cum Marianis, pendenti ex iis agris, quos a procuratore meo Publilio Memoriale emistis, ut finiret Claudius Clemens procurator meus, scripsi ei et mensorem misi. Beneficia tributa vobis a divo Augusto post septimum consulatum, quae in tempora Galbae retinuistis confirmo. Egerunt legati: Lasemo Leucani F. sacerd. Aug. Eunus Tosmasi F. sacerd. Aug. C. Arruntio Catello Celere, M. Arruntio Aquila Cos. IIII Idus Octobr. *Tabula aerea.* Cf. Zell l. c. p. 307, 308. — (Ti Plautium M. F..... Silvanum Aelianum) ... ad Praefecturam urbis remissum senatus in praefectura triumphalibus ornamentis honoravit auctore Imp. Caesare Augusto Vespasiano verbis ex oratione eius Q. I. S. S.: Moesiae ita praefuit ut non debuerit in me differri honor triumphalium eius ornamentorum nisi quod latior ei contigit mora titulus praefecto urbis. *Inscr. lapid. Tibur. ap. Orell.* 750. — Ex auctoritate Imp. Caesaris Titi Vespasiani Aug. in loco, qui designatus erat per Flavium Sabinum operum publicorum curatorem, templum extruxerunt negotiatores frumentari. *Gruter* 128, 2.

TITUS.

Conf. Augustus, Claudius, Nero, Vespasianus, Domitianus.

832. p. C. n. 79. CAES. VESPASIANO AUG. IX. TITO CAES. VII. COSS.

Imp. Caes. Vespasianus Aug. Pont. max. Trib. pot. VIII. Imp. XX. Cos. IX. S. D. IIII viris et Decurionibus Saboren. Cum multis difficultatibus civitatem vestram iam premi indicetis, permitto vobis, oppidum sub nomine meo ut voltis in planiciem exstruere. Vectigalia, quae a divo Augusto accepisse dicitis, custodio. Si qua nova adicere voltis, de his Procos. provinc. adire debetis: ego enim responso prius ab eo non accepto constituere nihil possum. Decretum VIII kal. easdem. Valete. C. Corn. Severus, M. Septimius Coelius II viri P. P. F. C. *Tabula aerea.* Cf. Zell l. c. p. 307. — Natura benevolentissimus, quum ex instituto Tiberii omnes dehinc Caesares beneficia a superioribus concessa principibus aliter rata non haberent, quam si eadem iisdem et ipsi dedissent, primus praeterita omnia uno confirmavit edicto, nec a se peti passus est. *Sueton. Tit.* 8. — Quum concessa per priores principes firmari ab insequentibus mos esset, simul imperium cepit, talia possidentibus edicto sponte cavit prospexitque. *Aurel. Vict. de Caes.* 10 *et Epit.* 10. — *Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρός τε τὸ ἀσφαλὲς καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον τῶν ἀνθρώπων κατεστήσατο. καὶ γὰρ γράμματα ἐξέθηκε, βεβαιῶν πάντα τὰ ὑπὸ τῶν προτέρων αὐτοκρατόρων δοθέντα τισὶν, ὥστε μὴ καθ᾽ ἑκάστους σφῶν αἰτοῦντας αὐτὸν πράγματα ἔχειν.* Multa quoque alia constituit ad securitatem et tranquillitatem hominum, propositis edictis, quibus omnia beneficia, quae superiores principes aliquibus dederant, confirmabantur, ne dum ea quemque pro se postulare oporteret, singuli molestiam caperent. *Dio Cass.* 66, 19. — *Γράμματα ἐξέθηκε βεβαιῶν πάντα τὰ ὑπὸ τῶν πρότερον αὐτοκρατόρων δοθέντα τισίν.* Privilegia a superioribus imperatoribus concessa literis publice propositis confirmavit. *Zonaras* 11, 18. — *Τοὺς μηνυτὰς ἐξήλασεν ἐκ τῆς πόλεως.* Delatores ex urbe expulit. *Dio Cass.* 66, 19. — Delatores mandatoresque assidue in foro flagellis ac fustibus caesos ac novissime traductos per amphitheatri arenam partim subiici ac venire imperavit, partim in asperrimas insularum avehi. Ut etiam similia quandoque ausuros perpetuo coerceret, vetuit inter cetera de eadem re pluribus legibus agi, quaerive de cuiusquam defunctorum statu ultra certos annos. *Sueton. Tit.* 8. — Ingenti animo D. Titus securitati nostrae ultionique prospexerat, ideoque numinibus aequatus est. Id hoc magis arduum fuit, quod imperator Nerva ... postquam magna quaedam edicto Titi adstruxerat, nihil reliquisse tibi videbatur. *Plin. Paneg.* 35. — * *Callistratus Lib. I. de Iure Fisci.* Praescriptio XX annorum, quae etiam circa requirendorum adnotatorum bona observatur, ex constitutione divi Titi solet ex eo numerari, ex quo quid ad fiscum pertinere potuit. *L.* 1, § 3 *D. de Iure fisci* 49, 14. — * *Pomponius Lib. singulari Enchiridii.* Ex quibus (praetoribus) unum D. Titus detraxit. *L.* 2, § 32 *D. de Orig. iur.* 1, 2. — * *Μηδὲν τῶν νομίμων ἐπιτελεῖν δυνάμενοι. ὑποφόρους γὰρ ἔχοντες αὐτοὺς Ῥωμαῖοι οὐκ ἐῶσι τοῖς ἰδίοις κεχρῆσθαι δικαιώμασιν.* Iis (Iudaeis) nihil secundum legem agere permittitur. Romani enim, quum eos habeant stipendiarios, non sinunt propriis uti legibus. *Cedrenus p.* 382. — Pontificatum maximum ideo se professus accipere, ut puras servaret manus, fidem praestitit. *Sueton. Tit.* 9.

833. p. C. n. 80. TITO CAES. VESPASIANO AUG. VIII. DOMITIANO CAES. VII. COSS.

In his tot adversis non modo principis sollicitudinem, sed et parentis affectum unicum praestitit, nunc consolando per edicta, nunc opitulando, quatenus suppeteret facultas. Curatores restituendae Campaniae e consularium numero sorte duxit. Bona oppressorum in Vesevo (Vesuvio?), quorum heredes non exstabant, restitutioni afflictarum civitatum attribuit ... Praeposuit (urbi reficiendae) complures ex equestri ordine. *Sueton. Tit.* 8. — *Ὁ δ᾽ οὖν Τίτος τοῖς μὲν Καμπανοῖς δύο ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατευκότων, οἰκιστὰς ἔπεμψε καὶ χρήματα ἄλλα τε καὶ τὰ τῶν ἄνευ κληρονόμων τεθνηκότων ἐδωρήσατο.* Titus ad Campanos misit duos viros consulares, restituendae regioni, iisque praeter aliam pecuniam dedit eam potissimum, quam reliquissent ii, qui sine heredibus mortui essent. *Dio Cass.* 66, 24. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 17.

832—834. p. C. n. 79—81.

Ulpianus Lib. XLV. ad Edictum. Militibus liberam testamenti factionem primus quidem divus Iulius Caesar concessit, sed ea concessio temporalis erat; postea vero primus divus Titus dedit; post hoc Domitianus; postea divus Nerva plenissimam indulgentiam in milites contulit eamque et Traianus secutus est. *L.* 1 *D. de Testam. mil.* 29, 1. — Neapolim, muro ducta ... limites intercisivi sunt constituti, inter quos postea et miles imp. Titi lege modum iugerationis ob meritum accepit. *Lib.*

Colon. I. p. 235. — Titus imp. aliqua subseciva in Italia recollegit; praestantissimus postea Domitianus ad hoc beneficium procurrit et uno edicto totius Italiae metum liberavit. *Frontin. Lib. II. de Controv. agr. p.* 54. *Agennus Urbicus p.* 82. — Amicos elegit, quibus etiam post eum principes, ut et sibi et reipublicae necessariis acquieverunt. *Sueton. Tit.* 7. — Causas latine egit. *Eutrop.* 7, 14. — *Ὁ μὲν γὰρ αὐτοκράτωρ Τίτος οὕτως ἐκ μόνων αὐτῶν (βιβλίων Ἰωσήπου) ἐβουλήθη τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις παραδοῦναι τῶν πράξεων, ὥστε χαράξας τῇ αὐτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεύεσθαι προσέταξεν.* Titus quidem imperator ex iis solis (Iosephi libris) rerum gestarum notitiam hominibus tradi tantopere voluit, ut manu sua subscriptos publicari praeceperit. *Euseb. Hist. Eccl.* 3, 10. — Inter Divos relatus est. *Eutrop.* 7, 14. — *Καὶ τῆς συγκλήτου ψηφισαμένης Τίτος θεὸς ἀνηγορεύθη.* Ac senatusconsulto Titus deus appellatus est. *Cedrenus l. c. p.* 381. Cf. Sueton. Tit. 11 et Domitian. 2.

DOMITIANUS.

Conf. Augustus, Vespasianus, Titus, Traianus.

834. p. C. n. 81. L. FLAVIO SILVA NONIO BASSO ASINIO POLLIONE VERRUCOSO COSS.

Scripta famosa vulgoque edita, quibus primores viri ac feminae notabantur, abolevit, non sine auctorum ignominia. *Sueton. Domitian.* 8. — Fiscales calumnias, magna calumniantium poena repressit, ferebaturque vox eius: princeps, qui delatores non castigat, irritat. *Sueton. Domitian.* 9. — *Τῇ δ᾽ αὐτῇ ταύτῃ διανοίᾳ καὶ προέγραψέ ποτε, ὅτι αὐτοκράτωρ ὅταν μὴ κολάζῃ τοὺς συκοφάντας, αὐτὸς σφᾶς ποιεῖ τοιούτους.* Eoque consilio quondam in edicto scripsit: principem, qui delatores non puniat, ipsum tales efficere. *Dio Cass.* 67, 1. — * Reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, universos discrimine liberavit, nec repeti, nisi intra annum eaque conditione permisit, ut accusatori, qui causam non teneret, exilium poena esset. *Sueton. Domitian.* 9. — [*Καίτοι καὶ αὐτὸς γράμμα ἐξέθηκε, τηρῶν πάντα τὰ πρός τε ἐκείνων καὶ πρὸς τῶν ἄλλων αὐτοκρατόρων δοθέντα τισίν*] ... *καὶ διὰ τοῦτο, καίπερ καὶ αὐτὸς Ἐαρίνου τινὸς εὐνούχου ἐρῶν, ὅμως, ἐπειδὴ καὶ ὁ Τίτος ἰσχυρῶς περὶ τοὺς ἐκτομίας ἐσπουδάκει, ἀπηγόρευσεν ἐπὶ ἐκείνου ὕβρει, μηδένα ἔτι ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐκτέμνεσθαι.* [Quamvis cuncta ab iis et superioribus principibus concessa beneficia ipse edicto confirmasset] ... Quam ob rem, etsi ipse Earinum eunuchum amabat, tamen quod Titus exsectos quoque plurimum dilexerat, vetuit in eius contumeliam, ne quis in posterum intra fines imperii Romani castraretur. *Dio Cass.* 67, 2. — Castrari mares vetuit. Spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. *Sueton. Domitian.* 7. — *Δομετιανοῦ δὲ βασιλέως ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον εὐνούχους τε μὴ ποιεῖν νομοθετήσαντος.* Prohibente sub idem tempus Domitiano imperatore, eunuchi ne fierent. *Philostr. Apollon. Vitell.* 6, 42. — Domitianus eunuchos fieri vetuit. *Euseb. Chron. a.* 2098, *Domitian.* 2. — Horum et similium taedio iuvat veterem laudare Domitianum, qui, licet patris fratrisque dissimilis memoriam nominis sui inexpiabili detestatione perfudit, tamen receptissima inclaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne intra terminos iurisdictionis Romanae castraret quisquam puerum. *Ammianus Marc.* 18, 4. — *Εὐνουχίζειν ἄνδρας ἐκώλυσε.* Viros eunuchos fieri prohibuit. *Syncellus p.* 649. — * *Papinianus Lib. I. de Adulteriis.* Solet tractari, an postea domino permittendum sit, oblata satisdatione servum suum vinculis liberare. Dubitationem auget edictum Domitiani, quo cautum est, abolitiones ex senatusconsulto factas ad huiusmodi servos non pertinere. *L.* 2, § 1 *D. de Custodia* 48, 3. — * *Paulus Lib. Singulari de Adulteriis.* Domitianus rescripsit, quod de feriis et de abolendis reis dicitur, non pertinere ad servos, qui accusati in vinculis esse iubentur, ne iudicium finiatur. *L.* 16 *D. ad Senatusconsultum Turpill.* 48, 16. — ? Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 18. — * *Gaius Lib. II. ad Edictum Praetoris Urbani Titulo de Liberali Causa.* Ne quorundam dominorum erga servos nimia indulgentia inquinaret amplissimum ordinem, eo quod paterentur servos suos in ingenuitatem proclamare, liberosque iudicari, senatusconsultum factum est Domitiani temporibus, quo cautum est, ut, si quis probasset per collusionem quidquam factum, si iste homo servus sit, fieret eius servus, qui detexisset collusionem. *L.* 1 *D. de Collus. deteg.* 40, 16. — * *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Milesio.* Libertinae conditionis constitutis privatis pactis mutare statum non licere, Iuniano (Ninniano) senatusconsulto contra collusorem poena statuta, praemioque detegenti promissa, manifeste declaratur. *L.* 2 *C. de Collus. deteg.* 7, 20.

835. p. C. n. 82. DOMITIANO AUG. VIII. T. FLAVIO SABINO COSS.

Imp. Caesar divi Vespasiani F. Domitianus Augustus Pontifex max. Trib. potest. Imp. II. Cos. VIII designat. VIIII. P. P. salutem dicit IIII viris et Decurionibus Faleriensium ex Piceno. Quid constituerim de subsicivis cognita causa inter vos et Firmanos ut notum haberetis, huic epistulae subiici iussi. P. Valerio Patruino .... Cos. XIIII. kal. Augustas. Imp. Caesar divi Vespasiani F. Domitianus Aug. adhibitis utriusque ordinis splendidis viris cognita causa inter Falerienses et Firmanos pronuntiavi quod subscriptum est. Et vetustas litis, quae post tot annos retractatur a Firmanis adversus Falerienses vehementer me movet, cum possessorum securitati vel minus multi anni sufficere possint, et divi Augusti diligentissimi et indulgentissimi erga Quartanos suos Principis epistula, qua admonuit eos ut omnia subsiciva sua colligerent et venderent, quos tam salubri admonitioni paruisse non dubito; propter quae possessorum ius confirmo. Valete. D. XI. k. Aug. in Albano. Agente curam: T. Bovio Vero. Legatis: P. Bovio Sabino. P. Petronio Achille D. D... P. *Tabula aenea.* Cf. Zell l. c. p. 308. — * Subseciva, quae divisis per veteranos agris carptim superfuerunt, veteribus possessoribus, ut usucapta concessit. *Sueton. Domitian.* 9. — * Domitianus [imp.] per totam Italiam subseciva possidentibus donavit edictoque hoc universis notum fecit. *Agennus Urb. in Comm. ad Lib. I. Front. de Controv. Agr. p.* 20. *Hyginus de Gener. Controv. p.* 133. — * Domitianus ad hoc beneficium procurrit et uno edicto totius Italiae metum liberavit. *Frontin. Lib. II. de Controv. Agr. p.* 54. *Agennus Urbicus de Controv. Agr. p.* 82. — * Non enim omnis ager centuriatus in assignationem cecidit, sed et multa vacua relicta sunt, quorum ea conditio est, quae subsecivorum, de quibus Domitianus finem statuit, id est possessoribus ea concessit. *Siculus Flacc. de Condit. Agr. p.* 163. — * Quae (subseciva) Domitianus imp. possessionibus vicinis profudit, hoc est, ut eis lineis arcifinalem vel occupatoriam licentiam tribueret. *Gromat. p.* 284. Cf. Vespasianus supra p. 61 et Titus supr. p. 62. — * *Epistola Domitiani ad Terentium Maximum.* Flavius Archippus philosophus impetravit a me, ut agrum ei DC circa Prusiadem, patriam suam, emi iuberem, cuius reditu suos alere posset. Quod ei praestari volo. Summam expensam liberalitati meae feres. *Plin. Ep.* 10, 66. — *Eiusdem ad L. Appium Maximum.* Archippum philosophum, bonum virum et professioni suae, etiam maioribus respondentem, commendatum habeas velim, mi Maxime, et plenam ei humanitatem praestes in iis, quae verecunde a te desideraverit. *Plin. l. c.* — * Quinctilianus primus Romae scholam publicam et salarium e fisco accepit. *Cassiod. Chron.*

835—837. p. C. n. 82—84.

Legis Municipii Flavii Salpensani Pars. ...... [Rubrica. Ut magistratus civitatem Romanam consequantur.] [XXI] ..... [Qui IIvir aedilis quaestor ex hac lege factus erit, cives Romani sunto, cum post annum magistratu] abierint, cum parentibus coniugibusque [a]c liberi[s], qui legitumis nuptis quaesiti in potestatem parentium fuer[i]nt, item nepotibus ac neptibus filio nat[is natabu]s, qui quaeque in potestate parentium fuerint; dum ne plures c(ives) R(omani) sint, qua[m] quod ex h(ac) l(ege)

magistratus creare oportet. — R(ubrica). Ut qui civitat(em) Roman(am) consequantur, maneant in eorundem m(ancipi)o m(anu) potestate. XXII. Qui quaeve ex h(ac) l(ege) [exve] edicto imp(eratoris) Caesaris Aug(usti) Vespasiani imp(eratoris)ve Titi Caesaris Aug(usti) aut imp(eratoris) Caesaris Aug(usti) Domitiani p(atris) p(atriae) civitatem Roman(am) consecutus consecuta erit, is ea in eius, qui c(ivis) R(omanus) h(ac) l(ege) factus erit, potestate manu mancipio, cuius esse deberet, si [civitate] mutatus mutata non esset, esto idque ius tutoris optandi habeto, quod haberet, si a cive Romano ortus orta neq(ue) civitate mutatus mutata esset. — R(ubrica). Ut qui c(ivitatem) R(omanam) consequentur, iura libertorum retineant. XXIII. Qui quaeve h(ac) l(ege) exve edicto imp(eratoris) Caes(aris) Vesp(asiani) Aug(usti) imp(eratoris)ve Titi Caes(aris) Vespasian(i) Au(gusti) aut imp(eratoris) Caes(aris) Domitiani Aug(usti) c(ivitatem) R(omanam) consecutus consecuta erit, is in libertos libertasve suos suas paternos paternas, qui quae in c(ivitatem) R(omanam) [n]on venerit, deque bonis eorum earum et is, quae libertatis causa inposita sunt, idem ius eademque condicio esto, quae esset, si civitate mutat[u]s mutat[a] non esset. — R(ubrica). De praefecto imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti). XXIIII. Si eius municipi decuriones conscriptive municipesve imp(eratori) Caesar[i] Domitian[o] Aug(usto) p(atri) p(atriae) IIviratum communi nomine municipum eius municipi detuler[i]nt, imp(erator)[q]ue Domitian[us] Caesa[r] Aug(ustus) p(ater) p(atriae) eum IIviratum receperit et loco suo praefectum quem esse iusserit, is praefectus eo iure [loco]ve esto, quo esset, si eum IIvir(um) i(ure) d(icundo) ex h(ac) l(ege) solum creari oportuisset isque ex h(ac) l(ege) solus IIvir i(ure) d(icundo) creatus esset. — R(ubrica). De iure praef(ecti) qui a IIvir(o) relictus sit. XXV. Ex IIviris qui in eo municipio i(ure) d(icundo) p(raeerit), uter postea ex eo municipio proficiscetur neque eo die in id municip[i]um esse se rediturum arbitrabitur, quem praefectum municipi non minorem quam annorum XXXV ex decurionibus conscriptisque relinquere volet, facito ut is iuret per Iovem et divom Aug(ustum) et dium Claudium et divom Vesp(asianum) Aug(ustum) et divom Titum Aug(ustum) et genium imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) deosque Penates, quae IIvir[os] qui i(ure) d(icundo) p(raeest) h(ac) l(ege) facere oporteat, se, dum praefectus erit, d(um) [t](axat) quae eo tempore fieri possint, facturum neque adversus ea [f]acturum scientem d(olo) m(alo); et cum ita iuraverit, praefectum eum eius municipi relinquito. E[i] qui ita praefectus relictus erit, donec in id municipium alteruter ex IIviris adierit, in omnibus rebus id ius eaque potestas esto praeterquam de praefecto relinquendo et de c(ivitate) R(omana) consequenda, quod ius quaeque potestas h(ac) l(ege) IIviri[s qui] iure dicundo praeerunt datur. Isque dum praefectus erit quotiensque municipium egressus erit, ne plus quam singulis diebus abesto. — R(ubrica). De iureiurando IIvir(um) et aedil(ium) et q(uaestorum). XXVI. Duovir(i) qui in eo municipio i(ure) d(icundo) p(raesunt), item aediles [qui] in eo municipio sunt, item quaestores qui in eo municipio sunt, eorum quisque in diebus quinq(ue) proxumis post h(anc) l(egem) datam; quique IIvir(i) aediles quaestoresve postea ex h(ac) l(ege) creati erunt, eorum quisque in diebus quinque proxumis ex quo IIvir aedilis quaestor esse coeperit, priusquam decuriones conscriptive habeantur, iuranto pro contione per Iovem et dium Aug(ustum) et divom Claudium et divom Vespasianum Aug(ustum) et divom Titum Aug(ustum) et genium Domitiani Aug(usti) deosque Penates: se, quodqu[o]mque ex h(ac) l(ege) exqu[e] re communi m(unicipum) m(unicipi) Flavi Salpensani censeat, recte esse facturum, ne[q]ue adversus h(anc) l(egem) remve communem municipum eius municipi facturum scientem d(olo) m(alo), quosque prohibere possit prohibiturum; neque se aliter consilium habiturum neq(ue) aliter daturum neque sententiam dicturum quam [ut ex] h(ac) le(ge) exqu[e] re communi municipum eius municipi censeat fore. Qui ita non iuraverit, is (sestertium X milia) municipibus eius municipi d(are) d(amnas) esto eiusque pecuniae deque ea pecunia municipum eius municipi [q]ui volet cuique per hanc legem licebit, actio petitio persecutio esto. — R(ubrica). De intercessione IIvir(um) et aedil(ium) [et] q(uaestorum). XXVII. Qui IIvir(i) aut aediles aut quaestores eius municipi erunt, his IIvir(is) inter se [e]t cum aliquis alterutrum eorum aut utrumque ab aedile aedilibus aut quaestor[e] quaestoribus appellabit; item aedilibus inter se; [item quaestoribus inter se] intercedendi, in triduo proxumo quam appellatio facta erit poteritqu[e] intercedi, quod eius adversus h(anc) l(egem) non fiat, et dum ne amplius quam seme[l] quisque eorum in eadem re appelletur, ius potestasque esto, neve quis adversus ea qui[d], qu[o]m intercessum erit, facito. — R(ubrica). De servis apud IIvir(um) manumittendis. XXVIII. Si quis municeps municipi Flavi Salpensani, qui Latinus erit, aput IIvir(os), qui iure dicundo praeerunt eius municipi, servom suom servamve suam ex servitute in libertate[m] manumisserit liberum liberamve esse iusserit, dum ne quis pupillus neve quae virgo mulierve sine tutore auctore quem quamve manumittat liberum liberamve esse iubeat: qui ita manumissus liberve esse iussus erit, liber esto, quaeque ita manumissa liberave [esse] iussa erit, libera esto, uti qui optum[o] iure Latin[i] libertini liberi sunt erunt; [d]um is qui minor XX annorum erit ita manumittat, si causam manumittendi iusta[m] esse is numerus decurionum, per quem decreta [facta h(ac) l(ege)] rata sunt, censuerit. — R(ubrica). De tutorum datione. XXIX. Cui tutor non erit incertusve erit, si is e r(e) e(sse) v(idebitur); e[t] municeps municipi Flavi Salpensani erit; et pupilli pupillaeve non erunt; et ab IIviris, qui i(ure) d(icundo) p(raeerunt) eius municipi, postulaverit, uti sibi tutorem det; [et] eum, quem dare volet, nominaverit: [t]um is, a quo postulatum erit, sive unum sive plures collegas habebit, e[x] omnium collegarum sententia, qui tum in eo municipio intrave fines municipi eius erit, causa cognita, si ei v[i]deb[i]tur, eum qui nominatus erit tutorem dato. Sive is eave, cuius nomine ita postulatum erit, pupil(lus) pupillave erit, sive is, a quo postulatum erit, non habebit collegam [collegav]e eius in eo municipio intrave fines eius municipi nemo erit: [t]um is, a quo ita postulatum erit, causa cognita, in diebus X proxumis, ex decreto decurionum, quod cum duae partes decurionum non minus adfuerint factum erit, eum, qui nominatus erit, quo ne ab iusto tutore tutela [a]beat, e[i] tutorem dato. Qui tutor h(ac) l(ege) datus erit, is e[i], cui datus erit, quo ne ab iusto tutore tutela [a]beat, tam iustus tutor esto, quam si is c(ivis) R(omanus) et adgnatus proxumus c(ivis) R(omanus) tutor esset. .... — *Legis Municipii Flavii Malacitani Pars.* ...... [Rubrica. De nominatione candidatorum.] [LI]. [Si ad quem diem professio] fieri oportebit, nullius nomine aut pauciorum, quam tot quod creari oportebit, professio facta erit; sive ex his, quorum nomine professio facta erit, pauciores erunt, quorum h(ac) l(ege) comitiis rationem habere oporteat, quam tot [quot] creari oportebit: tum is qui comitia habere debebit proscribito ita u(t) d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossint) tot nomina eorum, quibus per h(anc) l(egem) eum honorem petere licebit, quod derunt ad eum numerum, ad quem creari ex h(ac) l(ege) oportebit. Qui ita proscripti erunt, ii, si volent, aput eum, qui ea comitia habiturus erit, singuli singulos eiiusdem condi[c]ion[i]s nominato iique item, qui tum ab is nominati erunt, si volent, singuli singulos aput eundem e[a]demque condi[c]ione nominato; isque, aput quem ea nominatio facta erit, eorum omnium nomina proponito ita [ut] d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossint), deque is omnibus item comitia habeto perinde ac si eorum quoque nomine ex h(ac) l(ege) de petendo honore professio facta esset intra praestitutum diem petereque eum honorem sua sponte c[o]epissent neque eo proposito destitissent. — R(ubrica). De comitiis habendis. LII. Ex IIviris, qui nunc sunt, item ex is, qui deinceps in eo municipio IIviri erunt, uter maior natu erit, aut, si ei causa quae inciderit q(uo) m(inus) comitia habere possit, tum alter ex his, comitia IIvir(is), item aedilibus, item quaestoribus rogandis subrogandis h(ac) l(ege) habeto, utique

ea distributione curiarum, de qua supra conprehensum est, suffragia ferri debebunt, ita per tabellam ferantur facito. Quique ita creati erunt, ii annum unum aut, si in alterius locum creati erunt, reliqua parte eiius anni in eo honore sunto, quem suffragis erunt consecuti. — R(ubrica). In qua curia incolae suffragia | ferant. LII. Quicumque in eo municipio comitia IIviris|, item aedilibus, item quaestoribus rogan|dis habebit, ex curiis sorte ducito unam, | in qua incolae, qui cives R(omani) Latinive cives | erunt, suffragi[a] ferant, eisque in ea curia suffragi latio esto. — R(ubrica). Quorum comitis rationem habere oporteat. LIIII. Qui comitia habere debebit, is primum IIvir(os) qui iure dicundo praesit ex eo genere ingenuorum hominum, de quo h(ac) l(ege) cautum conprehensumque est, deinde proximo quoque tempore aediles, item quaestores ex eo genere ingenuorum hominum, de quo h(ac) l(ege) cautum conprehensumque est, creando[s] curato; dum ne cuiius comitis rationem habeat, qui IIviratum pet[et], qui minor annorum XXV erit quive intra quinquennium in eo honore fuerint; item qui aedilitatem quaesturamve petet, qui minor quam annor(um) XXV erit, quive in earum qua causa erit, propter quam, si c(ivis) R(omanus) esset, in numero decurionum conscriptorumve eum esse non liceret. — R(ubrica). De suffragio ferendo. LV. Qui comitia ex h(ac) l(ege) habebit, is municipes curiatim ad suffragium ferendum vocato ita, ut uno vocatu omnes curias in suffragium vocet, eaeque singulae in singulis consaeptis suffragium per tabellam ferant. Itemque curato, ut ad cistam cuiiusque curiae ex municipibus eiius municipi terni sint, qui eiius curiae non sint, qui suffragia custodiant diribeant, et uti ante quam id faciant quisque eorum iurent, se rationem suffragiorum fide bona habiturum relaturumque. Neve prohibito q(uo) m(inus) et qui honorem petent singulos custodes ad singulas cistas ponant. Iique custodes ab eo qui comitia habebit, item ab his positi qui honorem petent, in ea curia quisque eorum suffragi[um] ferto, ad cuiius curiae cistam custos positus erit, eorumque suffragia perinde iusta rataque sunto ac si in sua quisque curia suffragium tulisset. — R(ubrica). Quid de his fieri oporteat, qui suffragiorum numero pares erunt. LVI. Is qui ea comitia habebit, uti quisque curiae cuiius plura quam alii suffragia habuerit, ita priorem ceteris eum pro ea curia factum creatumque esse renuntiato, donec is numerus, ad quem creari oportebit, expletus sit. Qu[a] in curia totidem suffragia duo pluresve habuerint, maritum quive maritorum numero erit caelibi liberos non habenti, qui maritorum numero non erit; habentem liberos non habenti; plures liberos habentem pauciores habent[i] praeferto prioremque nun[t]iato ita, ut bini liberi post nomen impositum aut singuli puberes amissi v[i]rivepotentes amissae pro singulis sosp[i]tibus numerentur. Si duo pluresve totidem suff[r]agia habebunt et eiiusdem condi[c]ionis erunt, nomina eorum in sortem coicito, et uti cuiiusque nome[n] sorte ductum erit, ita eum priorem alis renuntiat[o]. — R(ubrica). De sortitione curiarum et is, qui curiarum numero par[e]s erunt. LVII. Qui comitia h(ac) l(ege) habe[b]it, is relatis omnium curiarum tabulis nomina curiarum in sortem coicito singularumque curiarum nomina sorte ducito et ut cuiiusque curiae nomen sorte exierit, quod ea curia fec[e]rit, pro[nun]tiari iubeto; et uti quisque prior maiorem partem numeri curiarum conf[e]cerit, eum, cum h(ac) l(ege) iuraverit caveritque de pecunia communi, factum creatumque renuntiato, donec tot magistratus sint quod h(ac) l(ege) creari oportebit. Si totidem curias duo pluresve habebunt, uti supra conprehensum est de is qui su[f]fragiorum numero pares essent, ita de is qui totidem curias habebunt facito. eademque ratione priorem quemque creatum esse renuntiato. — R(ubrica). Ne quit fiat, quo minus comitia habeantur. LVIII. Ne quis intercedito neve quit aliut facito, quo minus in eo municipio h(ac) l(ege) comitia habeantur perficiantur. Qui aliter adversus ea fecerit sciens d(olo) m(alo), is in res singulas (sestertium decem milia) municipibus municipii Flavi Malacitani d(are) d(amnas) e(sto) [ei]iusque pecuniae deque ea pecun(ia) municipi eiius municipii, qui volet cuique per h(anc) l(egem) licebit, actio petitio persecutio esto. — R(ubrica). De iure iurando eorum, qui maiorem partem numeri curiarum expleverit. LIX. Qui ea comitia habebit, uti quisque eorum, qui IIviratum aedilitatem quaesturamve petet, maiiorem partem numeri curiarum expleverit, priusquam eum factum creatumque renuntiet, iusiurandum adi[g]ito in contionem palam per Iovem et divom Augustum et divom Claudium et divom Vespasianum Aug(ustum) et divom Titum Aug(ustum) et genium imp(eratoris) Caesaris D(omitia)ni Aug(usti) deosque Pen[a]tes, [e]um qu[a]e ex h(ac) l(ege) facere oportebit facturum neque adversus h(anc) l(egem) fecisse aut facturum esse scientem d(olo) m(alo). — R(ubrica). Ut de pecunia communi municipum caveatur ab is, qui IIviratum quaesturamve petet. LX. Qui in eo municipio IIviratum quaesturamve petent quique propterea, quod pauciorum nomine quam oportet professio facta esset, nominatim in eam condicionem rediguntur, ut de his quoque suffragium ex h(ac) l(ege) ferri oporteat, quisque eorum, quo die comitia habebuntur, ante quam suffragium feratur, arbitratu eius qui ea comitia habebit, praedes in commune municipum dato pecuniam communem eorum, quam in honore suo tractaverit, salvam is fore. Si d(e) e(a) r(e) is praedibus minu[s] ca[u]tum esse videbitur, praedia subsignato arbitratu eiiusdem. Isque ab iis praedes praediaque sine d(olo) m(alo) accipito, quoad recte cautum sit, uti quod recte factum esse volet. Per quem eorum, de quibus IIvirorum quaestorumve comitiis suffragium ferri oportebit, steterit, q(uo) m(inus) recte caveatur, eius qu[i] comitia habebit rationem ne habeto. — R(ubrica). De patrono cooptando. LXI. Ne quis patronum publice municipibus mu[n]icipii Flavi Malacitani cooptato patr[o]ciniumve cui deferto, nisi ex maioris partis decurionum decreto, quod decretum factum erit, cum duae partes non minus adfuerint et iurati per tabellam sententiam tulerint. Qui aliter adversus ea patronum publice municipibus m[u]nicipii Flavi Malacitani cooptaverit patrociniumve cui detulerit, is (sestertium XV milia) in publicum municipibus municipii Flavi Malacitani d(are) d(amnas) e(sto), e[t] is qui adversus h(anc) l(egem) patronus cooptatus cui[ve] patrocinium delatum erit, ne magis ob eam rem patronus municipum municipii Flavi Malaci[tani] esto. — R(ubrica). Ne quis aedificia, quae restituturus non erit, destruat. LXII. Ne quis in oppido municipii Flavi Malacitani quaeque ei oppido continentia aedificia erunt, aedificium detegito destruito demoliendumve curato nisi decurionu[m] conscriptorumve sententia, cum maior pars eorum adfuerit, quod restitu[tu]rus intra proximum annum non erit. Qui adversus ea fecerit, is quanti e(a) r(es) e(rit), t(antam) p(ecuniam) municipibus municipi Flavi Malacitani d(are) d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae deque ea pecunia municipi eius municipii, qui volet cuique per h(anc) l(egem) licebit, actio petitio persecutio esto. — R(ubrica). De locationibus legibusque locationum proponendis et in tabulas municipi referendis. LXIII. Qui IIvir i(ure) d(icundo) p(raeerit), vectigalia ultroque tributa sive quid aliut communi nomine municipum eiius municipi locari oportebit, locato. Quasque locationes fecerit quasque leges dixerit, quanti quit locatum sit et praedes accepti sint quaeque praedia subdita subsignata obligatave sint quique praediorum cognitores accepti sint, in tabulas communes municipum eius municipi referantur facito et proposita habeto per omne reliquom tempus honoris sui, ita ut d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossint), quo loco decuriones conscriptive proponenda esse censuerint. — R(ubrica). De obligatione praedum praediorum cognitorumque. LXIIII. Quicumque in municipio Flavio Malacitano in commune municipum eiius municipi praedes facti sunt erunt, quaeque praedia accepta sunt erunt, quique eorum praediorum cognitores facti sunt erunt: ii omnes et quae cuiiusque eorum tum [fuerunt] erunt, cum praees cognitorve factus est erit, quaeque postea esse, cum ii obligati esse coeper[u]nt, c[o]eperint, qui eorum soluti liberatique non sunt non erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt, eaque omnia, [quae] eorum soluta liberataque non

sunt non erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt, in commune municipum eiius municipii item obligati obligat[a]que sunto, uti ii e[a]ve p(opulo) R(omano) obligati obligatave essent, si aput eos, qui Romae aerario praessent ii praedes i[i]que cognitores facti eaque praedia subdita subsignata obligatave essent. Eosque praedes eaque praedia eosque cognitores, si quit eorum, in quae cognitores facti erunt, ita non erit, qui quaeve soluti liberati soluta liberataque non sunt non erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt, IIviris, qui ibi i(ure) d(icundo) praerunt, ambobus alter[i]ve eorum ex decurionum conscriptorumque decreto, quod decretum cum eorum partes tertiae non minus quam duae adessent factum erit, vendere legemque his vendundis dicere ius potestasque esto; dum ea[m] legem in rebus vendundis dicant, quam legem eos, qui Romae aerario praeerunt, e lege praediatoria praedibus praedisque vendundis dicere oporteret, aut, si lege praediatoria emptorem non inveniet, quam legem in vacuom vendendis dicere oporteret; et dum ita legem dicant, uti pecunia MINFORE municipi Flavi Malacitani referatur luatur solvatur. Quaequē lex ita dicta [e]rit, iusta rataque esto. — R(ubrica). Ut ius dicatur e lege dicta praedibus et praedis vendundis. LXV. Quos praedes quaeque praedia quosque cognitores IIviri municipii Flavi Malacitani h(ac) l(ege) vendiderint, de iis quicumque i(ure) d(icundo) p(raeerit), ad quem de ea re in ius aditum erit, ita ius dicito iudiciaque dato, ut ei, qui eos praedes cognitores ea praedia mercati erunt, praedes socii heredesque eorum [i]que, ad quos ea res pertinebit, de is rebus agere easque res petere persequi recte possit. — R(ubrica). De multa quae dicta erit. LXVI. Multas in eo municipio ab IIviris praefectove dictas, item ab aedilibus, quas aediles dixisse se aput IIviros ambo alterve ex is professi erunt, IIvir qui i(ure) d(icundo) p(raeerit) in tabulas communes municipum eiius municipi referri iubeto. Si cui ea multa dicta erit aut nomine eiius alius postulabit, ut de ea ad decuriones conscriptosve referatur, de ea decurionum conscriptorumve iudicium esto. Quaeque multae non erunt iniustae a decurionibus conscriptisve iudicatae, eas multas IIviri in publicum municip[u]m eiius municipii redigunto. — R(ubrica). De pecunia communi municipum deque rationibus eorundem. LXVII. Ad quem pecunia communis municipum eiius municipi pervenerit heresve eiius isve ad quem ea res pertinebit, in diebus XXX proximis, quibus ea pecunia ad eum pervenerit, in publicum municipum eiius municipi eam referto. Quique rationes communes negotiumve quod commun[e] municipum eius municipi [g]esserit tractaverit, is heresve eiius [isve] ad quem ea res pertinebit in diebus XXX proximis, quibus ea negotia easve rationes gerere tractare desierit, quibusque decuriones conscriptique habebuntur, rationes edito redditoque decurionibus conscriptisve cuive de his accipiendis cognoscendis ex decreto decurionum conscriptorumve, quod decretum factum erit, cum eorum partes non minus quam duae tertiae adessent, negotium datum erit. Per quem steterit, q(uo) m(inus) ita pecunia redigeretur referretur quove minus ita rationes redderentur, is, per quem steterit q(uo) m(inus) rationes redde[r]entur quove minus pecunia redigeretur referret[ur] heresque eius isque ad quem ea res qua de agitur pertinebit, q(uanti) e(a) r(es) erit, tantum et alterum tantum municipibus eiius municipi d(are) d(amnas) e(sto). Eiusque pecuniae deque ea pecunia municipum municipii Flavi Malacitani qui volet cuique per h(anc) l(egem) licebit actio petitio persecutio esto. — R(ubrica). De constituendis patronis causae, cum rationes reddentur. LXVIII. Cum ita rationes reddentur, IIvir, qui decuriones conscriptosve habebit, ad decuriones conscriptosve [r]eferto, quos placeat publicam causam agere, iique decuriones conscriptive per tabellam iurati d(e) e(a) r(e) decernunto, tum cum eorum partes non minus quam duae tertiae aderunt, ita ut tres, quos plurimi per tabellam legerint, causam publicam agant, iique qui ita lecti erunt tempus a decurionibus conscriptisve, quo causam cognoscant actionemque suam ordinent, postulanto eoque tempore quod is datum erit transacto eam causam uti quod recte factum esse volet agunto. — R(ubrica). De iudicio pecuniae communis. LXIX. Quod m(unicipum) m(unicipii) Flavi Malacitani nomine petetur ab eo, qui eius municipi munic(ep)s incolave erit, quodve cum eo agetur quod pluris (sestertios) ∞ sit neque tanti sit ut [de · ea · re · proconsulem ius dicere iudiciaque dare ex hac lege oporteat, de ea re IIvir praefectusve, qui iure dicundo praeerit eius municipii, ad quem de ea re in ius aditum erit, ius dicito iudiciaque dato] .... *Tabulae aeneae Malacae a.* 1851 *repertae. Th. Mommsen, die Stadtrechte der Latinischen Gemeinden Salpensa und Malaca. Leipzig,* 1855. 4.

837. p. C. n. 84. DOMITIANO AUG. X. OPPIO SABINO COSS.

Κἀκ τούτου ἐπὶ πλεῖον ἐπαρθεὶς ὑπ᾽ ἀνοίας, ὕπατος μὲν ἔτη δέκα ἐφεξῆς, τιμητὴς δὲ διὰ βίου πρῶτος δὴ καὶ μόνος καὶ ἰδιωτῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἐχειροτονήθη. ῥαβδούχοις τε τέσσαρσι καὶ εἴκοσι καὶ τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ, ὅταν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσίῃ, χρῆσθαι ἔλαβε. τόν τε Ὀκτώβριον Δομιτιανὸν ἀντωνόμασεν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐγεγέννητο. Adeo vero elatus est prae stultitia, ut consul in decem annos continuos et censor quamdiu viveret, primus solusque quum privatorum, tum imperatorum designatus sit. Impetravit item, ut quatuor et viginti lictoribus et veste triumphali uteretur, quoties veniret in senatum. Mensem Octobrem, quod in eo natus erat, Domitianum cognominavit. *Dio Cass.* 67, 4. Vid. a. 844. — Consulatus XVII cepit, quod ante eum nemo; ex quibus septem medios (82—88) continuavit, omnes autem paene titulo tenus gessit, nec quemquam ultra Kal. Maii, plures ad Idus usque Ianuarias. *Sueton. Domitian.* 13. — Continuis consulatibus fecerat longum quendam et sine discrimine annum. *Plin. Paneg.* 58. — Scis imperator ... septem ac decem Domitiani consulatus. *Auson. Grat. Act.* 4. — Quam diversum consuetudine illorum, qui pauculis diebus gestum consulatum, imo non gestum abiiciebant per edictum. *Plin. Paneg.* 65. — *Τὴν γὰρ δὴ τιμητείαν ἔλαβον μέν τινες καὶ τῶν αὐτοκρατόρων κατὰ τὸ ἀρχαῖον, ἔλαβε δὲ καὶ Δομιτιανὸς διὰ βίου· οὐ μέντοι καὶ νῦν ἔτι τοῦτο γίγνεται.* Censoris autem nomen etiam quidam imperatorum, more antiquitus usitato, acceperunt, idque Domitiano, quam diu viveret, tributum: nunc vero id non amplius fit. *Dio Cass.* 53, 18. — Duas circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quatuor pristinas addidit. *Sueton. Domitian.* 7. — *Τοῖς δὲ ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ πορφυροῦν ὀνομάσας, προσκατέστησε.* Aurigarum duo genera adiunxit, quorum unum aureum, alterum argenteum appellavit. *Dio Cass.* 67, 4. — Tabula missionis anni 838. *Vesme l. c. p.* 18.

839. p. C. n. 86. DOMITIANO AUG. XII. SER. CORNELIO DOLABELLA COSS.

Agon ... Romae (Iovi) Capitolino quinto quoque anno redeunte celebratur ... quorum agonum primus a Domitiano institutus fuit duodecimo eius et Ser. Cornelii Dolabellae consulatu. *Censorin. l. c.* 18. — Instituit et quinquennale certamen Capitolino Iovi triplex, musicum, equestre, gymnicum, et aliquanto plurium quam nunc est coronarum. Certabant etiam et prosa oratione graece latineque. *Sueton. Domitian.* 4. Cf. a. 737 et 841. — Duae tabulae missionis. *Vesme l. c. p.* 18.

841. p. C. n. 88. DOMITIANO AUG. XIV. L. MINUCIO RUFO COSS.

Domitianus edidit ludos saeculares, iisque intentius affui sacerdotio quindecimvirali praeditus ac tunc praetor. *Tacit. Ann.* 11, 11. — Septimos ludos fecit Domitianus se XIV. et L. Minucio Rufo Coss. ann. DCCCXLI. *Censorin. de Die Nat.* 17. — Fecit et ludos saeculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. *Sueton. Domitian.* 4. Cf. a. 737, 800. — Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim. *Tacit. Hist.* 1, 1.

843. p. C. n. 90. DOMITIANO A. XV. M. COCCEIO NERVA II. COSS.

*Salarium tamen, proconsulari offerri solitum ... Agricolae non dedit ... ne quod vetuerat, videretur emisse. *Tacit. Agric.* 42. — Philosophos omnes urbe Italiaque summovit. *Sueton. Domitian.* 10. — Neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum, delegato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur, expulsis insuper sapientiae professoribus atque omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. *Tacit. Agric.* 2. — Ut sub te spiritum et sanguinem et patriam receperunt studia, quae priorum temporum immanitas exiliis puniebat, quum sibi vitiorum omnium conscius princeps inimicas vitiis artes non odio magis, quam reverentia relegaret. *Plin. Paneg.* 47. — Quin etiam illos ipsos libros, quamquam ex necessitate et metu temporum abolitos senatusconsulto publicatis bonis, servavit. *Plin. Ep.* 7, 19. — Domitiano imperante (philosophi) senatusconsulto eiecti atque urbe et Italia interdicti sunt. *Gellius* 15, 11. — Equidem, quum essent philosophi ab urbe submoti, fui apud illum (Artemidorum) in suburbano, et quo notabilius hoc periculosiusque esset, fui praetor. *Plin. Ep.* 3, 11. — *Ἄλλοι ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν αἰτίας συχνοὶ διώλοντο· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐξηλάθησαν αὖθις ἐκ τῆς Ῥώμης.* Complures alii ex eadem causa, quod studio philosophiae operam darent, occisi fuerunt, ceteris omnibus ex urbe expulsis. *Dio Cass.* 67, 13 *ad a.* 848. — Domitianus mathematicos et philosophos Roma expulit. *Euseb. ad a.* 2105; *Hieronym. ad a.* 2104. — *Πολλοὶ δὲ καὶ ὡς φιλοσοφοῦντες διώλοντο, καὶ οἱ λοιποὶ ἐξηλάθησαν.* Multi ob philosophiae studium perierunt, pulsis reliquis. *Zonaras* 11, 19. — *Οὗτος τοὺς φιλοσόφους καὶ μαθηματικοὺς ἐφυγάδευσεν ἀπὸ Ῥώμης.* Hic philosophos et mathematicos Roma expulit. *Suidas v. Δομετιανός.*

844. p. C. n. 91. M. ULPIO TRAIANO M'. ACILIO GLABRIONE COSS.

Post duos triumphos, Germanici cognomine assumto Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset. *Sueton. Domitian.* 13. — Septembrem Octobremque menses Germanici superiorem, e suo nomine alterum appellaverat. *Aurel. Vict. de Caes.* 11. — Mensis September principalem sui retinet appellationem, quem Germanici appellatione, Octobrem vero suo nomine Domitianus invaserat. *Macrob. Saturn.* 1, 12. — *Τοὺς δὲ ἐφεξῆς δύο Δομετιανὸς εἰσεποίησε ταῖς αὑτοῦ ἐπωνυμίαις, οὐ πολὺν χρόνον, ἀλλὰ τὰς αὑτῶν ἀναλαβόντες πάλιν, ἐκείνου σφαγέντος ὁ μὲν ἕβδομος, ὁ δὲ ὄγδοος καλοῦνται.* Succedentes appellationibus suis transformavit Domitianus, verum haud ita diu, quo trucidato receperunt suas atque alter September, alter October vocatur. *Plutarch. Num.* 19. — Duorum mensium immutatis nominibus September germanicus, October parthicus dicti sunt. *Euseb. Chron. a.* 2102, *Domit.* 6. Cf. Chron. Pasch. p. 266 et a. 837 et Samuel ad a. Chr. 88, Domitian. 6. — *Praeter ceteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est, ad quem deferebantur, qui vel improfessi Iudaicam intra urbem viverent vitam, vel dissimulata origine genti tributa non pependissent. *Sueton. Domitian.* 12. — *Probrosis feminis lecticae usum ademit iusque capiendi legata hereditatesque. Equitem Romanum ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissae adulterii crimen intenderat, erasit iudicum albo. Quosdam ex utroque ordine lege Scatinia condemnavit. Incesta Vestalium virginum a patre suo quoque et fratre neglecta varie ac severe coërcuit, priora capitali supplicio, posteriora more veteri. Nam quum Ocellatis sororibus, item Varonillae liberum mortis permisisset arbitrium corruptoresque earum relegasset, mox Corneliam virginem maximam, absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam defodi imperavit, stupratoresque virgis in comitio ad necem caedi. *Sueton. Domitian.* 8. Cf. Plin. Ep. 4, 11. Philostr. Apollon. 7, 6. Euseb. ad a. 2106 et Hieronym. ad a. 2107. Chron. Pasch. p. 466. Dio Cass. 67, 3 ad a. 836. — Tabula missionis a. 845. *Vesme l. c. p.* 18.

846. p. C. n. 93. S. POMPEIO COLLEGA CORNELIO PRISCO COSS.

Ad summam quandam ubertatem vini, frumenti vero inopiam, existimans nimio vinearum studio negligi arva, edixit, ne quis in Italia novellaret, utque in provinciis vineta succiderentur, relicta, ubi plurimum, dimidia parte, nec exsequi rem perseveravit. *Sueton. Domitian.* 7. — Edicti de excidendis vineis propositi gratiam facere non alia magis re compulsus creditur. *Sueton. Domitian.* 14. — *Ἐδόκει τῷ βασιλεῖ μὴ εἶναι τῇ Ἀσίᾳ ἀμπέλους, ἐπειδὴ ἐν οἴνῳ στασιάζειν ἔδοξαν, ἀλλ' ἐξαιρεῖσθαι μὲν τὰς ἤδη πεφυτευμένας, ἄλλας δὲ μὴ φυτεύειν ἔτι.* Vineas in Asia nullas esse imperator decreto voluerat, quoniam vinum ad rebellandum animos Asianis fecisse videbatur; exscindi igitur iam tum plantatas, novas vero non plantari ullas [praecepit]. *Philostr. de Vit. Soph.* 1, 6. — *Δομιτιανοῦ δὲ βασιλέως ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον νομοθετήσαντος, ἀμπέλους τε μὴ φυτεύειν ἔτι, καὶ τὰς πεφυτευμένας δὲ αὐτῶν ἐκκόπτειν.* Prohibente sub idem tempus Domitiano imperatore, ne ulterius vites plantarentur et quae ante plantatae fuissent, eae ut exscinderentur. *Philostr. Apoll.* 6, 42. — Caesar edixit, ne in urbibus vitis sereretur. *Euseb. Chron. a.* 2108, *Domitian.* 12 et *Hieronym. ad eund. a.* — *Ὁ αὐτὸς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄμπελον φυτεύεσθαι ἐκώλυσε.* Idem in urbibus vitem plantari vetuit. *Syncellus p.* 650. — *Οὗτος διέταξεν ἐν ταῖς πόλεσιν ἀμπέλους μὴ φυτεύειν.* Edixit per urbes, ne quis vites plantaret. *Cedreni Hist. p.* 430. — *Δομετιανὸς διετάξατο ἐν ταῖς πόλεσιν ἄμπελον μὴ φυτεύεσθαι.* Domitianus edicto cavit, ne intra urbes vineae colerentur. *Chron. Pasch. p.* 466. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 18.

847. p. C. n. 94. ASPRENATE ET LATERANO COSS.

*Domitianus denuo mathematicos et philosophos Roma per edictum extrudit. *Euseb. Chron. a.* 2109. — *Τοὺς μαθηματικοὺς δεύτερον ἀπήλασε καὶ φιλοσόφους τῆς Ῥώμης.* Mathematicos et philosophos urbe facessere secundo iussit. *Syncellus p.* 650. Cf. a. 843.

848. p. C. n. 95. DOMITIANO AUG. XVII. T. FLAVIO CLEMENTE COSS.

Κἀν τῷ αὐτῷ ἔτει ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Φλάβιον Κλήμεντα ὑπατεύοντα, καίπερ ἀνεψιὸν ὄντα, καὶ γυναῖκα καὶ αὐτὴν συγγενῆ ἑαυτοῦ Φλαβίαν Δομιτίλλαν ἔχοντα, κατέσφαξεν ὁ Δομιτιανός· ἐπήχθη δὲ ἀμφοῖν ἔγκλημα ἀθεότητος, ὑφ' ἧς καὶ ἄλλοι ἐς τὰ τῶν Ἰουδαίων ἤθη ἐξοκέλλοντες, πολλοὶ κατεδικάσθησαν. Eodem anno Domitianus quum multos alios, tum vero Flavium Clementem consulem, etsi is consobrinus erat ac Flaviam Domitillam et ipsam Domitiani consanguineam uxorem habebat, morte affecit, illato ambobus crimine impietatis in deos, quo crimine et plures alii, qui ad mores Iudaeorum aberraverant, damnati sunt. *Dio Cass.* 67, 14. — *Οὗτος τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ καὶ Χριστοῦ ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν ... τοῦ κηρύγματος δὲ ἤδη δύναμιν λαμβάνοντος ἤγαγον συγγενεῖς τοῦ κυρίου πρὸς Δομετιανόν ... ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀφεῖναι ἐκέλευσε, τὸν δὲ τῆς ἐκκλησίας διωγμὸν καταπαῦσαι.* Idem genere Davidum et Christum attingentes conquiri iussit ... Mandatum eius ministri exsecuti adduxerunt Christi cognatos ad imperatorem ... Libertate eos donavit et a prosequendis Christianis desisti iussit. *Cedreni Hist. p.* 430. — *Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας διωγμὸς Χριστιανῶν ἐγένετο.* Huius sub imperio Christianorum erat persecutio. *Malalae Chron.* 10, *p.* 262. — Idemque Domitianus efferatus superbia, qua se deum coli vellet, persecutionem in Christianos agi imperavit. *Orosius* 7, 10. — *Ὁ Δομετιανὸς ... τελευτῶν τῆς Νέρωνος θεοεχθρίας τε καὶ θεομαχίας διάδοχον ἑαυτὸν κατεστήσατο· δεύτερος δῆτα τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεκίνει διωγμόν.* Domitianus ... ad extremum Neronianae impietatis bellique et odii adversus deum, successorem se ipsum professus est. Quippe hic secundus persecutionem in nos concitavit. *Euseb. Hist. Eccl.* 3, 18. — Secundus post Neronem Domitianus

Christianos insectatus est. *Euseb. Chron. a.* 2110. — *Τοῦ δ' αὐτοῦ Δομετιανοῦ τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προστάξαντος, παλαιὸς κατέχει λόγος τῶν αἱρετικῶν τινας κατηγορῆσαι τῶν ἀπογόνων Ἰούδα, τοῦτον δ' εἶναι ἀδελφὸν κατὰ σάρκα τοῦ σωτῆρος ὡς ἀπὸ γένους τυγχανόντων Δαβὶδ .... ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτῶν κατεγνωκότα τὸν Δομετιανὸν, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐτελῶν καταφρονήσαντα, ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀνεῖναι, καταπαῦσαι δὲ διὰ προστάγματος τὸν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας διωγμόν.* Quum vero idem Domitianus omnes, qui a Davide generis sui originem ducerent, interfici iussisset, vetus fama est, posteros Iudae eius, qui secundum carnem frater Christi fuerat, a quibusdam haereticis esse delatos, utpote qui et Davidis stirpe essent oriundi ... his auditis Domitianus nihil adversus illos asperius decrevit, sed vilitatem hominum aspernatus liberos abire iussit, missoque edicto persecutionem adversus ecclesiam commotam compescuit. *Euseb. Hist. Eccles.* 3, 19, 20. — *Οὗτος μετὰ Νέρωνα δεύτερος Χριστιανοὺς ἐδίωξε.* Hic post Neronem persecutionem in Christianos movit secundam. *Syncellus p.* 650. Cf. Chron. Pasch. p. 468. Serv. Sulpit. Hist. S. 2, 31. — * *Αὐτὸς δὲ Φοῦσκον τοὔνομα τῆς ἀρχῆς προστησάμενος, ἐγγὺς ὅλην τὴν τῆς ἱππαρχίας μνήμην ἀπήλειψε, μὴ πέλεκυν, μὴ βήξιλλα, μηδὲ τὰ λεγόμενα κλήματα καταλιπών ... Οὐ μόνον τὴν ἐπαρχότητα τῶν πραιτωρίων τῆς οὔσης αὐτῇ τὸ πρὶν τιμῆς ἐζημίωσεν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν πολίαρχον ἐξουσίαν, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον διεσπάθησε, δύο πρὸς τοῖς δέκα ὑπάρχους πόλεως ἀνθ' ἑνὸς, ὡς δὴ καθ' ἕκαστον τμῆμα τῆς Ῥώμης, προχειρισάμενος.* Is autem, quum Fuscum quendam praefecturae praeposuisset, totam fere magistri equitum muneris memoriam exstinxit, non securim, non vexilla, neque palmites, quos vocant, relinquens ... Non modo de praefecturae praetorii vetere honore detraxit, verum et praefecturam urbis, quantum quidem in ipso fuit, dilaceravit, duodecim pro uno praefectos urbis, singulos videlicet singulis Romae partibus, constituens. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 19; 3, 22. Cf. Dio Cass. 67, 14. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 19.

Incert. ann.

Celebrabat in Albano quotannis quinquatria Minervae, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur redderentque eximias venationes et scenicos ludos superque oratorum ac poetarum certamina. *Sueton. Domitian.* 4. — Multa in communi rerum usu novavit. Sportulas publicas sustulit, revocata coenarum rectarum consuetudine ... Interdixit histrionibus scenam, intra domum quidem exercendi artem iure concesso ... Quaedam ex maximis officiis inter libertinos equitesque Romanos communicavit. Geminari legionum castra prohibuit, nec plus quam mille numos a quoquam ad signa deponi ... Addidit et quartum stipendium militi, aureos ternos. *Sueton. Domitian.* 7. Cf. Veget. de Re mil. 2, 20. Zonaras 11, 19. — Suscepta morum correctione licentiam theatralem promiscue in equite spectandi inhibuit. *Sueton. Domitian.* 8. — Edictum domini deique nostri, Quo subsellia certiora fiunt Et puros eques ordines recepit ... Iura theatralis tum siluere loci: Quae postquam placidi censoris cura renasci Iussit. *Martialis* 5, 81 et 24, 1. — Scribas quaestorios negotiantes ex consuetudine, sed contra legem Clodiam, venia in praeteritum donavit. *Sueton. Domitian.* 9. — Decretum est, ut quoties gereret consulatum, equites Romani, quibus sors obtigisset, trabeati et cum hastis militaribus praecederent inter lictores apparitoresque. *Sueton. Domitian.* 14. — Relictas sibi hereditates ab iis, quibus liberi erant, non recepit. *Sueton. Domitian.* 9. — Ius diligenter et industrie dixit. Plerumque et in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas centumvirorum sententias rescidit. Recuperatores, ne se perfusoriis assertionibus accommodarent, identidem admonuit. Numarios iudices cum suo quemque consilio notavit. Auctor et tribunis plebis fuit aedilem sordidum repetundarum accusandi iudicesque in eum a senatu petendi. Magistratibus quoque urbicis provinciarumque praesidibus coercendis tantum curae adhibuit, ut neque modestiores unquam neque iustiores extiterint. *Sueton. Domitian.* 8. — Ius aequissime dixit ... Bibliothecas incendio consumtas, petitis undique, praesertim Alexandria exemplis, reparavit. *Aurel. Vict. Epit.* 11. — Liberalia studia in initio imperii neglexit, quamquam bibliothecas incendio absumtas impensissime reparare curasset, exemplaribus undique petitis, missisque Alexandriam, qui describerent, emendarentque. *Sueton. Domitian.* 20. — Congiarium populo numorum trecentorum ter dedit. *Sueton. Domitian.* 4.

N E R V A.

Cf. Augustus, Claudius, Vespasianus, Titus, Domitianus, Traianus.

849. p. C. n. 96. M. MANLIO VALENTE C. ANTISTIO VETERE COSS.

Quaedam sine dubio, Quirites, ipsa felicitas temporum edicit, nec spectandus est in iis bonus princeps, quibus illum intelligi satis est, quum hoc sibi quisque civium meorum spondere possit, me securitatem omnium quieti meae praetulisse, ut et libenter nova beneficia conferrem et ante me concessa servarem. Ne tamen aliquam gaudiis publicis afferat haesitationem vel eorum qui impetraverunt diffidentia, vel eius memoria qui praestitit, necessarium pariter credidi ac laetum, obviam dubitantibus indulgentiam meam mittere. Nolo existimet quisquam, quae alio principe vel privatim vel publice consecutus ideo saltem a me rescindi ut potius mihi debeat, si illa rata et certa fecero; nec gratulatio ullius instauratis eget precibus; et qui non habent, me quem fortuna imperii vultu meliore respexit, novis beneficiis vacare patiantur, et ea demum sciant roganda esse, quae non habent. *Plin. Ep.* 10, 66. — *Epistola Nervae ad Tullium Iustum.* Quum rerum omnium ordinatio, quae prioribus temporibus inchoatae consummatae sunt, observanda sit, tum epistolis etiam Domitiani standum est. *Plin. Ep.* 10, 66. — *Τοὺς φεύγοντας κατήγαγε· τούς τε δούλους καὶ τοὺς ἐξελευθέρους, τοὺς τοῖς δεσπόταις σφῶν ἐπιβουλεύσαντας, πάντας ἀπέκτεινε. καὶ τοῖς μὲν τοιούτοις οὐδ' ἄλλο τι ἔγκλημα ἐπιφέρειν ἐπὶ τοὺς δεσπότας ἐφῆκε, τοῖς δὲ δὴ ἄλλοις οὔτ' ἀσεβείας, οὔτ' Ἰουδαϊκοῦ βίου, καταιτιᾶσθαί τινας συνεχώρησε ... καὶ ὁ Νερούας ἀκούσας ταῦτα, ἀπηγόρευσε τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα.* Exules restituit: servos vero ac libertos, qui insidias dominis suis fecerant, omnes interfici iussit: et huius generis hominibus ne aliud quidem dominis crimen impingere, nec ceteris quemquam impietatis aut ritus Iudaici accusare permisit ... Quibus auditis (tumultibus accusatorum et accusantium) Nerva talia fieri in reliquum tempus vetuit. *Dio Cass.* 68, 1. — Nerva magna quaedam edicto Titi (de delatoribus) adstruxerat. *Plin. Paneg.* 35. — Calumnia fisci Iudaici sublata. *Numus Nervae.* — *Καὶ πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ ἱπποδρομίας, ἄλλας τέ τινας θέας κατέλυσε ... Ἔπραττε δὲ οὐδὲν ὅ,τι μὴ μετὰ τῶν πρώτων ἀνδρῶν, ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε καὶ περὶ τοῦ μὴ εὐνουχίζεσθαί τινα, μήτε ἀδελφιδῆν γαμεῖν.* Multa sacrificia multosque ludos circenses aliaque nonnulla spectacula sustulit ... Quumque nihil absque primariis viris gereret, multas leges tulit, praesertim ne quis eunuchum faceret neve quis fratris filiam uxorem duceret. *Dio Cass.* 68, 2. — *Ὡσαύτως δὲ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐκωλύθησαν οἱ μονομάχοι καὶ αἱ θέαι αὐτῶν· καὶ ἐπενοήθη ἀντ' αὐτῶν τῶν κυνηγίων ἡ θέα.* Hoc etiam imperante ludi gladiatorii populo interdicti sunt, in quorum locum substituta sunt spectacula cynegetica. *Malalas* 10, *p.* 268. — *Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐκωλύθησαν οἱ μονομάχοι καὶ αἱ θέαι αὐτῶν, καὶ ἀντ' αὐτῶν ἐπενοήθη ἡ τῶν κυνηγίων θέα.* Hoc anno sublati sunt ludi gladiatorii, horumque interdicta spectacula, quorum loco inventa venationum ludicra. *Chron. Pasch. p.* 469. — *Ὃς (Νερούας) μυσαχθεὶς τὴν ἐκτομὴν τῶν ἀνδρικῶν κυλίνδρων οὐ συνεχώρει γίνεσθαι Ῥωμαίους ἐκτομίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτέμνοντας ἀπήλαυνε κολάζων.* Romanis testes exscindi vetuit (Nerva) et exscindentes mulctatos in exsilium egit. — *Οὗτος ἀπηγόρευσε τοῦ ἐκτέμνειν τινῶν τὰ αἰδοῖα ἐν Ῥώμῃ.* Vetuit Nerva, ne quis Romae castraretur. *Cedrenus p.* 434. — *Παρὰ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος αἱ μονομαχίαι καὶ ἡ τούτων θέα ἀπηγορεύθησαν· ἔπραττε δὲ οὐδὲν γνώμης ἄτερ τῶν ἐξόχων*

τῶν τῆς βουλῆς. οὗτος ἐνομοθέτησε καὶ τὸ μή τινα τὰ παιδαγόνα μόρια παρὰ Ῥωμαίοις ἐκτέμνεσθαι, μήτε μὴν ἄγεσθαι πρὸς γάμον ἀδελφιδῆν. Hic imperator ludos gladiatorios horumque spectacula interdixit. (Vid. ann. 810.) Nihil egit nisi de sententia principum senatorum, legem tulit, ne quis in Romano imperio castretur, neve fratrum aut sororum filias ducere liceat. *Zonaras* 11, 20. — *Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ὁ βασιλεὺς Νερουᾶς ἀνεκαλέσατο τὸν ἀπόστολον Ἰωάννην ἀπὸ Πάτμου τῆς νήσου, καὶ ἦλθεν πάλιν εἰς Ἔφεσον.* Hoc anno imperator Nerva a Patmo insula Ioannem apostolum revocavit isque rursum Ephesum venit. *Chron. Pasch. p.* 469. — *Ὅστις Νερβᾶς ἀνεκαλέσατο τὸν ἀπόστολον τὸν ἅγιον Ἰωάννην.* Idem Nerva D. Ioannem apostolum ab exsilio revocavit. *Malalas* 10, *p.* 268. — *Τότε τοίνυν καὶ τὸν μέγαν ἀπόστολον Ἰωάννην ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Πάτμῳ ὑπερορίας λόγος ἔχει ἐπανελθεῖν πρὸς τὴν Ἔφεσον.* Tum etiam magnus apostolus Ioannes e Patmico exsilio Ephesum rediisse fertur. *Zonaras* 11, 20. — *Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου κηρύσσων ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸν λόγον ἐξωρίσθη ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ἐπὶ Δομετιανοῦ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, κἀκεῖθεν πάλιν εἰς Ἔφεσον ἐκ τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς ὑπὸ Νερούα.* Ioannes, Iacobi frater, quum in Asia verbum dei propagaret, imperante Romae Domitiano in Patmum insulam est deportatus. Inde a Nerva revocatus Ephesum. *Cedreni Hist. p.* 434. Primo edicto suo cunctos exules revocavit. *Oros.* 7, 11. Nempe hi sunt (quinqueviri), quos senatus, quum publicis sumtibus minuendis optimum quemque praeficeret, elegit et quidem primos. *Plin. Paneg.* 62. Quin etiam veritus, ne forte inter quinqueviros crearetur, qui minuendis publicis sumtibus iudicio senatus constituebantur. *Plin. Ep.* 2, 1.

850. p. C. n. 97. NERVA CAES. AUG. III. L. VERGINIO RUFO III. COSS.

Ἀγαθῇ τύχῃ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ Μάρκον Οὔλπιον Νερούαν Τραϊανὸν ποιοῦμαι καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ συνεδρίῳ Καίσαρά τε αὐτὸν ἀπέδειξε. Quod felix faustumque sit, inquit, senatui populoque Romano mihique ipsi: Marcum Ulpium Nervam Traianum adopto eundemque postea in senatu Caesarem designavit. *Dio Cass.* 68, 3. *Zonaras* 11, 20. — Traianum in regnum adoptavit. *Oros.* 7, 11. — Traianum in liberi locum inque partem imperii cooptavit, cum quo tribus vixit mensibus. *Aurel. Vict. Epit.* 12. — Simul filius, simul Caesar, mox imperator et consors tribuniciae potestatis et omnia pariter et statim factus es, quae proxime parens verus tantum in alterum filium contulit ... Caesar ad principatum obsequio pervenisti ... iam Caesar, iam imperator, iam Germanicus absens et ignarus. *Plin. Paneg.* 8 et 9. — *Pomponius Lib. Singulari Enchiridii.* Adiecit D. Nerva (praetorem), qui inter fiscum et privatum ius diceret. *L.* 2, § 32 *D. de Orig. iur.* 1, 2.

849—851. p. C. n. 96—98.

Nerva ... unum congiarium dedit *LXXV et funeraticum plebi urbanae instituit *LXII S. *Cod. Vindob. Hist. Lat. n.* 452, *olim* 56. *Mommsen*, *Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. p.* 136—138. — Donavit pater tuus multa. *Plin. Paneg.* 43. — Quidquid antea poenae nomine tributis accesserat, indulsit; afflictas civitates relevavit, puellas puerosque, natos parentibus egestosis sumtu publico per Italiae oppida ali iussit. Hic iurgiorum disceptator et scientissimus et frequens fuit. *Aurel. Vict. Epit.* 12. — *Τοῖς δε πάνυ πένησι τῶν Ῥωμαίων ἐς χιλιάδα καὶ πεντακοσίας μυριάδας γῆς κτῆσιν ἐχαρίσατο, βουλευταῖς τισι τήν τε ἀγορασίαν αὐτῶν καὶ τὴν διανομὴν προστάξας.* Civibus Romanis, qui in summa erant egestate, agrum dedit ad sexcenties sestertium, eiusque agri emendi ac dividundi negotium quibusdam viris senatorii ordinis demandavit. *Dio Cass.* 68, 2. — Verulae oppidum muro ductum; ager eius ... ab imp. Nerva colonis est redditus. *Lib. Col. I. p.* 239. — Quem reditum ... in Domitiani loculos conversum, iustitia Nervae populo restituit. *Frontin. de Aquaed.* 118. — Civitatibus omnibus, quae sub imperio populi Romani sunt, legari potest, idque a divo Nerva introductum, postea a senatu, auctore Hadriano, diligentius constitutum est *Ulp.* 24, 28. — * *Caput mandatorum.* Caducam neminem volo ducere, nisi qui meo beneficio aut priorum principum habent, nam necesse est, ex castellis aliquam partem aquae effluere, quum hoc pertineat non solum ad urbis nostrae salubritatem, sed etiam ad utilitatem cloacarum abluendarum. *Frontin. de Aquaed.* 111. — *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* Alia quoque lege agraria, quam divus Nerva tulit, cavetur, ut si servus servave, insciente domino, dolo malo fecerit, ei capital esse, nisi dominus, dominave mulctam sufferre maluerit. *L.* 3, § 1 *D. de Termino moto* 47, 21. — *Callistratus Lib. I. de Iure Fisci.* Primus omnium divus Nerva edicto vetuit, post quinquennium mortis cuiusque de statu quaeri. *L.* 4 *D. Ne de statu* 40, 15. — De testamentis militum cf. Titus et Traianus. — Pater tuus (Traiani) sanxit, ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis pervenisset ad matrem, etiamsi cognationum iura non recepissent, quum civitatem adipiscerentur, eius vicesimam ne darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo reductus esset in patris potestatem. Statim muneri eius liberalitas tua adstruxit, ut, quemadmodum in patris filius, sic in hereditate filii pater esset immunis, nec eodem momento, quo pater esse desiisset, hoc quoque amitteret, quod fuisset. *Plin. Paneg.* 37, 38. — Nec vero contentus primum cognationis gradum abstulisse vicesimae, secundum quoque exemit, cavitque, ut in sororis bonis frater, et contra, in fratris soror, utque avus, avia in neptis nepotisque et invicem illi servarentur immunes. His quoque, quibus per Latium civitas romana patuisset, idem indulsit omnibusque inter se cognationum iura commisit, simul et pariter et more naturae. *Plin. Paneg.* 39. — Additum est, ut qui eiusmodi ex causis in diem edicti vicesimam deberent, nondum tamen intulissent, non inferrent ... cavistique, ut desineret quisque debere, quod non esset postea debiturus. *Plin. Paneg.* 40. — Dederat me senatus cum Herennio Senecione advocatum provinciae Baeticae contra Baebium Massam: damnatoque Massa censuerat, ut bona eius publice custodirentur ... Divus Nerva, nam privatus quoque attendebat his, quae recte in publico fierent, missis ad me gravissimis literis non mihi solum, verum etiam saeculo est gratulatus. *Plin. Ep.* 7, 33. — *Ἀλλ᾽ ἀνέδειξεν αὐτῷ θησαυροῦ χρῆμα ἀμύθητον, ἐν μιᾷ τῶν οἰκιῶν, ἃς πρὸς τῷ θεάτρῳ ἐκέκτητο. Οὐ διὰ μέγεθος εὐλαβὴς μᾶλλον ἢ περιχαρὴς γενόμενος, ἔγραψε πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐπιστολὴν ὧδε ξυγκειμένην· Θησαυρὸν, ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ τῆς ἐμαυτοῦ οἰκίας εὕρηκα. τί οὖν περὶ αὐτοῦ κελεύεις; καὶ ὁ αὐτοκράτωρ, Νερούας δὲ ἦρχε τότε, χρῶ, ἔφη, οἷς εὗρες. Τοῦ δὲ Ἀττικοῦ ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐλαβείας μείναντος, καὶ γράψαντος ὑπὲρ ἑαυτὸν εἶναι τὰ τοῦ θησαυροῦ μέτρα, καὶ παραχρῶ, ἔφη, τῷ ἑρμαίῳ, σὸν γάρ ἐστιν.* Verum thesaurum ei (Attico fortuna) ostendit immensum in domorum aliqua reconditum, quas prope theatrum possidebat. Cuius quidem magnitudine metu magis quam gaudio plenus ad imperatorem epistolam scripsit, his verbis contextam: Thesaurum, imperator, domi meae inveni, quid de eo fieri iubes? Imperator itaque, Nerva autem regnabat, Utere, respondit, iis, quae invenisti. Quumque Atticus in eodem metu persisteret, scriberetque, modum thesauri sortem suam superare, praeter modum ergo eo utere, ille respondit, quod fortuna tibi obtulit: tuum enim est. *Philostr. de Vitis Sophist.* 2, 1, 2. — *Ἦν δὲ ὁ Νερούας φιλοδίκαιος καὶ χρημάτων οὐχ ἥττητο. ἐκείνου γὰρ μοναρχοῦντος Ἀττικὸς ὁ τοῦ σοφιστοῦ Ἡρώδου πατὴρ, ὡς ὁ Φιλόστρατος ἐν τοῖς βίοις τῶν σοφιστῶν ἀνεγράψατο, θησαυροῦ τε εὗρεν ἐπὶ τῆς οἰκίας χρῆμα ἀμύθητον. καὶ φοβηθεὶς ἔγραψε τῷ Νερούᾳ ὡς „θησαυρὸς ἐπὶ τῆς οἰκίας εὑρέθη μοι· τί οὖν κελεύεις περὶ αὐτοῦ"; Καὶ ὃς ἀντέγραψε „χρῶ τῷ εὑρήματι." ὁ δ᾽ ἔτι εὐλαβηθεὶς ἔγραψεν αὖθις· ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἐμὲ τυγχάνει τὸ εὑρεθέν. καὶ ὁ αὐτοκράτωρ πρὸς τοῦτο καὶ καταχρῶ ἀντεπέστειλε.* Nerva et iustitiae amans et alienus ab avaritia fuit: nam quum Atticus, Herodis rhetoris pater, ut Philostratus in Vitis sophistarum refert, domi suae ingentem thesaurum reperisset, ne quid ex eo periculi sibi crearetur, timens Nervae scripsit: „thesaurus a me inventus est, quid erga iubes"? ei rescripsit Nerva: „utere invento."

Quum ille nondum securus denuo scripsisset: at conditionem meam inventum superat, respondit imperator: etiam abutere. *Zonaras* 11, 20.

TRAIANUS.

Cf. Augustus, Claudius, Nero, Vespasianus, Titus, Hadrianus, M. Antoninus, Pertinax, Macrinus, Heliogabalus.

851. p. C. n. 98. NERVA CAES. AUG. IV. NERVA TRAIANO CAES. II. COSS.

Parendum est senatusconsulto, quo ex utilitate publica placuit, ut consulis voce, sub titulo gratiarum agendarum, boni principes, quae facerent, recognoscerent, mali, quae facere deberent. Id nunc eo magis solenne ac necessarium est, quod parens noster privatas gratiarum actiones cohibet et comprimit, intercessurus etiam publicis, si permitteret sibi vetare, quod senatus iuberet. *Plin. Paneg.* 4. — * *Paulus Lib. Singulari ad Senatusconsultum Silanianum.* Sub divo Traiano constitutum est, de his libertis, quos vivus manumiserat, quaestionem haberi. *L.* 10, § 1 *D. de Senatuscons. Silaniano* 29, 5. Cf. Plin. Ep. 8, 14. — Pro utilitate communi edicto subiecisti, quid in utrumque vestrum esset impensum. Assuescat imperator cum imperio calculum ponere, sic exeat, sic redeat, tanquam rationem redditurus, edicat, quid absumserit. *Plin. Paneg.* 20.

852. p. C. n. 99. C. SOSIO SENECIONE II. A. CORNELIO PALMA COSS.

Datum est his, qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, aequatique sunt ceteris illi etiam, quibus non erat promissum. *Plin. Paneg.* 25. — Leviter attingi placet, locupletatas tribus, datumque congiarium populo et datum totum, quum donativi partem milites accepissent. *Plin. Paneg.* 25. — Obtulisti congiarium ... paulo minus quinque millia ingenuorum fuerunt, quae liberalitas principis nostri conquisivit, invenit, adscivit. *Plin. Paneg.* 28, 51. — Tu ne rogari quidem sustinuisti et quamquam laetissimum oculis tuis esset, conspectu Romanae sobolis impleri, omnes tamen, antequam te viderent adirentve, recipi, incidi iussisti, ut iam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur, crescerent de tuo, qui crescerent tibi alimentisque tuis ad stipendia tua pervenirent ... Quocirca nihil magis in tua tota liberalitate laudaverim, quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo. *Plin. Paneg.* 26 et 27. — Magnum hoc tuum, non erga homines modo, sed erga tecta ipsa meritum, sistere ruinas, solitudinem pellere, ingentia opera eodem, quo exstructa sunt, animo ab interitu vindicare. *Plin. Paneg.* 50. — Scis tu accessisse pretium agris, praecipue suburbanis? Causa subitae caritatis, res multis agitata sermonibus, proximis comitiis honestissimas voces senatui expressit: „Candidati ne conviventur, ne mittant munera, ne pecunias deponant" ... Occurrit (princeps): nam sumtus candidatorum, foedos illos et infames, ambitus lege restrinxit, eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea, quae solo continerentur, deforme arbitratus, ut erat, honorem petituros urbem Italiamque non pro patria, sed pro hospitio aut stabulo quasi peregrinantes habere. *Plin. Ep.* 6, 19.

851—852. p. C. n. 98—99.

Novi (cives) seu per Latium in civitatem seu beneficio principis venissent. *Plin. Paneg.* 37. — His quoque, quibus per Latium civitas Romana patuisset, idem indulsit. *Plin. Paneg.* 39. — Pueris ac puellis, quibus Traianus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adiecit. *Spart. Hadrian.* 7. — Ὡς καὶ ταῖς πόλεσι ταῖς ἐν Ἰταλίᾳ πρὸς τὴν τῶν παιδῶν τροφὴν πολλὰ χαρίσασθαι. Ut civitatibus etiam Italiae multa largitus sit ad educationem liberorum. *Dio Cass.* 68, 5. — Exscidisti intestinum malum delatorum ... Congesti sunt in navigia raptim conquisita ac tempestatibus dediti. *Plin. Paneg.* 34—36. — * *Scaevola Lib. IV. Regularum.* Hoc crimine (maiestatis) liberatus est a senatu, qui statuas imperatoris reprobatas conflaverit. L. 4, § 1 *D. ad L. Iuliam Maiest.* 48, 4. — Neque enim a te minore concentu, ut tolleres pantomimos, quam a patre tuo, ut restitueret, exactum est. *Plin. Paneg.* 46. — Locupletabant et fiscum et aerarium non tam Voconiae et Iuliae leges, quam maiestatis singulare et unicum crimen eorum, qui crimine vacarent. *Plin. Paneg.* 42. — Testamenta nostra secura sunt, nec unus omnium, nunc quia scriptus, nunc quia non scriptus, heres es. Non tu falsis, non tu iniquis tabulis advocaris ... Scriberis ab amicis, ab ignotis praeteriris, nihilque inter privatum et principem interest. *Plin. Paneg.* 43. — De Vicesima *Plin. l. c.* 38—40; cf. Nerva in f.

853. p. C. n. 100. NERVA TRAIANO A. III. M. CORNELIO FRONTONE III. COSS.

Quum publicum opus mea pecunia inchoaturus in Tuscos excurrissem, accepto, ut praefectus aerarii, commeatu, legati provinciae Baeticae questuri de proconsulatu Caecilii Classici advocatum me a senatu petierunt ... Factum est senatusconsultum perquam honorificum, ut darer provincialibus patronus, si ab ipso me impetrassent. Legati rursus inducti iterum me iam praesentem postulaverunt advocatum ... allegantes patrocinii foedus. Secuta est clarissima senatus assensio, quae solet decreta praecurrere. Tum ego, desino, inquam, patres conscripti, putare, me iustas excusationis causas attulisse. *Plin. Ep.* 3, 4. — Consilii nostri exitus fuit: Bona Classici, quae habuisset ante provinciam, placuit senatui a reliquis separari, illa filiae, haec spoliatis relinqui. Additum est, ut pecuniae, quas creditoribus solverat, revocarentur. Hispanus et Probus in quinquennium relegati ... Prisco in biennium Italia interdictum: absolutus est Fuscus ... Eodem senatusconsulto industria, fides, constantia nostra plenissimo testimonio comprobata est. *Plin. Ep.* 3, 9. — Meministine, te saepe legisse, quantas contentiones excitarit lex tabellaria, quantumque ipsi latori vel gloriae vel reprehensionis attulerit? At nunc in senatu sine ulla dissensione hoc quidem, ut optimum, placuit. Omnes comitiorum die tabulas postulaverunt ... Interim beneficio tabellarum habebimus magistratus, qui maxime fieri debuerunt. Nam ut in recuperatoriis iudiciis, sic nos in his comitiis, quasi repente apprehensi, sinceri iudices fuimus. *Plin. Ep.* 3, 20. — De causa Marii, Africae proconsulis, repetundarum rei, actoribus Plinio et Tacito, a senatu damnati et de causa Firmini, legati *Plin. Ep.* 2, 11 et 12. — Imp. Nervae Traian. Aug. Germ. Pont. Max. Trib. Pot. Cos. III. P. P. Nomine Puerorum Puellarumque Ulpianorum Ex S. C. *Tit. Amerin. ap. Gruter.* 1084, 7. — * *Item Obligatio Praediorum facta per Cornelium Gallicanum ob Sestertios* 72000. *ut ex Indulgentia Optimi Maximique Principis Imperatoris Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici Pueri, Puellaeque Alimenta accipiant, Legitimi numero* 18. *in singulos Sestertios* 16. *numos, fiunt Sestertii* 3456. *Legitima Sestertios* 12. *fit summa utraque Sestertiorum* 3600. *Quae fit Usura* — — — *summae suprascriptae.* (1.) Caius Caelius Verus professus est Saltus Avegam Vecium Debelos cum Figlinis Saltus Velvias Leucomelium qui sunt in Veleiate Pago Albense, et Velleio adfinibus Republica Lucensium, et Republica Veleiatium Sestertiis 90000. accipere debet Sestertios 9000. Item professus est Fundum Valerianum Tovianas Adrusiacum Lucilianum pro parte dimidia, et Fundum Noviacum pro parte quarta qui sunt in Veleiate Pago Statielo adfinibus Annia Vera, Republica Lucensium, et Populo Sestertiis 60000. accipere debet Sestertios 6000. (2.) Lucius Cornelius Severus professus est Saltum Blaesiolam qui est in Libarnense, et Veleiate Pagis Bagienno, et Moninate adfinibus Vibio Severo, et Populo Sestertiis 350000. accipere debet Sestertios 35000. (3.) Caii Vibii Severi, profitente ipso, Fundi Aurelianus Caelianus, qui sunt in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Caio Volumnio Memore, et Populo Sestertiis 30000. accipere debet Sestertios 3000. Item Saltus Attinava cum Fundo Flaviano Messiano Vipponiano, qui est in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Lucio Cornelio Severo, et Populo Sestertiis 30000. accipere debet Sestertios 3000. (4.) Marci Mommei Persici profitente ipso Saltus Nevidunus in Veleiate Pago

Sulco adfinibus Licinio Catone, Vetiis fratribus, et Populo Sestertiis 60000. accipere debet Sestertios 6000. (5.) Vibiae Sabinae profitente Vibio Idaeo Saltus Carucla et Velius, et Fundus Naevianus pro parte dimidia Pagis Salvio, et Valerio inter adfines Rempublicam Lucensium, et Publium Naevium Probum, et Caium Titium Graphicum, et Quintum Cassium Faustum, et Populum Sestertiis 100000. accipere debet Sestertios 10000. *Tabula Alimentaria* sive *Obligatio Praediorum per Cornelium Gallicanum ex rec. Petri de Lama p.* 153—154.

854. p. C. n. 101. NERVA TRAIANO A. IV. S. ARTICULEIO PAETO COSS.

* Imp. Caesare] Nerva Traiano Augusto [Germanico] IIII [Q.] Articuleio Paeto [II Coss. ob liberalitatem optim]i maximique principis obligarunt pra[ed. ex proposit]o Ligures Baebia[ni und]e ex indulgentia eius pueri puellaeq. a[limenta a]ccipiant. (Col. I. 1—4.) [Debentur a .... Epityn]cano [obligatione fundi ...., (pertica ....?), pago ...., adfine ..., aestimati] sestertium 172000 [in sestertium 15000; numerant] ... r et Pro ... —sestertii 375. (5—7.) [... fundi L]olliani ... adfine Caesio, [aestimati sestertium ... in] sestertium 6000— sestertii 150. (8—10.) ... pertica [Beneventana?, pago ..., adfine Man]lia, aestimati [sestertium ... in sestertios 10660]—sestertii 266½. (11—14.) ..... pertica, adfine (?) Tru ...... [pertic]a Nolana, ... [adfine ..... Pu]dente ..... [aestimati .... in sestertios 11720; numerat ... M]anlia—sestertii 293. (16—18.) .... fundi ...]iniani ... [aestimati] sestertium 50000 in [sestertios 5460]—sestertii 136½. (19—25.) .... fund]i qui est in [Beneventano? ... adfinibus ...] te et [populo] ... one rec ... [in Ligu]stino nes (?) orianum ... [pago Mefl?]ano adf. Na[sennio? ... aestimati sestertium .... in sestertium ... (26—28.) item fundi .... adfine ....] nia aestimati [sestertium ... in sestertium ... fiunt] sestertium 68000 [in sestertios 6320; numerat ... N]eronianus—sestertii 158. (29—35.) ... fundi] Numesi[ani ...] Caerellia[ni ... in B]eneventan[o pago ...] adfine [... aestimati sestertium ... in sestertium ... item fundi ... aestimati sestertium ... in sestertium ... fiunt] sestertium 86000 [in sestertium 10000]—sestertii 250. (36—41.) .... fund[i qui est in [Beneventano? .... adfinibus Ni]gro et [populo, aestimati sestertium] 36000 [item fundi ...... L]olliani ...... aestimati sestertium 57000 [fiunt sestertium 93000 in sestertios 6400; numerat Iul?]ius Maximus—sestertii 160. (42—45.) ... fundi ....]ni in Be[neventano, pagis ....] et Aequano [adfine re publi]ca Ligurum [... aestimati sestertiis] 44200 [in sestertium 4000]—sestertii 100. (47—49.) ... fundi ...] in Bene[ventano, pago ..., adfinibus .... Primig?]enio et populo [aestimati sestertium .... in sestertios 2600]—sestertii 65. (50—54.) ... fundi ...] aspidiani [... pa]go Martia[le, adfine ...., aestimati] sestertium 72000 [in sestertium .... item fundi] finibus [Beneventanorum, aestimati sestertium .... in sestertium .... fiunt sestertium .... in sestertium] 15000; numerant filii—sestertii 375. (55—60.) .... fundi ....] iani [.... adfine ...] gino, aestimati cet.... i]tem fund [.... finibus Beneventano]rum, adfine .... aestimati sestertium .... in sestertium ... fiunt sestertium ... 2]5000 in [sestertium 2000]—sestertii 50. (61—65.) ... et ...] briso [fundi .... pago .... adfine ...] artino [aestimati sestertium ... in sestertium ... ite]m fund [... pago ... adfine ...] aestimati sestertium [... in sestertium ... fiunt sestertium ... in sestertium 13000; numerat (servi nomen)] Rufi—sestertii 325. (66—69.) ... fundi] qui est in [Beneventano, pago ... adfinibus ....] lo et populo [aestimati sestertium .... item fundi .... a] est sestertium 60000 [fiunt sestertium ... in sestertios 5500; numerat ... u]s filius—sestertii 137½. (70—72.) .... fundi .... pertica Be]neventana, [pago ... adfine Lo]llio Vitale [item fundi ..., adfine supra scripto aestimati ... in ... fiunt sestertium ... in sestertium 4000, —sestertii 100. (74—78.) .... fund]i qui est in [Beneventano, pago Aequano? in Li]gustino [aestimati sestertium ... in sestertium ... item] fundi Cae[liani? aestimati sestertium ... fiunt sestertium .... in] sestertios 3 [340]—sestertii 83½. (79—80.) .... fundi ...] ani cum [casis, pago ... adfine Pl]inio Secun[do, aestimati sestertium 65000, in sestertium .... (Col. II. 1—4.) item fundi Pastoriani, pertica Beneventana, pago Aequano, adfine Priscia Restituta et populo, aestimati sestertium 60000. fiunt sestertium 125000, in sestertium 8000; numerat Callistus Rutilii Lupi—sestertii 200. (5—7.) Crispia Restituta, fundi Pomponiani, pertica Beneventana, pago Aequano in Ligustino, adfine Nasidio Vitale, aestimati sestertium 50000, in sestertios 3520—sestertii 88. (8—10.) L. Neratio Diadumeno, fundi Rubriani in Beneventano, pago Ligustino, aestimati sestertium 34000, in sestertios 1000—sestertii 25. (11—13.) T. Amunio Silvano, fundorum Trebelliani et Aeliani cum circeis, pago Romano, aestimatorum sestertium 46000, in sestertium 4000—sestertii 100. (14—16.) Neratio Corellio, fundi Pacciani et casae Aureliani, adfine Iulio Saturnino, aestimatorum sestertium 22000, in sestertium 2000. numerat Neratius Marcellus—sestertii 50. (17—29.) Cn. Marcio Rufino, fundorum Marciani et Satriani, aestimatorum sestertium 140000; item fundi Iuliani, aestimati sestertium 14000; item fundi Avilliani, aestimati sestertium 42000; item fundorum Vitelliani et Nasenniani et Marcelliani, adfine Suellio Flacco, aestimatorum sestertium 70000, in sestertium 10000; item fundorum Curiani et Satriani, pago Herculaneo, adfine Tettio Etrusco, aestimatorum sestertium 35000, in sestertium 3000; item fundi Balbiani cum casis, pago Meflano, adfine Nonio Restituto, aestimati sestertium 110000, in sestertium 10000; item oblegatione nona, fundi Caesiani in Beneventano, pago Luciano, adfine Messio Apro, aestimati sestertium 50000, in sestertium 3000; fiunt sestertium 466000, in sestertios 32440—sestertii 1061. (30—33.) L. Tettio Etrusciano, fundi Albiani Amarantiani Suriani Anniani in Beneventano, pago Sacculano, adfine Mario Restituto, aestimati sestertium 150000, in sestertium 12000—sestertii 300. (34—36.) Titio Aiace, fundi Vefacani in Beneventano, pago Romano in Ligustino, adfine Caesare nostro, aestimati sestertium 14000, in sestertios 1000—sestertii 25. (38—42.) Valgia Secunda, fundorum Curiani et Munatiani in Beneventano, pago Mefano, adfine Octavio Modesto, aestimatorum sestertium 23000; item fundi Profiani in Beneventano, pago Caelano, adfine Gavia Myrtale, aestimati sestertium 24000; fiunt sestertium 48,000, in sestertium 4000—sestertii 100. (43—46.) L. Longio Pyramo, fundi Sestiani, finibus Beneventanorum, pago Romano, adfinibus Metelio Marcello et populo, aestimati sestertium 20000, in sestertios 1680—sestertii 42. (47—50.) Annio Rufo, fundorum Bassiani et Valeriani Caesiani Pliniani cum saltibus 25, pertica Beneventana, adfine Caesare nostro, aestimatorum sestertium 451000, fiunt (pro *in*) sestertium 14000—sestertii 350. (51—52.) C. Iulio Saturnino, fundi Publiani, adfine Neratio Marcello, aestimati sestertium 80000, in sestertium 7000—sestertii 175. (53—58.) Iulia Hecate, fundorum Coroniani et Caerelliani et casae Crispinilli, pago Romano, adfine Caesare nostro, aestimatorum sestertium 29000. in sestertium 2000; item fundi Clodiani, pago Herculaneo, adfine Turtilio Lupo, aestimati sestertium 23000, in sestertium 2000; fiunt sestertium 52000, in sestertium 4000—sestertii 100. (59—61.) P. Camurio Fortunato, fundi Lusiani et casae Popillianicae, pago Mefano, adfine Valerio Valeriano, aestimatorum sestertium 80000, in sestertium 7000—sestertii 175. (62—64.) Trebonio Primo, fundorum Apuleiani et Cassiani et Arelliani, pago Mefano, adfine Marcio Rufino, aestimatorum sestertium 100000, in sestertium 9000—sestertii 225. (65—68.) Clodio Conveniente, fundorum Primigeniani et Alliani et Sutoriani et Suelliani, pago Salutare, adfinibus Suellio Flacco et Rufo, emptorum sestertium 108000, in sestertium 9000—sestertii 225. (69—71.) L. Statorio Restituto, fundi Marciani cum parietinis, adfine Caesare nostro, pago Salutare, aestimati sestertium 25000, in sestertium 2000. numerat Comicus—sestertii 50. (72—74.) L. Vibbio Anencleto, fundi Flaviani, pago Meflano, adfine Neratio Marcello, aestimati sestertium 30000, in sestertios 2500. numerat

Hedone—sestertii 62½. (75—79.) Naevio Vitale, fundi Flaviani, pago Meflano, adfine Marcio Rufo, aestimati sestertium 27000, in sestertios 2340; item fundi Aquiliani, pago supra scripto, adfine Umbrio Primo, aestimati sestertium 40000, in sestertium 3000; fiunt sestertium 84000, in sestertios 5340—sestertii 133½. (Col. III. 1—3.) ..... Feroce, fundi Valeriani Vascliani cum [parie]tinis, pago Martiale, adfine Rutilio Lupo, [aes]timati sestertium 50000, in sestertium 4000—sestertii 100. (4—5.) [Pe]tronio Primigenio, fundi Deciani, pago Martiale, adfine Caesare nostro, aestimati sestertium 30000, fiunt (pro *in*) sestertium 2000—sestertii 50. (6—8.) A. Plotio Optato, fundi Camuriani, pago Romano in Ligustino, adfinibus re publica Ligustinorum et populo, aestimati sestertium 18000, in sestertios 1000—sestertii 25. (9—10.) P. Tintorio Felicione, fundi Calani cum parietinis, adfinibus supra scriptis, aestimati sestertium 35000, in sestertium 3000—sestertii 75. (11—12.) Q. Octavio Martiale, fundi Aureliani Marciani, pago Articulano, aestimati sestertium 92000, fiunt (*in*) sestertium 8000—sestertii 200. (13—16.) M. Caelio Flacco, fundi Antiqui, adfine Villio Flacco, aestimati sestertium 25000, in sestertium 2000; item oblegatione nona, fundi Carpiani, pago Salutari, [adfine] Villio Flacco, aestimati sestertium 50000, in sestertium 4000; fiunt sestertium 75000, in sestertium 6000—sestertii 150. (17—20.) C. Valerio Pictate, fundi Herculeiani, adfine Caesare nostro, aestimati sestertium 25000, in sestertium 2000; item oblegatione nona, fundi Vibiani, pago supra scripto, adfine Marcio Rufino, aestimati sestertium 15000, in sestertios 1500; fiunt sestertium 40000, in sestertios 3500—sestertii 87½. (21—23.) Re publica Baebianorum, fundorum Iuliani maioris et minoris et Vediani, Labeonicae turriculae, aestimatorum sestertium 100000, in sestertium 10000—sestertii 250. (24—27.) Ceio Vestigatore, fundi Manliani, pago Fasciano, campi Calediani, adfine Caesare nostro, aestimati sestertium 98000, in sestertium 8000; et fundi Marciani, aestimati sestertium 45000, in sestertium 4000; fiunt sestertium 143000, in sestertium 12000—sestertii 300. (28—32.) Ceio Venatore, fundi Antoniani cum casa, pago Beneventano, adfine Rutilio Lupo, aestimati sestertium 40000, in sestertios 3160; item fundi Postumiani, pago Cassiae, campi Deciani, aestimati sestertium 30000, in sestertios 2500; fiunt sestertium 70000, in sestertios 5660—sestertii 141½. (33—34.) Octavio Lybico, fundi Petilliani cum casis et parietinis, pago Herculani, aestimati sestertium 100000, in sestertium 9000—sestertii 225. (35—36.) Antio Gamo, fundi Terentiani Paterni, adfine Rutilio Lupo, aestimati sestertium 100000, in sestertium 10000—sestertii 250. (37—38.) Vergilio Proculo, fundi Albiani, pago Albano, adfine Sulpicio Flacco, aestimati sestertium 20000, in sestertios 1000—sestertii 25. (39—40.) Turselio Pudente, fundi Caerelliani, pago Meflano, adfine Rubrio, aestimati sestertium 50000, in sestertium 3000—sestertii 75. (41—42.) Staeonio Secundo, fundi Cispilliani, pago [supra scripto], adfine Rubrio Primo, aestimati sestertium 50000, in sestertium 4000—sestertii 100. (43—44.) Betuleno Prisco, fundi Seneciani, pago Martiale, adfine Rutilio Lupo, aestimati sestertium 30000, in sestertios 2500—sestertii 72½. (45—46.) Statoriis Prisca et Pudente, fundi Luciliani, pago Martiale, adfine Sespio Feroce, aestimati sestertium 40000, in sestertium 2000—sestertii 50. (47—48.) Bibbio Fabro, fundi Valeriani, pago Martiale, adfine Valerio Primo, aestimati sestertium 20000, in sestertios 1000—sestertii 25. (49—50.) Livinio Proculo, fundi Peticiani, pago Lybicano, adfine Villio Modesto, aestimati sestertium 20000, in sestertios 1000—sestertii 25. (51—52.) Sosio Secundo, fundi Curtiani, pago supra scripto, adfine supra scripto, aestimati sestertium 55000, in sestertium 5000—sestertii 125. (53—55.) Vibbio Modesto, fundi Familiani aqua ... rat. (?), pago Libitino, adfine Caelio Maximo, aestimati sestertium 122000, in sestertium 10000—sestertii 250. (56—58.) Helvio Modesto, fundi Geminiani Telani, adfine Caelio Maximo, aestimati sestertium 42000, in sestertios 3500—sestertii 87½. (59—61.) Licinio Liberale, fundi Variani cum casa Foederna, adfine Neratio Marcello, aestimati sestertium 27000, in sestertium 2000—sestertii 50. (62—64.) Antistiis Festo et Prisco, fundi Lucceiani Galeiani, pago Martiale, adfine Umbrio Primo, aestimati sestertium 30000, in sestertium 2000—sestertii 50. (65—69.) M. Septicio Crescente, fundi Vettiani minoris in Beneventano, pago Meflano, adfine Trebio Ampliato, aestimati sestertium 50000, in sestertium 4000; item fundi Domitiani, pago Horticulano, adfine Octavio Proculo, aestimati sestertium 50000, in sestertium 2000; fiunt sestertium 100000, in sestertium 6000—sestertii 150. (70—71.) Nonio Restituto, fundi Noniani in Beneventano, adfine Octavia Venusta, aestimati sestertium 50000, in sestertium 3000—sestertii 75. (72—74.) Cosinio Cosmo, fundi Feroniani in Beneventano, pago Meflano, adfine Septicio Rufo, aestimati sestertium 50000, in sestertios 3560—sestertii 89. (75—76.) Trebio Ampliato, fundi Vergiliani in Beneventano, pago supra scripto, aestimati sestertium 50000, in sestertium 3000—sestertii 75. (77—78.) Stenio Felice, fundorum S(t)eniani Valentiani et Octaviani, aestimatorum sestertium 200000, in sestertium 16000—sestertii 400. (79—81.) Baeto Saturnino, fundi Vediani in Beneventano, pago Cetano, adfine Folio Oriente, aestimati sestertium 60000, fiunt (*in*) sestertium 3000—sestertii 75. (82—83.) Afinio Cogitato, fundi in Beneventano, pago Catillino, finibus, aestimati sestertium 60000, in sestertium 4000—sestertii 100. *Tabula Alimentaria Baebianorum ex rest. Henzen p.* 93—108. — *Marcianus Lib. IX. Institutionum.* Articuleiano senatusconsulto cavetur, ut in provinciis praesides provinciae cognoscant, licet heres non sit eius provinciae. *L.* 51, § 7 *D. de Fideic. libert.* 40, 5. — Emtor quoque ut manumittat, eodem senatusconsulto expressum est. *L.* 51 *cit.*, § 10. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Subventum libertatibus est senatusconsulto, quod factum est temporibus divi Traiani sub Rubrio Gallo et Caelio Hispone coss. in haec verba: „Si hi, a quibus libertatem praestari oportet, evocati a praetore adesse noluissent, si causa cognita praetor pronuntiasset, libertatem his deberi, eodem iure statum servare, ac si directo manumissi essent.“ *L.* 26, § 7 *D. e. t.* — *Paulus Lib. III. Fideicommissorum.* Erit Rubriano senatusconsulto locus, etiamsi sub conditione libertas data sit, si modo per ipsum servum non fiet, quominus conditioni pareat, nec refert, in dando, an in faciendo, an in aliquo casu conditio consistat. Imo etiam amittit libertum heres, si conditioni impedimentum fecerit, etsi filius defuncti sit, quamvis alio iure habiturus sit libertum. *L.* 33, § 1 *D. de Fideic. libert.* 40, 5. Cf. l. 26 cit., § 8—11, l. 28, pr. § 1, l. 30, § 12, l. 36, pr. D. e. t., l. 3, § 3 D. de Legit. tut. 26, 4. — *Marcianus Lib. IX. Institutionum.* Senatusconsulto Dasumiano cautum est, ut, si ex iusta causa absit, qui fideicommissam libertatem debet, et hoc pronuntiatum fuerit, perinde libertas competat, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset. *L.* 51, § 4 *D. de Fideicomm. lib.* 40, 5. — Et quia de heredibus tantum cautum erat, adiectum est eodem senatusconsulto, ut, quicunque fideicommissam libertatem debet, ex quacunque causa pronuntiatum fuerit, eum eosve abesse, perinde habeatur, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset. *L.* 51 *cit.*, § 6. — *Maecianus Lib. XVI. Fideicommissorum.* Dasumiano senatusconsulto subvenitur his, quo cautum est de his, qui iusta ex causa abessent, ut nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his, qui fraude careant. *L.* 36, *pr. D. e. t.* Cf. etiam l. 1, § 1 Cod. de Lat. libert. 7, 6. — *Ulpianus Lib. VI. Disputationum.* Quis se dicit suis numis redemtum, si hoc probaverit, exinde liber erit, ex quo redemtus est, quia constitutio non liberum pronuntiari praecipit, sed restitui ei libertatem iubet. Proinde compellendus erit manumittere eum, qui se suis numis redemit. Sed et si latitet, exempla senatusconsultorum ad fideicommissam libertatem pertinentium debere induci oportet. *L.* 67 *D. de Iudiciis* 5, 1. — De causa Bassi cf. Plin. Ep. 4, 9 et de causa Vareni Plin. Ep. 5, 20; 7, 6 et 10. — Finitis actionibus Caesar, neutra, inquit, pars de mora queretur. Erit mihi curae, explorare provinciae voluntatem. *Plin. Ep.* 7, 10.

853—856. p. C. n. 100—103.

* *Ulpianus Lib. IV. de Adulteriis.* Mensium haec fit separatio, ut in nupta quidem ex die divortii sex menses computentur, in vidua vero ex die commissi criminis, quod significari videtur rescripto ad Tertyllum et Maximum Coss. *L.* 29, § 5 *D. ad L. Iuliam de Adulteriis* 48, 5. — Sequenti die audita est Galitta, adulterii rea. Nupta haec tribuno militum, honores petituro, et suam et mariti dignitatem centurionis amore maculaverat. Maritus legato consulari, ille Caesari scripserat. Caesar excussis probationibus centurionem exauctoravit atque etiam relegavit ... Admonitus maritus, ut perageret accusationem, peregit invitus. Sed illam damnari, etiam invito accusatore, necesse erat: damnata et Iuliae legis poenis relicta est. Caesar et nomen centurionis et commemorationem disciplinae militaris sententiae adiecit ... Tertio die inducta cognitio est ... de Iulii Tironis codicillis, quos ex parte veros esse constabat, ex parte falsi dicebantur ... Locutus est Caesar summa gravitate, summa moderatione: quumque advocatus Senecionis et Eurythmi dixisset, suspicionibus relinqui reos, nisi audirentur; non curo, inquit, an isti suspicionibus relinquantur: ego relinquor. Dein, conversus ad nos: Ἐπίστασθε, quid facere debeamus? Isti enim queri volunt, quod sibi licuerit, non accusare. Tum ex consilii sententia iussit denuntiari heredibus omnibus, aut agerent aut singuli approbarent causas non agendi, alioqui se vel de calumnia pronuntiaturum. *Plin. Ep.* 6, 31. — Emit fiscus, quidquid videtur emere. Inde copiae, inde annona, de qua inter licentem vendentemque conveniat. *Plin. Paneg.* 29. — Annonae perpetuae mire consultum reperto firmatoque pistorum collegio, simul noscendis ocius, quae ubique e republica gerebantur, admota media publici cursus. *Aurel. Vict. de Caes.* 13. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Onerant annonam etiam staterae adulterinae, de quibus D. Traianus edictum proposuit, quo edicto poenam legis Corneliae in eos statuit, perinde ac si lege testamentaria, quod testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset, damnatus esset. *L.* 6, § 1 *D. de Extraord. crim.* 47, 11.

856. p. C. n. 103. SUBURANO II. ET MARCELLO COSS.

Δακικὸς ἐπωνομάσθη. Dacicus cognominatus est. *Dio Cass.* 68, 10. *Zonaras* 11, 21. — *Obligatio Praediorum ob Sestertium deciens quadraginta quattuor milia ut ex indulgentia optimi maximique Principis Imperatoris Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici Dacici Pueri Puellaeque alimenta accipiant legitimi numero* 245. *in singulos Sestertios* 16. *numos. Fiunt Sestertii* 47040. *numi legitimae numero* 34. *singulae Sestertios* 12. *numos. Fiunt Sestertii* 4896. *Spurius* 1 *Sestertios* 144., *Spuria* 1 *Sestertios* 120. *Summa Sestertiorum* 52200. *quae fit usura* — — — *sortis supra scriptae.* (1.) Caius Volumnius Memor, et Volumnia Alce per Volumnium Diadumenum libertum suum professi sunt Fundum Quinctiacum, Aurelianum, Collem Muletatem cum silvis, qui est in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Marco Mommeio Persico, Satrio Severo, et Populo Sestertiis 108000. accipere debet Sestertios 8692. numos, et Fundum supra scriptum obligare. (2.) Marcus Virius Nepos professus est praedia rustica deducto Vectigali Sestertiis 310545. numis, accipere debet Sestertios 25353. numos, et obligare Fundum Planianum, qui est in Veleiate Pago Iunonio adfinibus Prisco Palameno, et Velleio Severo, et Populo, quem professus est Sestertiis 14000. et Fundum Suigianum cum casis tribus Pago suprascripto, adfinibus Caio Calidio, et Velleio Proculo, et Populo quem professus est Sestertiis 20000. et Fundum Petronianum Pago, et adfinibus suprascriptis quem professus est Sestertiis 4000., et Fundum Manlianum Hostilianum cum casa Pago suprascripto adfine Caelio Vero, et Baebio Vero, et Populo, quem professus est Sestertiis 11000. in Sestertios 3353. numos. Item Fundum Manlianum, Storacianum, Calpurnianum Pago suprascripto adfinibus vivis Stolicinis fratribus, et Vettiis fratribus, quem professus est Sestertiis 20000., et Fundum Munatianum, Attianum cum casis tribus Pago suprascripto adfinibus Valerio Adulescente, et Baebio Vero, et Populo, quem professus est Sestertiis 28000., et Fundum Munatianum Attianum cum casis, Pago suprascripto, adfinibus Naeviis fratribus, et Syllaelis fratribus, quem professus est Sestertiis 14000. in Sestertios 5000. Item Fundum Arsuniacum cum casis pro parte dimidia, et tertia et duodecima Pago suprascripto, adfinibus Caelis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 84333. numis in Sestertios 6000. Item Fundum Propertianum Pago suprascripto cum casa, adfinibus Atilio Palameno, et Aiasis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 21410. numis, et Fundum Messianum, Allelianum pro parte quarta, qui est in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Volumnio Crescente, et Novelliis fratribus, et Populo, quem professus est 14000. et Fundum Licinianum Virianum pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Palameno Prisco, et Pullieno Prisco, quem professus est Sestertiis 7600. numis in Sestertios 3000. Item Fundos sive Saltus Narianos, Catusanianos pro parte dimidia et quarta, qui sunt in Veleiate Pago Iunonio adfinibus Caio Caelio Vero, et Dellio Proculo, quos professus est Sestertiis 64000. in Sestertios 4000. Item Fundum Munatianum, Praestanum, Vibianum, Vaculeianum Pago suprascripto, adfinibus Stonicelis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 14000. et Fundum Cornelianum Collacterianum Flaccelliacum cum Colonia Munatiana Artefigia pro parte dimidia, et Coloniam Vettianam Cornelianam pro parte quarta Pago suprascripto adfinibus Caelio Vero, et Catunio Pupillo, et Populo, quem professus est Sestertiis 26300. numis, item Fundum Acilianum, Albonianum, Caninianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Dellio Proculo, et Aebutiis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 10432. numis in Sestertios 4000. (3.) Titus Naevius Verus per Naevium Nepotem filium professus est praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 77192. accipere debet Sestertios 6197. numos, et obligare Colonias duas in Veleiate Pago Bagienno Vico Ivanelio, adfinibus Caio Naevio, et Marco Appio, et Populo, quas professus est Sestertiis 10000. et Coloniam Pago suprascripto Vico Nitelio adfinibus Licinio Catone, et Populo, quem professus est Sestertiis 9000., et Fundum Ebureliam cum Silvis pro parte quarta in Veleiate Pago Domitio adfinibus Sulpicia Priscilla, et Populo, quem professus est Sestertiis 12829. numis, et Fundum Messianum Pago suprascripto, adfinibus Apthoro, et Caio Volumnio, et Populo, quem professus est Sestertiis 11000. in Sestertios 3000. numos. Item Fundum Ivanelium, qui est in Veleiate Pago Bagienno adfinibus Naevio Firmo, et Appio Vero, et Virio Firmo, et Populo, quem professus est Sestertiis 70000. in Sestertios 3197. numos. (4.) Caius Valerius Verus professus est suo nomine, et Lucii Valerii fratris sui, et Publii Valerii Ligurini praedia rustica Sestertiis 107400. numis, accipere debent Sestertios 12233. numos, et obligare Fundos Terentianos, et Malapagios, qui sunt in Veleiate Pago Statiello adfinibus Republica Lucensium, et Licinio Ruparcellio, et Populo, quos professus est Sestertiis 53500. numis in Sestertios 5000. Item Fundum Ibittam Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 20503. numis. Item Fundum Crossiliacum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 2100. numis in Sestertios 2000. Item Fundos Buelabras, et Tuscluatum pro parte dimidia, qui sunt in Veleiate Pago Salutare, adfinibus Marco Vario, et Caelio Pudente, et Populo, quem professus est Sestertiis 30000. in Sestertios 2233. numos. Item Fundum Mettunia Pago suprascripto adfine Republica Veleiatium, quos professus est Sestertiis 31600. numis in Sestertios 3000. (5.) Marcus Antonius Priscus professus est praedia rustica Sestertiis 233080. numis, accipere debet Sestertios 18028. numos, et obligare Fundos duos Antonianum et Cornelianum, qui sunt in Veleiate Pago Albense Vico Seceniae, adfinibus Antonia Vera, et se ipso, quos professus est Sestertiis 23000. in Sestertios 2000. Item Fundos duos Albonianos Vibullianos loco suprascripto, adfinibus Aulio Prisco, et suprascriptis, et Fundos Antonianos duos loco suprascripto adfinibus Antonia Sabina, et Vera, et Populo,

quos professus Sestertiis 18000. et Vetutianum, Acutianum adfinibus Calidio Proculo, et Populo loco suprascripto, et Fundum Ancharianum loco suprascripto adfinibus Calidio Prisco, et Antonia Vera, et Populo, quos professus est pluribus summis Sestertiis 43658. numis in Sestertios 4000. Item Fundum Calidianum, Licinianum Pago suprascripto Vico Blondelia adfinibus Antonio Sabino, et Calidio Prisco, et Fundum Calidianum, Sarvellianum, Papirianum, loco suprascripto adfinibus Calidiis Vero, et Proculo, et Populo, et Fundos Virianos, Calidianos, Salvianos duos loco suprascripto, adfinibus Antonio Sabino, et Calidio Vibio, quos pluribus summis professus est Sestertiis 23830. numis, in 12028. numos. Item Fundos duos Valianos, Antonianos, Messianos, Caturnianos loco suprascripto, adfinibus Virio Sivero, et Albio Secundo, et Caio Cominio, et Populo quos professus Sestertiis 32000. in Sestertios 3000. Item Fundum Bassilianum, Caturnianum loco suprascripto adfinibus Atilio Firmo, et Anniis fratribus, et Populo, Item Fundum Atilianum loco suprascripto, adfinibus Atilio Firmo, et Populo, et Fundum Saccuasicum Sextianum loco suprascripto adfinibus Anniis fratribus Lucio et Caio, et Fundum Atilianum cum Silvis, communionibus, Anniis fratribus, et Atilio Firmo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 46000. in Sestertios 4000. Item Fundum Ennianum loco suprascripto, sive Pago Domitio, adfinibus Virio Severo, et Albio Secundo, et Populo, quem professus est Sestertiis 35000. in Sestertios 3000. (6.) Publius Afranius Apthorus professus est praedia rustica Sestertiis 425000. accipere debet Sestertios 34206. numos, et obligare Saltum Helvonum, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Anniis fratribus, et Volumnio Crescente, et Populo, quem professus est Sestertiis 275000. in Sestertios 25000. Item Coloniam Solicelos Pago suprascripto, adfinibus Sulpicia Prisca, et suprascriptis, quem professus est Sestertiis 25000., in Sestertios 2000. Item Saltum Atieliam Pago suprascripto adfinibus Licinio Catone, et Antonio Prisco, et Populo, quem professus est Sestertiis 125000. in Sestertios 7206. numos. (7.) Lucius Cornelius Onesimus professus est Saltum Tupellium, Volumnianum, pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Cornelio Helio, et Sulpicio Nepote, et Populo Sestertiis 51000. accipere debet Sestertios 4104. numos, et pro parte Saltum suprascriptum obligare. (8.) Publius Atilius Saturninus per Castricium Secundum professus est Fundum Fonteianum, qui est in Veleiate Pago Iunonio adfinibus Atilio adulescente, et Maelio Severo, et Populo Sestertiis 50000. accipere debet Sestertios 4025. numos, et obligare Fundum suprascriptum. (9.) Sulpicia Priscilla per Sulpicium Subarum libertum suum professa est praedia rustica 490000. accipere debet Sestertios 38630. numos, et obligare Saltum, sive Fundum Rubacotium, et Solicelo in solidum, et Saltum Eboreliam pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Domitio, sive Ambitrebio, adfinibus Afranio Apthoro, et Coelio Vero, et Populo, quem professa est Sestertiis 400000., in Sestertios 34000. Item Saltum Rubacaustos in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Afranio Apthoro, et Sulpicia Prisca, et Populo, quem professa est Sestertiis 90000. in Sestertios 4630. numos. (10.) Marcus Vibius, Quinti filius, per Marcum Vibium Verum filium suum professus est praedia rustica Sestertiis 80000. accipere debet Sestertios 6438. numos, et obligare Fundum Mucianum, Veturianum cum Meride, qui est in Veleiate Pago Floreio adfinibus Petronio Epimele, fratribus Atedis, et Populo, quem professus est Sestertiis 56000. in Sestertios 5000. Item Fundum Cellianum, Flavianum Pago suprascripto, adfinibus Atedis fratribus, et se ipso, et Populo, quem professus est Sestertiis 24000. in 1438. numos. (11.) Lucius Sulpicius Verus professus est praedia rustica Sestertiis 71522. numis, accipere debet Sestertios 5714. numos, et obligare Fundos Lubautinos, Obsidianum, Arrianum, qui est in Veleiate Pago Valerio, adfinibus Republica Lucensium, et Minicio Vero, et Vicrio Sabino, et Lucio Atilio, et Fundum Marianum in Veleiate Pago Salvio, adfinibus Granio Prisco, et Tarsunio, et Sulpicio Baccho, quos duabus summis professus est Sestertiis 28600. numis, in Sestertios 2224. numos. Item Fundos Lucilianos, Didianos, qui sunt in Veleiate Pago Valerio, adfinibus Lucensibus, et Valeria Polla, quos professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos. (12.) Caius Vibius Probus per Vibium Sabinum professus est praedia rustica Sestertiis 58800. numis, accipere debet Sestertios 4668. obligare Fundos Maticianos cum casis in Veleiate Pago Salutare, adfinibus Attielio, et Naeviis fratribus, quos professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2000. Item Fundos Geminianos, Pisuniacum Pago suprascripto adfinibus Atilio Attielao, et Populo, quos professus est Sestertiis 12700. numis, in Sestertios 1000. Item Casas Pago, et adfinibus suprascriptis, et Fundos Veccalenium, Cottasianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Atilio Attielao, et Velleio Ingenuo, quos duabus summis professus est Sestertiis 22000., in Sestertios 1668. numos. (13.) Marcus Mommeius Persicus professus est praedia rustica in Veleiate, et Placentino, deducto Vectigali, et eo quod Cornelius Gallicanus obligavit 1180600. numis, accipere debet Sestertios 94765. numos, et obligare Fundum Attianum in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Pontiis fratribus, et Fundum Albianum Pago suprascripto adfine Fundo suprascripto, et Fundum Furianum pro parte quarta Pago suprascripto, et Fundum Metellianum pro parte dimidia, et sexta Pago suprascripto, adfinibus Battis fratribus, et Fundos Mucianum, Vettianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Virio Severo, et Minicia Polla, quos professus est pluribus summis Sestertiis 56460. numis, in Sestertios 3000. Item Fundum Statianum cum Colonia Gentiana Pago suprascripto, adfinibus Licinio Catone, et Vibio Severo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos. Item Fundum Lereianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfine Republica Placentinorum, quem professus est Sestertiis 22500. numis, et Fundum Aestinianum Antistianum Cabardiacum pro parte dimidia Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 45000. in Sestertios 5000. Item Fundum Vellium Pago suprascripto, adfine Marco Baebio, quem professus est Sestertiis 56000. in Sestertios 5000. Item Fundum Vibianum, Baebianum Pago suprascripto adfine Lucio Atilio, quem professus est Sestertiis 50000. in Sestertios 3500. numos. Item Fundum Olympianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Virio Severo, et Volumnio Memore, quem professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 2000. Item Saltum Attianum cum Fundo Flaviano Vipponiano pro parte dimidia. Item Fundum Messianum pro parte tertia, et vigesima quarta Pago suprascripto, adfinibus Cornelia Severa, et Licinio Catone, quos professus est Sestertiis 77500. in Sestertios 7500. numos. Item Fundum Castricianum Pago suprascripto Vico Flania adfinibus se, et aliis, quem professus est Sestertiis 60000. in Sestertios 5444. numos. Item Fundum Calventianum, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos. Item Fundum Calidianum, quem professus est Sestertiis 35000. in Sestertios 3000. Item Fundum Gallianum, quem professus est Sestertiis 12000. in Sestertios 1000. Item Fundum Murrianum, quem professus est Sestertiis 85000. in Sestertios 7500. numos. Item Fundum Ligusticum, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos. Item Fundum Ennianum pro parte dimidia, quem professus est Sestertiis 15000. in Sestertios 1000. Item Fundum Valerianum, quem professus est Sestertiis 85000. in Sestertios 7500. numos. Item Saltum Canianum, quem professus est Sestertiis 16000. in Sestertios 1000. Item Fundum Cabardiacum veterem in Veleiate Pago suprascripto, adfinibus Caio Volumnio Memore, et Republica Placentinorum, et Metello Firmino, quem professus est Sestertiis 210000. in Sestertios 17000. Item Fundum Licinianum pro parte dimidia, qui est Pago suprascripto, adfine Licinio Vero, quem professus est Sestertiis 8000. et Fundum Dellianum cum Colonia, qui est in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Granio Prisco, et Baebio Vero, quem professus est Sestertiis 23600. numis, in Sestertios 2321. numos. Item Fundum Atilianum, qui est in Placentino

Pago Venerio, adfine Lucio Atilio, quem professus est Sestertiis 30000. in Sestertios 2500. Item Fundum Clennanum, pro parte dimidia Pago suprascripto, quem professus est Sestertiis 25000. in Sestertios 2000. Item Fundum Granisium, Furianum, Munatianum in Placentino Pago suprascripto adfine Licinio Catone, quem professus est Sestertiis 12000. in Sestertios 1000. Item Fundum Cinnianum Pago suprascripto, adfine Fundo suprascripto, et Fundum Bittianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfine Lucio Atinio, et Fundum Caninianum Pago suprascripto, adfinibus Fundis suprascriptis, quos professus est pluribus summis Sestertiis 16056. numis, in Sestertios 1000. Item Fundum Satrianum in Placentino Pago Vercellense, adfinibus Domitio Primo, et Atilio Saturnino, quem professus est Sestertiis 56000. in Sestertios 5000. Item Fundum Vennuleianum Pago Vercellensi, adfine Clodio Grapto, et Fundum Solianum, et Fundi Avilliniani partem dimidiam, in Placentino Pago Veronense, adfinibus Publio Atilio, et Arruntio Nepote, et Fundum Blassianum pro parte sexta Pago Lurate adfinibus Mirulinis, quos pluribus summis professus est Sestertiis 18000. in Sestertios 1000. numos. (14.) Publius Albius Secundus per Albium Severum filium suum professus praedia rustica Sestertiis 151200. numis, accipere debet Sestertios 12104. numos, et obligare Fundum Iulianum cum Figlinis, et Coloniis novem Pagis Iunonio, et Domitio, adfinibus Maelio Severo, Marco Velleio Fisiodioga, et Populo, quem professus est Sestertiis 120000. in Sestertios 10153. numos. Item Fundum, sive Saltum Betutianum pro parte tertia, qui est in Veleiate Pago Domitio, Vico Caturniaco adfinibus Antonio Prisco, et Caio Antonio, et Populo, quem professus est Sestertiis 26200. numis in Sestertios 2000. numos. (15.) Caius Dellius Proculus per Caium Dellium Hermen libertum suum professus est praedia rustica, deducto Vectigali Sestertiis 292820. numis, accipere debet Sestertios 23501. numos, et obligare Fundum Mucianum pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Marco Petronio Epimele, et Lucio Granio Proculo, et Populo, et Fundum Cornelianum Terentianum Pago suprascripto, adfinibus Calidio Censore, et Lucio Granio, et Populo, et Fundum Vitillianum Rufianum pro parte tertia Pago Floreio adfinibus se, et Valeriis fratribus, et Fundum Pulleliacum pro parte dimidia, Pago suprascripto, adfinibus Aebutio Secundo, et Dama, et Fundum Virocaesium pro parte sexta in Veleiate Pago salutare, adfinibus Vetelatibus, quos pluribus summis professus est Sestertiis 44630. numis in Sestertios 4000. Item Fundum Asellianum, Egnatianum pro parte dimidia, cum Meridibus, qui est in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Vibio Proculo, et Populo, quem professus est Sestertiis 33000. in Sestertios 3000. Item Fundum Afranianum, Mancianum, Bittelum, Arruntianum Pago suprascripto, adfinibus Republica Lucensium, et Minicia Polla, et Populo, quem professus est Sestertiis 155000. in Sestertios 13000. Item Fundum, sive Saltum Narianum Catucianum pro parte quarta, qui est in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Virio Nepote, et Populo, quem professus est Sestertiis 21500. numis, et Fundum Corbellianum Asellianum Egnatianum cum Meridibus Pago suprascripto, adfinibus Avillio Optato, et Vibio Proculo, et Populo, quem professus est Sestertiis 53000. in Sestertios 3501. numos. (16.) Caius Coelius Verus per Onesimum servum suum professus est praedia rustica in Placentino, et Veleiate, et Libarnensi deducto Vectigali, et iis quae ante Cornelius Gallicanus, et Pomponius Bassus obligaverunt Sestertiis 843879. numis, accipere debet Sestertios 67850. numos, et obligare Fundum Collacterum pro parte dimidia, et Colonia Cinnerum pro parte quarta, qui sunt in Veleiate Pago Iunonio adfinibus Valerio Adulescente, et Virio Nepote, et Populo, et Fundum Antonianum in Veleiate Pago Medutio, adfinibus Attiis fratribus, et Atilio Expectato, et Populo, quos duabus summis professus est Sestertiis 37400. numis in Sestertios 3350. Item Fundum Vembrunium Paternum, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Licinio Catone, et Sulpicia Priscilla ...... quem professus est Sestertiis 71400. in Sestertios 6000. numos. Item Fundum Satrianum qui est in Veleiate Pago Velleio, adfinibus Lucensibus, et Anniis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 32000. in Sestertios 3000. Item Fundum Vibianum Librelium in Veleiate Pago Statielo, adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 30200. numis in Sestertios 2000. Item Fundum Gittianum Roudelium pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Albense, adfinibus suprascriptis quem professus est Sestertiis 36000. in Sestertios 3000. Item Fundum Dirrianum in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Virio Nepote, et Attiis fratribus, et Fundum Graecanasium totum, et Fundum Paternum pro parte quinta, et parte decima, et Claris pro parte tertia, et Fundum Atereianum pro parte quarta, qui sunt in Veleiate Pago Domitio adfinibus Vibio Severo, et Atiis fratribus, et Populo, et Fundum Mucianum Cloustrum Tullare pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Albense adfinibus Aebutio Saturnino, et Anniis, et Populo, et Fundos Antonianum, Sevvonianum, Tullare pro parte dimidia in Veleiate Pago Albense, adfinibus Aebutio Saturnino, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 31060. numis in Sestertios 3000. Item Saltum Bituniam Albitemium, qui est in Veleiate, et in Lucensi Pagis Albensi, et Minervio, et Statiello, adfinibus Republica Lucensium, et Anniis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 350000. in Sestertios 30000. Item Fundum Atilianum Nitielium, qui est in Veleiate pro parte octava Pago Bagienno, adfinibus Licinio Catone, et Cornelia Severa, et Fundum Valerianum Amudis in Veleiate, et Parmensi Pagis Salutare, et Salvio adfinibus Lucensibus, et Vettiis fratribus, et Populo, et Senianum in Veleiate Pago Medutio, adfinibus Flaviis fratribus, et Lucio Attio, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2000. Item Fundum Baebianum, Flavianum, qui est in Placentino Pago Vercellense, adfinibus Appio Sabino, et Marco Minicio, et Populo, quos professus est Sestertiis 11900. numis in Sestertios 3468. numos. Item Fundos Calidianum, Epicandrianum, Lospitum, Valerianum, Cumallianum pro parte dimidia, et quarta Pago suprascripto adfinibus Virio Nepote, et Maelio Severo, et Attilio Successore, et Populo, quos professus est Sestertiis 59024. numis in Sestertios 5500. numos. Item Fundum Caerellianum Cumalianum pro parte dimidia, et quarta Pago suprascripto, adfine Volumnio Crescente, et Fundo Messiano, et Berullianum in Placentino Pago Herculanio adfine Marco Minicio, quem professus est duabus summis Sestertiis 23780. in Sestertios 2000. Item Fundum Polionianum in Placentino Pago Farraticano, adfine Lucio Dellio, Publicio Stephano pro parte tertia, quem professus est Sestertiis 10000., et Fundum Dellianum Afranianum, et Fundum Dellianum pro parte dimidia, qui sunt in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Quinto Baebio Aebutio Pudente, et Populo, quos duabus summis professus est Sestertiis 122000. in Sestertios 4532. numos. (17.) Lucius Annius Rufinus nomine suo, et Caii Annii Veri fratris professus est praedia rustica deducto Vectigali, et quod Pomponius Bassus obligavit Sestertiis 1014090. numis accipere debent Sestertios 83950. et obligare Fundos Solonianum cum Communionibus, qui est in Veleiate Pago Bagiennio, adfinibus Naeviis Firmo, et Memore, et Populo, quem professus est Sestertiis 74000. in Sestertios 2000. Item Fundum Bivelium cum Communionibus Pago suprascripto adfinibus Antonio Prisco, et Populo, quem professus est Sestertiis 123400. numis in Sestertios 10000. Item Fundum Spenneliam cum Communionibus, qui est in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Cneio Antonio Prisco, et Licinio Catone, quem professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 2000. Item Fundum Iboccelis Pago suprascripto cum Communionibus, adfinibus Cneio Antonio, et Attiis, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000. in Sestertios 1450. Item Vatinanos, Tovianos pro parte dimidia, qui sunt in Veleiate Pago Statiello, adfinibus Republica Lucensium, et Annia Vera, et Populo, quos professus est Sestertiis 150000. in Sestertios 12500. numos. Item Fundum Attidianum Tovianis cum Communionibus, qui est in Veleiate Pago suprascripto,

adfine Coelio Vero, quem professus est Sestertiis 25000. in Sestertios 2000. Item Fundum Undigenis cum Communionibus Pago suprascripto, adfinibus Lucensibus, et Caio Coelio, et Populo, quem professus est Sestertiis 44000. in Sestertios 4000. Item Fundum Roudelium Glitianum cum Communionibus, qui est in Veleiate Pago Albense, adfinibus Republica Lucensium, et Populo, quem professus est Sestertiis 36000. in Sestertios 3000. Item Fundum Mucianum Cloustrum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Aebutio Saturnino, et Coelio Vero, et Populo, et Fundos Antonianum, Sevonianum, Tullare pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus suprascriptis, quos duabus summis professus est Sestertiis 18000. in Sestertios 1000. Item Saltum, sive Fundos Avegam, Veccium, Debelis, et Saltum Velvias Leucumellum, qui sunt in Veleiate Pago Albense, et Velleio, adfinibus Republica Lucensium, et Veleiatium, et Aebutio Saturnino, quos professus est Sestertiis 178000. in Sestertios 16000. Item Saltum Bituniam, et Albitemium Betutianum, qui est in Veleiate, et Lucense Pagis Albense, et Minervio, et Statiello, adfinibus Republica Lucensium, et Coelio Vero, quem professus est Sestertiis 350000. in Sestertios 30000. (18.) Lucius Lucilius Collinus professus est praedia rustica Sestertiis 75975. numis, accipere debet Sestertios 6036. numos, et obligare Fundum Minicianum, Vettianum pro parte dimidia, qui sunt in Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Mommeio Persico, et Virio Severo, et Populo, et Fundo Olympianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Licinio Firmino, Salmetelio Firmino, Volumnio Memore, et Populo, quos professus est duabus summis Sestertiis 44975. numis in Sestertios 4000. Item Fundum Minicianum cum Silvis Herennianis pro parte tertia Pago suprascripto, adfinibus Vibio Severo, Mommeio Persico, et Fundo Passeniano Pago suprascripto, adfinibus Volumnio Epaphrodito, Attio Sabino, quos pluribus summis professus est Sestertiis 28000. in Sestertios 2006. numos. (19.) Lucius Granius Priscus per Victorem servum suum professus est praedia rustica deducto Vectigali 148420., accipere debet Sestertios 11912. numos, et obligare Fundum Iunianum pro parte dimidia, et tertia, qui est in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Petronio Epimele, et Avilliis fratribus, et Populo, et Fundum Latinianum, qui est in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Dellio Senino, Publicio sene, et Populo, quos duabus summis professus est Sestertiis 23400. numis in Sestertios 2000. Item Fundum Metilianum in Veleiate pro parte dimidia, et tertia Pago Floreio, adfine Fundo Iuniano, et Fundos Summetis Valerianis in Veleiate Pago Statiello pro parte dimidia, adfinibus Republica Lucensium, et Veturiis fratribus, quos duabus summis professus est Sestertiis 43400. numis in Sestertios 3900. numos. Item Fundos Caesianos, Naevianos, Firmianos, Arranianos, Carigenum, qui sunt in Veleiate Pago Salvio, adfinibus Publio Terentio Floro, et Publio Sulpicio Baccho, et Caio Caesio, et Populo, et Fundos Atilianum, Arruntianum, Innielium, Antiate, et Veleiate Pago Floreio, adfinibus Afranio Prisco, et Valerio Parra, quos duabus summis professus est Sestertiis 37000. in Sestertios 3012. numos. Item Fundum Calidianum, et Triccellianum Pago suprascripto, adfinibus Coelio Vero, et Aebutio Secundo, et Fundum Mucianum Pago suprascripto adfinibus Virio Fusco, et Dellio Senino, et Minicia Polla, et Fundum Cassianum Pago suprascripto adfinibus Avilliis fratribus, et Silvas Suffetanas pro parte dimidia Pago suprascripto, adfine Petronio Epimele, quos pluribus summis professus est Sestertiis 31000. in Sestertios 1000. Item Fundos Granianos, Afranianos cum Appennino Laevia pro parte dimidia, Item Fundum Valerianum Laeviam in Veleiate Pago suprascripto, adfinibus Coelio Vero, et Caerellio Vero, et Populo, et Fundum Marianum, qui est Placentino Pago Herculanio, adfinibus Marco Minicio, et Terentio Sabino, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 44000. in Sestertios 2000. numos. (20.) Publius Antonius Sabinus professus est praedia rustica Sestertiis 132450., accipere debet Sestertios 10624. numos, et obligare Fundum Valerianum qui est in Veleiate Pago Albense, adfinibus Antonia Vera, et Antonio Prisco, et Populo, quem professus est Sestertiis 73650. in Sestertios 6902. numos. Item Fundum Ancharianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Marco Antonio, et Calidio Proculo, et Fundum Virtianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Coelio Vero, et L. Annio, et Populo, et Fundum Calidianum Pago suprascripto adfinibus Marco Antonio Decimio Basso, et Populo, et Fundum Serranellianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Sextiis fratribus, et Antonio Prisco, et Populo, et Fundos Virianum, Vicanianum, Mammuleianum pro parte dimidia, et Fundum Mammuleianum pro parte octava in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Antonio Prisco, et Afranio Apthoro, quos pluribus summis professus est Sestertiis 56800. numis in Sestertios 3722. numos. (21.) Caius Calidius Proculus professus est praedia rustica Sestertiis 233530. numis, accipere debet Sestertios 16338. numos, et obligare Fundum Paternum in Veleiate Pago Albense Blondelliae, Seceniae adfinibus Calidio Vero, et Antoniis Vera, et Prisco, quem professus est Sestertiis 94600. numis in Sestertios 9000. Item Fundum Maternum Munatianum Pago suprascripto adfinibus Antoniis Prisco, et Vera, et Fundum Decimianum Pago suprascripto adfine Calidio Vero, et Fundos sive Agros Acutianos, Vetulianos, Virianos Pago, et adfinibus suprascriptis, quos pluribus summis professus est Sestertiis 31210. numis in Sestertios 3000. Item Fundum Calidianum, Laetianum Pago suprascripto adfinibus Sextio Secundo, et Virtio Vero, et Fundum Antonianum Pago suprascripto adfinibus Virtiis Pollione, et Vero, et Fundum Crestianum Pago suprascripto adfinibus Albonio Pusillo, et Virio Basso, et Fundum Cornelianum, Meppedianum, Vetulianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfine Calidio Vero, et Fundum Vetulianum Secundianum Pago suprascripto adfine Marco Antonio, et Fundum Virtianum Lucianum Pago suprascripto adfinibus Vettiis Vero, et Secundo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3000. Item Fundum Aurelianum, Virtianum, Cornelianum, qui est in Veleiate, et Libarnense Pago Moninate adfinibus Marco Ennio, et Publio Albio quem professus est Sestertiis 23600. numis in Sestertios 1338. (22.) Caius Volumnius Epaphroditus professus est in Veleiate per Caium Fisium Diogan, et in Placentino, et in Veleiate per Volumnium Graptum praedia rustica deducto Vectigali Sestertiis 418250. numis, accipere debet Sestertios 33562. numos, et obligare Fundum Metilianum, Lucilianum, Anneianum cum Casis, et Silvis, et Meridibus, et Debelis, qui est in Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Cornelia Severa, Lucilio Collino, Quinto Appio, Vibio Severo, quem professus est Sestertiis 50000. in Sestertios 4500. Item Fundum Alfiam Munatianum, Ancharianum cum Fundo Paspidiano, et Rosiano, et Mariano, et Aconiano, et Tarquitiano cum Casis in Carricino, et Silvis sagatis, et loco Agrina Sulliani in Placentino Pago Vercellense, et Velleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Cornelia Severa, et Olia Calliope, Lucilio Collino, et Populo, item Fundum Caecilanum in Placentino Pago Vercellense, adfinibus Castricio Nepote, Olia Calliope, Caio Decimio, et Populo, quos professus est Sestertiis 250000. in Sestertios 22736. numos, item Fundum Paternum, qui est in Placentino Pago Vercellense, adfinibus Castricio Nepote, et Populo, quem professus est Sestertiis 32000. in Sestertios 3000., et Fundum Fabianum in Placentino Pago suprascripto, adfinibus Licinia Tertullina, Publio Albio, et Populo, quem professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2000. Item Fundum Anneianum cum Casa, et praediis Valerianis ex parte dimidia in Placentino Pago Vercellense et in Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Publio Olio Hymno, et Populo, quem professus est Sestertiis 27500. in Sestertios 1326. numos. (23.) Lucius Licinius Lucii filius per Veturium Severum professus est Fundos Valerianum, et Metilianum, et Tudinum, et Clodianum, et Veturianum in Veleiate Pago Dianio Sestertiis 50350. numis, accipere debet Sestertios 4005. numos, et Fundos suprascriptos obligare. (24.) Lucius Maelius Severus professus est praedia rustica deducto Vectigali

Sestertiis 420110. numis, accipere debet Sestertios 33804. numos, et obligare Fundos Iulianum, Tursianum, Cambelianum, Lucilianum, Naevianum, Varianum, Vippunianum, qui sunt in Veleiate Pago Medutio, adfinibus Imperatore nostro, et Republica Lucensium, et Republica Veleiatium, et Vibullis fratribus, et Caio Novellio, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 126700. numis in Sestertios 12334. Item Fundum Baetianum pro parte quarta Pago suprascripto, adfinibus Vibio Severo, et Caio Novellio, quem professus est Sestertiis 10000. in Sestertios 1000. Item Fundum Vettianum in Veleiate Pago Velleio, adfinibus Republica Lucensium, et Republica Veleiatium, et Naeviis fratribus, et Fundum Petronianum pro parte dimidia, Pago Iunonio adfine Vettio Fortunato, quos duabus summis professus est Sestertiis 12000. in Sestertios 1200. numos. Item Fundum Varronium Pago suprascripto, adfinibus Caio Calidio, et Caio Vettio Secundo, et Populo, quem professus est Sestertiis 13100. numis in Sestertios 1300. numos. Item Fundum Milleliacum pro parte tertia Pago Floreio, adfinibus Coelio Vero, et Virio Nepote, et Delio Proculo, et Fundum Braetianum Caninianum pro parte quarta, adfine Caio Vibio Severo, et Caio Novellio, quos duabus summis professus est Sestertiis 18500. in Sestertios 1850. numos. Item Fundum Cassianum, Novianum, Rutilianum, Plautianum, Antonianum Coceiasium, adfinibus Albio Secundo, et Volumnio Verecundo Pago Iunonio, sive quo alio in Veleiate quem professus est Sestertiis 130000. in Sestertios 13000. Item Fundum Domitianum pro parte quarta Pago Iunonio, adfinibus Virio Nepote, et Lucio Blaiunio, et Fundum Demetrianum, Cassianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Caio Volumnio Verecundo, et Populo. Item Fundum Marianum Pago Floreio in Veleiate adfinibus Imperatore nostro, et Minicia Polla, et Caio Sulpicio, et Populo. Item Fundum Petronianum in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Vettio Fortunato, et Caecilio Gallo, et Populo. Item Fundum Novellianum, Petronianum pro parte dimidia Pago suprascripto, sive alio, adfinibus Caio Volumnio Verecundo, et se, quos professus est pluribus summis Sestertiis 20150. numis in Sestertios 2000. Item Fundum Asscevam pro parte tertia, qui est in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Minicia Polla, et Dellio Proculo, quem professus est Sestertiis 19000. in Sestertios 1120. numos. (25.) Antonia Vera per Annium Rufinum professa est praedia rustica Sestertiis 210866. accipere debet Sestertios 16902. numos, et obligare Fundum Antonianum, Collianum, Valerianum, Cornelianum cum Communionibus qui est in Veleiate, et in Libarnensi Pagis Martio, et Albense adfinibus Calidiis Proculo, et Prisco, et Populo, quem professus est Sestertiis 180000. in Sestertios 16000. Item Fundum Antonianum pro parte dimidia, et sexta cum Communionibus in Veleiate Pago Albense, adfinibus Antonio Sabino, et Calidio Proculo, quem professus est 26666. numis in Sestertios 902. numos. (26.) Caius Vibius Caii filius professus est praedia rustica Sestertiis 155842. numis, accipere debet Sestertios 12475. numos, et obligare Fundum Satrianum Paternum, qui est in Veleiate Pago Bagienno adfinibus Cornelia Severa, Caio Naevio Firmo, et Populo, quos professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3402. Item Fundos Aurelianos, Vettianos pro parte tertia Pago suprascripto, et Fundos Muttienanos, Vibianos, qui sunt Pago, et adfinibus suprascriptis, et Fundos Vibullianum, Calidianum Pago suprascripto adfinibus Appiis fratribus, et Caio Vicrio Firmo, pro parte dimidia, quos pluribus summis professus est Sestertiis 45660. in Sestertios 4000. Item Fundum Vibianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Publio Licinio Catone, et Populo, et Fundos Betutianos Aurelianos pro parte quarta Pago suprascripto, quos duabus summis professus est Sestertiis 52882. numis in Sestertios 4073. numos. Item Fundum Vibullianum, Calidianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Meturicialis, et Vicrio Firmo, quem professus est Sestertiis 15000. in Sestertios 1000. (27.) Marcus Varius Felix professus est praedia rustica Sestertiis 58350. numis, accipere debet Sestertios 4668., et obligare in Veleiate Pago Dianio adfinibus Valerio Probo, et Vera, et Allelis fratribus, et Sociis Taxtanulatibus, et Baebia Tertulla, et Valerio Veccunio, et Populo Fundos Naevianos duos, quos professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2000. Item Fundum Orbianiacum, quem professus est Sestertiis 12000. in Sestertios 1000. Item Fundum Taxianulas, et Budacelium pro indiviso ex parte sexta, quos professus est Sestertiis 16050. numis, et Fundum Iu... natum pro parte quarta, quem professus est Sestertiis 6300. numis in Sestertios 1668. numos. (28.) Cneius Antonius Priscus professus est praedia rustica Sestertiis 350633. numis, accipere debet Sestertios 28250. numos, et obligare Fundum Vicrianum Mammuleianum cum Communionibus pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Afranio Apthoro, et Licinio Catone, et Lucio Licinio, et Populo, quem professus est Sestertiis 30000. in Sestertios 1477. Item Fundum Muttienianum, Cornelianum cum Silvis pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Licinio Catone, et Cornelia Severa, et Populo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos. Item Fundum Calidianum, Atedianum, Maternum pro parte dimidia Pagis suprascriptis, adfinibus Lucio, et Caio, et Anniis, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000. et Fundum Trantianum pro parte dimidia, Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 10000. in Sestertios 2273. numos; item Fundum Licinianum pro parte dimidia et quarta, et octava, qui est Pago suprascripto, adfinibus Antonio Sabino, et Afranio Apthoro, et Populo, et Fundum Petilianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Antonio Prisco, et Populo, quos duabus summis professus est Sestertiis 13000. in Sestertios 1000. Item Fundum Veturianum, Verianum, Vibianum, Satrianum, Paternum Pago suprascripto, adfinibus Lucio, et Caio Anniis, et Afranio Apthoro, et Populo, quem professus est Sestertiis 133000. in Sestertios 12000. Item Fundum Vorminianum Precele cum iure Appennini, Areliasci, et Caudalasci, et Communionibus, qui est in Veleiate, et in Libarnensi Pago Domitio Eboreo, adfinibus Caio, et Lucio Anniis, et Licinio Catone, et Valerio Nepote, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000., et Fundum Vibianum, Syrellianum in Veleiate Pago Domitio adfinibus suprascriptis, quos professus est Sestertiis 7000. in Sestertios 2500. numos. Item Fundum Macatianum, Ennianum Pago, et adfinibus suprascriptis, Fundum Valerianum pro parte quarta Pago, et adfinibus suprascriptis, et Valerio Nepote, quem duabus summis professus est Sestertiis 17000. in Sestertios 1500. numos. Item Fundum Antonianum pro parte tertia cum Communionibus in Veleiate Pago Albense, adfinibus Antoniis Sabino, et Prisco, et Fundum Minicianum, Lapponianum, Histrianum, Paternum in Veleiate Pago Bagienno, adfinibus Lucio, et Caio Anniis, et Populo, et Fundum Attianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quos pluribus summis professus est Sestertiis 45533. in Sestertios 4000. (29.) Lucius Cornelius Helius per Fortunatum servum suum professus est Fundum Tuppiliam, Vibullianum, Volumnianum pro parte dimidia in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Sulpicio Nepote, et Licinio Catone, et Populo Sestertiis 50000. accipere debet Sestertios 3075. numos, et Fundum suprascriptum obligare. (30.) Caius Vibius Severus per Vibium Calvum libertum suum professus est praedia rustica Sestertiis 673660. numis in Veleiate, et in Placentino deducto vectigali, et quod Cornelius Gallicanus obligavit accipere debet Sestertios 53362. numos, et obligare Fundum Aeschinianum pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Lucilio Collino, et Minicia Polla, et Populo, quem professus est Sestertiis 45000. in Sestertios 4000. Item Saltum, sive Fundos Villam, sive Velabras, et Credelium, qui sunt in Veleiate Pago Medutio, adfinibus Licinio Catone, et Coelio Vero, et Caerellio Vero, quem professus est Sestertiis 301000. in Sestertios 20000. Item Fundum Coelianum qui est in Veleiate Pago Ambitrebio, adfine Licinio Firmino, quem professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 2062. numos. Item Fundum Vetutianum Scantiniacum, qui est in Veleiate Pago Domitio adfine Antonio Prisco,

quem professus est Sestertiis 26660. numis in Sestertios 2000. Item Fundum Virianum, qui est in Placentino Pago Valerio, adfinibus Licinia Tertullina, et Vibio Favore, et Populo, quem professus est Sestertiis 72000. in Sestertios 7000. Item Fundum Statianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 72000. in Sestertios 7000. Item Fundum Tresianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 37000. et Fundum Antonianum in Veleiate Pagis Venerio, et Lurate, adfinibus Atilio Saturnino, et Publio Atilio Adiutore, et Populo, quem professus est Sestertiis 12000. utrosque in Sestertios 4500. numos. Item Fundum Caturniacum Pago suprascripto, quem professus est Sestertiis 41150. numis, in Sestertios 3600. numos, et Fundum Cornelianum, qui est in Placentino Pago Venerio, adfine Licinio Firmino, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3260. numos. (31.) Cornelia Severa professa est praedia rustica in Veleiate per Primigenium servum suum, et in Placentino Zosimum servum suum deducto vectigali, et quod Cornelius Gallicanus obligavit Sestertium undeciens 58150. numum accipere debet Sestertios 91110. et obligare Fundum Covanias et Ovilia in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Mommeio Persico, Vibio Severo et Populo, quem professus est Sestertiis 200000. in Sestertios 18000. Item Fundos Ollianos, Pomponianos, Sulpicianos, Covanias, Veconianum Pago et adfinibus suprascriptis, quos professus est Sestertiis 88000. in Sestertios 6885. numos. Item Fundum Bettonianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 32500. numis in Sestertios 3000. Item Fundum Protianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 48000. in Sestertios 4500. numos. Item Fundum Aulianum, Tituronianum pro parte tertia, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Afranio Apthoro, et Trebellio Memore, et Fundum Ulamunium pro parte suprascripta, qui est in Veleiate Pago Bagienno adfinibus Fabio Firmo, et Caio Vibio quos duabus summis professus est Sestertiis 112000. in Sestertios 5000. Item Fundum Moschianum, qui est Placentino Pago Vercellensi adfinibus Albio Secundo, et Varronia Apollonia, et Populo, quem professus est Sestertiis 48000. in Sestertios 3000. Item Hortos Publilianos Fadianos, qui sunt in Placentino Pago Salutare adfinibus Ennio Primo et Munatio Martiale quos professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 1000. Item Fundum Statianum Campianum, qui est in Placentino Pago Novioduno adfinibus Attiolino Paullino, et Vibio Secundo, quem professus est Sestertiis 50000. in Sestertios 3000. Item Fundum Appianum Passianum, qui est in Placentino Pago Briagontino adfinibus Cornelio Strabone, et Salonio Adepto, et Populo, quem professus est Sestertiis 102000. in Sestertios 8000. Item Fundum Octavianum Betutianum, qui est in Placentino Pago suprascripto adfinibus Tertio Feicone, et Licinio Catone, et Populo, quem professus est Sestertiis 33200. numis in Sestertios 1825. numos. Item Fundos Tirenteanos, Firmianos, Annisidianos in Placentino Pago Ceriale adfinibus Albiis fratribus, et Licinia Tertullina, quos professus est Sestertiis 52000. in Sestertios 4000. Item Fundum Largonianum in Placentino Pago Valentino adfine Geminio, quem professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 1500. Item Fundum Nattianum, Fabricianum qui est in Parmense Pago Mercuriale adfinibus Popilliis fratribus, Terentia Vera, et Populo, quem professus est Sestertiis 80000. in Sestertios 5500. Item Fundum Putuanum, Vetutianum in Parmensi Pago Mercuriale adfinibus Mammia Polla, et Arruntio Burdone, et Populo, et Arbistriano in Parmense Pago suprascripto adfine Fundo Nattiano, quos duabus summis professus est Sestertiis 22000. in Sestertios 1200. numos. Item Fundum Scaevianum pro parte dimidia qui est in Placentino et Veleiate Pago Vercellense, et Ambitrebio adfinibus Volumnio Verecundo, et Caio Pomponio, et Populo, quem professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2000. Item Fundum Scrofulanum et Succonianum in Placentino Pago Minervio adfinibus Cassiis fratribus Lucio Labinco, quem professus est Sestertiis 180000. in Sestertios 22000. Item Fundum Pomponianum Antonianum pro parte dimidia in Placentino Pago Cereale adfinibus Afrania Musa, et Populo, et Fundum Littonianum, Appianum, Ucubatianum, qui est in Placentino Pago Iulio adfinibus Vibullio Severo, et Populo et Silvas Castricianas, et Picianas, qui sunt in Placentino Pago Vercellense adfine Cornelia Severa. Item Agellos Vibullianos in Placentino Pago Apollinare adfinibus Afranio Prisco, et Populo quos pluribus summis professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 2000. Item Fundum Egnatianum, Safinianum, Pupianum, Mestrianum, Biturritam in Placentino Pago Herclanio adfinibus Munnio Severo et Cassio Iuvene, et Populo, quem professa est Sestertiis 53000. in Sestertios 3500. numos. (32.) Minicia Polla professa est praedia rustica Sestertiis 65400. numis accipere debet Sestertios 5231. numos, et obligare Fundum Venecianum, Terentianum, Domitianum, Petronianum, qui est in Veleiate Pago Floreio adfinibus Imperatore nostro, et Republica Lucensium, quem professa est Sestertiis 35000. in Sestertios 3200. numos. Item Fundum Sextianum Pago suprascripto, adfinibus Lucio Sulpicio, et Caio Dellio, et Populo, quem professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2031. numos. (33.) Titus Naevius Titulius per Naevium Cinnamum professus est praedia rustica Sestertiis 53900. numis, accipere debet Sestertios 4265. numos, et obligare Fundum Trim ... Tarquitianos Locresianum in Veleiate Pago Domitio adfinibus Licinio Catone, et Valerio Nepote, quem professus est Sestertiis 13800. numis in Sestertios 1060. Item Fundum Tarquitianum adfinibus Corneliis Helio, et Onesimo, et Populo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3200. numos. (34.) Caius Pontius Ligus per Lucium Pontium filium professus est Fundos Aulianos, Caerellianos, Pullienianos, Sornianos, et Fundum Paternum, et Fundum Naevianum, Titianum, et Fundum Metilianum, Velleianum, Helvianum, Granianum in Veleiate Pago Salvio superiori Vico Iruacco Sestertiis 62920. numis accipere debet Sestertios 4990. numos, et Fundos suprascriptos obligare. (35.) Valeria Ingenua per Valerium Lucrionem libertum suum professa est praedia rustica Sestertiis 69260. numis accipere debet Sestertios 5553. numos, et obligare Fundum Varpros in Veleiate Pago Statiello adfinibus Republica Lucensium, et Populo, quem professus est Sestertiis 12260. numis in Sestertios 1000. Item Fundum Aemilianum, Arruntianum in Veleiate Pago Velleio Vico Ucciae adfinibus Republica Lucensium, et Populo, quem professus est Sestertiis 57000. numis in Sestertios 4553. numos. (36.) Lucius Veturius Severus professus est praedia rustica Sestertiis 55800. numis accipere debet Sestertios 4426. numos, et obligare Fundum Valerianum Genaviam pro parte dimidia, et Fundum Liccoteucum pro parte quarta in Veleiate Pago Dianio adfinibus Clodiis et Licinio, quos duabus summis professus est Sestertiis 19800. numis in Sestertios 1226. numos. Item Fundum Caudiacas pro parte dimidia in Veleiate Pago Statiello adfinibus Coelio Vero, et Cornelio Probo, quem professus est Sestertiis 36000. in Sestertios 3200. numos. (37.) Lucius Valerius Parra per Valerium Acceptum filium suum professus est praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 98000. accipere debet Sestertios 7887. numos, et obligare Fundum Aminianum, Atilianum, Propertianum cum Casis Vectigalia Eburcianis Pollianum, Ferramianum Pago Floreio adfinibus Petronio Epimele, et Herennio Nepote, et Arruntia Tertullina, quem professus est Sestertiis 80000. in Sestertios 7000. Item Fundum Velabras pro parte dimidia, qui est in Placentino Pago Herculanio adfinibus Dellio Proculo, et Volumnio Carpo, quem professus est Sestertiis 20000. in Sestertios 887. numos. (38.) Betutia Fusca per Betutium libertum suum professus est deducto vectigali Fundum Popilianum, et Valerianum in Veleiate Pago Medutio adfinibus Imperatore nostro, et Republica Lucensium, et Aelio Severo, et Satrio Severo Sestertiis 90200. accipere debet Sestertios 7243. numos et Fundos suprascriptos obligare. (39.) Gittia Marcella professa est Saltum Drusianum cum Coloniis duabus Magimagiana, et Ferrania in Veleiate Pago Salvio adfinibus Antonio Vero, et Popilio agente, et Caio, et Lucio He-

rennis Naeviis fratribus qui ex reditu aestimatus est Sestertiis 100000. accipere debet Sestertios 8050. numos. (40.) Petronius Epimeles professus Fundum Carrufanianum, et Ventilianum cum Casis in Veleiate Pago Floreio, et in Placentino Pago Herculanio adfinibus Quinto Baebio Vero, et Virio Nepote, et Populo deducto vectigali Sestertiis 71256. numis accipere debet Sestertios 5714. numos, et obligare Fundos suprascriptos. (41.) Quintus Accaeus Aebutius Saturninus per Aebutium Hermen libertum suum professus praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 158800. numis accipere debet Sestertios 12716. numos, et obligare Fundos Antonianos in Veleiate Pago Albense Vico Lubello adfinibus Coelio Vero, Anniis, Arruntiis, et Republica Lucensium quos professus est Sestertiis 200000. (42.) Caius Naevius Firminus, et pupillus Naevius Memor per Lucium Naevium professi sunt praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 113600. numis accipere debent Naevius Firmus, et Naevius pupillus tutore, Auctore Sestertiis 9094. numis, et obligare Fundos Didianum, Albianum, Vibianum in Veleiate Pago Bagienno adfinibus Lucio et Caio Anniis, et Naeviis Vero et Prisco, et Sulpicia Priscilla et Populo quos professi sunt Sestertiis 74700. numis in Sestertios 4094. numos. Item Fundum Betutianum Ulamonium Pago suprascripto adfinibus Naeviis Vero, et Prisco, et Appiis Vero, et Marcello, et Licinio Catone, et Antonio Prisco, et Populo, quos professi sunt Sestertiis 98500. in Sestertios 5000. (43.) Coloni Lucenses publice professi sunt Saltus praediaque Bitunias, sive quo alio vocabulo sunt pro indiviso pro parte tertia, quae pars fuit Caii Attii Nepotis, et quascumque partes habuit Attius Nepos cum Anniis fratribus, et Republica Lucensium, et Coelio Vero. Item Saltus praediaque iuncta, qui Montes appellantur, quae fuerunt Attii Nepotis propria universaque. Item Saltus praediaque Uccae, et Saltus praediaque Latavio Vectigalia, et non Vectigalia, et Saltus praediaque Laeveli, et Saltus praediaque Berusetis, et Saltus praediaque Coeliana, et Saltus praediaque Boratiolae, et Saltus praediaque Varisto, et Saltus praediaque Laesis, et Saltus praediaque Dinium, et Saltus, praediaque Poptis, et Saltus, praediaque Tigulliae, et Saltus praediaque Mettiae, et Saltus praediaque Bargae, et Saltus praediaque Botelis, et Saltus praediaque Tarboniae, et Saltus praediaque Vellanium Vectigalia, et non Vectigalia, sive aliis nominibus vocabulisque sunt, qui sunt in Lucensi, et in Veleiate et in Parmense, et in Placentino, et Montibus adfinibus compluribus exceptis praediis Caerelliano Colle, et praediis, quae Attius Nepos cum Priscilla aliquando possedit Sestertium vicies quinquies deductis reliquis colonorum, et usuris pecuniae, et pretiis mancipiorum, quae in emptione eis cesserunt habita ratione etiam vectigalium Sestertiis 16000000. accipere debent Sestertios 128780. numos, et obligare Saltus sive praedia, quae sunt suprascripta deducta parte quarta. (44.) Titus Valius Verus professus est praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 246842. numis accipere debet Sestertios 19000. et obligare Fundum Caninianum in Placentino Pago Vercellense adfine Fisio Yacintho, et Petroniis fratribus, quos professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3000. Item Fundos Cornelianum, Dellianum Pago Ceriale adfinibus Valeriis fratribus, et aliis quos professus est Sestertiis 38700. numis in Sestertios 3000. Item Fundum sive Saltum Calventianum Sextianum cum Vadis, et Fundum Salvianum, et Campum Vectigalia, et non Vectigalia, et Fundo Eppiano Titiolano Histrioduno, et Fundis Tavrianis duobus, et Fundo Afriano Dextriano cum Meridibus omnibus, et alluvionibus iunctis praediis suprascriptis, quae sunt in Placentino Pago Sinnense adfinibus Galliis fratribus, et Quarto Modesto, et Republica Placentinorum et aliis, quos professus est Sestertiis 150200. numis in Sestertios 8000. Item Fundum Vitulianum in Placentino Pago Vercellense adfinibus Licinia Tertullina et Paganis Pagi Ambitrebii, quem professus est Sestertiis 80000. in Sestertios 5000. (45.) Publius Publicius senex professus est praedia rustica Sestertiis 271100. numis accipere debet Sestertios 21811. et obligare Fundum Numerianum, qui est in Placentino Pago Herculanio adfinibus Novellio Fusco, et Sulpicia Erato, quem professus est Sestertiis 37000. et Fundum Petronianum Pago suprascripto adfinibus Corneliis fratribus et Fundum suprascriptum, quem professus est Sestertiis 11000. in Sestertios 4000. Item Fundum Staniacum totum cum Casa Valeriana pro parte sexta Pago suprascripto adfinibus suprascriptis, et Novellio Fusco, et Populo, quem professus est Sestertiis 6000. et Fundum Birrianum Velleianum cum Meridibus, qui est Pago suprascripto, adfinibus Caio Lucilio, Lucio Virio, et Populo, quem professus est Sestertiis 46000. in Sestertios 4500. numos. Item Fundum Baebianum Pago suprascripto adfinibus Aurelia Exorata, et Publio Aurelio, et Populo, quem professus est Sestertiis 6000., et Fundum Pescennianum Pago suprascripto adfinibus Minicia Polla, et Callidia Vibia, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000. in Sestertios 2000. Item Fundum Vicrianum Pago suprascripto adfinibus Velleio Ingenuo, et Caerellio Vero, et Populo, quem professus est Sestertiis 8000., et Fundum Balbinianum Pago suprascripto adfine Populo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 4000. Item Fundum Lucilianum Pago suprascripto adfinibus Lucio Marcilio, Avillia Philena, et Fundi Sivoniani partem quartam Pago suprascripto adfine Sulpicia Erato, et Fundum Calidianum Pago suprascripto adfinibus Caio Marcilio, Lucio Ennio, et Fundum Marcilianum Pago suprascripto adfinibus Marcilio Pietate, et Sulpicia Erato, et Fundum Homusianum Pago suprascripto adfinibus Sulpicia Erato, et Sertoria Polla, quos pluribus summis professus est Sestertiis 42800. numis, in Sestertios 3500. Item Fundum Papirianum Pago suprascripto adfinibus Marco Virio, et Populo, et Fundum Matellianum Pago et adfinibus suprascriptis, et Fundum Velleianum Pago suprascripto adfinibus Lucio Sitrio, et Sulpicia Erato, et Fundum Calpurnianum Pago suprascripto adfinibus Dellio Vero, et Populo, et Fundum Lucilianum, Petronianum Pago suprascripto adfinibus Dellio Vero, et Valerio Vero, quos pluribus summis professus est Sestertiis 28000. in Sestertios 1840. numos. Item Fundum Plautianum, qui est in Placentino Pago Verontensi adfinibus Pompeio Primigenio, et Populo, et Fundum Philetianum cum Meride Vicriana in Placentino Pago Herculanio adfinibus Caerellio Vero, et Populo, quem duabus summis professus est Sestertiis 23600. numis in Sestertios 2000. (46.) Lucius Virius Fuscus professus est praedia rustica Sestertiis 269000. accipere debet Sestertios 21650. numos, et obligare Fundum Octavianum, qui est in Placentino Pago Herclanio adfinibus Gittia Marcellina, Albio Prisco et Populo, quem professus Sestertiis 36000. in Sestertios 3150. numos. Item Fundum Virtianum, qui est in Placentino Pago suprascripto adfinibus Velleio Ingenuo, Licinio Senino, et Populo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos, et Fundum Numisianum Pago suprascripto adfinibus Petronio Servando, et Raecio Fortunato, et Populo, quem professus est Sestertiis 65000. in Sestertios 6500. numos. Item Fundum Hostilianum Pago suprascripto adfinibus Tito Avilio, et Licinio Senino, et Populo, quem professus est Sestertiis 10000. Item Fundum Virtianum Pago suprascripto adfinibus Publicio Senino, et Pomponia Procula, quem professus est Sestertiis 36000. in Sestertios 4000. Item Fundum Pistellianum Pago suprascripto adfinibus Marco Vibio, et Olio Crescente, et Populo, quem professus est Sestertiis 30000. et Fundum Calvianum Pago suprascripto adfinibus Tullio Primigenio, et Olio Pudente, quem professus est Sestertiis 20000. in Sestertios 4500. numos. *Tabula Alimentaria Traiani Veleiatens. ex rec. Pet. de Lama p.* 129 — 153. — *Papinianus Lib. II. de Adulteriis.* Triginta dies repetendi rei divus Traianus utiles esse interpretatus est, ex die scilicet, quo feriae finitae sunt, et senatus censuit, eas dies cedere, quibus quisque reum suum repetere possit. *L.* 10, § 2 *D. ad Senatuscons. Turpill.* 48, 16. Cf. Plin. Ep. 6, 33. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Divus Traianus Minicio Natali rescripsit, ferias a forensibus tantum negotiis dare vacationem; ea autem, quae ad disciplinam militarem pertinent, etiam feriatis

diebus peragenda, inter quae custodiarum quoque cognitionem esse. *L.* 9 *D. de Feriis* 2, 12. — * *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Philadelpho.* Titulo non praecedente, quibus dominia servorum quaeri solent, municipum libertus servus non efficitur. Si itaque secundum legem Vectibulici, cuius potestatem senatusconsulto, Iuventio Celso iterum et Neratio Marcello consulibus facto, ad provincias porrectam constitit, manumissus civitatem Romanam consecutus es, post vero ut libertus tabulariam administrando libertatem, quam fueras consecutus, non amisisti, nec actus tuus filio ex liberis ingenuo suscepto, quominus decurio esse possit, obfuit. *L.* 3 *C. de Servis reipubl.* 7, 9. Cf. a. 129.

857. p. C. n. 104. NERVA TRAIANO AUG. V. L. APPIO MAXIMO II. COSS.

Imp. Caesari Divi Nervae F. Nervae Traiano Aug. Germanico Dacico Pontifici Maximo Tribunit. Pot. VII. Imp. IIII. Cos. V. P. P. Tribus XXXV Quod Liberalitate Optimi Principis Commoda Earum Etiam Locorum Adiectione Ampliata Sint. *Inscr. Lapid. ap. Orell.* 3065. — Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 19. — *Traianus Plinio S.* Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi non sunt: si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen, ut qui negaverit se Christianum esse, idque re ipsa manifestum fecerit, id est, supplicando diis nostris, quamvis suspectus in praeteritum fuerit, veniam ex poenitentia impetret. Sine auctore vero propositi libelli nullo crimine locum habere debent. Nam et pessimi exempli, nec nostri saeculi est. *Plin. Epist.* 10, 98. — Plinius Secundus, quum provinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum imperatorem ... Tunc Traianus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. *Tertull. Apol.* 2. — *Οὗτος προσέταξε τὸ χριστιανὸν φῦλον μὴ ἐκζητεῖσθαι, ἐμπεσὸν δὲ κολάζεσθαι.* Idem edixit, ne Christiani conquirerentur, oblati autem punirentur. *Cedrenus Hist. p.* 437. — *Πρὸς ἃ τὸν Τραϊανὸν δόγμα τοιοῦτον τεθεικέναι· τὸ Χριστιανῶν φῦλον μὴ ἐκζητεῖσθαι μὲν, ἐμπεσὸν δὲ κολάζεσθαι.* Quibus respondens Traianus edixit: Christianos quidem requirendos non esse, oblatos vero puniri oportere. *Euseb. Hist. Eccl.* 3, 23. *Prosper. Chron. p.* 575. — *Τὸν αὐτοκράτορα (Τραϊανὸν) θεσπίσαι, μὴ ἐκζητεῖσθαι τοὺς κεκλημένους ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἐμπεσόντας δέ γε κολάζεσθαι.* Imperatorem (Traianum) edixisse, ne inquirerentur Christiani, sed oblati punirentur. *Zonaras* 11, 22. Cf. Euseb. Chron. ad a. 2122, 2123, Traian. 9, 10. — *Πρὸς ὃν ἀντέγραψε Τραϊανὸς, μὴ ἐκζητεῖσθαι Χριστιανούς.* Ad quem Traianus rescripsit, Christianos ad mortem non inquirendos. *Syncellus p.* 655. — *Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς πανταχοῖ ἄρχουσι τοῦτο ἐκέλευσε, μὴ φονεύειν τοῦ λοιποῦ τοὺς λεγομένους Χριστιανούς.* Edixit autem Traianus (Tiberiano V.) ceterisque praefectis, ut in posterum a Christianorum caedibus abstinerent. *Malalas* 11, *p.* 273. — In persequendis sane Christianis errore deceptus, tertius a Nerone, quum passim repertos cogi ad sacrificandum idolis ac detrectantes interfici praecepisset, plurimique interficerentur, Plinii Secundi, qui inter ceteros iudices persecutor datus fuerat, relatu admonitus, eos homines praeter confessionem Christi honestaque conventicula nihil contrarium Romanis legibus facere, fiducia sane innocentis confessionis nemini mortem gravem ac formidolosam videri, rescriptis illico lenioribus temperavit edictum. *Orosius* 7, 12. — Traianus quum tormentis et quaestionibus nihil in Christianis morte aut poena dignum reperisset, saeviri in eos ultra vetuit. *Sulpit. Hist.* 2, 31. Cf. Suidas v. *Τραϊανός.* — *Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Τραϊανοῦ διωγμὸς μέγας τῶν Χριστιανῶν ἐγένετο καὶ πολλοὶ ἐτιμωρήθησαν.* Eodem imperante Traiano Christianorum gravis persecutio facta est et plurimi supplicio affecti sunt. *Malalas* 11, *p.* 269. *Chron. Pasch. p.* 470. — *Traianus Plinio S.* Civitatem Alexandrinam secundum institutionem principum non temere dare proposui, sed quum Harpocrati, iatraliptae tuo, iam civitatem Romanam impetraveris, huic quoque petitioni tuae negare non sustineo. *Plin. Ep.* 10, 23. — *Traianus Plinio S.* Possumus apud Prusenses area ista cum domo collapsa, quam vacare scribis, ad exstructionem balinei uti; illud tamen parum expressisti, an aedes in peristylio Claudio facta esset. Nam si facta esset aedes, licet collapsa sit, religio eius occupavit solum. *Plin. Ep.* 10, 76. — *Traianus Plinio S.* Et mihi scribit Gabius Bassus, non sufficere sibi eum militum numerum, qui ut daretur illi, mandatis meis complexus sum. Quod quaeris, scripsisse me, ut notum haberes, his literis subiici iussi ... Nobis utilitas demum spectanda est et, quantum fieri potest curandum, ne milites a signis absint. *Plin. Ep.* 10, 33. — *Traianus Plinio S.* Potuisti non haerere, mi Secunde carissime, circa id, de quo me consulendum existimasti, quum propositum meum optime nosses, non ex metu, nec terrore hominum aut criminibus maiestatis reverentiam nomini meo acquiri. Omissa ergo ea quaestione, quam non admitterem, etiamsi exemplis adiuvaretur, ratio totius operis effecti sub cura tua Cocceiano Dioni excutiatur, quum et utilitas civitatis exigat, nec aut recuset Dion aut debeat recusare. *Plin. Ep.* 10, 86. — *Traianus Plinio S.* Tibi quidem secundum exempla complurium in mentem venit, posse collegium fabrorum apud Nicomedenses constitui. Sed meminerimus, provinciam istam et praecipue eas civitates ab eiusmodi factionibus esse vexatas. Quodcunque nomen ex quacunque causa dederimus iis, qui in idem contracti fuerint, hetaeriae, quamvis breves, fient. Satius itaque est, comparari ea, quae ad coercendos ignes auxilio esse possint, admonerique dominos praediorum, ut et ipsi inhibeant, ac, si res poposcerit, accursu populi ad hoc uti. *Plin. Ep.* 10, 43. — *Traianus Plinio S.* Nihil opus est, mi Secunde carissime, ad continendas custodias plures commilitones converti. Perseveremus in ea consuetudine, quae isti provinciae est, ut per publicos servos custodiantur ... Inprimis enim, sicut scribis, verendum est, ne, si permisceantur servis publicis milites, mutua inter se fiducia negligentiores sint, sed et illud haereat nobis, quam paucissimos milites a signis avocandos esse. *Plin. Ep.* 10, 31. — *Traianus Plinio S.* Secundum mandata mea fecit Sempronius Caelianus, mittendo ad te eos (inter tirones duos servos), de quibus cognosci oportebit, an capitale supplicium meruisse videantur. Refert autem, voluntarii se obtulerint, an lecti sint vel etiam vicarii dati. Lecti si sunt, inquisitor peccavit; si vicarii dati, penes eos culpa est, qui dederunt: si ipsi, quum haberent conditionis suae conscientiam, venerunt, animadvertendum in illos erit. Neque enim multum interest, quod nondum per numeros distributi sunt. Ille enim dies, quo primum probati sunt, veritatem ab his originis suae exegit. *Plin. Ep.* 10, 39. — *Traianus Plinio S.* Memineris, idcirco te in istam provinciam missum, quoniam multa in ea emendanda apparuerint. Erit autem vel hoc maxime corrigendum, quod, qui damnati ad poenam erant, non modo ea sine auctore, ut scribis, liberati sunt, sed etiam in conditionem proborum ministrorum retrahuntur. Qui igitur intra hos proximos decem annos damnati, nec ullo idoneo auctore liberati sunt, hos oportebit poenae suae reddi: si qui vetustiores invenientur et senes ante annos decem damnati, distribuamus illos in ea ministeria, quae non longe a poena sint. Solent enim eiusmodi ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum et vicorum dari. *Plin. Ep.* 10, 41. — *Traianus Plinio S.* Nunc quidem proficiscentem, ad comparationem frumentorum, Maximum, libertum meum, recte militibus instruxisti. Fungebatur enim et ipse extraordinario munere. Quum ad pristinum actum reversus fuerit, sufficient illi duo a te dati milites et totidem a Virbio Gemellino, procuratore meo, quem adiuvat. *Plin. Ep.* 10, 37. — *C. Plinius Traiano Imp. S.* Requirenti mihi Byzantiorum reipublicae impendia, quae maxima fecit, indicatum est, Domine, legatum ad te salutandum annis omnibus cum psephismate mitti eique dari numorum duodena millia. Memor ergo propositi tui legatum quidem retinendum, psephisma

autem mittendum putavi, ut simul et sumtus levaretur et impleretur publicum officium. Eidem civitati imputata sunt terna millia, quae viatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum, qui Moesiae praeest, publice salutandum. Haec ego in posterum circumcidenda existimavi. Te, Domine, rogo, ut, quid sentias, rescribendo, aut consilium meum confirmare aut errorem emendare digneris. *Plin. Ep.* 10, 52. — *Traianus Plinio S.* Optime fecisti, Secunde carissime, duodena ista Byzantiis, quae ad salutandum me in legatum impendebantur, remittendo. Fungebatur his partibus, etsi solum eorum psephisma per te missum fuerit. Ignoscet illis et Moesiae praeses, si minus illum sumtuose coluerint. *Plin. Ep.* 10, 53. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Diplomata, Domine, quorum dies praeterita, an omnino observari et quamdiu velis, rogo scribas meque haesitatione liberes. Vereor enim, ne in alterutram partem ignorantia lapsus aut illicita confirmem aut necessaria impediam. *Plin. Ep.* 10, 54. — *Traianus Plinio S.* Diplomata, quorum praeteritus est dies, non debent esse in usu: ideo inter prima iniungo mihi, ut per omnes provincias ante mittam nova diplomata, quam desiderari possint. *Plin. Ep.* 10, 55. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Quum vellem, Domine, Apameae cognoscere publicos debitores et reditum et impendia, responsum est mihi, cupere quidem universos, ut a me rationes coloniae legerentur; nunquam tamen esse lectas ab ullo proconsulum: habuisse privilegium et vetustissimum morem arbitrio suo rempublicam administrare. Exegi, ut, quae dicebant quaeque recitabant, libello complecterentur: quem tibi, qualem acceperam, misi; quamvis intelligerem, pleraque ex illo ad id, de quo quaeritur, non pertinere. Te rogo, ut mihi praecipere digneris, quid me putes observare debere. Vereor enim, ne aut excessisse aut non implesse officii mei partes videar. *Plin. Ep.* 10, 56. — *Traianus Plinio S.* Libellus Apameorum, quem epistolae tuae iunxeras, remisit mihi necessitatem perpendendi, qualia essent, propter quae videri volunt eos, qui pro consulibus hanc provinciam obtinuerunt, abstinuisse inspectione rationum suarum, quum ipsum te, ut eas inspiceres, non recusaverint. Remuneranda est igitur probitas eorum, ut iam nunc sciant hoc, quod inspecturus es, ex mea voluntate salvis, quae habent, privilegiis esse facturum. *Plin. Ep.* 10, 57. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Pecuniae publicae, Domine, providentia tua et ministerio nostro et iam exactae sunt et exiguntur: quae vereor, ne otiosae iaceant. Nam et praediorum comparandorum aut nulla aut rarissima occasio est: nec inveniuntur, qui velint debere rei publicae, praesertim duodenis assibus, quanti a privatis mutuantur. Dispice ergo, Domine, numquid minuendam usuram ac per hoc idoneos debitores invitandos putes et, si nec sic reperiuntur, distribuendam inter decuriones pecuniam, ita ut recte rei publicae caveant: quod quamquam invitis et recusantibus minus acerbum erit leviore usura constituta. *Plin. Ep.* 10, 62. — *Traianus Plinio S.* Et ipse non aliud remedium dispicio, mi Secunde carissime, quam ut quantitas usurarum minuatur, quo facilius pecuniae publicae collocentur. Modum eius ex copia eorum, qui mutuabuntur, tu constitues. Invitos ad accipiendum compellere, quod fortassis ipsis otiosum futurum sit, non est ex iustitia nostrorum temporum. *Plin. Ep.* 10, 63. — *Traianus Plinio S.* Quid in persona eorum statuendum sit, qui a P. Servilio Calvo proconsule in triennium relegati et mox eiusdem edicto restituti in provincia remanserunt, proxime tibi rescribam, quum causas eius facti a Calvo requisiero. Qui a Iulio Basso in perpetuum relegatus est, quum per biennium agendi facultatem habuerit, si existimabat se iniuria relegatum, neque id fecerit atque in provincia morari perseverarit, vinctus mitti ad praefectos praetorii mei debet. Neque enim sufficit eum poenae suae restitui, quam contumacia elusit. *Plin. Ep.* 10, 65. — *Traianus Plinio S.* Potuit quidem ignorasse Domitianus, in quo statu esset Archippus, quum tam multa ad honorem eius pertinentia scriberet: sed meae naturae accommodatius est credere etiam statui eius subventum interventu principis; praesertim quum etiam statuarum ei honor totiens decretus sit ab iis, qui non ignorabant, quid de illo Paulus proconsul pronuntiasset. Quae tamen, mi Secunde carissime, non eo pertinent, ut, si quid illi novi criminis obiicitur, minus de eo audiendum putes. Libellos Furiae Primae accusatricis, item ipsius Archippi, quos alteri epistolae tuae iunxeras, legi. *Plin. Ep.* 10, 68. — *Traianus Plinio S.* Quaestio ista, quae pertinet ad eos, qui liberi nati expositi, deinde sublati a quibusdam et in servitute educati sunt, saepe tractata est: nec quidquam invenitur in commentariis eorum principum, qui ante me fuerunt, quod ad omnes provincias sit constitutum. Epistolae sane sunt Domitiani ad Avidium Nigrinum et Armenium Brocchum, quae fortasse debeant observari: sed inter eas provincias, de quibus rescripsit, non est Bithynia: et ideo nec assertionem denegandam iis, qui ex eiusmodi causa in libertatem vindicabuntur, puto, neque ipsam libertatem redimendam pretio alimentorum. *Plin. Ep.* 10, 72. Cf. supr. p. 33 col. 1. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Petentibus quibusdam, ut sibi reliquias suorum aut propter iniuriam vetustatis aut propter fluminis incursum aliaque his similia quaecunque secundum exemplum proconsulum transferre permitterem, quia sciebam in urbe nostra ex eiusmodi causa collegium pontificum adiri solere, te, Domine, maximum pontificem consulendum putavi, quid observare me velis. *Plin. Ep.* 10, 73. — *Traianus Plinio S.* Durum est iniungere necessitatem provincialibus pontificum adeundorum, si reliquias suorum propter aliquas iustas causas transferre ex loco in alium locum velint. Sequenda ergo potius tibi exempla sunt eorum, qui isti provinciae praefuerunt, et ex causa cuique ita aut permittendum aut negandum. *Plin. Ep.* 10, 74. — *C. Plinius Traiano Imperatori S.* Providentissime, Domine, fecisti, quod praecepisti Calpurnio Macro, clarissimo viro, ut legionarium centurionem Byzantium mitteret. Dispice an etiam Iuliopolitanis simili ratione consulendum putes: quorum civitas, quum sit perexigua, onera maxima sustinet tantoque graviores iniurias, quanto et infirmior, patitur. Quidquid autem Iuliopolitanis praestiteris, id etiam toti provinciae proderit. Sunt enim in capite Bithyniae plurimisque per eam commeantibus transitum praebent. *Plin. Ep.* 10, 81. — *Traianus Plinio S.* Ea conditio est civitatis Byzantiorum confluente undique in eam commeantium turba, ut secundum consuetudinem praecedentium temporum honoribus eius praesidio centurionis legionarii consulendum habuerimus: si Iuliopolitanis succurrendum eodem modo putaverimus, onerabimus nos exemplo: plures enim, et quanto infirmiores erunt, idem petent. Fiduciam eam diligentiae tuae habeo, ut credam te omni ratione id acturum, ne sint obnoxii iniuriis. Si qui autem se contra disciplinam meam gesserint, statim coërceantur: aut, si plus admiserint, quam ut in re praesenti satis puniantur, si milites erunt, legatis eorum, quae deprehenderis, notum facies: aut, si in urbem versus venturi erunt, mihi scribes. *Plin. Ep.* 10, 82. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Cautum est, Domine, Pompeia lege, quae Bithynis data est, ne quis capiat magistratum neve sit in senatu minor annorum triginta. Eadem lege comprehensum est, ut, qui ceperint magistratum, sint in senatu. Secutum est dein edictum divi Augusti, quo permisit minores magistratus ab annis duobus et viginti capere. (Vid. supr. p. 4.) Quaeritur ergo, an qui minor triginta annorum gessit magistratus, possit a censoribus in senatum legi? et, si potest, an ii quoque, qui non gesserint, possint per eandem interpretationem ab ea aetate senatores legi, a qua illis magistratum gerere permissum est? quod alioqui factitatum adhuc et esse necessarium dicitur, quia sit aliquanto melius honestorum hominum liberos quam e plebe in curiam admitti. Ego a destinatis censoribus, quid sentirem, interrogatus, eos quidem, qui minores triginta annis gessissent magistratum, putabam posse in senatum et secundum edictum Augusti et secundum legem Pompeiam legi: quoniam Augustus gerere magistratus minoribus annis triginta permisisset, lex senatorem esse voluisset, qui gessisset magistratum. De iis autem, qui non gessissent, quam-

vis essent aetatis eiusdem, cuius illi, quibus gerere permissum est, haesitabam; per quod effectum est, ut te, Domine, consulerem, quid observari velles. Capita legis, tum edictum Augusti, literis subieci. *Plin. Ep.* 10, 83. — *Traianus Plinio S.* Interpretationi tuae, mi Secunde carissime, * * existimo hactenus edicto divi Augusti novatam esse legem Pompeiam, ut magistratum quidem capere possent ii, qui non minores duorum et viginti annorum essent: et qui cepissent, in senatum cuiusque civitatis pervenirent. Ceterum, non capto magistratu, eos, qui minores triginta annorum sint, quia magistratum capere possint, in curiam etiam loci cuiusque non existimo legi posse. *Plin. Ep.* 10, 84. — *Traianus Plinio S.* Nicaeensibus, qui intestatorum civium suorum concessam vindicationem bonorum a divo Augusto affirmant, debebis vacare contractis omnibus personis ad idem negotium pertinentibus, adhibitis Virdio Gemellino et Epimacho liberto meo, procuratoribus, ut aestimatis etiam iis, quae contra dicuntur, quod optimum credideritis, statuatis. *Plin. Ep.* 10, 88. — *Traianus Plinio S.* Amisenos, quorum libellum epistolae tuae iunxeras, si legibus istorum, quibus de officio foederis utuntur, concessum est eranum habere, possumus, quo minus habeant, non impedire, eo facilius, si tali collatione non ad turbas et ad illicitos coetus, sed ad sustinendam tenuiorum inopiam utuntur. In ceteris civitatibus, quae nostro iure obstrictae sunt, res huiusmodi prohibenda est. *Plin. Ep.* 10, 94. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, et mores eius secutus et studia iampridem, Domine, in contubernium assumsi tantoque magis diligere coepi, quanto hunc propius inspexi. Huic ius trium liberorum necessarium faciunt duae causae: nam et iudicia amicorum promeretur et parum felix matrimonium expertus est: impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegavit. Scio, Domine, quantum beneficium petam. Sed peto a te, cuius in omnibus desideriis meis indulgentiam experior. Potes autem colligere, quanto opere cupiam, quod non rogarem absens, si mediocriter cuperem. *Plin. Ep.* 10, 95. — *Traianus Plinio S.* Quam parce haec beneficia tribuam, utique, mi Secunde carissime, haeret tibi, quum etiam in senatu affirmare soleam non excessisse me numerum, quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum: tuo tamen desiderio subscripsi et dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione, qua assuevi, referri in commentarios meos iussi. *Plin. Ep.* 10, 96.

858. p. C. n. 105. T. IULIO CANDIDO II. A. IULIO QUADRATO II. COSS.

Traianus Plinio S. Quum honestissime iis, qui apud fidem tuam a Valerio Paulino depositi sunt, consultum velis mature per me, iis interim, quibus nunc petisti, dedisse me ius Quiritium referri in commentarios meos iussi, idem facturus in ceteris, pro quibus petieris. *Plin. Ep.* 10, 106. — *Traianus Plinio S.* Libellum P. Accii Aquilae, centurionis cohortis sextae equestris, quem mihi misisti, legi: cuius precibus motus dedi filiae eius civitatem Romanam. Libellum rescripti, quem illi redderes, misi tibi. *Plin. Ep.* 10, 108. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Quid habere iuris velis et Bithynas et Ponticas civitates in exigendis pecuniis, quae illis vel ex locationibus vel ex venditionibus aliisve causis debeantur, rogo, Domine, rescribas. Ego inveni a plerisque proconsulibus concessam eis protopraxian eamque pro lege valuisse. Existimo tamen tua providentia constituendum aliquid et sanciendum, per quod utilitatibus eorum in perpetuum consulatur. Nam quae sunt ab aliis instituta, sint licet sapienter indulta, brevia tamen et infirma sunt, nisi illis tua contingit auctoritas. *Plin. Ep.* 10, 109. — *Traianus Plinio S.* Quo iure uti debeant Bithynae vel Ponticae civitates in iis pecuniis, quae ex quaque causa rei publicae debebuntur, ex lege cuiusque animadvertendum est. Nam sive habent privilegium, quo ceteris creditoribus anteponantur, custodiendum est: sive non habent, in iniuriam privatorum id dari a me non oportebit. *Plin. Ep.* 10, 110. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Ecdicus, Domine, Amisenorum civitatis petebat apud me a Iulio Pisone denariorum circiter XL millia donata ei publice ante XX annos bule et ecclesia consentiente: nitebaturque mandatis tuis, quibus eiusmodi donationes vetantur. Piso contra plurima se in rem publicam contulisse ac prope totas facultates erogasse dicebat. Addebat etiam temporis spatium postulabatque, ne id, quod pro multis et olim accepisset, cum eversione reliquae dignitatis reddere cogeretur. Quibus ex causis integram cognitionem differendam existimavi, ut te, Domine, consulerem, quid sequendum putares. *Plin. Ep.* 10, 111. — *Traianus Plinio S.* Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita, ne multorum securitas subruatur, factas ante aliquantum temporis retractari atque in irritum vindicari non oportet. Quidquid ergo ex hac causa actum ante viginti annos erit, omittamus. Non minus enim hominibus cuiusque loci quam pecuniae publicae consultum volo. *Plin. Ep.* 10, 112. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Lex Pompeia, Domine, qua Bithyni et Pontici utuntur, eos, qui buleutae a censoribus leguntur, dare pecuniam non iubet: sed ii, quos indulgentia tua quibusdam civitatibus super legitimum numerum adiicere permisit, et singula millia denariorum et bina intulerunt. Anicius deinde Maximus proconsul eos etiam, qui a censoribus legerentur, duntaxat in paucissimis civitatibus aliud aliis iussit inferre. Superest ergo, ut ipse dispicias, an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutae leguntur, debeant pro introitu dare. Nam quod in perpetuum mansurum est, a te constitui decet, cuius factis dictisque debetur aeternitas. *Plin. Ep.* 10, 113. — *Traianus Plinio S.* Honorarium decurionatus omnes, qui in quaque civitate Bithyniae decuriones fiunt, inferre debeant necne, in universum a me non potest statui. Id ergo, quod semper tutissimum est, sequendam cuiusque civitatis legem puto: scilicet adversus eos, qui inviti fiunt decuriones, id existimo acturos, ut praefatio ceteris praeferatur. *Plin. Ep.* 10, 114. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Lege, Domine, Pompeia permissum Bithynicis civitatibus adscribere sibi quos vellent cives, dum ne quis earum civitatum, quae sunt in Bithynia. Eadem lege sancitur, quibus de causis senatu a censoribus eiiciantur. Inde me quidam ex censoribus consulendum putaverunt, an eiicere deberent eum, qui esset alterius civitatis. Ego, quia lex sicut adscribi civem alienum vetabat, ita eiici e senatu ob hanc causam non iubebat; praeterea quod affirmabatur mihi in omni civitate plurimos esse buleutas ex aliis civitatibus futurumque, ut multi homines multaeque civitates concuterentur; eaque pars legis iampridem consensu quodam exolevisset: necessarium existimavi consulere te, quid servandum putares. Capita legis his literis subieci. *Plin. Ep.* 10, 115. — *Traianus Plinio S.* Merito haesisti, Secunde carissime, quid a te rescribi oporteret censoribus consulentibus, an in senatum aliarum civitatum, eiusdem tamen provinciae cives adscriberentur. Nam et legis auctoritas et longa consuetudo usurpata contra legem in diversum movere te potuit. Mihi hoc temperamentum eius placuit, ut ex praeterito nihil novaremus, sed manerent quamvis contra legem adsciti quarumcunque civitatum cives: in futurum autem lex Pompeia observaretur; cuius vim si retro quoque velimus custodire, multa necesse est perturbari. *Plin. Ep.* 10, 116. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Qui virilem togam sumunt vel nuptias faciunt vel ineunt magistratum vel opus publicum dedicant, solent totam bulen atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare binosque denarios vel singulos dare: quod an celebrandum et quatenus putes, rogo scribas. Ipse enim sicut arbitror praesertim ex solennibus causis concedendum ius invitationis, ita vereor, ne ii, qui mille homines, interdum etiam plures, vocant, modum excedere et in speciem dianomes incidere videantur. *Plin. Ep.* 10, 117. — *Traianus Plinio S.* Merito vereris, ne in speciem dianomes incidat invitatio, quae et in numero modum excedit et quasi per corpora, non viritim singulos ex notitia, ad solennes sportulas contrahit. Sed ego ideo prudentiam tuam

elegi, ut formandis istius provinciae moribus ipse moderareris et ea constituas, quae ad perpetuam eius provinciae quietem essent profutura. *Plin. Ep.* 10, 118. — *C. Plinius Traiano Imperatori.* Athletae, Domine, ea, quae pro iselasticis certaminibus constituisti, deberi sibi putant statim ex eo die, quo sunt coronati: nihil enim referre, quando sint patriam invecti, sed quando certamine vicerint, ex quo invehi possint. Ego contrascribo „iselastici nomine": ita ut vehementer addubitem, an sit potius id tempus, quo *εἰσήλασαν*, intuendum. Iidem obsonia petunt pro eo agone, qui a te iselasticus factus est, quamvis vicerint ante, quam fieret. Aiunt enim congruens esse, sicut non detur sibi pro iis certaminibus, quae esse iselastica, postquam vicerunt, desierunt, ita pro iis dari, quae esse coeperunt. Hic quoque non mediocriter haereo, ne cuiusquam retro habeatur ratio; dandaque, quae tunc, quum vincerent, non debebantur. Rogo ergo, ut dubitationem meam regere, id est, beneficia tua interpretari ipse digneris. *Plin. Ep.* 10, 119. — *Traianus Plinio S.* Iselasticum tunc primum mihi videtur incipere deberi, quum quis in civitatem suam ipse *εἰσήλασεν*. Obsonia eorum certaminum, quae iselastica esse placuit mihi, si ante iselastica non fuerunt, retro non debentur. Nec proficere pro desiderio athletarum potest quid eorum, quae postea iselastica non lege constitui, quam, qui ierant, accipere desierunt: mutata enim conditione certaminum nihilominus, quae ante peregerat, non revocantur. *Plin. Ep.* 10, 120. — Fecerat et Traianus olim (condonaverat residua tributorum), sed partibus retentis non habebat tantam oblectationem debiti portio, quanta suberat amaritudo servati. *Ausonius in Grat. Act. p.* 730. *Auct. Chron. Alexandr. ad a.* 105.

859. p. C. n. 106. L. CEIONIO COMMODO VERO ET CEREALI COSS.

Traianus Plinio S. Merito habuisti, Secunde carissime, fiduciam animi mei, nec dubitandum fuisse, si exspectasses, donec me consuleres, an iter uxoris tuae diplomatibus, quae officio tuo dedi, adiuvandum esset, quum apud amitam suam uxor tua deberet etiam celeritate gratiam adventus sui augere. *Plin. Ep.* 10, 122. — *Ἡ Δακία Ῥωμαίων ὑπήκοος ἐγένετο, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ ὁ Τραϊανὸς κατῴκισεν ... Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον καὶ Πάλμας τῆς Συρίας ἄρχων τὴν Ἀραβίαν τὴν πρὸς τῇ Πέτρᾳ ἐχειρώσατο, καὶ Ῥωμαίων ὑπήκοον ἐποιήσατο.* Dacia in potestatem populi Romani venit in eaque Traianus colonias instituit ... Per idem tempus Palma, praefectus Syriae, cepit eam Arabiae partem, quae Petram attingit redegitque in ditionem populi Romani. *Dio Cass.* 68, 14. — Daciam, Decibalo victo, subegit ... provincia trans Danubium facta in his agris, quos nunc Taiphali habent [et Victophali et Thervingi], Traianus Daciam provinciam facit. *Euseb. Chron. ad a.* 2117, *Traian.* 4. — *Τραϊανὸς ἐπαρχίαν ἐποίησε τὴν Δακίαν.* Traianus Daciam in provinciam redegit. *Syncell. p.* 655. — Traianus victa Dacia ex toto orbe Romano infinitas eo copias hominum transtulerat ad agros et urbes colendas. *Eutrop.* 8, 3. — Daciam trans Danubium in solo Barbariae provinciam fecit. *Rufus Fest. Brev.* 10. — *Κἀντεῦθεν τὸ ἔθνος τὸ τῶν Δακῶν καὶ ἡ χώρα σφῶν Ῥωμαίοις ὑπήκοος γέγονε.* Ex eoque gens Dacorum eorumque provincia Romanis parere coepit. *Zonaras* 11, 21. — *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἐποίησε καὶ τὴν Ἄμιδαν μητρόπολιν, καλέσας ἐπαρχίαν Μεσοποταμίαν, ἀπομερίσας αὐτὴν ἀπὸ Ὀσδροηνῆς, δοὺς καὶ ἄρχοντα αὐτῇ καὶ δίκαιον μητροπόλεως. ἐποίησε δὲ καὶ ἄλλην ἐπαρχίαν εἰς τὸν Δάνυβιν ποταμὸν, ἣν ἐκάλεσε Δακίαν παραποταμίαν.* Idem imperator Amidam in metropolim fecit et Mesopotamiam, ab Osdroëna seiunctam, in provinciae formam redegit, praefecto iureque metropolitico ei concessis. Provinciam etiam aliam fecit, ad Danubium flumen, quam Daciam Parapotamiam nominavit. *Malalas* 11, *p.* 274. Cf. Aurelianus.

864—865. p. C. n. 111—112.

* *Μοθωναίοις δὲ βασιλεὺς μὲν Τραϊανὸς ἔδωκεν, ἐλευθέρους ὄντας ἐν αὐτονομίᾳ πολιτεύεσθαι.* At Traianus Caesar Mothonaeis concessit, ut cum liberis populis censerentur et suis legibus uterentur. *Pausan. Messen.* 4, 35. — * *Ulpianus Lib. I. de Censibus.* In Dacia quoque Zernensium (al. Ernensium, s. Cyrenensium) colonia a divo Traiano deducta iuris Italici est. *L.* 1, § 8 *D. de Censibus* 50, 15. — Traiani Augusti condita colonia Dacica Sarmiz. *Inscript. lapid.* Cf. Rhein. Mus. f. Philol. N. F. T. II. p. 254 sqq. — Postquam maximus imperator victoria Daciam proxime reseravit, statim ut e septentrionali plaga annua vice transire permisit. *Balbi ad Celsum Expos. p.* 93. — * Parentes eius (Maximiani) censui subiugati fuerant, quem Traianus Dacis assidue rebellantibus poenae gratia victor imposuit. *Lactantius de Morte persec.* 23. — Nuper ecce quidam evocatus Augusti, vir militaris disciplinae, professionis quoque nostrae capacissimus, quum in Pannonia agros veteranis ex voluntate et liberalitate imperatoris Traiani Augusti Germanici assignaret, in aere, id est in formis non tantum modum, quem assignabat, adscripsit aut notavit, sed et extrema linea uniuscuiusque modum comprehendit: uti acta est mensura assignationis, ita inscripsit longitudinis et latitudinis modum; quo facto nullae inter veteranos lites contentionesque ex his terris nasci poterunt. *Hygin. de Condit. Agr. p.* 121. — * Variis locis deficientibus veteranis iussu imp. Caesaris Traiani agri terminis lapideis sunt assignati, qui termini recipiunt mensuram parallelogrammam ... huius territorii forma in tabula aeris ab imperatore Traiano iussa est describi. *Lib. Colon. I. p.* 223. — * Hispanis exhaustis Italica allectione contra Traiani praecepta verecunde consuluit. *Capitolin. M. Antonin.* 11. — Duae tabulae missionis, tertia ann. 863 et duae aliae ann. incert. *Vesme l. c. p.* 19 sq.

867. p. C. n. 114. Q. NINNIO HASTA P. MANILIO VOPISCO COSS.

Tabula missionis. *Acta Imp. Scient. Soc. Austr. Phil. Hist. Class. Vindob.* 1853. p. 353 sqq. — *Ἀρμενίαν μὲν οὐδενὶ προήσεσθαι ἔφη. Ῥωμαίων τε γὰρ εἶναι, καὶ ἄρχοντα Ῥωμαῖον ἕξειν.* Armeniam nemini se relicturum dixit, quod ea iuris Romani praesidem Romanum habitura esset. *Dio Cass.* 68, 20. — *Τά τε ἄλλα δὲ ἐψηφίζετο τῷ Τραϊανῷ πολλὰ ἡ βουλὴ καὶ Ὄπτιμον, εἴτ' οὖν ἄριστον ἐπωνόμασεν.* Tum vero multa Traiano decreta sunt a senatu, sed inprimis Optimus cognominatus est. *Dio Cass.* 68, 23. — *Ἡ βουλὴ (Τραϊανὸν) Ὄπτιμον ἐπωνόμασεν.* A senatu (Traiano) Optimi cognomentum tributum. *Zonaras* 11, 21. — Quibus omnibus Traianus per exquisita remedia plurimum opitulatus est, statuens, ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes ... Unde merito pater patriae dictus est ... Iustitiae ac iuris humani divinique tam repertor novi, quam inveterati custos. *Aurel. Vict. Epit.* 13. Cf. a. 852. — * Nuper ab optimo principe trium liberorum ei (Voconio Romano) ius impetravi. Quod quamquam parce et cum delectu daret, mihi tamen, tanquam eligeret, indulsit. *Plin. Ep.* 2, 13.

868. p. C. n. 115. L. VIPSTANO MESSALLA M. VERGILIANO PEDONE COSS.

Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit provincias. *Euseb. Chron. interpr. Hier.* — * His coss. Traianus Armeniam, Assyriam et Mesopotamiam provincias fecit. *Cassiod. Chron.* — Provincias fecit Armeniam, Mesopotamiam, Assyriamque inter Tigridem atque Euphratem sitam. *Rufi Festi Brev. p.* 271. — Tres provincias fecit: Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam cum his gentibus, quae Madenam attingunt, Arabiam postea in provinciae formam redegit. *Eutrop.* 8, 2. — His coss. (Nigro et Aproniano) Armeniam, Assyriam et Mesopotamiam provincias fecit. *Cuspiniani Anon. Chron. p.* 199.

870. p. C. n. 117. NIGRO, VIPSTANO APRONIANO COSS.

Ὁ αὐτοκράτωρ ὑποπτεύσας καὶ τοὺς ἐν Μεσοποταμίᾳ Ἰουδαίους ἐπιθήσεσθαι τοῖς αὐτόθι, Λουκίῳ Κυήτῳ προσέταξεν ἐκκαθᾶραι τῆς

ἐπαρχίας αὐτούς. Imperator veritus, ne Iudaei, qui Mesopotamiam habitabant, incolas perinde aggrederentur, mandavit Lusio Quieto, ut eos extra provinciae fines deportaret. *Euseb. Hist. Eccl.* 4, 2. — Iudaeis Alexandriae rebellantibus Traianus imp. Lysiae Quieto praecepit, ut eos e provincia exterminaret; adversus quos Quietus aciem instruens infinita eorum millia interfecit et ob hoc procurator Iudaeae ab imperatore decernitur. *Prosper p.* 575. — * Sed non eadem moderatione semper in supplementum Iuliae adiudicaverunt, nec ut Iuliam augerent, quam hauriebant largiendo, compendii sui gratia. Exclusa ergo Crabra et tota iussu imperatoris reddita Tusculanis. *Frontin. de Aquaed.* 9. — * Circa ius ducendae aquae in privatis haec observanda sunt, ne quis sine literis Caesaris ... ducat. *Frontin. l. c.* 103.

Incert. ann.

* M. Maenio ... Patrono Municipii Vicani Censor glacenses M. P. L. Consecuti ab indulgentia optimi maximique Imp. Antonini Aug. Pii beneficio interpretationis eius privilegia, quibus in iure civium aucti confirmatique sunt. *Inscr. lapid. Camerin. ap. Orell.* 804. — Aliquando tamen civis Romanus libertus tanquam Latinus moritur, veluti si Latinus salvo iure patroni ab imperatore ius Quiritium consecutus fuerit, nam ita divus Traianus constituit, si Latinus invito vel ignorante patrono ius Quiritium ab imperatore consecutus sit. *Gai.* 3, 72. — Divi Traiani edictum eundem hominem, si invito vel ignorante patrono ad civitatem Romanam venire ex beneficio principis festinabat, faciebat quidem vivum civem Romanum, Latinum vero morientem. § 4 *Inst. de Succ. libert.* 3, 7. — *Imp. Iustinianus A. Ioanni Po.* Difficultates maximae emergebant ... ex edicto D. Traiani ... sileat edictum D. Traiani. *Pr. et* § 12 *c. un. C. de Latina lib. toll.* 7, 6. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* D. Traianus rescripsit, differendum de libertate iudicium, donec de inofficioso iudicium aut inducatur aut finem accipiat. *L.* 7, *pr. D. de Hered. petit.* 5, 3. — *Papinianus Lib. XI. Quaestionum.* Divus Traianus filium, quem pater male contra pietatem afficiebat, coëgit emancipare, quo postea defuncto, pater, ut manumissor, bonorum possessionem sibi competere dicebat, sed consilio Neratii Prisci et Aristonis ei propter necessitatem solvendae pietatis denegata est. *L.* 5 *D. Si a parente* 37, 12. — *Ulpianus de Officio Praetoris Tutelaris.* Qui in collegio pistorum sunt, a tutelis excusantur, si modo per semet ipsos pistrinum exerceant, sed non alios puto excusandos, quam qui intra numerum constituti centenarium pistrinum secundum literas D. Traiani ad Sulpicium Similem exerceant. *Vat. Fr.* § 233. Cf. a. 853—856 p. 72. — *Callistratus Lib. IV. dè Cognitionibus.* Domini navium non videntur haberi inter privilegia, ut a tutelis vacent: idque divus Traianus rescripsit. *L.* 17, § 6 *D. de Excus.* 27, 1. — *Paulus Lib. LIV. ad Edictum.* Tutor ex pupilli auctione rem, quam eius putabat esse, emit. Servius ait, posse eum usucapere, in cuius opinionem decursum est, eo quod deterior causa pupilli non fit, si propius habeat emtorem, et si minoris emerit, tutelae iudicio tenebitur, ac si alii minoris addixisset: idque et a divo Traiano constitutum dicitur. *L.* 2, § 8 *D. Pro emtore* 41, 4. — *Paulus Lib. XXXVIII. ad Sabinum.* Quae bona fide a tutore gesta sunt, rata habentur etiam ex rescriptis Traiani et Hadriani. *L.* 12, § 1 *D. de Admin. tut.* 26, 7. — * *Ulpianus Lib. III. Disputationum.* Proponebatur, duos tutores a magistratibus municipalibus datos cautione non exacta, quorum alterum inopem decessisse, alterum in solidum conventum satis pupillo fecisse, et quaerebatur, an tutor iste adversus magistratum municipalem habere possit aliquam actionem, quum sciret, a contutore suo satis non esse exactum. Dicebam, quum a tutore satis pupillo factum sit, neque pupillum ad magistratus redire posse, neque tutorem, quum nunquam tutor adversus magistratus habeat actionem. Senatus enim consultum pupillo subvenit, praesertim quum sit, quod tutori imputetur, quod satis a contutore non exegit vel suspectum non fecit, si scit, ut proponitur, magistratibus eum non cavisse. *L.* 2 *D. de Magistrat. conven.* 27, 8. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Eugeniae.* In magistratus municipales tutorum nominatores, si administrationis finito tempore non fuerint solvendo, nec ex cautione fideiussionis solidum exigi possit, pupillis quondam in subsidium indemnitatis nomine actionem utilem competere ex senatusconsulto, quod auctore divo Traiano, parente nostro, factum est, constitit. Dat. VII. Id. Dec. ipsis Coss. 293 — 304. *L.* 5 *C. de Magistrat. conven.* 5, 75. — *Modestinus Lib. XII. Pandectarum.* Divus Traianus inter moventia fructus quoque haberi praescripsit. *L.* 5, § 2 *D. de Requirendis* 48, 17. — *Ulpianus Lib. I. ad Sabinum.* Divus Traianus rescripsit, posse (testatorem) nominatim etiam ante heredis institutionem filium exheredare. *L.* 1, *pr. D. de Her. Inst.* 28, 5. — *Ulpianus Lib. XLV. ad Edictum.* Militibus liberam testamenti factionem primus quidem divus Iulius Caesar concessit, sed ea concessio temporalis erat. Postea vero primus divus Titus dedit; post hoc Domitianus. Postea divus Nerva plenissimam indulgentiam in milites contulit, eamque et Traianus secutus est, et exinde mandatis inseri coepit caput tale. Caput ex mandatis: Quum in notitiam meam prolatum sit, subinde testamenta a commilitonibus relicta proferri, quae possint in controversiam deduci, si ad diligentiam legum revocentur et observantiam, secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosque commilitones, simplicitati eorum consulendum existimavi: ut, quoquo modo testati fuissent, rata esset eorum voluntas. Faciant igitur testamenta, quo modo volent, faciant, quo modo poterint, sufficiatque ad bonorum suorum divisionem faciendam nuda voluntas testatoris. *L.* 1, *pr. D. de Test. mil.* 29, 1. — Haec diligens observatio in ordinandis testamentis militibus propter nimiam imperitiam constitutionibus principum remissa est. *Gai.* 2, 109. *Pr. Inst. de Test. mil.* 2, 11. — Principalibus constitutionibus permissum est illis (militibus), quomodocunque vellent, quomodocunque possent, testari. *Ulpian.* 23, 10. — Sed hactenus hoc illis a principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militant et in castris degunt. § 3 *Inst. de Test. mil.* 2, 11. — Sciendum tamen est, quod ad exemplum castrensis peculii, tam anteriores leges, quam principales constitutiones quibusdam quasi castrensia addiderunt peculia et quorum quibusdam permissum erat, etiam in potestate degentibus testari. § 6 *Inst. eod. tit.* — *Florentinus Lib. X. Institutionum.* Divus Traianus Statilio Severo ita rescripsit: Id privilegium, quod militantibus datum est, ut quoquo modo facta ab his testamenta rata sint, sic intelligi debet, ut utique prius constare debeat, testamentum factum esse, quod et sine scriptura et a non militantibus quoque fieri potest. Is ergo miles, de cuius bonis apud te quaeritur, convocatis ad hoc hominibus, ut voluntatem suam testaretur, ita locutus est, ut declararet, quem vellet sibi esse heredem, et cui libertatem tribuere, potest videri sine scripto hoc modo esse testatus et voluntas eius rata habenda est. Ceterum si, ut plerumque sermonibus fieri solet, dixit alicui: „ego te heredem facio, aut tibi bona mea relinquo," non oportet hoc pro testamento observari. Nec ullorum magis interest, quam ipsorum, quibus id privilegium datum est, eiusmodi exemplum non admitti: alioquin non difficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui affirmarent, se audiisse dicentem aliquem, relinquere se bona, cui visum sit, et per hoc iudicia vera subvertuntur. *L.* 24 *D. de Test. Mil.* 29, 1 et iisdem vv. repet. a Iustin. in § 1 *Inst. de Test. mil.* 2, 11. — *Marcianus Lib. VIII. Institutionum.* Si sine ulla praeceptione rogatus fuerit hereditatem restituere, plerumque quarta donata est a principibus et ita divus Traianus et Hadrianus et Antoninus rescripserunt. L. 30, § 5 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — *Paulus Lib. VII. ad L. Iuliam et Papiam.* Edicto divi Traiani, quod proposui, significatur, ut si quis, antequam causa eius ad aerarium deferatur, professus esset, eam rem, quam possideret, capere sibi non licere, ex ea partem fisco inferret, partem ipse retineret. *L.* 13, *pr. D. de Iure Fisci* 49, 14. — Item postea edicto significavit, ut quaecunque professa esset vel palam, vel tacite relictum sibi, quod capere non posset, et probasset iam

id ad fiscum pertinere, etiamsi id non possideret, ex eo, quod redactum esset a praefectis aerario, partem dimidiam ferat. *L.* 13 *D. cit.* § 1. Cf. Divi Fratres et l. 13 cit. § 6, l. 15, § 3 et l. 49 D. e. t. — *Valens Lib. V. Fideicommissorum.* Arrianus Severus Praefectus aerarii, quum eius, qui tacite rogatus fuerat, non capienti fideicommissum reddere, bona publicata erant, pronuntiavit, nihilominus ius deferendi ex constitutione divi Traiani habere eum, cui fideicommissum erat relictum. Quia autem nonnulli ingrati adversus beneficium D. Traiani post professionem quoque de tacito fideicommisso factam cum possessoribus transigunt, atque tribus edictis evocati non respondent, placuit senatui, tantum ab eo, qui id fecisset, exigi, quantum apud aerarium ex ea causa, quam detulerat, remanere oporteret, si professionem suam implesset et si possessoris quoque fraus apud praefectum convicta fuisset, ab eo quoque, quod convictus inferre debuisset, exigi. *L.* 42 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. VII. ad L. Iuliam et Papiam.* Ad eos beneficium Traiani pertinet, qui ex defuncti voluntate relictum sibi capere non possunt. *L.* 13 *D. cit.* § 8. — *Ulpianus Lib. XVIII. ad L. Iuliam et Papiam.* Ait divus Traianus: Quicunque professus fuerit. *L.* 16 *D. eod. tit.* — Edicto Traiani cavetur, ne qui provincialium cum servis fiscalibus contrahant, nisi assignante procuratore. *Fragm. de Iure Fisci* § 6. — *Paulus Lib. I. de Iure Fisci.* Omnes, qui ut indigni repellentur, summovendi sunt a praemio, quod secundum edictum divi Traiani datur his, qui se deferunt. *L.* 5, § 20 *D. de His, quae ut indignis* 34, 9. — *Pomponius Lib. VI. Epistolarum et Variarum Lectionum.* Si quis sui alienive honoris causa opus facturum se in aliqua civitate promiserit, ad perficiendum tam ipse, quam heres eius ex constitutione D. Traiani obligatus est. *L.* 14, *pr. D. de Pollicit.* 50, 12. — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Receptores abigeorum, qua poena plecti debeant, epistola divi Traiani ita cavetur, ut extra terram Italiam decem annis relegarentur. *L.* 3, § 3 *D. de Abigeis* 47, 14. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Si de re civitatis aliquid surripiat, constitutionibus principum divorum Traiani et Hadriani cavetur, peculatus crimen committi, et hoc iure utimur. *L.* 4, § 7 *D. ad L. Iuliam Peculatus* 48, 13. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Servum mariti in caput uxoris posse torqueri, divus Traianus Sernio Quarto rescripsit. Item Mummio Lolliano rescripsit, damnati servos, quia desierunt esse ipsius, posse in eum torqueri. *L.* 1, § 11, 12 *D. de Quaestion.* 48, 18. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio proconsulis.* Si servi quasi sceleris participes in se torqueantur, deque domino aliquid fuerint confessi apud iudicem, prout causa exegerit, ita pronuntiare eum debere, divus Traianus rescripsit, quo rescripto ostenditur, gravari dominos confessione servorum: sed ab hoc rescripto recessum, constitutiones posteriores ostendunt. *L.* 1 *D. cit.* § 19. — Qui quaestionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter, quis id fecerit, alterum enim magis suggerentis quam requirentis videtur, et ita divus Traianus rescripsit. *L.* 1 *D. cit.* § 21. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Absentem in criminibus damnari non debere, divus Traianus Iulio Frontoni rescripsit. Sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari, divus Traianus Adsiduo Severo rescripsit: satius enim esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. *L.* 5 *D. de Poenis* 48, 19. — *Pomponius Lib. IV. ad Sabinum.* Caput ex rescripto divi Traiani ad Didium Secundum: Scio relegatorum bona avaritia superiorum temporum fisco vindicata: sed aliud clementiae meae convenit, qui inter cetera, quibus innocentia temporum meorum probatur, hoc quoque remisi exemplum. *L.* 1 *D. de Interdictis* 48, 22. — *Arrius Menander Lib. I. de Re Militari.* Qui cum uno testiculo natus est, quive amisit, iure militabit secundum divi Traiani rescriptum. *L.* 4, *pr. D. de Re Mil.* 49, 16. — Reus capitalis criminis, voluntarius miles secundum divi Traiani rescriptum capite puniendus est: nec remittendus est eo, ubi reus postulatus est, sed ut accedente causa militiae audiendus, si dicta causa sit, vel requirendus adnotatus. *L.* 4 *cit.* § 5. — Eum, qui filium debilitavit, delectu per bellum indicto, ut inhabilis militiae sit, praeceptum divi Traiani deportavit. *L.* 4 *cit.* § 12. — Si in quantas particulas, quos cleros appellant, ager Aezanensi Iovi dicatus a regibus divisus sit, non apparet: optimum est, sicut tu quoque existimas, eum, qui in vicinis civitatibus clerorum nec maximus nec minimus est, observari: et si, quom Mettius Modestius consuluit, ut vectigal pro his penderetur, constitit, qui essent clerici agri, aequom est ex hoc tempore vectigal pendi. Sic constitit iam ex hoc tempore vectigal pendendum; at si quae morae, Quiete tibi obstiterint. *Texier, Descript. de l'Asie Min. T.* 1, *p.* 103. — *Τό, τε νόμισμα πᾶν τὸ ἐξίτηλον ἐξεχώνευσε.* Monetam omnem attritam et deminutam conflavit. *Dio Cass.* 68, 15. — *Τραϊανὸς … θεσπίσας κατὰ τὸν ἱερὸν νόμον μηδένα παρὰ τὸν θύναντα γενέσθαι τῆς θυσίας.* Traianus … sanxit sacra lege, ne quis, praeter eum, qui sacrificasset, gustaret victimam. *Lydus de Mens.* 4, 7. — *Οὐ μέντοι οἷα πολεμικὸς ἀνὴρ, τἄλλα ἧττον διῆγεν, ἢ καὶ ἧττον ἐδίκαζεν, ἀλλὰ τοτὲ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ τοῦ Αὐγούστου τοτὲ δ' ἐν τῇ στοᾷ τῇ Λιουΐᾳ ὠνομασμένῃ. πολλάκις δὲ καὶ ἄλλοθι ἔκρινεν ἐπὶ βήματος.* Neque vero in illo, quo flagrabat, armorum studio, minorem curam habuit ceterarum rerum aut parcius causas disceptavit. Nam modo in foro Augusti, modo in porticu, quae Liviae dicitur, saepe et aliis in locis, ius pro tribunali dicebat. *Dio Cass.* 68, 10.

*769—870 p. C. n. 16—117.

Item si civis Romanus Latinam aut peregrinam uxorem duxerit per ignorantiam, quum eam civem Romanam esse crederet et filium procreaverit, hic non est in potestate, quia ne quidem civis Romanus est, sed aut Latinus aut peregrinus, id est eius conditionis, cuius et mater fuerit, quia non aliter quisquam ad patris conditionem accedit, quam si inter patrem et matrem eius connubium sit: sed ex senatusconsulto permittitur, causam erroris probare et ita uxor quoque et filius ad civitatem Romanam perveniunt et ex eo tempore incipit filius in potestate patris esse. Idem iuris est, si eam per ignorantiam uxorem duxerit, quae dediticiorum numero est, nisi quod uxor non fit civis Romana. *Gai.* 1, 67. — Item si civis Romana per errorem nupta sit peregrino, tanquam civi Romano, permittitur ei causam erroris probare et ita filius quoque et maritus ad civitatem Romanam perveniunt et aeque simul incipit filius in potestate patris esse. Item iuris est, si peregrino, tanquam Latino ex lege Aelia Sentia nupta sit, nam et de hoc specialiter senatusconsulto cavetur. Item iuris est aliquatenus, si ei, qui dediticiorum numero est, tanquam civi Romano aut Latino e lege Aelia Sentia nupta sit; nisi quod scilicet, qui dediticiorum est, in sua conditione permanet, et ideo filius, quamvis fiat civis Romanus, in potestatem patris non redigitur. *Gai.* 1, 68. — Item si Latina peregrino, quem Latinum esse crederet, nupserit, potest ex senatusconsulto, filio nato, causam erroris probare et ita omnes fiunt cives Romani et filius in potestate patris esse incipit. *Gai.* 1, 69. — Item iuris omnino est, si Latinus per errorem peregrinam, quasi Latinam aut civem Romanam e lege Aelia Sentia uxorem duxerit. *Gai.* 1, 70. — Praeterea si civis Romanus, qui se credidisset Latinum, duxisset Latinam, permittitur ei, filio nato, erroris causam probare, tanquam si ex lege Aelia Sentia duxisset. Item his, qui, licet cives Romani essent, peregrinos se esse credidissent et peregrinas uxores duxissent, permittitur ex senatusconsulto, filio nato, causam erroris probare; quo facto peregrina uxor civis Romana fit et filius .... non solum ad civitatem Romanam pervenit, sed etiam in potestatem patris redigitur. *Gai.* 1, 71. — Superius retulimus, quibusdam casibus per errorem non iusto contracto matrimonio senatum intervenire et emendare vitium matrimonii eoque modo plerumque efficere, ut in potestatem patris filius redigatur. *Gai.* 1, 87. — Simile ius olim fuit in eius persona, cuius nomine ex senatusconsulto erroris causa probatur, quia forte ex peregrina vel Latina, quae per errorem quasi civis Romana uxor ducta esset, natus esset; nam sive heres institutus esset a pa-

rente, sive exheredatus, sive vivo patre causa probata, sive post mortem eius, omni modo quasi agnatione rumpebat testamentum. *Gai.* 2, 142. — Item iuris est de his, quorum nomine ex lege Aelia Sentia vel ex senatusconsulto post mortem patris causa probatur; nam et hi, vivo patre causa probata, in potestate eius futuri essent. *Gai.* 3, 5. *Collatio Leg. Mos. et Rom.* 16, 2, 5. — In potestate parentum sunt etiam hi liberi, quorum causa probata est per errorem contracto matrimonio inter disparis conditionis personas; nam seu civis Romanus Latinam aut peregrinam vel eam, quae dediticiorum numero est, quasi (civem Romanam) per ignorantiam uxorem duxerit, sive civis Romana per errorem peregrino vel ei, qui dediticiorum numero est, (aut quasi civi Romano) aut etiam quasi Latino ex lege Aelia Sentia nupta fuerit, causa probata civitas Romana datur tam liberis quam parentibus praeter eos, qui dediticiorum numero sunt; et ex eo fiunt in potestate parentum liberi. *Ulpian.* 7, 4. — Senatusconsulto concessum est ei, ut si triennium inter vigiles militaverit, ius Quiritium consequatur. *Ulpian.* 3, 5.

HADRIANUS.

Cf. Augustus, Tiberius, Claudius, Nero, Vespasianus, Domitianus, Nerva Traianus, Divus Pius, Divi Fratres, M. Antoninus, Caracalla, Severus Alexander.

871. p. C. n. 118. HADRIANO AUG. II. CLAUDIO FUSCO SALINATORE COSS.

Traiano divinos honores datis ad senatum et quidem accuratissimis literis postulavit et cunctis volentibus meruit, ita ut senatus multa, quae Hadrianus non postulaverat, in honorem Traiani sponte decerneret ... Aurum coronarium Italiae remisit, in provinciis minuit. *Spartian. Hadr.* 6. — Militibus ob auspicia imperii duplicem largitionem dedit. *Spartian. Hadr.* 5. — Senatus Traianum in deos refert et Hadrianus reliqua tributorum urbibus relaxat, chartis publice incensis plurimosque ipsis tributis liberos facit. *Prosper p.* 578 et *Cuspiniani Anon. Chron. p.* 200. — Congiarium duplex praesens populo dedit ... Statim cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere gravarentur. Ad colligendam autem gratiam nihil praetermittens, infinitam pecuniam, quae fisco debebatur, privatis debitoribus in urbe atque Italia, in provinciis vero etiam ex reliquis ingentes summas remisit, syngraphis in foro divi Traiani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis. Damnatorum bona in fiscum privatum redigi vetuit, omni summa in aerario publico recepta. Pueris ac puellis, quibus etiam Traianus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adiecit. Senatoribus, qui non vitio suo decoxerant patrimonium, pro liberorum modo senatoriae professionis explevit. *Spartian. Hadr.* 7. — *Πολλοῖς πολλὰ, καὶ δήμοις καὶ ἰδιώταις καὶ βουλευταῖς τε καὶ ἱππεῦσι χαρίσασθαι.* Multa populis privatisque hominibus, multa etiam senatoribus et equitibus largitus est. *Dio Cass.* 69, 5. — *Ἀφῆκε τὰ ὀφειλόμενα τῷ τε βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ τῷ τῶν Ῥωμαίων, ἑκκαιδεκαετῆ ὁρίσας χρόνον, ἀφ᾽ οὗ τε καὶ μέχρις οὗ τηρηθήσεσθαι τοῦτ᾽ ἔμελλεν.* Quidquid aut fisco principis aut populi Romani aerario debebatur, remisit: definito tempore annorum sedecim, ex quo et quousque id beneficium observandum esset. *Dio Cass.* 69, 8. — Imp. Caes. Divi Traiani Parthici D. F. Nervae nep. Traiano Hadriano Aug. Pont. Max. Trib. Pot. Cos. II. quod unus omnium principum et solus remittendo sestertium novies millies centena millia n̄. debitum fisci non praesentes modo, sed et posteros suos praestitit hac liberalitate securos. *Inscript. lap. ap. Orell.* 805. — Imp. Caesar D. Nervae Traiani f. Nervae nepos Hadrianus Traianus Aug. Dacicus maximus Britannicus maximus Germanicus Maximus pontifex maximus trib. pot. II. cos. II. p. p. praeterquam quod provinciis remisit decies nonies centena millia N̄. sibi debita a Munda et fluvio Sigila ad Certimam usque XX M. P. P. S. restituit. *Inscript. lap. ap. Orell.* 806. — Hadrianus reliqua tributorum urbibus relaxavit, chartis publice incensis, plurimos etiam ipsis tributis liberos fecit. *Euseb. Chron. interpr. Hieron. Iisdem vv. Cassiodor.* — *Χρεοκοπίαν ἐκήρυξε τοῖς ὄφλουσι τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καὶ τῷ δημοσίῳ τῷ τῶν Ῥωμαίων.* Quidquid fisco imperatorio et aerario Romano debebatur, abolevit. *Zonaras* 11, 23. — *Οὗτος Ἀδριανὸς χρέων ὀφειλὰς τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν πόλεων καὶ πολιτῶν τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀνηκούσας ἀπέκοψε, καύσας τοὺς χάρτας.* Idem Hadrianus quum audivisset rationes, quantum et urbes et cives aerario deberent, omnia ista debita iussis cremari chartis condonavit. *Cedrenus p.* 438. — *Ἀδριανὸς χρεῶν ὀφειλὰς τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν πόλεων ἀνηκούσας τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀπέκοψε, καύσας τοὺς χάρτας. Ὁ αὐτὸς Ῥωμαίοις φόρους πολλοὺς ἐχαρίσατο, ὅθεν ἡ σύγκλητος θεὸν αὐτὸν ἐψηφίσατο.* Hadrianus subiectarum sibi civitatum debita publico aerario pendenda, combustis etiam tabularum cautionibus, remisit. Ipse etiam tributa plurima Romanis remisit; ex quo senatus in deorum numerum eum retulit. *Syncellus p.* 659. — *Καὶ λοῦεσθαι χωρὶς ἀλλήλων, αὐτοῖς* (sc. *ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ*) *προσέταξεν.* Ne mulieres cum viris lavarentur, vetuit. *Dio Cass.* 69, 8. — Lavacra pro sexibus separavit. *Spartian. Hadr.* 17. — Ante octavam horam in publico neminem nisi aegrum lavari passus est. *Spartian. Hadr.* 21. — *Συνελόντι τε εἰπεῖν, οὕτω καὶ τῷ ἔργῳ καὶ τοῖς παραγγέλμασι πᾶν τὸ στρατιωτικὸν δι᾽ ὅλης τῆς ἀρχῆς ἤσκησε καὶ κατεκόσμησεν, ὥστε καὶ νῦν τὰ τότε ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀχθέντα, νόμον σφίσι τῆς στρατείας εἶναι.* Itaque et ut uno verbo dicam, ita milites omnes, quamdiu principatum tenuit, rebus ipsis exercuit instituitque praeceptis, ut quae tum ab illo constituta sunt, ad haec tempora vim legis in disciplina militari obtineant. *Dio Cass.* 69, 9.

872. p. C. n. 119. HADRIANO A. III. RUSTICO COSS.

Callistratus Lib. III. de Cognitionibus. Divus Hadrianus in haec verba rescripsit: Quin pessimum factum sit eorum, qui terminos finium causa positos propulerunt, dubitari non potest. De poena tamen modus ex conditione personae et mente facientis magis statui potest; nam si splendidiores personae sunt, quae convincuntur, non dubie occupandorum alienorum finium causa id admiserunt, et possunt in tempus, ut cuiusque patiatur aetas, relegari, id est, si iuvenior, in longius, si senior, recisius; si vero alii negotium gesserunt, et ministerio functi sunt, castigari, et ad opus biennio dari; quod si per ignorantiam aut fortuito lapides furati sunt, sufficiet eos verberibus decidere. *L. 2 D. de Termino moto* 47, 21. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis Sub Titulo De Termino Moto.* Eos, qui terminum moverunt, non impune id facere debere, divus Hadrianus Terentio Gentiano XVII. Kal. Septembriarum se tertio consule rescripsit: quo rescripto poenam variam statuit. Verba rescripti ita se habent: (Quin) pessimum factum (sit) eorum, qui terminos finium causa positos abstulerunt, dubitari non potest: poenae autem modus ex conditione personae et mente facientis magis statui potest. Nam si splendidiores sunt personae, quae convincuntur, non dubito quin occupandorum aliorum finium causa id admiserint: et possunt in tempus, ut cuiusque compatitur aetas, relegari et sic in biennium aut triennium ad opus publicum dari. Quodsi per ignorantiam aut fortuito lapides usus causa furati sunt, sufficit eos verberibus coerceri. *Collat. Leg. Mos. et Rom.* 13, 3. (Ab aliis refertur hoc rescriptum ad a. 140.)

873. p. C. n. 120. L. CATILIO SEVERO T. AURELIO FULVO COSS.

Campaniae ... oppida beneficiis et largitionibus sublevavit. *Spartian. Hadr.* 8. — Profectus in Gallias omnes causariis liberalitatibus sublevavit. Inde in Germaniam transiit, pacisque magis, quam belli cupidus, militem, quasi bellum immineret, exercuit ... post Caesarem Octavianum labantem disciplinam incuria superiorum principum retinuit, ordinatis et officiis et impendiis ... tribunum nisi plena barba fecit ... de militum etiam aetatibus iudicabat, ne quis aut minor, quam virtus posceret, aut maior, quam pateretur humanitas, in castris contra morem veterem versaretur ... Conversis regio more militibus

Britanniam petiit, in qua multa correxit. *Spartian. Hadr.* 9, 10. — *Valerianus A. Mulvio Gallicano PF. P.* Miraris fortassis, quod ego imberbem tribunum fecerim contra constitutum divi Hadriani. *Flav. Vopisc. Probus* 4. — ?Disciplinam civilem non aliter tenuit, quam militarem. *Spartian. Hadr.* 21. Cf. Dio Cass. 69, 5. — Officia sane publica et palatina nec non militiae in eam formam statuit, quae paucis per Constantinum immutatis hodie perseverant. *Aurel. Vict. Epit.* 14. — Petente quodam, ut militaret, Hadrianus dixit: ubi vis militare? Illo dicente: in praetorio, Hadrianus interrogavit: quam staturam habes? (Dicente illo) quinque pedes et semis, Hadrianus dixit, interim in urbana militia, et si bonus miles fueris, tertio stipendio poteris in praetorium transire. *Hadriani Sent.* § 2.

874. p. C. n. 121. M. ANNIO VERO II. AUGURE COSS.

* *Venuleius Saturninus Lib. I. de Officio Procons.* Is, qui servum castrandum tradiderit, pro parte dimidia bonorum mulctatur ex senatusconsulto, quod Neratio Prisco et Annio Vero Coss. factum est. *L.* 6 *D. ad L. Cornel. de Sicar.* 48, 8.

875. p. C. n. 122. ACILIO AVIOLA CORELLIO PANSA COSS.

* Hadrianus Atheniensibus leges petentibus ex Draconis et Solonis reliquorumque libris iura composuit. *Hieron. Chron. a.* 2138—2139. *Cassiodori Chron. a.* 126. — * Graecorum more seu Pompilii Numae caerimonias, leges, gymnasia, doctoresque curare occoepit, adeo quidem, ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenaeum vocant, constitueret. *Aurel. Vict. de Caes.* 14. — * Multas civitates „Hadrianopolis“ appellavit, ut ipsam Carthaginem et Athenarum partem; aquarum etiam ductus infinitos hoc nomine appellavit. *Spartian. Hadr.* 19. — *Ulpianus Lib. XXI. ad Sabinum.* Sed ea, quae aedibus iuncta sunt, legari non possunt, quia haec legari non posse senatus censuit Aviola et Pansa consulibus. *L.* 41, § 1 *D. de Leg. I.* — Senatus ea, quae sunt aedium, legari (non) permisit. L. 43 *D. de Leg. I.* Cf. l. 41 cit. § 3, 6, 8, 9. — Constituit inter cetera, ut in nulla civitate domus aliquae transferendae ad aliam urbem ullius materiae causa diruerentur. *Spartian. Hadr.* 17. Cf. Vespasian. a. 824. — * *Πόλιν ἐν τῇ Μυσίᾳ οἰκίσας, Ἀδριανοῦ Θήρας αὐτὴν ὠνόμασεν.* Urbem Mysiae, quo coloniam deduxit, Hadriani Venationes appellavit. *Dio Cass.* 69, 10. — Oppidum Adrianotheras … constituit. *Spartian. Hadr.* 19. — *Ὁ δὲ αὐτὸς Ἀδριανὸς ἔκτισε πόλιν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἣν ἐπεκάλεσεν Ἀδριανούπολιν, καὶ ἄλλην δὲ ἔκτισε πόλιν, ἣν ἐκάλεσεν Ἀδριανοῦ Θήρας. ἔκτισε δὲ πόλιν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἣν ἐκάλεσεν Ἀντίνω.* Idem Hadrianus urbem in Thracia condidit, quam Adrianopolim vocavit; aliam quoque urbem condidit et Hadriani Venationes nominavit. In Aegypto etiam urbem exstruxit, nomine Antinoen. *Malalas p.* 280. — * *Ἐν Μυσίᾳ πόλιν ᾤκισεν Ἀδριανοῦ Θήρας καλέσας αὐτήν.* In Mysia urbem condidit, quam Hadriani Venationes appellavit. *Zonaras* 11, 23. Cf. a. 131 et Euseb. Chron. int. Hieron. ad a. 131.

876. p. C. n. 123. Q. ARRIO PAETINO C. VENTIDIO APRONIANO COSS.

Hadrianus in Lybiam, quae a Iudaeis vastata fuerat, colonias deducit. *Eusebii Chron. int. Hieron. a.* 1138. — *Paulus Lib. Singulari de Senatusconsultis.* Omnibus civitatibus, quae sub imperio populi Romani sunt, restitui debere et posse hereditatem fideicommissam, Apronianum senatusconsultum iubet. *L.* 26 *D. ad Senatuscons. Trebellianum* 36, 1. — Nec municipia, nec municipes heredes institui possunt, quoniam incertum corpus est et neque cernere universi, neque pro herede gerere possunt, ut heredes fiant. Senatusconsulto tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui possint. Sed fideicommissa hereditas municipibus restitui potest, deque hoc senatusconsulto prospectum est. *Ulpian.* 22, 5. — Deos heredes instituere non possumus, praeter eos, quos senatusconsulto constitutionibusve principum instituere concessum est. *Ulpian.* 22, 6. — * *Ulpianus Lib. XLIX. ad Edictum.* Qua ratione senatus censuit, ut restitui iis ex Trebelliano hereditas possit et qua ratione alio senatusconsulto, heredibus iis institutis a liberto, acquirere hereditatem permissum est, ita bonorum quoque possessionem petere dicendum est. *L. un. D. de Libert. Universit.* 38, 3. Cf. Plin. Epist. 5, 7.

123—125.

* In Africam transiit Hadrianus et multum beneficiorum provinciis Africanis attribuit. *Spartian. Hadr.* 12.

877. p. C. n. 124. M'. ACILIO GLABRIONE C. BELLICIO TORQUATO COSS.

Venuleius Saturninus Lib. II. de Iudiciis Publicis. Hoc beneficio etiam in reos recepti uti possunt, si abolitione interveniente repeti se non debere contendant, secundum epistolam divi Hadriani ad Glabrionem consulem scriptam. *L.* 12, § 1 *D. de Accusat.* 48, 2.

878. p. C. n. 125. P. CORNELIO SCIPIONE ASIATICO II. T. VETTIO AQUILINO COSS.

Hadrianus rebus Eleusiniorum imbuitur, ubi Athenarum multa largitur. *Euseb. Chron. a.* 2140 (Hieron. 2141), *Hadr.* 9. — Eleusinia sacra … suscepit, multa in Athenienses contulit. *Spartian. Hadr.* 12. Cf. a. 129. — * *Ἐκλειφθέντα δ' ἐκ Νεμείων τε καὶ Ἰσθμίων αὐτὸν βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐς Νεμείων ἀγῶνα τῶν χειμερινῶν ἀπέδωκεν Ἀργείοις.* Hunc currendi morem (equestr. puceror. curricul.) Nemiacis et Isthmicis ludis intermissum Argivis restituit Hadrianus imperator eumque hibernis Nemeorum ludis celebrari iussit. *Pausan.* 6, 16.

879. p. C. n. 126. M. ANNIO VERO III. L. VARIO AMBIBULO COSS.

His coss. (* Vero et Ambiguo) Atheniensibus leges petentibus Hadrianus ex Draconis et Solonis reliquorumque libris iura composuit. *Cuspiniani Anon. Chron. p.* 201. — *Ἔτι δ' ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ δεξάμενον τὸν Ἀδριανὸν παρὰ Σερεννίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἡγουμένου γράμματα … ἀντιγράψαι Μινουκίῳ Φουνδάνῳ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας προστάττοντα, μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλήματος καὶ εὐλόγου κατηγορίας.* Refert praeterea idem Iustinus, imperatorem Hadrianum, acceptis a viro clarissimo Serenio Graniano proconsule literis … rescripsisse Minucio Fundano Asiae proconsuli, ne quis (Christianus) posthac sine obiectu criminis et legitima accusatione condemnaretur. *Euseb. Hist. Eccl.* 4, 8. — *Μινουκίῳ Φουνδανίῳ· ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερεννίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρὸς ὅν τινα σὺ διεδέξω. οὐ δοκεῖ μοὶ οὖν τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μή τε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ. εἰ οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνανται διϊσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνασθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσησιν, οὐδὲ μόναις βοαῖς. πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. εἴ τις οὖν κατηγορεῖ καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως ὅριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος· ὡς μὰ τὸν ἡρακλέα εἴτις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσειας.* Minucio Fundano. Accepi literas ad me scriptas a Serenio Graniano, V. Cl. decessore tuo. Nec sane mihi videtur res ista absque diligenti inquisitione praetereunda, ne forte et Christiani homines turbentur et delatoribus calumniandi occasio praebeatur. Igitur si provinciales palam adesse possunt petitionibus suis adversus Christianos, ita ut pro tribunali respondeant, in id unum incumbant, nec petitionibus solisque clamoribus utantur. Etenim multo iustius fuerit cognoscere te, si quis accusare voluerit. Quod si quis eos detulerit probaveritque contra leges quidquam agere, tu pro gravitate delicti in eos statue sive me hercule calumniae causa istud intenderit, operam dabis, ut pro gravitate criminis in illum animadvertas. *Euseb. Hist. Eccl.* 4, 9 et 26. *Iustin. Mart. Apolog.* 69. — *Ὁ γὰρ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος καὶ ἐπιστολάς τινας τοῦ Ἀδριανοῦ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ αὐτοῦ ἱστορίᾳ παρατίθηται, ἐν αἷς ἐκεῖνος δείκνυται τοῖς λυποῦσι τι ἢ κατηγοροῦσι τῶν Χριστιανῶν δεινὰ ἀπειλῶν, καὶ τὸν Ἡρακλέα ἐπο-*

μνύμενος ὡς τεύξονται τιμωρίας. Affertur enim ab Eusebio Pamphili in historia ecclesiastica epistola quaedam Hadriani, qua ostenditur graviter minatus iis, qui Christianis molestiam crearent, quive illos deferrent, iuratque Herculem se in eos animadversurum. *Dio Cass.* 70, 3. — Scripsit ad Minutium Fundanum Asiae proconsulem, ut sine criminis expostulatione nemo damnaretur: cuius edicti exemplar adhuc circumfertur. *Euseb. Chron. ad a.* 2140. — Praecepit per epistolam ad Minucium Fundanum proconsulem Asiae datam, ut nemini liceret Christianos sine obiectu criminis et probatione damnare. *Orosius* 7, 13. — His coss. (a. 136) Hadrianus a Christianorum persecutione cessavit. *Cassiod. Chron.* — *Γράφει Μινουκίῳ Φουνδανῷ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας Ἀδριανὸς μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορίας.* Minutio Fundano Asiae proconsuli literis Hadrianus imperat, nullum crimine non plene probato et accusatione non praemissa, morti tradendum. *Syncellus p.* 659. Cf. Zonaras 11, 24.

880. p. C. n. 127. TITIANO ET GALLICANO COSS.

Ἐφῆκε κατὰ τοὺς ὑπὲρ τῶν τοιούτων νόμους, ὡς ἀφειμένος τοῦ λειτουργεῖν, ἐπειδὴ ἐφιλοσόφει. Iuxta leges his de rebus latas provocavit (Favorinus), ut qui immunitate gauderet, quoniam philosophiam profiteretur. *Philostratus de Vit. Soph.* 1, 8, 2. — Tabula missionis. *Vesme p.* 20.

882. p. C. n. 129. P. IUVENTIO CELSO II. Q. IULIO BALBO COSS.

Ulpianus Lib. XV. ad Edictum. Pridie Idus Martias Quintus Iulius Balbus et Publius Iuventius Celsus, Titius Aufidius, Oenus Severianus consules verba fecerunt de his, quae imperator Caesar, Traiani Parthici filius, divi Nervae nepos, Hadrianus Augustus imperator maximusque princeps proposuit quinto Nonas Martias, quae proximae fuerunt, libello complexus esset, quid fieri placeat. De qua re ita censuerunt: quum antequam partes caducae, ex bonis Rustici, fisco peterentur, hi, qui se heredes esse existimant, hereditatem distraxerint, placere, redactae ex pretio rerum venditarum pecuniae usuras non esse exigendas, idemque in similibus causis servandum. Item placere, a quibus hereditas petita fuisset, si adversus eos iudicatum esset, pretia, quae ad eos rerum ex hereditate venditarum pervenissent, et si eae ante petitam hereditatem deperissent, deminutaeve fuissent, restituere debere. Item eos, qui bona invasissent, quum scirent ad se non pertinere, etiamsi ante litem contestatam fecerint, quominus possiderent, perinde condemnandos, quasi possiderent: eos autem, qui iustas causas habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent, usque eo duntaxat, quo locupletiores ex ea re facti essent. Petitam autem fisco hereditatem ex eo tempore existimandum esse, quo primum scierit quisque eam a se peti: id est, quum primum aut denuntiatum esset ei, aut literis, vel edicto evocatus esset, censuerunt. *L.* 20, § 6 *D. de Hered. pet.* 5, 3. Cf. l. 17, l. 25, § 19 eod. tit. — *Paulus Lib. XX. ad Edictum.* In oratione divi Hadriani ita est: „Dispicite, patres conscripti, numquid sit aequius, possessorem non facere lucrum et pretium, quod ex aliena re perceperit, reddere, quia potest existimari in locum hereditariae rei venditae pretium eius successisse et quodammodo ipsum hereditarium factum.“ *L.* 22 *D. de Hered. pet.* 5, 3. — Illud quoque, quod in oratione divi Hadriani est, ut post acceptum iudicium id actori praestetur, quod habiturus esset, si eo tempore, quo petiit, restituta esset hereditas, interdum durum est. *L.* 40 *pr. D. eod. tit.* — *Paulus Lib. XXI. ad Edictum.* Sed et is, qui ante litem contestatam dolo desiit rem possidere, tenetur in rem actione, idque ex senatusconsulto colligi potest, quo cautum est ... ut dolus praeteritus in hereditatis petitionem veniat. *L.* 27, § 3 *D. de Rei vind.* 6, 1. — *Imp. M. Aurelius Antoninus A. Augurino Proconsuli Africae.* Senatusconsultum auctore D. Hadriano, avo meo, factum, quo cautum est, quid et ex quo tempore evicta hereditate restitui debeat, non solum ad fisci causas, sed etiam ad privatos hereditatis petitores pertinet. *L.* 1 *Cod. eod. tit.* 3, 31. — *Ulpianus Lib. I. de Appellationibus.* Sciendum est, appellari a senatu non posse principem idque oratione divi Hadriani effectum. *L.* 1, § 2 *D. A quib. app. non lic.* 49, 2. — * Fideiussores perpetuo tenentur et quotquot erunt numero, singuli in solidum obligantur ... Sed ex epistola divi Hadriani compellitur creditor a singulis, qui modo solvendo sint, partes petere. *Gai.* 3, 121. — * *Imp. Iustinianus A. Ioanni PO.* Divi Hadriani epistolam, quae de periculo dividendo inter mandatores et fideiussores loquitur, locum habere in his etiam, qui pecunias pro aliis simul constituant, necessarium est. *L.* 3 *Cod. de Constit. pec.* 11, 18. — * Is, a quo creditor totum petit, poterit ex epistola divi Hadriani desiderare, ut pro parte in se detur actio. *Gai.* 3, 122. — *Gaius Lib. VIII. ad Edictum Provinciale.* Inter fideiussores non ipso iure dividitur obligatio ex epistola divi Hadriani. *L.* 26 *D. de Fideiuss.* 46, 1. — * *Ulpianus Lib. XXII. ad Edictum.* Si fideiussor exstiterit fideiussori, sive plures, aeque hic quoque pertinebit ad eandem causam; in quorum persona aeque locum habebunt ea, quae sunt a divo Hadriano constituta. *L.* 27, § 1 *D. eod. tit.* — * Ex epistola D. Hadriani compellitur creditor a singulis, qui modo solvendo sunt litis contestatae tempore, partes petere. § 4 *Inst. de Fideiuss.* 3, 20. — De l. 3 Cod. de Servis reipubl. 7, 9 cf. a. 856. — Tres tabulae missionum. *Vesme l. c. p.* 20 sq. — Eleusiniorum gratia multas aedes aedificavit, agonem edidit et bibliothecam instruxit. *Euseb. ad a.* 2145. — Eleusinia sacra suscepit. Multa in Athenienses contulit et pro agonotheta resedit. *Spartian. Hadr.* 12.

884. p. C. n. 131. SER. OCTAVIO LAENATE PONTIANO M. ANTONIO RUFINO COSS.

* *Ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλίναν ὠνόμασε.* Quum autem loco Hierosolymorum eversorum coloniam, quam Aeliam Capitolinam appellavit, condidisset. *Dio Cass.* 69, 12. — * *Ἐν δὲ Παλαιστίνῃ πόλιν οἰκοδομήσας ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης Ἱερουσαλὴμ, Αἰλίαν Καπιτωλίναν ὠνόμασε.* Urbem in Palaestina pro eversis Hierosolymis conditam Aeliam Capitolinam nominavit. *Zonaras* 11, 23. Cf. Glycas p. 448. — His Coss. (* Severo et Sylvano) Aelia civitas, id est Hierusalem, ab Aelio Hadriano condita est. *Cassiod. Chron. p.* 202. *Hierosolymam Aeliam vocat. Isidori Chron. p.* 443. — *Τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται, νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος ἐγκελευσαμένου.* Ex eo deinceps tempore universa Iudaeorum gens in regionem circum Hierosolyma sitam pedem inferre prohibita est, lege et constitutione imperatoris Hadriani: adeo ut ne prospicere quidem ex longinquo patrium solum ipsis liceret. *Euseb. Hist. Eccl.* 4, 6. — Ex quo tempore etiam introeundi iis Hierosolymam licentia ablata ... Romanorum iussionibus. *Hieron. ad a.* 2150. — Praecepit, ne cui Iudaeo introeundi Hierosolymam esset licentia. *Orosius* 7, 13. — (Hadrianus) militum cohortem custodias in perpetuum agitare iussit, quae Iudaeos omnes Hierosolymae aditu arceret. *Serv. Sulpit. Hist. Sacr.* 2, 31. — * *Οὗτος ὁ αὐτοκράτωρ διὰ τὰς ἤδη ῥηθείσας στάσεις μετὰ τὸν πολὺν τῶν Ἰουδαίων ὄλεθρον καὶ δόγμα ἐξέθετο κωλῦον τὸ ἔθνος αὐτῶν ἐπιβαίνειν τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς χώρας αὐτῶν ἁπάσης. καὶ λοιπὸν ἐξ ἐθνῶν τῆς πόλεως οἰκισθείσης καὶ Αἰλίας κληθείσης ὡς ὁ Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζε, πρῶτος ταύτης ἀρχιερεὺς μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς κατέστη Μάρκος.* Hic imperator propter seditiones iam commemoratas post insignem illum populi interitum Iudaeis ingressu Hierosolymorum et totius provinciae interdixit. Deinde quum urbs a gentilibus incoleretur et de nomine Hadriani Aelia vocaretur, primus eius pontifex post circumcisos fuit Marcus. *Zonaras* 11, 24. — *Ὁ δὲ αὐτὸς Ἀδριανὸς ὀργισθεὶς κατὰ Ἰουδαίων ἐκέλευσεν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖν Ἕλληνας, μετονομάσας αὐτὴν πόλιν Αἰλίαν.* Idem Hadrianus Iudaeis infensus, Hierosolymorum nomine in Aeliam mutato, Graecos ibi habitare iussit. *Malalas* 11, *p.* 279. — * *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Ἰουδαίων στασιασάντων ἦλθεν Ἀδριανὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἔλαβε τοὺς Ἰουδαίους αἰχμαλώτους καὶ ἀπελθὼν

εἰς τὴν λεγομένην Τερέβινθον προέστησεν πανήγυριν καὶ πέπρακεν αὐτοὺς εἰς ταγὴν ἵππου ἕκαστον, καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας ἔλαβεν εἰς Γάζαν, καὶ ἐκεῖ ἔστησεν πανήγυριν καὶ ἐπώλησεν αὐτοὺς, καὶ ἕως τοῦ νῦν ἡ πανήγυρις ἐκείνη λέγεται Ἀδριανή. Καὶ καθελὼν τὸν ναὸν τῶν Ἰουδαίων τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἔκτισε τὰ δύο δημόσια καὶ τὸ θέατρον καὶ τὸ τρικάμαρον καὶ τὸ τετράνυμφον καὶ τὸ δωδεκάπυλον τὸ πρὶν ὀνομαζόμενον ἀναβαθμοὶ καὶ τὴν κόδραν, καὶ ἐμέρισεν τὴν πόλιν εἰς ἑπτὰ ἄμφοδα καὶ ἔστησεν ἀνθρώπους ἰδίους ἀμφοδάρχας, καὶ ἑκάστῳ ἀμφοδάρχῃ ἀπένειμεν ἄμφοδον· καὶ ἕως τῆς σήμερον εἰς τὸ τοῦ ἀμφοδάρχου ὄνομα ἕκαστον ἄμφοδον χρηματίζει. καὶ ἐπέθηκε τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα τῇ πόλει, Αἰλίαν αὐτὴν ὀνομάσας, ἐπειδὴ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐλέγετο. His Coss. tumultuantibus Iudaeis, venit Hadrianus Hierosolyma, captivisque factis Iudaeis, Terebinthum, urbem sic appellatam, profectus, nundinas publicas instituit, in quibus illos vendidit, singulis ad equi commeatum aestimatis; reliquos Gazam perduxit, ibique constitutis nundinis, ipsos distraxit, ex quo ad hunc usque diem nundinae istae Hadrianae appellantur. Everso deinde Hierosolymorum templo, condidit duo balnea publica, theatrum, tricameratum, tetranymphum, dodecaphylum, quod Anabathmos seu gradus prius appellabant et Codram. Divisit praeterea urbem in VII vicos, illisque praefecit viros ex iis selectos vicomagistros, ac unicuique vicomagistro vicum assignavit, a quibus ad hunc usque diem singuli viri vicomagistri nomen retinent. Urbi quoque nomen suum imposuit, Aelia ipsa appellata, quum ipse Aelius Hadrianus diceretur. *Chron. Paschal. p.* 474 *ad a.* 119. — *Οἰκεῖν Ἕλληνας ἐν τῇ πόλει προσέταξε.* Urbem Hierosolymam (cui Aeliae nomen inditum) Graecos habitare iussit. *Cedrenus p.* 438. — In Palaestina duae fuerunt coloniae, Caesariensis et Aelia Capitolina, sed neutra ius Italicum habet. *L.* 1, § 6 *D. de Censib.* 50, 15. — Salvius Iulianus perpetuum composuit edictum. *Eusebii Chron. interpr. Hieron. a.* 2147 *s. p. C. n.* 133. Vid. infr. p. 92. — Salvius Iulianus rempublicam invasit . . . nepos Salvii Iuliani, qui sub divo Hadriano perpetuum composuit edictum. *Eutrop.* 8, 17. — *Τὸ διηνεκὲς διάταγμα τοῖς Ἀδριανοῦ χρόνοις συνέταξεν, ὃ μέχρι νῦν Ἀδριάνιον καλεῖται κατὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν φωνὴν ἤδικτον περπέτουον.* Edictum praetoris Hadriani temporibus composuit, quod ad hunc usque diem lingua Latina Hadriani perpetuum edictum vocatur. *Paeanii Metaphr. Eutrop. l. c.* — Didius Salvius Iulianus ... genus ei pernobile, iurisque urbani praestans scientia, quippe qui primus edictum, quod varie inconditeque a praetoribus promebatur, in ordinem composuerit. *Aurel. Vict. de Caes.* 19. — *Imp. Iustinianus A. Iuliano PO.* ... Testem adducit Salvium Iulianum, summae auctoritatis hominem et praetoriani edicti ordinatorem. *L.* 10 *Cod. de Cond. ind.* 4, 5. — * *Diocletianus et Maximianus.* Cives quidem origo, manumissio, allectio vel adoptio, incolas vero, sicut et divus Hadrianus edicto suo manifestissime declaravit, domicilium facit. *L.* 7 *Cod. de Incolis* 10, 39. — *Καὶ πρός γε Ἀδριανὸς ὁ τῆς εὐσεβοῦς λέξεως, ὅτε τὰ παρὰ τῶν πραιτώρων κατ᾽ ἔτος ἕκαστον νομοθετούμενα ἐν βραχεῖ τινι συνῆγε βιβλίῳ, τὸν κράτιστον Ἰουλιανὸν πρὸς τοῦτο παραλαβὼν, κατὰ τὸν λόγον, ὃν ἐν κοινῷ διεξῆλθεν ἐπὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης.* Et insuper Hadrianus piae memoriae quique praetorum annua edicta in brevem quendam coegit tractatum, optimum Iulianum ad hoc assumens in oratione, quam in publico recitavit in veteri Roma. *Const. Δέδωκεν* § 18. — Sed et divus Hadrianus in compositione edicti et senatusconsulto, quod eam secutum est, hoc apertissime definivit. *L.* 2, § 18 *Cod. de Vet. iur. enucl.* 1, 17. — *Edictum praetoris. (De Iurisdictione.) Ulpianus Lib. III. ad Edictum.* Qui magistratum potestatemve habebit, si quid in aliquem novi iuris statuerit: ipse quandoque adversario postulante eodem iure uti debet. Si quis apud eum, qui magistratum potestatemque habebit, aliquid novi iuris obtinuerit, quandoque postea adversario eius postulante, eodem iure adversus eum decernetur: scilicet, ut quod ipse quis in alterius persona aequum esse credidisset, id in ipsius quoque persona valere patiatur. *L.* 1, § 1 *D. Quod quisque iuris in alterum* 2, 2. — *(De Edendo.) Ulpianus Lib. IV. ad Edictum.* Argentariae mensae exercitores rationem, quae ad se pertinet, edant adiecto die et consule. *L.* 4 *pr. D. de Edendo* 2, 13. — *Ulpianus Lib. IV. ad Edictum.* Argentario eive, qui iterum edi postulabit, causa cognita edi iubebo. *L.* 6, § 8 *D. eod. tit.* — *(De Pactis.) Ulpianus Lib. IV. ad Edictum.* Pacta conventa, quae neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta principum, neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, servabo. *L.* 7, § 7 *D. de Pactis* 2, 14. — *(De In Ius Vocando.) Ulpianus Lib. V. ad Edictum.* Parentem, patronum, patronam, liberos, parentes patroni, patronae in ius sine permissu meo ne quis vocet. *L.* 4, § 1 *D. de In ius vocando* 2, 4. — *Ulpianus Lib. V. ad Edictum.* Si quis parentem, patronum, patronam, liberos, aut parentes patroni, vel patronae, liberosve suos, eumve, quem in potestate habebit, vel uxorem, vel nurum in iudicium vocabit: qualiscunque fideiussor iudicio sistendi causa accipiatur. *L.* 2, § 2 *D. Qui satisdare cogantur* 2, 8. — *Ulpianus Lib. V. ad Edictum.* In bona eius, qui iudicio sistendi causa fideiussorem dedit, si neque potestatem sui faciet, neque defenderetur, iri iubebo. *L.* 2 *pr. D. Quibus ex causis in possess. eatur* 42, 4. — *(De Postulando.) Ulpianus Lib. VI. ad Edictum.* ...... Qui lege, plebiscito, senatusconsulto, edicto, decreto principum, nisi pro certis personis, postulare prohibentur, hi pro alio, quam pro quo licebit, in iure apud me ne postulent. Qui ex his omnibus, qui supra scripti sunt, in integrum restitutus non erit, pro alio ne postulet, praeterquam pro parente, patrono, patrona, liberis parentibusque patroni, patronae; liberisve suis, fratre, sorore, uxore, socero, socru, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, privigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, cui eorum a parente, aut de maioris partis tutorum sententia, aut ab eo, cuius de ea re iurisdictio fuit, ea tutela curatiove data erit. *L.* 1, § 8, 9, 11; *l.* 3 *pr. D. de Postulando* 3, 1. — *(De His, Qui Notantur Infamia.) Iulianus Lib. I. ad Edictum.* Infamia notatur, qui ab exercitu ignominiae causa ab imperatore eove, cui de ea re statuendi potestas fuerit, dimissus erit. Qui artis ludicrae pronunciandive causa in scenam prodierit. Qui lenocinium fecerit. Qui in iudicio publico calumniae praevaricationisve causa quid fecisse iudicatus erit. Qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo et fraude, suo nomine damnatus pactusve erit. Qui pro socio, tutelae, mandati, depositi, suo nomine, non contrario iudicio, damnatus erit. Qui eam, quae in potestate eius esset, genero mortuo, quum eum mortuum esse sciret, intra id tempus, quo elugere virum moris est, antequam virum elugeret, in matrimonium collocaverit, eamve sciens quis uxorem duxerit, non iussu eius, in cuius potestate est; et qui eum, quem in potestate haberet, eam, de qua supra comprehensum est, uxorem ducere passus fuerit. Quive suo nomine, non iussu eius, in cuius potestate esset, eiusve nomine, quem quamve in potestate haberet, bina sponsalia binasve nuptias in eodem tempore constitutas habuerit. *L.* 1 *D. de His, qui not. infam.* 3, 2. — Infamia notatur ... in potestate haberet, earum quam uxorem ducere passus fuerit, quae virum, parentem, liberosve suos, uti mos est, non eluxerit, quae quum in parentis sui potestate non esset, viro mortuo, quum eum mortuum esse sciret, intra id tempus, quo elugere virum moris est, nupserit. *Vat. Fr.* 320. — *(De Procuratoribus.)* .... *XXXIIII.* (?) Alieno nomine, item per alios agendi potestatem non faciam in his causis, in quibus neve dent cognitorem, neve dentur, edictum comprehendit. *Vat. Fr.* 322. — *Ulpianus Lib. VIII. ad Edictum.* Procuratorem ad litem suscipiendam datum, pro quo consentiente dominus iudicatum solvi exposuit, iudicium accipere cogam. *L.* 8, § 3 *D. de Procurat. et defens.* 3, 3. — *Ulpianus Lib. IX. ad Edictum.* Cuius nomine quis actionem dari sibi postulabit, is eum viri boni arbitratu defendat: et ei, quo nomine aget, id ratum habere eum, ad quem ea res pertinet, boni viri arbitratu satisdet. *L.* 33, § 3 *D. eod. tit.* — *(De Negotiis Gestis.) Ulpianus Lib. X. ad Edictum.* Si quis negotia alterius, sive quis negotia, quae cuiusque, quum is moritur, fuerint, gesserit: iudicium eo nomine dabo. *L.* 3 *pr. D. de Negot. gest.* 3, 5. — *(De In Integrum Restitutionibus.) Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Quod metus causa gestum erit, ratum non habebo. *L.* 1 *D. Quod metus causa* 4, 2. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.*

Quae dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit, et iusta causa esse videbitur, iudicium dabo. *L.* 1, § 1 *D. de Dolo malo* 4, 3. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Quod cum minore, quam viginti quinque annis natu, gestum esse dicetur, uti quaeque res erit, animadvertam. *L.* 1, § 1 *D. de Minor.* 4, 4. — *Ulpianus Lib. XII. ad Edictum.* Qui, quaeve posteaquam quid cum his actum contractumve sit, capite deminuti deminutae esse dicentur, in eos easve perinde quasi id factum non sit, iudicium dabo. *L.* 2, § 1 *D. de Capite minut.* 4, 5. — *Ulpianus Lib. XII. ad Edictum.* Si cuius quid de bonis, quum is metu, aut sine dolo malo, reipublicae causa abesset: inve vinculis, servitute, hostiumque potestate esset: sive cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur. Item, si quis quid usu suum fecisset, aut, quod non utendo amisit (quod non utendo sit amissum *l.* 21 *D. eod. tit.*), consecutus, actioneve qua solutus ob id, quod dies eius exierit, quum absens non defenderetur, inve vinculis esset, secumve agendi potestatem non faceret: aut quum eum invitum in ius vocari non liceret, neque defenderetur: quumve magistratus de ea re appellatus esset, sive cui pro magistratu, sine dolo ipsius, actio exemta esse dicetur: earum rerum actionem intra annum, quo primum de ea re experiundi potestas erit. Item si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituam, quod eius per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum, licebit. *L.* 1, § 1 *D. Ex quib. caus. mai.* 4, 6. — Quod eo auctore, qui tutor non fuerit, gestum esse dicatur, si id actor ignoravit, dabo in integrum restitutionem. In eum, qui, quum tutor non esset, dolo malo auctor factus esse dicetur, iudicium dabo, ut, quanti ea res erit, tantam pecuniam condemnetur. *L.* 1, § 1, 6; *l.* 7 *pr. D. Quod falso tutore auct.* 27, 6. — (*De Nautis, Cauponibus et Stabulariis, Recepta Ut Restituant.*) *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Nautae, caupones, stabularii quod cuiusque salvum fore receperint, nisi restituent, in eos iudicium dabo. *L.* 1 *pr. D. Naut. caup. stabul.* 4, 9. — (*De Publiciana In Rem Actione.*) *Ulpianus Lib. XVI. ad Edictum.* Si quis id, quod traditur ex iusta causa, non a domino, et nondum usucaptum petet, iudicium dabo. *L.* 1 *pr. D. de Public. in rem act.* 6, 2. — (*De Iureiurando Voluntario.*) *Ulpianus Lib. XXII. ad Edictum.* Si is, cum quo agetur, conditione delata, iuraverit, ... eius rei, de qua iusiurandum delatum fuerit, neque in ipsum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo. *L.* 3 *pr.*, *l.* 7 *D. de Iureiurando* 12, 2. — *Ulpianus Lib. XXIII.* (*XXII.?*) *ad Edictum.* Si is, in cuius potestate esse dicetur, negavit, se in sua potestate servum habere, utrum actor volet, vel deierare iubebo, in potestate sua non esse, neque se dolo malo fecisse, quo minus esset, vel iudicium dabo sine noxae deditione. *L.* 21, § 2 *D. de Noxal. act.* 9, 4. — (*De His, Qui Effuderint Vel Deiecerint.*) *Ulpianus Lib. XXIII. ad Edictum.* Unde in eum locum, quo vulgo iter fiet, vel in quo consistetur, deiectum vel effusum quid erit, quantum ex ea re damnum datum factumve erit, in eum, qui ibi habitaverit, in duplum iudicium dabo. Si eo ictu homo liber perisse dicetur, quinquaginta aureorum iudicium dabo. Si vivet, nocitumque ei esse dicetur, quantum ob eam rem aequum iudici videbitur eum, cum quo agetur, condemnari, tanti iudicium dabo. Si servus insciente domino fecisse dicetur, in iudicio adiiciam: aut noxam dedere. *L.* 1 *pr. D. de His, qui effud. vel deiec.* 9, 3. — *Ulpianus Lib. XXIII. ad Edictum.* Ne quis in suggruenda protectove, supra eum locum, qua vulgo iter fiet, inve quo consistetur, id positum habeat, cuius casus nocere cui possit. Qui adversus ea fecerit, in eum solidorum decem in factum iudicium dabo, si servus insciente domino fecisse dicetur (aut aestimationem dari), aut noxae dedi iubebo. *L.* 5, § 6 *D. eod. tit.* — (*De Servo Corrupto.*) *Ulpianus Lib. XXIII. ad Edictum.* Qui servum, servam, alienum, alienam recepisse, persuasisseve quid ei dicetur dolo malo, quo eum, eam deteriorem faceret, in eum, quanti ea res erit, in duplum iudicium dabo. *L.* 1 *pr. D. de Servo corrupto* 11, 3. — (*De Aleatoribus.*) *Ulpianus Lib. XXIII. ad Edictum.* Si quis eum, apud quem alea lusum esse dicetur, verberaverit, damnumve ei dederit, sive quid eo tempore dolo eius subtractum est, iudicium non dabo: in eum, qui aleae ludendae causa vim intulerit, uti quaeque res erit, animadvertam. *L.* 1 *pr. D. de Aleator.* 11, 5. — (*De Religiosis Et Sumtibus Funerum.*) *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Sive homo mortuus, ossave hominis mortui, in locum purum alterius, aut in id sepulcrum, in quo ius non fuerit, illatâ esse dicentur: qui hoc fecit, in factum actione tenetur, et poena pecuniaria subiicietur. *L.* 2, § 2 *D. de Relig. et sumtib. fun.* 11, 7. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Quod funeris causa sumtus factus erit, eius reciperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet, iudicium dabo. *L.* 12, § 2 *D. eod. tit.* — (*De Sepulcro Violato.*) *Ulpianus Lib. XXV.* (?) *ad Edictum.* Cuius dolo malo sepulcrum violatum esse dicetur, in eum in factum iudicium dabo: ut ei, ad quem pertineat, quanti ob eam rem aequum videbitur, condemnetur. Si nemo erit, ad quem pertineat, sive agere nolet: quicunque agere volet, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent, cuius iustissima causa esse videbitur, ei agendi potestatem faciam. Si quis in sepulcro dolo malo habitaverit, aedificiumve aliud, quamque sepulcri causa factum sit, habuerit: in eum, si quis eo nomine agere volet, ducentorum aureorum iudicium dabo. *L.* 3 *D. de Sepulcro violato* 47, 12. — (*De Iureiurando Necessario.*) *Ulpianus Lib. XXVI. ad Edictum.* Eum, a quo iusiurandum petetur, solvere aut iurare cogam. *L.* 34, § 6 *D. de Iureiur.* 12, 2. — Sacerdotem Vestalem et flaminem Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam. *Gellius* 10, 15. — (*De Constituta Pecunia.*) *Ulpianus Lib. XXVII. ad Edictum.* Qui pecuniam debitam constituit, si appareat, eum, qui constituit, neque solvere, neque fecisse reum, quod constituit, neque per actorem stetisse, quo minus fieret, quod constitutum est, eamque pecuniam, quum constituebatur, debitam fuisse (iudicium dabo). *L.* 1, § 1; *l.* 16, § 2, 4; *l.* 18 *pr. et* § 1 *D. de Pecun. constit.* 13, 5. — (*De Exercitoria Actione.*) *Ulpianus Lib. XXVIII. ad Edictum.* Si is, qui navem exercuerit, in aliena potestate erit, eiusque voluntate navem exercuerit, quod cum magistro eius gestum erit, in eum, in cuius potestate erit, qui navem exercuerit, in solidum iudicium dabo. *L.* 1, § 19 *D. de Exerc. act.* 14, 1. — (*De Commodato.*) *Ulpianus Lib. XXVIII. ad Edictum.* Quod quis commodasse dicetur, de eo iudicium dabo. *L.* 1 *pr. D. Commod.* 13, 6. — (*Quod Cum Eo, Qui In Aliena Potestate Est, Negotium Gestum Esse Dicetur.*) *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* In eum, qui emancipatus, aut exheredatus erit, quive abstinuit se hereditate eius, cuius in potestate, quum moritur, fuerit, eius rei nomine, quae cum eo contracta erit, quum is in potestate esset, sive sua voluntate, sive iussu eius, in cuius potestate erit, contraxerit, sive in peculium ipsius, sive in patrimonium eius, cuius in potestate fuerit, ea res redacta fuerit, actionem, causa cognita, dabo in quod facere potest. *L.* 2 *pr. D. Quod cum eo, qui in al. pot.* 14, 5. — (*De Peculio.*) *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Post mortem eius, qui in alterius potestate fuerit, posteave, quam is emancipatus, manumissus, alienatusve fuerit, duntaxat de peculio, et si quid dolo malo eius, in cuius potestate est, factum erit, quo minus peculii esset, in anno, quo primum de ea re experiundi potestas erit, iudicium dabo. *L.* 1 *pr. D. Quando de pecul. act. annal.* 15, 2. — (*De Deposito.*) *Ulpianus Lib. XXX. ad Edictum.* Quod neque tumultus, neque incendii, neque ruinae, neque naufragii causa depositum sit, in simplum, (ex) earum autem rerum, quae supra comprehensae sunt, in ipsum in duplum, in heredem eius, quod dolo malo eius factum esse dicetur, qui mortuus sit, in simplum, quod ipsius, in duplum iudicium dabo. *L.* 1, § 1 *D. Depos.* 16, 3. — (*De Inspiciendo Ventre Custodiendoque Partu.*) *Ulpianus Lib. XXXIV.* (?) *ad Edictum.* Si mulier mortuo marito praegnantem se esse dicet, his, ad quos ea res pertinebit, procuratorive eorum, bis in mense denunciandum curet, ut mittant, si velint, quae ventrem inspicient. Mittantur autem mulieres liberae duntaxat quinque: haeque simul omnes inspiciant: dum ne qua earum, dum inspicit, invita muliere ventrem tangat. Mulier in domu honestissimae feminae pariat, quam ego constituam. Mulier ante dies triginta,

quam parituram se putat, denunciet his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum, ut mittant, si velint, qui ventrem custodiant. In quo conclavi mulier paritura erit, ibi ne plures aditus sint, quam unus: si erunt, ex utraque parte tabulis praefigantur. Ante hostium eius conclavis liberi tres, et tres liberae cum binis comitibus custodiant. Quotiescunque ea mulier in id conclave aliudve quod, sive in balineum ibit, custodes, si velint, id ante prospiciant, et eos, qui introierint, excutiant. Custodes, qui ante conclave positi erunt, si volunt, omnes, qui conclave aut domum introierint, excutiant. Mulier, quum parturire incipiat, his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum denunciet, ut mittant, quibus praesentibus pariat. Mittantur mulieres liberae duntaxat quinque: ita ut, praeter obstetrices duas, in eo conclavi ne plures mulieres liberae sint, quam decem: ancillae, quam sex. Hae, quae intus futurae erunt, excutiantur omnes in eo conclavi, ne qua praegnans sit. Tria lumina, ne minus, ibi sint: scilicet, quia tenebrae ad subiiciendum aptiores sunt. Quod natum erit, his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum, si inspicere volent, ostendatur. Apud eum educetur, apud quem parens iusserit. Si autem nihil parens iusserit, aut is, apud quem voluerit educari, curam non recipiet: apud quem educetur, causa cognita constituam. Is, apud quem educabitur, quod natum erit, quoad trium mensum sit, bis in mense: ex eo tempore, quoad sex mensum sit, semel in mense: a sex mensibus, quoad anniculus fiat, alternis mensibus: ab anniculo, quoad fari possit, semel in sex mensibus, ubi volet, ostendat. Si cui ventrem inspici, custodirive, adesse partui licitum non erit, factumve quid erit, quo minus ea ita fiant, uti supra comprehensum est: ei, quod natum erit, possessionem causa cognita non dabo. Sive quod natum erit, ut supra cautum est, inspici non licuerit: quas utique actiones me daturum polliceor his, quibus ex edicto meo bonorum possessio data sit: eas, si mihi iusta causa videbitur esse, ei non dabo. *L.* 1, § 10 *D. de Inspic. ventre* 25, 4. — (*De Furtis.*) *Ulpianus Lib. XXXVIII. ad Edictum.* Quod familia publicanorum furtum fecisse dicetur, item si damnum iniuria fecerit, et id, ad quos ea res pertinet, non exhibetur, in dominum sine noxae deditione iudicium dabo. *L.* 12, § 1 *D. de Publican. et vectig.* 39, 4. — (*De Bonorum Possessionibus.*) *Ulpianus Lib. XLIX. ad Edictum.* Uti me quaque lege, senatusconsulto, bonorum possessionem dare oportebit, ita dabo. *L. un. D. Ut ex legibus senatusveconsultis b. p. det.* 38, 14. — (*De Damno Infecto.*) *Ulpianus Lib. LIII. ad Edictum.* Damni infecti suo nomine promitti, alieno satisdari iubebo ei, qui iuraverit, non calumniae causa id se postulare, eumve, cuius nomine aget, postulaturum fuisse in eam diem, quam causa cognita statuero. Si controversia erit, dominus sit, nec ne, qui cavebit; sub exceptione satisdari iubebo. De eo opere, quod in flumine publico ripave eius fiet, in annos decem satisdari iubebo. Eum, cui ita non cavebitur, in possessionem eius rei, cuius nomine, ut caveatur, postulabitur, ire, et, quum iusta causa esse videbitur, etiam possidere iubebo. In eum, qui neque caverit, neque in possessione esse, neque possidere passus erit, iudicium dabo: ut tantum praestet, quantum praestare eum oporteret, si de ea re ex decreto meo, eiusve, cuius de ea re iurisdictio fuit, quae mea est, cautum fuisset. Eius rei nomine, in cuius possessionem misero, si ab eo, qui in possessione erit, damni infecti nomine non satisdabitur: eum, cui non satisdabitur, simul in possessione esse iubebo. *L.* 7 *pr. D. de Damno inf.* 39, 2. — (*De Publicanis Et Vectigalibus Et Commissis.*) *Ulpianus Lib. LV. ad Edictum.* Quod publicanus eius publicani nomine vi ademerit, quodque familia publicanorum: si id restitutum non erit, in duplum; aut si post annum agetur, in simplum iudicium dabo. Item si damnum iniuria, furtumve factum esse dicetur: iudicium dabo. Si id (hi), ad quos ea res pertinebit, non exhibebitur (exhibebuntur): in dominos sine noxae deditione iudicium dabo. *L.* 1 *pr. et* § 6 *D. de Publican. et vectig.* 39, 4. — (*De Vi Bonorum Raptorum.*) *Ulpianus Lib. LVI. ad Edictum.* Si cui dolo malo, hominibus coactis, damni quid factum esse dicetur, sive cuius bona rapta esse dicentur, in eum, qui id fecisse dicetur, iudicium dabo. Item si servus fecisse dicetur, in dominum iudicium noxale dabo. *L.* 2 *pr. D. Vi bonor. rapt.* 47, 8. — *Ulpianus Lib. LVI. ad Edictum.* Cuius dolo malo in turba damnum quid factum esse dicetur: in eum in anno, quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, in duplum, post annum, in simplum iudicium dabo. *L.* 4 *pr. D. eod. tit.* — (*De Incendio, Ruina, Naufragio, Rate, Nave Expugnata.*) *Ulpianus Lib. LVI. ad Edictum.* In eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata quid rapuisse, recepisse dolo malo, damnive quid in his rebus dedisse dicetur: in quadruplum in anno, quo primum de ea re experiundi potestas fuerit: post annum, in simplum iudicium dabo: item in servum, et in familiam iudicium dabo. *L.* 1 *pr. D. de Incend. ruina, naufr.* 47, 9. — (*De Iniuriis Et Famosis Libellis.*) *Ulpianus Lib. LVII. ad Edictum.* Qui agit iniuriarum, certum dicat, quid iniuriae factum sit. *L.* 7 *pr. D. de Iniuriis* 47, 10. — *Ulpianus Lib. LVII. ad Edictum.* Qui adversus bonos mores convicium cui fecisse, cuiusve opera factum esse dicetur, quo adversus bonos mores convicium fieret: in eum iudicium dabo. *L.* 15, § 2 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LVII. ad Edictum.* Ne quid infamandi causa fiat. Si quis adversus ea fecerit, prouti quaeque res erit, animadvertam. *L.* 15 *cit.*, § 25. — *Ulpianus Lib. LVII. ad Edictum.* Qui servum alienum adversus bonos mores verberavisse, deve eo iniussu domini quaestionem habuisse dicetur: in eum iudicium dabo. Item si quid aliud factum esse dicetur, causa cognita iudicium dabo. *L.* 15 *cit.*, § 34. — *Ulpianus Lib. LVII. ad Edictum.* Si ei, qui in alterius potestate erit, iniuria facta esse dicetur; et neque is, cuius in potestate est, praesens erit, neque procurator quisquam exsistat, qui eo nomine agat: causa cognita ipsi, qui iniuriam accepisse dicetur, iudicium dabo. *L.* 17, § 10 *D. eod. tit.* — (*De Bonis Possidendis Et Vendendis.*) *Ulpianus Lib. LIX. ad Edictum.* Si is pupillus in suam tutelam venerit, eave pupilla viripotens fuerit, et recte defendetur: eos, qui bona possident, de possessione decedere iubebo. *L.* 5, § 2 *Quib. ex caus. in possess. eat.* 42, 4. — *Paulus Lib.* * *LVII. ad Edictum.* Et eius, cuius bona possessa sunt a creditoribus, bona veneant, praeterquam pupilli et eius, qui sine dolo malo reipublicae causa abfuit. *L.* 6, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LIX. ad Edictum.* Qui fraudationis causa latitavit, si boni viri arbitratu non defendetur, eius bona possideri vendique iubebo. *L.* 7, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LX. ad Edictum.* Si tempus ad deliberandum petet, dabo. Si pupilli, pupillae nomine postulabitur tempus ad deliberandum, an expediat eum hereditatem retinere, et hoc datum sit, si iusta causa esse videbitur: bona interea deminui, nisi si causa cognita boni viri arbitratu, vetabo. *L.* 1, § 1; *l.* 7 *pr. D. de Iure deliber.* 28, 8. — *Ulpianus Lib. LXI. ad Edictum.* Si per eum eamve factum erit, quo quid ex ea hereditate amoveretur. *L.* 71 *D. de Acquir. her.* 29, 2. — *Ulpianus Lib. LXII. ad Edictum.* Si quis quum in possessione bonorum esset, quod eo nomine fructus ceperit, ei, ad quem ea res pertinet, non restituat; sive quod impensae sine dolo malo fecerit, ei non praestabitur; sive dolo malo eius deterior causa possessionis facta esse dicetur: de ea re iudicium in factum dabo. *L.* 9 *pr. D. de Reb. auctorit. iud. possid.* 42, 5. — *Ulpianus Lib. LXIV. ad Edictum.* Quod postea contractum erit, quam is, cuius bona venierint, consilium (re)ceperit fraudare, sciente eo, qui contraxerit, ne actio eo nomine detur. *L.* 25 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LXVI. ad Edictum.* Quae fraudationis causa gesta erunt cum eo, qui fraudem non ignoraverit, de his curatori bonorum, vel ei, cui de ea re actionem dare oportebit, intra annum, quo experiundi potestas fuerit, actionem dabo: idque etiam adversus ipsum, qui fraudem fecit, servabo. *L.* 1 *pr. D. Quae in fraud. credit.* 42, 8. — (*De Interdictis.*) *Ulpianus Lib. LXVII. ad Edictum.* Quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est: quod de his bonis pro herede aut pro possessore possides, possideresve, si nihil usucaptum esset: quod quidem dolo malo fecisti, uti desineres possidere: id illi restituas. *L.* 1 *pr. D. Quor. bonor.* 43, 2. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quas ta-

bulas Lucius Titius ad causam testamenti sui pertinentes reliquisse dicetur, si hae penes te sunt, aut dolo malo tuo factum est, ut desinerent esse: ita eas illi exhibeas. Item si libellus aliudve quid relictum esse dicetur, decreto comprehendam. *L.* 1 *pr. D. de Tabul. exhib.* 43, 5. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* In loco sacro facere, inve eum immittere quid veto. *L.* 1 *pr. D. Ne quid in loco sacro* 43, 6. — *Ulpianus Lib.* **LXVIII. ad Edictum.* Quo quave illi mortuum inferre invito te ius est, quo minus illi eo eave mortuum inferre et ibi sepelire liceat, vim fieri veto. *L.* 1 *pr. D. de Mortuo infer.* 11, 8. — *Ulpianus Lib.* **LXVIII. ad Edictum.* Quo illi ius est invito te mortuum inferre, quo minus illi in eo loco sepulcrum sine dolo malo aedificare liceat, vim fieri veto. *L.* 1 *D. cit.*, § 5. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur: praeterquam quo lege, senatusconsulto, edicto, decretove principum tibi concessum est: de eo, quod factum erit, interdictum non dabo. *L.* 2 *pr. D. Ne quid in loco publ.* 43, 8. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* In via publica itinereve publico facere, immittere quid, quo ea via, idve iter deterius sit, fiat, veto. *L.* 2 *D. cit.*, § 20. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quod in via publica itinereve publico factum, immissum habes, quo ea via, idve iter deterius sit, fiat, restituas. *L.* 2 *D. cit.*, § 35. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quo minus illi via publica itinereve publico ire agere liceat, vim fieri veto. *L.* 2 *D. cit.*, § 45. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quo minus loco publico, quem is, cui locandi ius fuerit, fruendum alicui locavit, ei, qui conduxit, sociove eius, e lege locationis frui liceat, vim fieri veto. *L.* 1 *pr. D. de Loco publ. fruendo* 43, 9. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quo minus illi viam publicam, iterve publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea via, idve iter deterius fiat: vim fieri veto. *L.* 1 *pr. D. de Via publ. et itin. publ. refic.* 43, 11. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Ne quid in flumine publico ripave eius facias, ne quid in flumine publico neve in ripa eius immittas, quo statio iterve navigio deterior sit, fiat. *L.* 1 *pr. D. de Flumin.* 43, 12. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quod in flumine publico ripave eius fiat, sive quid in id flumen ripamve eius immissum habes, quo statio iterve navigio deterior sit, fiat, restituas. *L.* 1 *D. cit.*, § 19. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* In flumine publico inve ripa eius facere, aut in id flumen ripamve eius immittere, quo aliter aqua fluat, quam priore aestate fluxit, veto. *L.* 1 *pr. D. Ne quid in flumine publ. fiat* 43, 13. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quod in flumine publico ripave eius factum, sive quid in flumen ripamve eius immissum habes, si ob id aliter aqua fluit, atque uti priore aestate fluxit: restituas. *L.* 1 *D. cit.*, § 11. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quo minus illi in flumine publico navem, ratem agere, quove minus per ripam onerare, exonerare liceat, vim fieri veto. Item ut per laçum, fossam, stagnum publicum navigare liceat, interdicam. *L. un. pr. D. Ut in flum. publ. navig.* 43, 14. — *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Quo minus illi in flumine publico ripave eius opus facere, ripae agrive, qui circa ripam est, tuendi causa, liceat, dum ne ob id navigatio deterior fiat, si tibi damni infecti in annos decem, viri boni arbitratu, vel cautum, vel satisdatum est, aut per illum non stat, quo minus viri boni arbitratu caveatur vel satisdetur: vim fieri veto. *L. un. pr. D. de Ripa munienda* 43, 15. — *Ulpianus Lib.* **LXIX. ad Edictum.* Unde tu illum vi deiecisti aut familia tua deiecit: de eo, quaeque ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, post annum de eo, quod ad eum, qui vi deiecit, pervenerit, iudicium dabo. *L.* 1 *pr. D. de Vi et vi arm.* 43, 16. — *Ulpianus Lib. LXIX. ad Edictum.* Uti eas aedes, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis: quo minus ita possideatis, vim fieri veto. De cloacis hoc interdictum non dabo: neque pluris, quam quanti res erit, intra annum, quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittam. *L.* 1 *pr. D. Uti possidetis* 43, 17. — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Uti ex lege locationis sive conductionis, superficie, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruemini, quo minus fruamini, vim fieri veto: si qua alia actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo. *L.* 1 *pr. D. de Superfic.* 43, 18. — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Quo itinere actuque privato, quo de agitur, vel via, hoc anno nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es, quo minus ita utaris, vim fieri veto. *L.* 1 *pr. D. de Itinere actuque privato* 43, 19. — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Qui itinere actuque hoc anno, non vi, non clam, non precario ab alio usus es, quominus id iter actumque, ut tibi ius esset, reficias, vim fieri veto: qui hoc interdicto uti volet, is adversario damni infecti, quod per eius vitium datum sit, caveat. *L.* 3, § 11 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Uti hoc anno aquam, qua de agitur, non vi, non clam, non precario ab illo duxisti, quo minus ita ducas, vim fieri veto. *L.* 1 *pr. D. de Aqua quotid. et aestiva* 43, 20. — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Uti priore aestate aquam, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti, quo minus ita ducas, vim fieri veto. Inter heredes, emtores, et bonorum possessores interdicam. *L.* 1 *D. cit.*, § 29. — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Quo ex castello illi aquam ducere ab eo, cui eius rei ius fuit, permissum est, quo minus ita, uti permissum est, ducat, vim fieri veto. Quandoque de opere faciendo interdictum erit, damni infecti caveri iubebo. *L.* 1 *D. cit.*, § 38. — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Rivos, specus, septa reficere, purgare, aquae ducendae causa, quo minus liceat illi: dum ne aliter aquam ducat, quam uti priori aestate, non vi, non clam, non precario a te duxit: vim fieri veto. *L.* 1 *pr. D. de Rivis* 43, 21. — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Uti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es: quo minus ita utaris, vim fieri veto. De lacu, puteo, piscina item interdicam. *L. un. pr. D. de Fonte* 43, 22. — *Ulpianus Lib. LXX. ad Edictum.* Quo minus fontem, quo de agitur, purges, reficias, ut aquam coercere, utique ea possis: dum ne aliter utaris, atque uti hoc anno, non vi, non clam, non precario ab illo usus es, vim fieri veto. *L. un. D. cit.*, § 6. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quo minus illi cloacam, quae ex aedibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat: vim fieri veto. Damni infecti, quod operis vitio factum sit, caveri iubebo. *L.* 1 *pr. D. de Cloacis* 43, 23. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quod in cloaca publica factum, sive in ea immissum habes, quo usus eius deterior sit, fiat: restituas. Item ne quid fiat, immittaturve, interdicam. *L.* 1 *D. cit.*, § 15. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quod vi aut clam factum est, qua de re agitur, id, quum experiendi potestas est, restituas. *L.* 1 *pr. D. Quod vi aut clam* 43, 24. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quod ius sit illi prohibere, ne se invito fiat, in eo nunciatio teneat. Ceterum nunciationem missam facio. *L. un. pr. D. de Remiss.* 43, 25. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quem in locum nunciatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agitur: quod in eo loco, antequam nunciatio missa fieret, aut in ea causa esset, ut remitti deberet, factum est: id restituas. *L.* 20 *pr. D. de Operis novi nunc.* 39, 1. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quem in locum nunciatum est, ne quid operis novi fieret: qua de re agitur, si de ea re satisdatum est: quod eius cautum sit, aut per te stat, quo minus satisdetur: quo minus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto. *L.* 20 *D. cit.*, § 9. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quod precario ab illo habes, aut dolo malo fecisti, ut desineres habere, qua de re agitur, id illi restituas. *L.* 2 *pr. D. de Precario* 43, 26. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quae arbor ex aedibus tuis in aedes illius impendet, si per te stat, quo minus eam adimas: tunc, quo minus illi eam arborem adimere sibique habere liceat, vim fieri veto. *L.* 1 *pr. D. de Arbor. caed.* 43, 27. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quae arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te stat, quo minus pedes quindecim a terra eam altius coerceas, tunc, quo minus illi ita coercere, lignaque sibi habere liceat, vim fieri veto. *L.* 1 *D. cit.*, § 7. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Glandem, quae ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat: vim fieri

veto. *L. un. pr. D. de Gland. leg.* 43, 28. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Quem liberum dolo malo retines, exhibeas. *L.* 1 *pr. D. de Hom. libero exhib.* 43, 29. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Qui quaeve in potestate Lucii Titii est, si is eave apud te est, dolove malo tuo factum est, quo minus apud te esset, ita eum eamve exhibeas. *L.* 1 *pr. D. de Liberis exhib.* 43, 30. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Si Lucius Titius in potestate Lucii Titii est: quo minus eum Lucio Titio ducere liceat, vim fieri veto. *L.* 3 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LXXII. ad Edictum.* Utrubi hic homo, quo de agitur, maiore parte huiusce anni fuit: quo minus is eum ducat, vim fieri veto. *L. un. pr. D. de Utrubi* 43, 31. — *Ulpianus Lib. LXXII. ad Edictum.* Si quis dolo malo fecerit, quo minus quis permissu meo, eiusve, cuius ea iurisdictio fuit, in possessionem bonorum sit, in eum in factum iudicium, quanti ea res fuit, ob quam in possessionem missus erit, dabo. *L.* 1 *pr. D. Ne vis fiat ei, qui in poss.* 43, 4. — *Ulpianus Lib. LXXIII. ad Edictum.* Si is homo, quo de agitur, non est ex his rebus, de quibus inter te et actorem convenit, ut quae in eam habitationem, qua de agitur, introducta, importata, ibi nata factave essent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis essent: sive ex his rebus esset ea merces tibi soluta, eove nomine satisfactum est, aut per te stat, quo minus solvatur: ita quo minus ei, qui eum pignoris nomine induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto. *L.* 1 *pr. D. de Migrando* 43, 32. — *Ulpianus Lib. LXXIII. ad Edictum.* Quae Lucius Titius fraudandi causa, sciente te, in bonis, quibus de ea re agitur, fecit, ea illis, si eo nomine, quo de agitur, actio ei ex edicto meo competere, esseve oportet, ei, si non plus, quam annus est, quum de ea re, qua de agitur, experiundi potestas est, restituas. Interdum causa cognita, etsi scientia non sit, in factum actionem permittam. *L.* 10 *pr. D. Quae in fraud. cred.* 42, 8. — *Edictum Aedilium Curulium. Ulpianus Lib. I. ad Edictum Aedilium.* Qui mancipia vendunt, certiores faciant emtores, quid morbi vitiive cuique sit, quis fugitivus errove sit, noxave solutus non sit; eademque omnia, quum ea mancipia venibunt, palam recte pronuncianto. Quod si mancipium adversus ea venisset, sive adversus quod dictum promissumve fuerit, quum veniret, fuisset: quod eius praestari oportere dicetur, emtori omnibusque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur. Si quid autem post venditionem traditionemque deterius emtoris opera, familiae, procuratorisve eius factum erit; sive quid ex eo post venditionem natum, acquisitum fuerit; et si quid aliud in venditione ei accesserit, sive quid ex ea re fructus pervenerit ad emtorem: ut ea omnia restituat. Item, si quas accessiones ipse praestiterit, ut recipiat. Item si quod mancipium capitalem fraudem admiserit, mortis consciscendae sibi causa quid fecerit, inve arenam depugnandi causa ad bestias intromissus fuerit: ea omnia in venditione pronuncianto: ex his enim causis iudicium dabimus. Hoc amplius, si quis adversus ea sciens dolo malo vendidisse dicetur, iudicium dabimus. *L.* 1, § 1 *D. de Aedil. edicto* 21, 1. — Titulus. Scriptorum. Singulorum. Utei. Scriptus. Sit. Coerato. Ita. Utei. Intellegi. Recte. Possit. Quid. Morbi. Vitii. Ve. Quoi. Q. Sit. Quis. Fugitivus. Erro. Ve. Sit. Noxa. Ve. Solutus. Non. Sit. *Gellius* 4, 2. — *Ulpianus Lib. I. ad Edictum Aedilium Curulium.* Et quanta pecunia pro eo homine soluta, accessionisve nomine data erit, non reddetur; cuiusve pecuniae quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur. *L.* 25, § 9 *D. de Aedil. ed.* 21, 1. — *Ulpianus Lib. II. ad Edictum Curulium.* Qui iumenta vendunt, palam recte dicunto, quid in quoque eorum morbi vitiique sit; utique optime ornata vendendi causa fuerint, ita emtoribus tradantur. Si quid ita factum non erit, de ornamentis restituendis, iumentisve ornamentorum nomine redhibendis, in diebus sexaginta; morbi autem vitiive causa inemtis faciendis, in sex mensibus; vel quo minoris, quum venirent, fuerint, in anno iudicium dabimus. Si iumenta paria simul venierint, et alterum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat, iudicium dabimus, quo utrumque redhibeatur. *L.* 38 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. II. ad Edictum Curulium.* Quae de iumentorum sanitate diximus, de cetero quoque pecore omni venditores faciunto. *L.* 38 *D. cit.*, § 5. — *Ulpianus Lib. II. ad Edictum Curulium.* Ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem (*Paulus Lib. II. ad Edictum Curulium*), aliudve quod noceret, animal, sive soluta sint, sive alligata, ut contineri vinculis, quo minus damnum inferant, non possint), qua vulgo iter fiet, ita habuisse velit, ut cuiquam nocere, damnumve dare possit. Si adversus ea factum erit, et homo liber ex ea re perierit, solidi ducenti; si nocitum homini libero esse dicetur, quanti bonum aequum iudici videbitur, condemnetur; ceterarum rerum, quanti damnum datum factumve sit, dupli. *L.* 40, § 1; *l.* 41 *et l.* 42 *D. de Aedil. edicto* 21, 1. — *Καὶ μετὰ ταῦτα ἀδριανὸς ὁ βασιλεὺς ἐπιτρέπει ἰουλιανῷ τῷ νομικῷ μετὰ σερβίου κορνελίου συλλέξασθαι ἐπιμελῶς καὶ κατὰ τάξιν ὑποτιτλῶσαι τὰ νομικά. καὶ πρῶτος τὸ ἔδικτον ἐκτέθεικε, περὶ ἑκάστης πραγματείας τὰ σποράδην συγκείμενα συναγαγὼν καὶ εἰς ἓν συνάψας, τὰ περὶ γάμων ἐν ἑνὶ, καὶ τὰ περὶ ἐπιτρόπων ἰδικῶς, ὁμοίως καὶ τὰ περὶ λεγάτων, καὶ ἁπλῶς ἕκαστα.* Postea Adrianus rex iubet Iulianum Iurisconsultum cum Servio Cornelio curate colligere et certo ordine sub titulis collocare iura. Et primus Edictum composuit, super quavis materia, quae passim conglomerata erant, colligens et in unum componens, ius circa matrimonia uno titulo, alio speciali titulo ius circa tutores, et item ius circa legata et simpliciter omnia. *Epit. Leg. a.* 920. *ed. a Zachariaeo in App. Prochir. Basil. Heidelb.* 1837. 8. *p.* 292. *Vid. p.* 88. — Omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit. *Spartian. Hadr.* 4. — Multas provincias a Traiano acquisitas reliquit. *Spartian. Hadr.* 8. — * Armeniis regem habere permisit, quum sub Traiano legatum habuissent. A Mesopotamiis non exegit tributum, quod Traianus imposuit. *Spartian. Hadr.* 20. — * Provincias tres reliquit, quas Traianus addiderat et de Assyria, Mesopotamia et Armenia revocavit exercitus ac finem esse imperii voluit Euphratem. *Eutrop.* 8, 3. — * Hadrianus ... sponte propria reductis exercitibus Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam concessit et inter Romanos ac Persas Euphratem medium esse voluit. *Ruf. Festi Breviarium p.* 271. — *Ἀδριανὸς ... οὐκ εὐβούλως τῆς Μεσοποταμίας παραχωρεῖ Πέρσαις δεηθεῖσιν αὐτοῦ, κτηθείσης ὑπὸ Τραϊανοῦ Ῥωμαίων, καὶ τὸν Εὐφράτην ὅρον ποιεῖται τῆς ἀρχῆς.* Hadrianus ... non prudenter Mesopotamiam a Traiano Romanis partam Persis orantibus concessit et imperii terminum Euphratem constituit. *Suidas v. Δομετιανός.*

885. p. C. n. 132. AUGURINO ET SERGIANO COSS.

* His coss. Hadrianus a Christianorum persecutione cessavit et pater patriae appellatus est. *Cassiodor.* Cf. Euseb. ad a. 129. — * Moverunt ea tempestate et Iudaei bellum, quod vetabantur mutilare genitalia. *Spartian. Hadr.* 13. — * Hadrianus A. Serviano cos. S. ... Huic (Aegypto) cuncta concessi, vetera privilegia reddidi, nova sic addidi, ut praesenti gratias agerent. *Vopisc. Saturn.* 8.

886. p. C. n. 133. HIBERO ET SISENNA COSS.

Τῇ δὲ δὴ βουλῇ καὶ τῷ κλήρῳ ἡ Παμφυλία ἀντὶ τῆς Βιθυνίας ἐδόθη. Ceterum senatui sortique, Bithyniae loco, tradita est Pamphylia. *Dio Cass.* 69, 14. — *Ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε πολλὰ, καὶ ἵνα μηδεὶς βουλευτὴς μήτ᾽ αὐτὸς μήτε δι᾽ ἑτέρου τέλος τι μισθῶται.* Multas leges sanxit, sed praesertim, ut ne quis senator, neque per se, neque per alium vectigalia conduceret. *Dio Cass.* 69, 16. — Tabula missionis huius anni et altera a. 134. *Vesme l. c. p.* 21.

888. p. C. n. 135. PONTIANO ET ATILIANO COSS.

Ἀντεῖπε διὰ πινακίου γραφῆς, εἰπὼν ὅτι, Οὐ προσήκει ὑμῖν, οὔτε παρ᾽ ἐμοῦ αἰτεῖν ἵνα ἀλλότριον δοῦλον ἐλευθερώσω, οὔτε τὸν δεσπότην αὐτοῦ βιάζεσθαι τοῦτο ποιῆσαι. Negavit se facturum scripsitque in tabella, non decere populum Romanum ab se petere, ut alienum servum donaret libertate, aut dominum ad id faciendum compellere. *Dio Cass.* 69, 16. *Zonaras* 11, 24.

889—891. 136—138 p. C. n.

Ἐπιφάνιος ... λέγει τὸν αὐτὸν Ἀδριανὸν ... ἐλθεῖν ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ· καὶ ἰδὼν αὐτὴν ἐρημωθεῖσαν, ἀνασταθῆναι αὐτὴν προσέταξεν. Epiphanius ... ait ipsum Hadrianum ... venisse Hierosolyma: quae quum deserta vidisset, instaurari praecepisse. *Διὸ καὶ πρότερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνιστορεῖσθαι ἐθεσμοθέτησαν.* Decretum quoque olim fuit, ut evangelia in ecclesiis explicarentur. *Chronic. Brev. ex Eusebii Op. de Temporibus c.* 3 *et* 5 *in A. Maii Script. Vet. Nova Coll. T. I. p. II. p.* 4 et 11. *Glycas p.* 449. — Adoptavit Ceionium Commodum Verum: eumque Aelium Verum Caesarem appellavit, ob cuius adoptionem ludos circenses edidit et donativum populo ac militibus expendit. Mortuo Aelio Vero Caesare Hadrianus ... adoptavit Arrium Antoninum, qui postea Pius dictus est, sed ea demum lege, ut ille sibi duos adoptaret, Annium Verum et M. Antoninum. Hi sunt, qui postea duo pariter Augusti primi rempublicam gubernaverunt. *Spartian. Hadr.* 22. — Adoptatus Aelius Verus a Hadriano ... Datum populo congiarium causa eius adoptionis, collatumque militibus HS. ter millies, circenses editi. *Spartian. Verus* 3. — Pro eius adoptione infinitam pecuniam populo et militibus dedit ... Post hunc ... Antoninum adoptavit, Pium cognomine appellatum, cui conditionem addidit, ut ipse sibi Marcum et Verum Antoninum adoptaret. *Spartian. Verus* 6. — Adoptionis lex huius modi data est, ut quemadmodum Antoninus ab Hadriano adoptabatur, ita sibi ille adoptaret M. Antoninum, fratris uxoris suae filium et L. Verum, Aelii Veri, qui ab Hadriano adoptatus fuerat, filium, qui postea Verus Antoninus est dictus. Adoptatus est V. Kal. Mart. die. *Capitol. Anton. P.* 4. Cf. Dio Cass. 69, 20 sq. — Quum post obitum L. Caesaris Hadrianus ... amitae Marci virum Antoninum Pium Hadrianum ea lege in adoptionem legit, ut sibi Marcum Pius adoptaret; ita tamen, ut et Marcus sibi Lucium Commodum adoptaret. *Capitol. M. Antonin.* 5. Cf. Dio Cass. 69, 20 sq. Zonaras 11, 24.

Incert. ann.

Pontificis Maximi officium peregit. *Spartian. Hadr.* 21. — Romae praetorum et consulum officia frequentavit. *Spartian. Hadr.* 8. — Si dissentiunt (prudentes), iudici licet, quam velit, sententiam sequi, idque rescripto divi Hadriani significatur. *Gai.* 1, 8. Cf. Augustus p. 32. — *Καὶ τὰς πόλεις ... ὠφέλησε ... Πάσαις δὲ ὡς εἰπεῖν ἐπεκούρησε, ταῖς μὲν ὕδωρ, ταῖς δὲ λιμένας σῖτόν τε καὶ ἔργα, καὶ χρήματα, καὶ τιμὰς ἄλλαις ἄλλας διδούς.* Urbes ... iuvit ... et omnibus fere subvenit, dum aliis aquam, aliis portus, annonam, opera, pecunias, honores aliis alios, largitus est. *Dio Cass.* 69, 5. *Cassiod.* — *Ἐπετέλεσεν ... Ἀδριανὸς ἑορτὴν τῶν πηγῶν μηνὶ δαισίῳ τῷ καὶ Ἰουνίῳ κγʹ. καὶ τὰς θυσίας δὲ ὡσαύτως γίνεσθαι.* Hadrianus etiam fontibus festum quoque diem instituit Desii sive Iunii XXIII. sacrificiis rite celebrandum. *Malalas* 11, *p.* 278. — Latium multis civitatibus dedit, tributa multis remisit. *Spartian. Hadr.* 20. Vid. a. 118, 120. — Ardea oppidum imperator Hadrianus censiit. *Lib. Colon. I. p.* 231. — Iussu imp. Adriani vice numero limitum termini positi sunt lapidei. *Lib. Colon. I. p.* 222. — Tamirum oppidum imperator Hadrianus censuit. *Front. de Col. p.* 121 *ed. Rig.* — Senatores et equites Romanos semper in publico togatos esse iussit ... Vehicula cum ingentibus sarcinis urbem ingredi prohibuit. Sederi equos in civitatibus non sivit. *Spartian. Hadr.* 2[illegible] — *Ulpianus Lib. X. de Officio Proconsulis.* Legatum suum ne ante se de provincia dimittat (proconsul), et lege Iulia repetundarum et rescripto D. Hadriani ad Calpurnium Rufum Proconsulem Achaiae admonetur. *L.* 10, § 1 *D. de Offic. Procons.* 1, 16. — *Paulus Lib. II. Decretorum.* Recitabant D. Hadriani constitutionem, in qua, quantum ad munera municipalia, iusserat eum annum, quem quis ingressus esset, pro impleto numerari. *L.* 74, § 1 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — *Ἔπραττε δὲ καὶ διὰ τοῦ βουλευτηρίου πάντα τὰ μεγάλα καὶ ἀναγκαιότατα, καὶ ἐδίκαζε μετὰ τῶν πρώτων, τοτὲ μὲν ἐν τῷ παλατίῳ τοτὲ δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ, τῷ τε Πανθείῳ, καὶ ἄλλοθι πολλαχόθι, ἀπὸ βήματος, ὥστε δημοσιεύεσθαι τὰ γιγνόμενα. Καὶ τοῖς ὑπάτοις ἔστιν ὅτε δικάζουσι συνεγίγνετο.* Res etiam maximas et summe necessarias non gerebat, nisi interposita senatus auctoritate dicebatque ius una cum primis vel in palatio, vel in foro aut Pantheo: saepe etiam in aliis locis pro tribunali, ut quae fierent, omnia divulgarentur. Nonnunquam assidebat consulibus, quum ius redderent. *Dio Cass.* 69, 7. — Causas Romae atque in provinciis frequenter audivit, adhibitis consilio suo consulibus atque praetoribus et optimis senatoribus. *Spartian. Hadr.* 21. — Quum iudicaret, in consilio habuit non amicos suos aut comites solum, sed iuris consultos et praecipue Iulium Celsum, Salvium Iulianum, Neratium Priscum, aliosque, quos tamen senatus omnis probasset. *Spartian. Hadr.* 1[illegible]. — De iudicibus omnibus semper cuncta scrutando, tamdiu requisivit, quamdiu verum inveniret. *Spartian. Hadr.* 20. — Optimos quosque de senatu in contubernium imperatoriae maiestatis adscivit ... Senatui legitimo, quum in urbe vel iuxta urbem esset, semper interfuit. Senatus fastigium in tantum extulit, difficile faciens senatores, ut quum Tatianum expraefecto praetorii, ornamentis consularibus praeditum, faceret senatorem, nihil se amplius habere, quod in eum conferri posset, ostenderit. Equites Romanos nec sine se de senatoribus nec secum iudicare permisit. Erat enim tunc mos, ut quum princeps causas cognosceret, et senatores et equites Romanos in consilium vocaret et sententiam ex omnium deliberatione proferret. Exsecratus est denique principes, qui minus senatoribus detulissent. *Spartian. Hadr.* 8. — Ab epistolis et a libellis primus equites Romanos habuit. Quatuor consulares per omnem Italiam iudices constituit. *Spartian. Hadr.* 21. — Datis iuridicis Italiae consuluit M. Antoninus, ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros reddere iura praeceperat. *Capitol. M. Antonin.* 11. — Ab Hadriano (Pius) inter quatuor, quibus Italia committebatur, electus est ad eam partem Italiae regendam. *Capitolin. Antonin. Pius* 2. — *Ἦσαν γὰρ, ὡς ἔοικε, τότε καὶ τῆς Ἰταλίας ἄρχοντες ἀνθύπατοι κατὰ μέρη· ὃ καὶ Ἀδριανὸς ἄρα μιμούμενος ὕστερον χρόνῳ πολλῷ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν Ῥωμαίοις ἡγούμενος, ἀνεκαίνισε, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἐπέμεινεν ἐς βραχύ.* Apparet enim, tunc quoque regiones Italiae distributas fuisse proconsulibus, qui mos quidem longo post tempore renovatus est ab Hadriano imperatore, sed non diu post eius obitum duravit. *Appian. de Bell. civ.* 1, 38. — Fisci advocatum primus instituit. *Spartian. Hadr.* 19. — Iudicum sumtus constituit et ad antiquum modum redegit. *Spartian. Hadr.* 21. — *Paulus Lib. Singulari de Officio Praefecti Urbi.* Adiri etiam ab argentariis, vel adversus eos, ex epistola D. Hadriani, et in pecuniariis causis potest. *L.* 2 *D. de Offic. praef. urb.* 1, 12. — *Iulianus Lib. I. Digestorum.* Saepe audivi Caesarem nostrum dicentem, hac rescriptione: Eum, qui provinciae praeest, adire potest; non imponi necessitatem proconsuli vel legato eius, vel praesidi provinciae suscipiendae cognitionis; sed eum aestimare debere, ipse cognoscere, an iudicem dare debeat. *L.* 8 *D. de Offic. praes.* 1, 18. — *Paulus Lib. LII. ad Edictum.* De rebus, quas in usus advehendas sibi mandant praesides, divus Hadrianus praesidibus scripsit, ut quoties quis in usus aut eorum, qui provinciis exercitibusve praesunt, aut procuratorum suorum, usus sui causa mittet quendam emturum, significet libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittat, ut, si quid amplius, quam mandatum est, transferret, id munificium sit. *L.* 4, § 1 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Paulus Lib. II. Responsorum.* Pars literarum divi Hadriani: *Τοὺς ἄρχοντας, ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐνιαυτῷ, μήτε εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων. μήτε περὶ ὧν ἐπίτροποι ἢ κουράτορες εἶεν κρινέτωσαν. Ἐπειδὰν δὲ ἐξήκῃ ἡ ἀρχὴ, καὶ αὐτοῖς πρὸς τοὺς φεύγοντας, καὶ τοῖς φεύγουσι πρὸς αὐτοὺς, εἰσαγωγίμους εἶναι τὰς δίκας.* Id est: Magistratus, quo anno cum imperio sunt, neque propriam, neque eorum, quorum tutelam vel curam gerunt, causam in iudicio vel agendo vel defendendo sustinento. Simulac vero magistratus dies exierit, non ipsis tantum adversus reos suos, sed etiam aliis adversus ipsos litem intentare ius fasque esto. *L.* 48 *D. de Iudiciis* 5, 1. — *Papinianus Lib. II. Quaestionum.* Divus Hadrianus rescripserat, de exilio reversum postulare posse. *L.* 8 *D. de Postulando* 3, 1. — *Callistratus Lib. I. Quaestionum.*

Observandum est, ne is iudex detur, quem altera pars nominatim petat, id enim iniqui exempli esse, divus Hadrianus rescripsit, nisi hoc specialiter a principe ad verecundiam petiti iudicis respiciente, permittetur. *L.* 47 *D. de Iudiciis* 5, 1. — *Callistratus Lib. V. Cognitionum.* Si de vi et possessione quaeratur, prius cognoscendum de vi, quam de proprietate rei, divus Hadrianus τῷ κοινῷ τῶν Θεσσάλων (reipublicae Thessalorum) rescripsit. *L.* 37 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. V. Cognitionum.* Divus Hadrianus aditus per libellum a Iulio Tarentino et iudicante eo falsis testimoniis, conspiratione adversariorum testibus pecunia corruptis, religionem iudicis circumventam esse, in integrum causam restituendam in haec verba rescripsit: „Exemplum libelli dati mihi a Iulio Tarentino mitti tibi iussi: tu si tibi probaverit, conspiratione adversariorum et testibus pecunia corruptis oppressum se: et rem severe vindica, et si qua a iudice tam malo exemplo circumscripto iudicata sunt, in integrum restitue.“ *L.* 33 *D. de Re iudic.* 42, 1. — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Divus Hadrianus Vivio Varo legato provinciae Ciliciae rescripsit, eum, qui iudicat, magis posse scire, quanta fides adhibenda sit testibus. Verba epistolae haec sunt: „tu magis scire potes, quanta fides adhibenda sit testibus: qui, et cuius dignitatis et cuius existimationis sint; et qui simpliciter visi sint dicere, utrum unum eundemque meditatum sermonem attulerint, an ad ea, quae interrogaveras, ex tempore verisimilia responderint.“ Eiusdem quoque principis exstat rescriptum ad Valerium Verum de excutienda fide testium in haec verba: „quae argumenta ad quem modum probandae cuique rei sufficiant, nullo certo modo satis definiri potest, sicut non semper, ita saepe sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur, alias numerus testium, alias dignitas et auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quaeritur, fidem. Hoc ergo solum tibi rescribere possum summatim: non utique ad unam probationis speciem cognitionem statim alligari debere, sed ex sententia animi tui te aestimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.“ Idem divus Hadrianus Iunio Rufino, proconsuli Macedoniae rescripsit, testibus se, non testimoniis crediturum. Verba epistolae ad hanc partem pertinentia haec sunt: „Quod crimina obiecerit apud me Alexander Apro et non probabat, nec testes producebat, sed testimoniis uti volebat, quibus apud me locus non est (nam ipsos interrogare soleo): ipsum remisi apud provinciae praesidem, ut is de fide testium quaereret et nisi Alexander implesset quod intenderat, relegaretur.“ Gabinio quoque Maximo idem Princeps in haec verba rescripsit: „Alia est auctoritas praesentium testium, alia testimoniorum, quae recitari solent: tecum ergo delibera, ut si retinere eos velis, des iis impendia.“ ... Testes non temere evocandi sunt per longum iter: et multo minus milites avocandi sunt a signis vel muneribus, perhibendi testimonii causa, idque divus Hadrianus rescripsit. *L.* 3, § 1—4, 6 *D. de Testibus* 22, 5. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Divus Hadrianus Trebio Sergiano rescripsit, ut Aelius Asiaticus daret satis de hereditate, quae ab eo petitur et sic falsum dicat. *L.* 5, § 1 *D. de Hered. pet.* 5, 3. — *Ulpianus Lib. XVI. ad Sabinum.* Divus Hadrianus circa inofficiosum et falsum testamentum rescripsit, actionem dandam ei, secundum quem de hereditate iudicatum est. *L.* 2, § 1 *D. de Condict. indeb.* 12, 6. — *Ulpianus Lib. XXII. ad Edictum.* Interdum interrogatus quis, an heres sit, non cogitur respondere, ut puta, si controversiam hereditatis ab aliquo patiatur. Et ita divus Hadrianus constituit, ne aut negando se heredem praeiudicet sibi aut dicendo heredem illigetur etiam ablata sibi hereditate. *L.* 6 *D. de Interr. in iure* 11, 1. — *Paulus Lib. Singulari de Appellationibus.* Si res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, veluti ne testamentum aperiatur, ut divus Hadrianus constituit, ne frumentum in usum militum in annonae subsidia contrahatur, neve scriptus heres in possessionem inducatur. *L.* 7 *pr. D. de Appell. recip.* 49, 5. — *Imp. Titus Aelius Antoninus A. Publicio.* Non semper compelleris, ut adversus absentem pronunties propter subscriptionem patris mei, qua significavit, etiam contra absentes sententiam dari solere. *L.* 1 *C. Quomodo et quando* 7, 43. — *Ulpianus Lib. LIX. ad Edictum.* Videamus, si quis adversus in rem actionem latitet, an bona eius possideri venumque dari possint? Exstat Neratii sententia existimantis, bona esse vendenda et hoc rescripto Hadriani continetur, quo iure utimur. *L.* 7, § 16 *D. Quibus ex causis* 42, 4. — *Tryphoninus Lib. XXI. Disputationum.* Quum bello pater cum filio periisset, materque filii, quasi postea mortui, bona vindicaret, agnati vero patris, quasi filius ante periisset, divus Hadrianus credidit, patrem prius mortuum. *L.* 9, § 1 *D. de Rebus dubiis* 34, 5. — Si uxor Latini civis Romana est, qui ex ea nascitur, ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, civis Romanus nascitur. *Gai.* 1, 30. — Hoc iure utimur ex senatusconsulto, quo auctore divo Hadriano significatur, ut omnimodo ex Latino et cive Romana natus civis Romanus nascatur. *Gai.* 1, 80. — His convenienter etiam illud senatusconsulto, divo Hadriano sacratissimo auctore significatur, ut ex Latino et peregrina, item contra ex peregrino et Latina qui nascitur, matris conditionem sequatur. *Gai.* 1, 81. — Si uxor civis Romana sit, partus quoque civis Romanus est ex senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est. *Ulp.* 3, 3. — Hoc tempore e senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, etsi non fuerit connubium inter civem Romanam et peregrinum, qui nascitur iustus patris filius est. *Gai.* 1, 77. — Si (peregrina) ex peregrino, (cui) secundum leges moresque peregrinorum coniuncta est, (conceperit, deinde civis Romana facta sit et pariat), videtur ex senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, peregrinus nasci, nisi patri eius civitas Romana quaesita sit. *Gai.* 1, 92. — Si peregrinus ... non aliter filii in potestate eius fiunt, quam si ... eos in potestatem redegerit; quod ita demum is facit, si causa cognita aestimaverit, hoc filiis expedire: diligentius atque exactius vero causam cognoscit de impuberibus absentibusque, et haec ita edicto divi Hadriani significantur. *Gai.* 1, 93. — Item si quis cum uxore praegnante civitate Romana donatus sit, quamvis is, qui nascitur, ut supra diximus, Romanus sit, tamen in potestate patris non fit idque subscriptione divi Hadriani significatur. *Gai.* 1, 94. — Idem iuris est, si ideo liberi non sint in potestate patris, quia sint cum eo civitate Romana donati, nec ab imperatore in potestatem redacti fuerint. *Gai.* 3, 20. — Et quia hac constitutione videbatur effectum, ut nunquam isti homines tanquam cives Romani morerentur, quamvis eo iure postea usi essent, quo vel ex lege Aelia Sentia vel ex senatusconsulto cives Romani essent, divus Hadrianus iniquitate rei motus auctor fuit senatusconsulti faciendi, ut qui ignorante vel recusante patrono ab imperatore ius Quiritium consecuti essent, si eo iure postea usi essent, quo ex lege Aelia Sentia vel ex senatusconsulto, si Latini mansissent, civitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi haberentur, ac si lege Aelia Sentia vel senatusconsulto ad civitatem Romanam pervenissent. *Gai.* 3, 73. — Nunc ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, si quidem vivo patre causa probatur, aeque ut olim omnimodo rumpit testamentum, si vero post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testamentum, si vero heres ex eo scriptus est, vel exheredatus, non rumpit testamentum, ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur eo tempore, quo renovari non possent. *Gai.* 2, 143. — Si minor anniculo sit filius filiave, causa probari non potest, nec me praeterit, in aliquo rescripto Hadriani ita esse constitutum, tanquam quod ad erroris quoque causam probandam ... imperator ... tuendam dedit. *Gai.* 1, 73. Cf. lex Aelia Sentia a. 757 et Senatuscons. intra a. 769—870 factum. — Dicente quadam muliere, congiarium sui filii ablatum esse a nescio quo ... et dicente filium suum esse, et ad se pertinere congiarium, respondit mulier, Latinam (civem Romanam) se fuisse et tabulas solum conscripsisse; nuptias autem non fuisse. Negavit alter, qui se dicebat patrem eius esse. Hadrianus dixit: quum ergo non erit filius tuus, congiarium eius auferri. Non potente ergo eum ostendere, filium suum esse, de quo agebatur,

Hadrianus iussit apud se puerum et interrogavit, apud quem moraretur? (Dicente autem puero, apud matrem) Hadrianus homini dixit: improbissime, redde alienum congiarium. *Hadriani Sent.* § 11. — Hadriano congiarium dante, mulier quaedam exclamavit: rogo te, Domine Imperator, ut iubeas de congiario filii dari mihi aliquid, quoniam ipse me negligit. Et filius eius adstans dicit, ego, Domine Imperator, non agnosco eam matrem. Hadrianus dixit: si tu eam non agnoscis matrem, nec ego te civem Romanum. *Hadriani Sent.* 14. — *Ulpianus Lib. XXVII. ad Sabinum.* Imperator Hadrianus Publicio Marcello rescripsit, liberam, quae praegnans ultimo supplicio damnata est, liberum parere. Et solitum esse servari eam, dum partum ederet. Sed si ei, quae ex iustis nuptiis concepit, aqua et igni interdictum est, civem Romanum parit, et in potestate patris. *L.* 18 *D. de Statu hom.* 1, 5. — *Paulus Lib. I. ad Edictum.* Si mater et filius de libertate litigant, aut coniungenda sunt utrorumque iudicia aut differenda est causa filii, donec de matre constet: sicut divus quoque Hadrianus decrevit; nam quum apud alium iudicem mater litigabat, apud alium autem filius, Augustus dixit, ante de matre constare oportere, sic dein de filio cognosci. *L.* 23, § 2 *D. de Liber. caus.* 40, 12. — *Ulpianus Lib. II. de Officio Consulis.* Quod si ex servitute in ingenuitatem (quis) se allegat, melius fecerint (iudices), si cognitionem circumduxerint, ne sine adversario pronuntient, ingenuum videri, nisi magna causa suadeat et evidentes probationes suggerant, secundum libertatem pronuntiandum, ut etiam rescripto divi Hadriani continetur. *L.* 27, § 1 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Nec de vivi statu quaerendum est, si quaestio huius praeiudicium facit ei, qui ante quinquennium decessit; et ita divus Hadrianus constituit. *L.* 1, § 2 *D. Ne de Statu* 40, 15. — *Imp. Gordianus A. Severo.* Quod est constitutum, post quinquennium de statu defunctorum quaestionem incipere non posse. *L.* 5 *Cod. Ne de Statu def.* 7, 21. — *Saturninus Lib. I. de Officio Proconsulis.* Qui se venire passus esset maiorem, scilicet ut pretium ad ipsum perveniret, prohibendum de libertate contendere divus Hadrianus constituit, sed interdum ita contendendum permisit, si pretium suum reddidisset. *L.* 2 *D. Si ingenuus* 40, 14. — Servos a dominis occidi vetuit, eosque iussit damnari per iudices, si digni essent. *Spartian. Hadr.* 17. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Divus Hadrianus Umbriciam quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractasset. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 3, 3, 4 *et iisdem vv. l.* 2 *D. de His qui sui* 1, 6. — Lenoni et lanistae servum vel ancillam vendi vetuit causa non praestita ... Ergastula servorum et libertorum tulit ... Si dominus in domo interemtus esset, non de omnibus servis quaestionem haberi, sed de his, qui per vicinitatem poterant sentire, praecepit. *Spartian. Hadr.* 17. — *Ulpianus Lib. L. ad Edictum.* Iuxta hoc tamen videtur et divus Hadrianus rescripsisse in haec verba. Servi quoties dominis suis auxilium ferre possunt, non debent saluti eorum suam anteponere, potuisse autem ancillam, quae in eodem conclavi cum domina sua fuerat, auxilium ei ferre, si non corpore suo, at certe voce plorantem, ut hi, qui in domo fuerant, aut vicini audirent: hoc ipsum manifestum est, quod dixit, percussorem sibi mortem minatum, si proclamasset, ultimum utique supplicium pati debet, vel hoc, ne ceteri servi credant, in periculo dominorum sibi quemque consulere debere. *L.* 1, § 28 *D. ad Senatuscons. Silan.* 29, 5. — Sciendum est, quum lege Aelia Sentia cautum sit, ut qui creditorum fraudandorum causa manumissi sint, liberi non fiant, etiam hoc ad peregrinos pertinere, senatus ita censuit ex auctoritate Hadriani, cetera vero iura eius legis ad peregrinos non pertinere. *Gai.* 1, 47. — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Sed ne quidem illos ad iustam libertatem pervenire, divus Hadrianus rescripsit, qui ideo manumissi sunt, ut crimini subtraherentur. *L.* 8, § 3 *D. de Manumiss.* 40, 1. — *Ulpianus Lib. XXVIII. ad Sabinum.* Rescriptum est a divo Hadriano et deinceps, cessare operarum persecutionem adversus eum, qui ex causa fideicommissi ad libertatem perductus est. *L.* 7, § 4 *D. de Operis libert.* 38, 1. — *Marcianus Lib. I. Institutionum.* Si filiusfamilias miles manumittat, secundum Iuliani quidem sententiam, quam libro XXVII. Digestorum probat, patris libertum faciet, sed quamdiu, inquit, vivit, praefertur filius in bona eius patri, sed divus Hadrianus Flavio Apro rescripsit, suum libertum eum facere, non patris. *L.* 22 *D. de Bonis libert.* 38, 2. — *Papinianus Lib. XVI. Quaestionum.* Divus Hadrianus rescripsit in eo, quem militantem uxor heredem instituerat, filium exstitisse heredem et ab eo servos hereditarios manumissos, proprios eius libertos fieri. *L.* 13 *D. de Castrensi peculio* 49, 17. — *Papinianus Lib. XIX. Responsorum.* Dotem filiofamilias datam vel promissam in peculio castrensi non esse respondi. Nec ea res contraria videbitur ei, quod divi Hadriani temporibus filiumfamilias militem uxori heredem extitisse placuit et hereditatem in castrense peculium habuisse. *L.* 16 *pr. D. eod. tit.* — *Tryphoninus Lib. XVIII. Disputationum.* Pater peculii castrensis filii servum testamento liberum esse iussit: intestato defuncto filiofamilias, mox patre, quaeritur, an libertas servo competat? Occurrebat enim, non posse dominium apud duos pro solido fuisse: denique filium posse manumittere talis peculii servum Hadrianus constituit. *L.* 19, § 3 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. VI. Regularum.* Servum a filiofamilias milite manumissum, divus Hadrianus rescripsit, militem libertum suum facere, non patris. *L.* 8 *D. de Iure patronatus* 37, 14. — *Tryphoninus Lib. XV. Disputationum.* Quum ex falsis codicillis, qui veri aliquo tempore crediti sunt, heres ignorans quasi ex fideicommisso libertatem servis praestitisset, rescriptum est a divo Hadriano, liberos quidem eos esse, sed aestimationem sui praestare debere, et hos libertos manumissoris esse recte probatur, quia salvum est etiam in his libertis ius patroni. *L.* 23, § 1 *D. eod. tit.* — * *Papinianus Lib. VI. Quaestionum.* Quum ex falsis codicillis per errorem libertas, licet non debita, praestita tamen ab herede fuisset, viginti solidos a singulis hominibus inferendos esse heredi princeps constituit. *L.* 47 *D. de Manumiss. test.* 40, 4. — *Imp. Antoninus A. Valerio.* Plane secundum divi Hadriani constitutionem datur heredi viginti aureorum repetitio. *L.* 2 *C. de Fideicomm. libert.* 7, 4. — *Scaevola Lib. XVIII. Quaestionum.* Temporibus divi Hadriani senatus censuit, si testator, qui, quum moritur, solvendo non fuit, duobus pluribusve libertatem dederit, iisque hereditatem restitui iusserit, et institutus heres suspectam sibi hereditatem dixerit, ut adire eam cogatur et ad libertatem perveniat, qui priore loco scriptus fuerit, eique hereditas restituatur. *L.* 83, § 1 *D. de Her. inst.* 28, 5. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Si plures heredes sunt instituti et inter eos, qui fari non potest, sed non ipse rogatus sit servum manumittere, non oportere intercidere libertatem ob hoc, quod coheredibus suis vendere eum infans non possit. Et exstat quidem senatusconsultum Vitrasianum. *L.* 30, § 6 *D. de Fideic. libert.* 40, 5. — *Paulus Lib. LVII. ad Edictum.* In fideicommissariis libertatibus si absente herede praetor pronuntiasset, libertatem deberi, est et liber et defuncti libertus, si et servus eius fuit: aut heredis, si servus heredis sit, immo et si sine successore heres decesserit, conservandam esse libertatem, senatus Hadriani temporibus censuit. *L.* 5 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Quod si nolit ab eo manumitti, sed potius ab eo velit ad libertatem perduci, qui erat rogatus eum manumittere, audiri eum oportere divus Hadrianus et divus Pius rescripserunt. *L.* 24, § 21 *D. eod. tit.* — *Pomponius Lib. III. Senatusconsultorum.* De his, qui bona eorum, quibus serviebant, intercepissent, deinde ad libertatem proclamabant, Hadrianus Imperator rescripsit; cuius rescripti verba haec sunt: Sicut non est aequum, fiducia libertatis, quae ex fideicommissi causa praestanda est, intercipere hereditariam pecuniam, ita nec libertati praestandae moram quaeri oportet. Quamprimum ergo arbitrum dare debeat, apud quem constaret, quid servari potest heredi, antequam ad servum manumittendum compelleretur. *L.* 43 *D. de Lib. caus.* 40, 12. — *Scaevola Lib. VII. Digestorum.* Quum venderet Pamphilam et

Stichum, venditioni inseruit pactum conventum, uti ne eadem mancipia, Pamphila et Stichus, quos minorato pretio vendidit, alterius servitutem, quam Seii paterentur, post mortemque eius in libertate morarentur. Quaesitum est, an haec mancipia, de quibus inter emtorem et venditorem convenit, post mortem emtoris iure ipso liberata sint? Respondit, secundum constitutionem divi Hadriani super hoc prolatam, Pamphilam et Stichum, de quibus quaereretur, si manumissi non sint, liberos non esse. Claudius: Divus Marcus ex lege dicta libertatis in vendendo, quamvis non manumissos, fore liberos in semenstribus constituit: licet in mortis tempus emtoris distulit venditor libertatem. *L.* 10 *D. de Servis exportandis* 18, 7. — *Imp. Alexander A. Socrati.* Praefectus urbi, amicus noster, eam, quae ita veniit, ut si prostituta fuisset, abducendi potestas esset ei, cui secundum constitutionem D. Hadriani id competit, abducendi impertiet facultatem. *L.* 1 *C. Si mancip.* 4, 56. — *Ulpianus Lib. I. ad Legem Iuliam et Papiam.* Libertinus, si ius anulorum impetraverit, quamvis iura ingenuitatis salvo iure patroni nactus sit, tamen ingenuus intelligitur, et hoc divus Hadrianus rescripsit. *L.* 6 *D. de Iure aur.* 40, 10. — Fere nulli alii sunt homines, qui talem in filios suos habent potestatem, qualem nos habemus, idque D. Hadrianus edicto, quod proposuit de his, qui sibi liberisque suis ab eo civitatem Romanam petebant, significavit. *Gai.* 1, 55. — *Habent autem in potestate liberos cives Romani, si cives Romanas uxores duxerint, vel etiam Latinas peregrinasve, cum quibus connubium habeant. *Gai.* 1, 56. — *Papinianus Lib. II. de Adulteriis.* Divus Hadrianus eum, qui alienam uxorem ex itinere domum suam duxisset, et inde marito eius repudium misisset, in triennium relegavit. *L.* 8 *D. de Divortiis* 24, 2. — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Sabinum.* Si vir et uxor quina invicem sibi donaverint et maritus servaverit, uxor consumserit, recte placuit, compensationem fieri donationum, et hoc divus Hadrianus constituit. Idemque ait, et si vir uxori pecuniam donaverit, ipsaque ex ea praedium emerit, aestimari oportere, in quantum locupletior facta sit mulier. *L.* 7, § 2, 3 *D. de Don. int. vir. et uxor.* 24, 1. — Divum Hadrianum causa cognita decrevisse in undecimo quoque mense partum edi posse, idque ipsum eius rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id statuere se dicit requisitis veterum philosophorum et medicorum sententiis. *Gellius* 3, 16. — *Celsus Lib. XXX. Digestorum.* Quum de aetate hominis quaereretur, Caesar noster in haec verba rescripsit: et durum et iniquum est, quum de statu aetatis alicuius quaereretur et diversae professiones proferuntur, ei potissimum stare, quae nocet: sed causa cognita veritatem exequi oportet: et ex eo potissimum annos computari, ex quo praecipuam fidem in ea re constare credibilius videtur. *L.* 13 *D. de Probationibus* 22, 3. — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Certe si usque ad pubertatem alimenta relinquantur, si quis exemplum alimentorum, quae dudum pueris et puellis dabantur, velit sequi, sciat Hadrianum constituisse, ut pueri usque ad decimum octavum, puellae usque ad quartum decimum annum alantur, et hanc formam ab Hadriano datam observandam esse, Imperator noster rescripsit. *L.* 14, § 1 *D. de Alimentis vel cibariis legatis* 34, 1. — Tutores saepissime dedit. *Spartian. Hadr.* 21. — *Paulus Lib. Singulari De Officio Praetoris Tutelaris.* Mediocritas et rusticitas et domesticae lites interdum excusationes merentur, ex epistola divorum Hadriani et Antonini et Fratrum ad Caecellium Priscum, praetorem tutelarem. *Vat. Fr.* 244. — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* Mediocritas et rusticitas interdum excusationem praebent, secundum epistolas divorum Hadriani et Antonini. *L.* 6, § 19 *D. de Excus.* 27, 1. — Quum ex facto sub divo Hadriano quidam quum legatus esset legionis, testamentum recitatum esset, quo tutor erat datus, non in perpetuum, sed ad tempus, quo legatus legionis erat, meruit excusationem. *Vat. Fr.* 222. — Qui muniti sunt aliquo privilegio, aliquando (non) admittuntur ad excusationem, veluti si minor sit annorum XXV, si affini datus sit tutor et aliquem usum rerum habeat, quod ius venit ex epistola divi Hadriani. *Vat. Fr.* 151. — Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, vacatio a tutelis a divo Hadriano dari coepit. *Vat. Fr.* 141. — Hi, qui muniti sunt aliquo privilegio, aliquando non admittuntur ad excusationem, velut si minor sit annis XXV affini datus tutor et aliquem usum rerum habeat hereditariarum. Quod ius venit ex epistola D. Hadriani, quam scripsit Claudio Saturnino, legato Belgicae, quae constitutio videtur de his loqui, qui a praetore dati sunt: ego idem esse accipiendum, si testamento datus sit. In eandem sententiam et D. Pius Plaetorio Nepoti scripsit. *Vat. Fr.* 223. — Urbici pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur, quamvis neque decuriales, neque qui in ceteris corporibus sunt, excusentur. et ita Hadriano rescripto ad Cl. Iulianum, praefectum annonae significatur, quam epistolam quodam rescripto ad Vernam et Montanum pistores Imperator noster cum patre interpretatus est et ad pistores pertinere, quum in eo negotio frumentum agentibus daretur a collegarum filiorum tutelis vacatio. *Vat. Fr.* 235. — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Divus Hadrianus rescripsit, etiam in eum, qui electus est ad aestimandas tutorum satisdationes, actionem dandam. Si inter magistratus hoc convenerit, ut alterius tantum periculo tutores darentur, conventiones pupillo non praeiudicare, divus Hadrianus rescripsit. *L.* 1, § 8, 9 *D. de Magistr. conv.* 27, 8. — *Modestinus Lib. VI. Excusationum.* *Ἐάν τις χειροτονηθῇ ἐπίτροπος ὢν ἐν τῇ τοῦ πατρὸς ἐξουσίᾳ, εἶτα ὁ πατὴρ μὴ βούλοιτο ὑπὲρ αὐτοῦ ἀσφαλίζεσθαι, ἐκέλευσαν οἱ νόμοι, καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα χειροτονεῖσθαι ἐπίτροπον, ὡς μηδενὶ τρόπῳ διακρουσθῇ τὸ ἐπὶ τῇ ἐπιτροπῇ ἀσφαλὲς, ὡς δηλοῖ τοῦ θείου Ἀδριάνου διάταξις.* Si quis creabitur tutor existens in patris potestate, deinde pater noluerit pro eo cavere, iusserunt leges et ipsum patrem creari tutorem, ut nullo modo impediatur tutelae cautio, ut ostendit divi Hadriani constitutio. *L.* 15, § 17 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Modestinus Lib. VI. Excusationum.* Imperator Hadrianus Bitrasio (Vitrasio) Pollioni, legato Lugdunensi. Si Clodius Macer, quamvis filiusfamilias sit, idoneus tutor esse videbitur, pater autem eius idcirco cavere non vult, ut filium suum tutela eximat, et in hoc artificio perseveraverit: existimo te huic fraudi recte occursurum, ut et filius et ipse ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur. *L.* 15 *D. cit. in f.* — Urbico dicente Primitivum manumittere volentem servum suum vetitum esse a Restuta, matre pupillae; in fraudem enim pupillae hoc fieri, esse enim eum actorem eius et per eum res omnes pupillae administratas, Hadrianus inquisivit, cuius aetatis pupilla esset? Dicente advocato, decem esse annorum, Hadrianus dixit, suade iudices, non debere eum circa eam appellationem manumitti. *Hadriani Sent.* 10. — Petente quadam muliere de curatore filii sui, qui ei triennium non praestiterat alimenta et hodie congiarium eius abstulit, Hadrianus curatorem interrogavit, quando esset procurator datus et si quid praestitisset pupillo? Curator dixit, quoniam socius eius absens esset et non potuisset aliquid solus praestare. Hadrianus dixit curatori: propter hoc ergo datus es, ut fame neces pupillum? Pro modo ergo facultatis alimenta ei praesta. *Hadriani Sent.* 12. — *Papinianus Lib. XI. Quaestionum.* Si impuberi libertas et hereditas per fideicommissum data sit, et institutus adire nolit: senatus censuit, eum, si impuberis nomine desideretur, adire cogendum, ut tamen pupillo, pupillae tutor ab eo, cui ius dandi erit, detur, qui tutelam retineat, quoad restituatur hereditas et rem salvam fore ab herede cavetur. Postea divus Hadrianus ut idem in eo servetur, cui directa libertas data fuerit, rescripsit. Quamvis autem a patrono, rem salvam pupillo fore non facile cautio exigatur, tamen senatus pro extraneo haberi voluit eum, qui, quod in ipso fuit, etiam libertate privavit impuberem et ius quidem liberti, quod habet, quia ex causa fideicommissi manumittit, non est ei ablatum, tutela vero sine vinculo cautionis non committitur. *L.* 13, *pr.* § 1 *D. de Tutor.* 26, 5. — *Paulus Lib. XXXVIII. ad Edictum.* Quae bona fide a tutore gesta sunt, rata habentur ex rescriptis Traiani et Hadriani. *L.* 12, § 1 *D. de Administr. tut.* 26, 7. — Hanc necessitatem coemtionis faciendae ex auctoritate divi Hadriani

senatus remisit. *Gai.* 1, 115a. — Scio quidem, divum Hadrianum etiam maiori XXV annorum veniam dedisse, quum post aditam hereditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, apparuisset. *Gai.* 2, 163. — Sciendum est, divum Hadrianum etiam maiori vigintiquinque annis veniam dedisse, quum post aditam hereditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, emersisset, sed hoc quidem divus Hadrianus cuidam speciali beneficio praestavit; divus autem Gordianus postea in militibus tantummodo hoc extendit. (§ 6) *Inst. de Heredum qual.* 2, 19. — *Macer Lib. I. ad Legem Vicesimam Hereditatum.* Monumentum sepulcri id esse, divus Hadrianus rescripsit, quod monumenti, id est causa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum sit. *L.* 37, § 1 *D. de Religiosis* 11, 7. — De thesauris ita cavit, ut si quis in suo reperisset, ipse potiretur, si quis in alieno, dimidium domino daret, si quis in publico, cum fisco aequaliter partiretur. *Spartian. Hadr.* 17. — Thesauros, quos quis in loco suo invenerit, divus Hadrianus, naturalem aequitatem secutus, ei concessit, qui invenerit; idemque statuit, si quis in sacro aut religioso loco fortuito casu invenerit. At si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuitu invenerit, dimidium domino soli concessit; et convenienter, si quis in Caesaris loco invenerit, dimidium inventoris, dimidium Caesaris esse statuit. § 39 *Inst. de Rer. div.* 2, 1. — Ex auctoritate Hadriani senatusconsultum factum est, ut tales usucapiones (pro herede) revocarentur. *Gai.* 2, 57. — *Pomponius Lib. V. ad Quintum Mucium.* Divus Hadrianus, quum quibusdam usus silvae legatus esset, statuit fructum quoque iis legatum videri, quia nisi liceret legatariis caedere silvam et vendere, quemadmodum usufructuariis licet, nihil habituri essent ex eo legato. *L.* 22 *D. de Usu* 7, 8. — *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Hi ... qui pro filiofamilias sine voluntate patris eius intercesserunt, solvendo non repetent, hoc enim et divus Hadrianus constituit. *L.* 9, § 4 *D. de Senatuscons. Maced.* 14, 6. — Ignotorum hereditates repudiavit, nec notorum accepit, si filios haberent. *Spartian. Hadr.* 17. — Quum aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea vero servus apparuit, tam divus Hadrianus Catonio Vero, quam postea divi Severus et Antoninus rescripserunt: subvenire se ex sua liberalitate testamento, ut sic habeatur, atque si, ut oportet, factum esset, quum eo tempore, quo testamentum signaretur, omnium consensu hic testis liberorum loco fuerit, neque quisquam esset, qui status ei quaestionem moveat. § 7 *Inst. de Test.* 2, 10. — *Imp. Theodosius A. Asclepiodoto PO.* Sancimus, ut, si testator faciens testamentum in eodem pro codicillis etiam id valere complexus sit, qui hereditatem petit ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens, se unius electione alterius sibi aditum praeclusisse; ita ut, sive bonorum possessionem secundum tabulas, vel secundum nuncupationem ceterasque similes postularit, aut certe ex edicto divi Hadriani se mitti ad possessionem ex more petierit, statim inter ipsa huius iuris auspicia propositum suae intentionis explanet. *L.* 7 *C. Th. de Testam.* 4, 4. — *Imp. Iustinianus A. Iuliano.* Edicto D. Hadriani, quod sub occasione vicesimae introductum est, ... penitus quiescente. *L.* 3 *C. de Edicto D. Hadriani tollendo* 6, 33. — *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium PU.* Quisquis, ne voluntas diem functi testamento scripta reseretur, vel ne hi, quos scriptos patuerit heredes, edicti per divum Hadrianum conditi beneficium consequantur, ausus fuerit provocare. *L.* 26 *C. Th. Quorum appellat.* 11, 36. — *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino II. PO.* ... Cuius heres ex edicto divi Hadriani hereditaria corpora consequetur, nec bonorum possessionis petendae sustinebit necessitatem, quam generaliter omnibus relaxamus. *Nov. Val. Tit. XX. de Test. Nov.* 1, § 5. — *Papinianus Lib. XIV. Quaestionum.* Eius militis, qui doloris impatientia vel taedio vitae mori maluit, testamentum valere, vel intestati bona ab his, qui lege vocantur, vindicari, divus Hadrianus rescripsit. *L.* 34 *pr. D. de Test. mil.* 29, 1. — *Ulpianus Lib. X. ad Sabinum.* Huic (militi ex militari delicto condemnato) permitti solet testari, ut D. Hadrianus rescripsit ... Eius, qui deportatur, non statim irritum fiet testamentum, sed quum princeps factum comprobaverit; tunc enim et capite minuitur. Sed et si de decurione puniendo vel filio nepoteve, praeses scribendum principi interlocutus est, non puto statim servum poenae factum, licet in carcere soleant diligentioris custodiae causa recipi; nec huius igitur testamentum irritum fiet, priusquam princeps de eo supplicium sumendum rescripserit; proinde, si ante decesserit, utique testamentum eius valebit, nisi mortem sibi conscivit. Nam eorum, qui mori magis, quam damnari maluerint ob conscientiam criminis, testamenta irrita constitutiones faciunt, licet in civitate decedant. Quod si quis taedio vitae, vel valetudinis adversae impatientia, vel iactatione, ut quidam philosophi, in ea causa sunt, ut testamenta eorum valeant. Quam distinctionem in militis quoque testamento divus Hadrianus dedit epistola ad Pomponium Falconem; ut, si quidem ob conscientiam delicti militaris mori maluit, irritum sit eius testamentum; quod si taedio vitae, vel dolore, valere testamentum: aut, si intestato decessit, cognatis; aut si non sint, legioni ista sint vindicanda. *L.* 6, § 6, 7 *D. de Iniusto* 28, 3. — *Tryphoninus Lib. XVIII. Disputationum.* Mulier, in quam turpis suspicio cadere potest, nec ex testamento militis aliquid capere potest, ut divus Hadrianus rescripsit. *L.* 41, § 1 *D. de Test. mil.* 29, 1. — Nec miles quidem incertae personae poterat relinquere, ut divus Hadrianus rescripsit. § 25 *Inst. de Leg.* 2, 20. — *Ulpianus Lib. IV. Disputationum.* Postumus praeteritus vivo testatore natus decessit, licet iuris scrupulositate, nimiaque subtilitate testamentum ruptum videatur, attamen, si signatum fuerit testamentum, bonorum possessionem secundum tabulas accipere heres scriptus potest remque obtinebit, ut et divus Hadrianus et Imperator noster rescripserunt. *L.* 12 *D. de Iniusto* 28, 3. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Si ex causa de inofficioso cognoverit iudex et pronuntiaverit contra testamentum, nec fuerit provocatum, ipso iure rescissum est, et suus heres erit, secundum quem iudicatum est et bonorum possessor, si hoc se contendit: et libertates ipso iure non valent nec legata debentur: sed soluta repetuntur aut ab eo qui solvit, aut ab eo qui obtinuit; et haec utili actione repetuntur. Fere autem, si ante controversiam motam soluta sunt, qui obtinuit repetit et ita divus Hadrianus et Divus Pius rescripserunt. *L.* 8, § 16 *D. de Inoffic. test.* 5, 2. — *Paulus Libro Singulari de Septemviralibus Iudiciis.* Quum mater militem filium falso audiisset decessisse et testamento heredes alios instituisset, divus Hadrianus decrevit, hereditatem ad filium pertinere, ita ut libertates et legata praestentur. *L.* 28 *D. de Inoffic. test.* 5, 2. — *Paulus Lib. III. ad Sabinum.* Idem divus Hadrianus rescripsit, et si aliud testamentum proferatur. *L.* 4 *D. de Cond. ind.* 12, 6. — *Paulus Lib. XVI. ad Plautium.* Heredi iussum dare, etiam heredis heredi dare posse, divus Hadrianus rescripsit. *L.* 20, § 4 *D. de Statu liberis* 40, 7. — *Ulpianus Lib. VII. ad Sabinum.* Licet pro herede gerere non videatur, qui pretio accepto praetermisit hereditatem, tamen dandam in eum actionem, exemplo eius, qui omissa causa testamenti ab intestato possidet hereditatem, divus Hadrianus rescripsit. *L.* 2 *pr. D. Si quis omissa* 29, 4. — *Ulpianus Lib. XLVIII. ad Edictum.* Qui, dum captat hereditatem legitimam vel ex testamento, prohibuit testamentarium introire, volente eo facere testamentum vel mutare: divus Hadrianus constituit, denegari ei debere actiones, denegatisque ei actionibus, fisco locum fore. *L.* 1 *pr. D. Si quis aliquem* 29, 6. — Diversae scholae auctores putant, etiam extraneo per praeceptionem legari posse proinde, ac si ita scribatur: „Titius hominem Stichum capito“; supervacuo adiecta „Prae“ syllaba: ideoque per vindicationem eam rem legatam videri; quae sententia dicitur divi Hadriani constitutione confirmata esse. *Gai.* 2, 221. — *Paulus Lib. IX. ad Plautium.* Si cui certam partem hereditatis legavero, divus Hadrianus rescripsit, ut neque pretia manumissorum neque funeris impensa deduceretur. *L.* 8, § 5 *D. de Legatis II.* —

Pomponius Lib. II. ad Quintum Mucium. Nuper constitutum est a principe, ut et non adiecto hoc *meum*, si quis corpus alicui leget, et ita sentiat, ut ita demum praestetur, si suum sit: ita valere legatum, ut appareat, magis sententiam legantis, non hoc verbum *meum* respiciendum esse. *L.* 85 *D. de Legatis III.* — *Iunius Mauricianus Lib. II. ad L. Iuliam et Papiam.* Si Augustae legaveris et ea inter homines esse desierit, deficit, quod ei relictum est, sicuti divus Hadrianus in Plotinae et proxime Imperator Antoninus in Faustinae Augustae persona constituit, quum ea ante inter homines esse desiit, quam testator decederet. *L.* 57 *D. de Legatis II.* — Incertae personae vel postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat, quamvis neque heres institui neque legari ei possit, sed senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, idem in fideicommissis, quod in legatis hereditatibusque constitutum est. *Gai.* 2, 287. — Fideicommissorum usurae et fructus debentur, si modo moram solutionis fecerit, qui fideicommissum debebit; legatorum vero usurae non debentur; idque rescripto divi Hadriani significatur. *Gai.* 2, 280. *Epit.* 2, 7, 8. — Peregrini poterant fideicommissa capere et fere haec fuit origo fideicommissorum, sed postea id prohibitum est et nunc ex oratione divi Hadriani senatusconsultum factum est, ut ea fideicommissa fisco vindicarentur. *Gai.* 2, 285. — *Papinianus Lib. XX. Quaestionum.* Acceptis a Maevio centum, hereditatem Maevio restituere pecuniamque post mortem suam Titio dare rogatus est; quamquam haec centum quartam bonorum efficiant, tamen propter fideicommissum sequens quartae retentioni locus erit; tunc enim ex constitutione divi Hadriani Falcidiae satisfacit ea quantitas, quum apud heredem remanet. *L.* 93 *D. ad L. Falcidiam* 35, 2. — *Imp. Alexander Philetiano.* In legatis principi datis legem Falcidiam locum habere, merito divo Hadriano placuit. *L.* 4 *Cod. ad L. Falcid.* 6, 50. — *Papinianus Lib. XI. Quaestionum.* Imperator Hadrianus, quum Vivius Cerealis filio suo, Vivio Simonidi, si in potestate sua esse desiisset, hereditatem restituere rogatus esset, ac multa in fraudem fideicommissi fieri probaretur, restitui hereditatem filio iussit ita, ne quid in ea pecunia, quamdiu filius eius viveret, iuris haberet: nam quia cautiones non poterant interponi conservata patria potestate, damnum conditionis propter fraudem inflixit, post decreti autem auctoritatem, in ea hereditate filio militi comparari debuit, si res a possessoribus peti vel etiam cum debitoribus agi oporteret: sed paternae reverentiae congruum est, egenti forte patri officio iudicis ex accessionibus hereditariis emolumentum praestari. *L.* 50 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — *Papinianus Lib. IX. Responsorum.* Acceptis centum, centum hereditatem rogatus restituere, totam pecuniam iure Falcidiae percipere videtur, et ita divi Hadriani rescriptum intellectum est, tanquam si ex bonis nummos retenturus fuisset. *L.* 58, § 3 *D. eod. tit.* — * Senatusconsulto Tertulliano, quod divi Hadriani temporibus factum est, plenissime de tristi successione matri, non etiam aviae, deferenda cautum est, ut mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur intestatorum mortuorum, licet in potestate parentis est, ut scilicet, quum alieno iuri subiecta est, iussu eius adeat, cuius iuri subiecta est. Praeferuntur autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco, sive primi gradus sive ulterioris; sed et filiae suae mortuae filius vel filia opponitur ex constitutionibus matri defunctae, id est aviae suae. Pater quoque utriusque, non etiam avus vel proavus matri anteponitur, scilicet quum inter eos solos de hereditate agitur. Frater autem consanguineus tam filii quam filiae excludebat matrem; soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur: sed si fuerat frater et soror consanguinei et mater liberis honorata, frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hereditas ex aequis partibus fratri et sorori. § 2, 3 *Inst. de Senatuscons. Tertull.* 3, 3. — * Licet autem vulgo quaesitus sit filius filiave, potest ad bona eius mater ex Tertulliano senatusconsulto admitti. § 7 *Inst. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XII. ad Sabinum.* Iulianus recte putat, circa Tertullianum locum esse succedenti agnato. *L.* 1, § 11 *D. ad Senatuscons. Tertull.* 38, 17. — Quod ait senatus: „Quae iudicata, transacta finitave sunt, rata maneant," ita intelligendum est. *L.* 1 *cit.*, § 12. — * *Ulpianus Lib. XIII. ad Sabinum.* Ita demum mater senatusconsulti beneficio excludetur, si filius adiit legitimam hereditatem; ceterum si omiserit legitimam hereditatem, mater ex senatusconsulto Tertulliano admittetur. Sed si non sit solus iste filius legitimus heres, sed sint, qui cum eo admittantur, nec in partem eorum mater ex senatusconsulto erit vocanda. *L.* 2, § 14 *D. eod. tit.* — Ait enim: „vel non petere". *L.* 2 *cit.*, § 23. — * *Marcianus Lib. II. Regularum.* Si eius, qui novissimus ex filiis mortuus est, partem hereditatis propinquo voluit pater restitui, et simul fratres diem suum obiissent, propinquum, si non ostenderit, quis novissimus obiisset, ad partem hereditatis non admitti, sed matrem ex Tertulliano senatusconsulto ad utriusque hereditatem admitti constat. *L.* 34 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — * Si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex senatusconsulto Tertulliano. *Ulpian.* 26, 8. — * Matres tam ingenuae quam libertinae cives Romanae, ut ius liberorum consecutae videantur, ter et quater peperisse sufficiat, dummodo vivos et pleni temporis pariant. *Paul.* (*ad Senatuscons. Tertullianum*) 4, 9, 1. — * Libertina, ut ius liberorum consequi possit, quater eam peperisse sufficit. *Paul.* 4, 9, 7. — Latina ingenua ius Quiritium consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur, non est enim manumissa. *Paul.* 4, 9, 8. — *Ulpianus Lib. XLI. ad Edictum.* Si quis filiusfamilias servum de castrensi peculio manumiserit, ex constitutione divi Hadriani patronus est, admittique poterit ad contra tabulas bonorum possessionem, ut patronus. *L.* 3, § 8 *D. de Bonis libert.* 38, 2. — *Ulpianus Lib. XLI. ad Edictum.* Si ea, quae in possessionem vult ire, uxor negetur, vel nurus, vel esse, vel fuisse, vel ex eo praegnans non esse contendatur, decretum interponit praetor (ad) exemplum Carboniani edicti. Et ita divus Hadrianus Claudio Proculo, praetori rescripsit, ut summatim de re cognosceret, et, si manifesta calumnia videbitur eius, quae ventris nomine in possessionem mitti desiderat, nihil novi decerneret; si dubitari de re poterit, operam daret, ne praeiudicium fiat ei, quod in utero est, sed ventrem in possessionem mitti oportet. *L.* 1, § 14 *D. de Ventre in possessionem* 37, 9. — *Paulus Lib. I. de Adulteris.* Si ventris nomine mulier missa sit in possessionem, divus Hadrianus Calpurnio Flacco differendam accusationem adulterii rescripsit: ne quod praeiudicium fieret nato. *L.* 8 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XLI. ad Edictum.* Divus Hadrianus ita rescripsit: quod in tempus pubertatis res differri solet, pupillorum causa fit, ne de statu periclitentur, antequam se tueri possint; ceterum si idoneos habeant, a quibus defendantur et tam expeditam causam, ut ipsorum intersit, mature de ea iudicari, et tutores eorum iudicio experiri volunt: non debet adversus pupillos observari, quod pro ipsis excogitatum est, et pendere status eorum, quum iam possit indubitatus esse. *L.* 3, § 5 *D. de Carbon. ed.* 37, 10. — *Ulpianus Lib. LVIII. ad Edictum.* Si mulier dicatur calumniae causa in possessionem venisse, quod non sit praegnans, vel non ex eo praegnans, vel si de statu mulieris aliquid dicatur, ex epistola divi Hadriani ad exemplum praesumtionis Carboniani edicti ventri praetor pollicetur possessionem. *L.* 3, § 3 *D. Ne vis fiat* 43, 4. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Licet quis se ignorasse dicat, nihilominus eum in poenam vectigalis incidere divus Hadrianus constituit. *L.* 16, § 5 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Callistratus Lib. II. Quaestionum.* Divus Hadrianus edicto praecepit, ut hi, qui iuxta litora maris possident, scirent, si quando navis vel inflicta, vel fracta inter fines agri cuiusque fuerit, ne naufragia diripiant, in ipsos iudicia praesides his, qui res suas direptas queruntur, reddituros: ut quidquid probaverint ademtum sibi naufragio, id a possessoribus recipiant. De his autem, quos diripuisse probatum sit, praesidem, ut de latronibus, gravem sententiam dicere. Ut facilior sit probatio huiusmodi admissi, permisit his, et quidquid passos se huiusmodi queruntur, adire

praefectos et ad eum testari reosque petere, ut pro modo culpae vel vincti vel sub fideiussoribus ad praesidem remittantur. A domino quoque possessionis, in qua id admissum dicatur, satis accipi, ne cognitioni desit, praecipitur. Sed nec intervenire naufragiis colligendis aut militem aut privatum aut libertum servumve principis, placere sibi ait senatus. *L.* 7 *pr. D. de Incendio* 47, 9. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Divus Hadrianus eum, qui falsas mensuras habuit, in insulam relegavit. *L.* 6, § 2 *D. de Extraord. Crim.* 47, 11. Cf. l. 32 D. 48, 10. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Divus Hadrianus rescripto poenam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in civitate sepeliunt, quam fisco inferri iussit et in magistratus eadem, qui passi sunt et locum publicari iussit et corpus transferri. Quid tamen si lex municipalis permittat in civitate sepeliri? post rescripta principalia an ab hoc discessum sit, videbimus, quia generalia sunt rescripta et oportet imperialia statuta suam vim obtinere et in omni loco valere. *L.* 3, § 5 *D. de Sepulcr. viol.* 47, 12. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis, sub Titulo de Abigeis.* De abigeis puniendis ita divus Hadrianus rescripsit concilio Baeticae: „Abigei quum durissime puniuntur, ad gladium damnari solent: puniuntur autem durissime non ubique, sed ubi frequentius est hoc genus maleficii; alioquin et in opus, et nonnunquam temporarium damnantur.“ *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 11, 7. Iisdem vv. *l.* 1 *pr. D. de Abigeis* 47, 14. — Quamquam Hadrianus metalli poenam, item operis vel etiam gladii praestituerit etc. *L.* 1 *D. cit.*, § 3. — *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* Non oportere compelli accusatorem, plures reos facere, divus Hadrianus rescripsit. *L.* 19, § 1 *D. de Accusat.* 48, 2. — *Marcianus Lib. II. De Iudiciis publicis.* Divus Hadrianus Iulio Secundo ita rescripsit: „Et alias rescriptum est, non esse utique epistolis eorum credendum, qui quasi damnatos ad praesidem remiserint.“ Idem de irenarchis praeceptum est, quia non omnes ex fide bona elogia scribere compertum est. *L.* 6 *D. de Custodia* 48, 3. — *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* Milites si amiserint custodias, ipsi in periculum deducuntur: nam divus Hadrianus Statilio Secundo legato rescripsit, quoties custodia militibus evaserit, exquiri oportere, utrum nimia negligentia militum evaserit, an casu: et utrum unus ex pluribus an una plures: et ita demum afficiendos supplicio milites, quibus custodiae evaserint, si culpa eorum nimia deprehendatur; alioquin pro modo culpae in eos statuendum. Salvio quoque legato Aquitaniae idem princeps rescripsit, in eum, qui custodiam dimisit, aut ita sciens habuit, ut possit custodia evadere, animadvertendum, si tamen per vinum aut desidiam custodis id evenerit, castigandum eum et in deteriorem militiam dare: si vero fortuito amiserit, nihil in eum statuendum. *L.* 12 *D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. I. de Adulteriis.* Divus Hadrianus Rosiano Gemino rescripsit, et invito patre filium hac lege reum facere posse. *L.* 6, § 2 *D. ad L. Iuliam de Adult.* 48, 5. — *Ulpianus Lib. III. de Adulteriis.* Haberi quaestionem lex iubet de servis ancillisve eius, de quo vel de qua quaereretur, parentisve utriusque eorum, si ea mancipia ad usum ei a parentibus data sint. Divus autem Hadrianus Cornelio Latiniano rescripsit, et de ceteris servis quaestionem haberi. *L.* 27, § 6 *D. eod. tit.* — * Sed mensium haec fit separatio, ut in nupta quidem ex die divortii sex menses computentur; in vidua vero ex die commissi criminis, quod significari videtur rescripto ad Tertyllum et Maximum consules. *L.* 29, § 5 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Libro et Titulo qui supra relati.* Distinctionem casus et voluntatis in homicidio servari, rescripto Hadriani confirmatur. Verba rescripti: „Et qui hominem occidit, absolvi solet, sed si non occidendi animo id admisit: et qui non occidit, sed voluit occidere, pro homicida damnatur. E re itaque constituendum est, et quo ferro percussit Epafroditus. Nam si gladium instrinxit, aut telo percussit, quid dubium est, quin occidendi animo percusserit? Si clave percussit, aut cucuma, quum forte rixaretur: ferro percussit, sed non occidendi mente.“ Ergo et hoc exquirite et si voluntas occidendi fuit, ut homicidam servorum supplicio eum cruci iubete adfigi. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 1, 6. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse; et qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum et ex re constituendum hoc: nam si gladium strinxerit et eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse: sed si clavi percussit aut cucuma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam poenam eius, qui in rixa casu magis, quam voluntate homicidium admisit. Item divus Hadrianus rescripsit, eum, qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum. *L.* 1, § 3, 4 *D. ad L. Cornel. de Sicariis* 48, 8. — *Ulpianus Libro et Titulo, quo supra.* Quum quidam per lasciviam causam mortis praebuisset, comprobatum est factum Taurini Egnatii, proconsulis Baeticae a divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset. Verba consultationis et rescripti ita se habent: „Inter Claudium, optime Imperator, et Evaristum cognovi, quod Claudius, Lupi filius in convivio, dum sago iactatur, culpa Marii Evaristi ita male acceptus fuerit, ut post diem quintum moreretur. Atque apparebat nullam inimicitiam cum Evaristo fuisse, sed cupiditatis culpam coercendam credidi, ut ceteri eiusdem aetatis iuvenes emendarentur. Ideoque Mario Evaristo urbe, Italia, provincia Baetica in quinquennium interdixi, et decrevi, ut impendii causa HS. duo millia patri eius persolveret Evaristus, quod manifesta eius fuerat paupertas. Velis rescribere.“ Verba rescripti: „Poenam Marii Evaristi recte, Taurine, moderatus es ad modum culpae: refert enim et in maioribus delictis, consulto aliquid admittatur, an casu.“ *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 1, 11. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Quum quidam per lasciviam causam mortis praebuisset, comprobatum est factum Ignatii Taurini, proconsulis Baeticae a divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset. *L.* 4, § 1 *D. ad L. Cornel. de Sicariis* 48, 8. — Idem divus Hadrianus rescripsit: „Constitutum quidem est, ne spadones fierent, eos autem, qui hoc crimine arguerentur, Corneliae legis poena teneri, eorumque bona merito fisco meo vindicari debere. Sed et in servos, qui spadones fecerint, ultimo supplicio animadvertendum esse; et qui hoc crimine tenentur, si non adfuerint, de absentibus quoque, tanquam lege Cornelia teneantur, pronuntiandum esse. Plane si ipsi, qui hanc iniuriam passi sunt, proclamaverint, audire eos praeses provinciae debet, qui virilitatem amiserunt. Nemo enim liberum servumve invitum sinentemve castrare debet; neve quis se sponte castrandum praebere debet. At si quis adversus edictum meum fecerit, medico quidem, qui exciderit, capitale erit, item ipsi, qui se sponte excidendum praebuit. *L.* 4 *D. cit.*, § 2. — *Paulus Lib. II. de Officio Proconsulis.* Hi quoque, qui thlibias faciunt, ex constitutione divi Hadriani ad Ninnium Hastam in eadem causa sunt, qua hi, qui castrant. *L.* 5 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Divus Hadrianus in haec verba rescripsit: „in maleficiis voluntas spectatur, non exitus.“ *L.* 14 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Divus Hadrianus fertur, quum in venatione filium suum quidam necaverat, qui novercam adulterabat, in insulam eum deportasse, quod latronis magis, quam patris iure eum interfecit: nam patria potestas in pietate debet, non atrocitate consistere. *L.* 5 *D. de L. Pompeia* 48, 9. — *Modestinus Lib. XII. Pandectarum.* Poena parricidii more maiorum haec instituta est, ut parricida virgis sanguineis verberatus, deinde culleo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, et vipera et simia, deinde in mare profundum culleus iactatur: hoc ita, si mare proximum sit; alioquin bestiis obiicitur, secundum divi Hadriani constitutionem. *L.* 9 *pr. D. eod. tit.* — * Fuit quaedam lex eiusmodi omnibus hominibus, uti qui parricidium fecisset, publice in culleum missus, consueretur cum vipera, simia et gallo et cane, impiis animalibus impius homo et in plaustrum, iunctum nigris bobus, deportaretur ad mare et in profundum mitteretur. Ostenderunt exemplum poenae, ut magis timeant … sic crudele opus fecit. *Hadriani Sentent.* 16. — *Paulus Lib. Singulari ad Senatuscons. Turpillianum.* Qui duobus in solidum eandem rem

diversis contractibus vendidit, poena falsi coercetur, et hoc et divus Hadrianus constituit. *L.* 21 *D. ad L. Cornel. de Falsis* 48, 10. — *Modestinus Lib. I. de Poenis.* Si venditor mensuras publice probatas vini, frumenti, vel cuiuslibet rei, aut emtor corruperit, dolove malo fraudem fecerit, quanti ea res est, eius dupli condemnatur, decretoque divi Hadriani praeceptum est, in insulam eos relegari, qui pondera et mensuras falsassent. *L.* 32 *D. eod. tit.* Cf. l. 4, § 7 D. ad L. Iul. pec. 48, 13. — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Non statim plagiarium esse, qui furti crimine ob servos alienos interceptos tenetur, divus Hadrianus in haec verba rescripsit: „Servos alienos qui sollicitaverit aut interceperit, crimine plagii, quod illi intenditur, teneatur nec ne, facit quaestionem; et ideo non me consuli de ea re oportet; sed quod verissimum in re praesenti cognoscitur, sequi iudicem oportet. Plane autem scire debet, posse aliquem furti crimine ob servos alienos interceptos teneri, nec idcirco tamen statim plagiarium esse existimari.“ Idem princeps de eadem re in haec verba rescripsit: „Apud quem unus aut alter fuerit fugitivus inventus, qui operas suas locaverint, ut pascerentur, et utique si iidem antea apud alios opus fecerint, hunc suppressorem non iure quis dixerit. *L.* 6, *pr.* § 1 *D. de L. Fabia de Plagiariis* 48, 15. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Si quis repetere velit crimen publica abolitione interveniente, eo iure repetit, quo accusabat; non aeque enim possunt praescriptiones ei obiici, quae ante reorum abolitionem non sunt obiectae et ita divus Hadrianus rescripsit. *L.* 7 *pr. D. ad Senatuscons. Turpill.* 48, 16. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Divus Hadrianus Salvio Caro proconsuli Cretae rescripsit, tutorem, qui pupilli causa instituerat accusationem, defuncto pupillo, cuius causa accusare coeperat, non esse cogendum accusationem implere. *L.* 14 *D. eod. tit.*— *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Non esse a tormentis incipiendum et divus Augustus constituit, neque adeo fidem quaestioni adhibendam. Sed et epistola divi Hadriani ad Sennium Sabinum continetur. Verba rescripti ita se habent: „Ad tormenta servorum ita demum veniri oportet, quum suspectus est reus, et aliis argumentis ita probationi admovetur, ut sola confessio servorum deesse videatur.“ *L.* 1, *pr.* § 1 *D. de Quaestionibus* 48, 18. — Idem divus Hadrianus Claudio Quartino rescripsit, quo rescripto illud expressit, a suspectissimo incipiendum et a quo facillime posse verum scire, iudex crediderit. *L.* 1 *D. cit.*, § 2. — Divus Antoninus et divus Hadrianus Sennio Sabino rescripserunt, quum servi pariter cum domino aurum et argentum exportasse dicerentur, non esse de domino interrogandos, ne quidem, si ultro aliquid dixerint, obesse hoc domino. *L.* 1 *D. cit.*, § 5. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Divus Hadrianus Calpurnio Celeriano in haec verba rescripsit: „Agricola, Pompeii Valentis servus de se potest interrogari: si, dum quaestio habetur, amplius dixerit, rei fuerit indicium, non interrogationis culpa.“ *L.* 1 *D. cit.*, § 22. — *Ulpianus Lib. LIV. ad Edictum.* Si quis, ne quaestio de eo agatur, liberum se dicat, divus Hadrianus rescripsit, non esse eum ante torquendum, quam liberale iudicium experiatur. *L.* 12 *D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. XVI. Responsorum.* Divus Hadrianus quum in socium caedis socius postularetur, de communi servo habendam quaestionem rescripsit, quod pro domino fore videretur. *L.* 17, § 2 *D. eod. tit.*— *Paulus Lib. Singulari de Poenis Paganorum.* Quaestionis habendae causa neminem esse damnandum divus Hadrianus rescripsit. *L.* 21 *D. eod. tit.* — *Venuleius Saturninus Lib. I. de Officio Proconsulis.* Divus Hadrianus eos, qui in numero decurionum essent, capite puniri prohibuit, nisi si qui parentem occidissent; verum poena legis Corneliae puniendos, mandatis plenissime cautum est. *L.* 15 *D. de Poenis* 48, 19. — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Divus Hadrianus in haec verba rescripsit: „In opus metalli ad tempus nemo damnari debet; sed qui ad tempus damnatus est, etiamsi faciet metallicum opus, non in metallum damnatus esse intelligi debet, huius enim libertas manet. *L.* 28, § 6 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* In exulibus gradus poenarum constituti edicto divi Hadriani, ut qui ad tempus relegatus est, si redeat, in insulam relegetur, qui relegatus in insulam excesserit, in insulam deportetur, qui deportatus evaserit, capite puniatur. Ita et in custodiis gradum servandum esse idem princeps rescripsit: id est, ut qui in tempus damnati erant, in perpetuum damnarentur; qui in perpetuum damnati erant, in metallum damnarentur; qui in metallum damnati id admiserint, summo supplicio afficerentur. *L.* 28 *cit.*, § 13, 14 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. I. Quaestionum.* Mandatis principalibus, quae praesidibus dantur, cavetur, ne quis perpetuis vinculis damnetur, idque etiam divus Hadrianus rescripsit. *L.* 35 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Non ut quis in carcerem ductus est, spoliari eum oportet, sed post condemnationem, idque divus Hadrianus rescripsit. *L.* 2 *D. de Bonis damnat.* 48, 20. — *Ulpianus Lib. X. de Officio Proconsulis.* Divus Hadrianus Aquilio Braduae ita rescripsit: „Pannicularia causa quemadmodum intelligi debeat, ex ipso nomine apparet; non enim bona damnatorum pannicularia significari quis probe dixerit, nec si zonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi vindicare debebit: sed vestem, qua is fuerit indutus, aut numulos in ventrali, quos victus sui causa in promtu habuerit, aut leves anulos, id est, quae rem non excedunt aureorum quinque: alioquin si quis damnatus digito habuerit aut sardonycha aut aliam gemmam magni pretii, vel si quod chirographum magnae pecuniae in sinu habuerit, nullo iure illud in pannicularia ratione retinebitur. *L.* 6 *D. de Bonis damnat.* 48, 20. — *Paulus Lib. Singulari de Portionibus, Quae Liberis Damnatorum Conceduntur.* Divus Hadrianus in hac sententia rescripsit: Favorabilem apud me causam liberorum Albini filiorum numerus facit, quum ampliari imperium hominum adiectione potius quam pecuniarum copia malim ideoque illis paterna sua concedi volo, quae manifestabunt tot possessores, etiamsi acceperint universa. *L.* 7, § 3 *D. eod. tit.*— Liberis proscriptorum duodecimas bonorum concessit. *Spartian. Hadrian.* 17. — *Εἴ τέ τινα τῶν τέκνα ἐχόντων ὀφλῆσαι πάντως τι ἔδει, ἀλλ' οὖν πρός γε τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων καὶ τὰς τιμωρίας αὐτῶν ἐπεκούφιζεν.* Tum quoties omnino puniendi erant ii, qui liberos habebant, poenam eorum minuebat pro numero liberorum. *Dio Cass.* 69, 23. — *Marcianus Lib. Singulari De Delatoribus.* Videri patrem, qui sibi manus intulisset, quod diceretur filium suum occidisse, magis dolore filii amissi mortem sibi irrogasse, et ideo bona eius non esse publicanda divus Hadrianus rescripsit. *L.* 3, § 5 *D. de Bonis eorum* 48, 21. — *Callistratus Lib. II. De Iure Fisci.* Divus Hadrianus Flavio Arriano in haec verba rescripsit: „Quin ei, qui instrumenta ad causam fisci pertinentia, quum possit exhibere, non exhibet, nocere debeat; si verum aliter non invenitur, ea subtracta esse credantur, quae nocitura causae eius fuerint, dubitatum non est; sed nec alias dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeant, quam in eam, qua desiderata sunt.“ *L.* 2, § 1 *D. de Iure fisci* 49, 14.— *Callistratus Lib. II. De Iure Fisci.* Quoties delator adesse iussus cessat, nec hoc fraude possessoris factum esse probabitur, divus Hadrianus rescripsit, secundum possessorem pronuntiari oportere, ita ut sententia comprehendatur, etiam delatores edicto id comprehendisse. *L.* 2 *cit.*, § 4 *D. eod. tit.* Cf. Divus Pius et l. 2 cit., § 5. — *Callistratus Lib. III. de Iure Fisci.* Divus Hadrianus rescripsit, in eo, quod cuiusque fidei palam commissum est, non esse existimandum fidem suam in fraudem legis accommodasse. *L.* 3, § 1 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. III. de Iure Fisci.* Divus Hadrianus in haec verba rescripsit: „Valde inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores vectigalium publicorum et agrorum, si tantidem locari non possint; nam et facilius invenientur conductores, si scierint fore, ut, si peracto lustro discedere voluerint, non teneantur.“ *L.* 3 *D. cit.*, § 6. — Divus Hadrianus Flavio Proculo rescripsit, quum in libertatem proclamat, qui ex bonis ad fiscum pertinentibus esse dicitur, iudicium dari praesentibus et agentibus etiam his, qui negotiis fisci solent intervenire, et huiusmodi liberales causae si non interveniente fisci advocato decisae sint, in integrum restituuntur. *L.* 3 *D. cit.*, § 9. — *Paulus Lib. VII. ad L. Iuliam et Papiam.*

Ad heredes eius, qui se detulerat, non videbatur praemium transire, sed divus Hadrianus rescripsit, ut, licet ante decessisset is, qui se detulerat, antequam id, quod detulerat, fisco addiceretur, heredi eius praemium daretur. Exstat eiusdem Hadriani epistola, ut, si is, qui se deferre poterat, morte praeventus fuerit, heres eius, si detulerit, praemium consequatur: si tamen, inquit, liquebit defunctum eius animi fuisse, ut se vellet deferre, si vero idcirco dissimulaverit, dum rem occultari sperat, heredem eius ultra vulgare praemium nihil consecuturum. *L.* 13, § 4, 5 *D. de Iure Fisci* 49, 14. — Ei, qui per errorem se detulit, quum capere solidum posset, non nocere hoc divus Hadrianus et Divus Pius et Fratres rescripserunt. *L.* 13 *D. cit.*, § 10. — *Iunius Mauricianus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Divus Hadrianus rescripsit, eandem poenam delatorem ferre debere, si citatus ad edictum non responderit, qua teneretur, si causam non probasset. *L.* 15, § 2 *D. eod. tit.* — *Iunius Mauricianus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Senatus Hadriani temporibus censuit, quum quis se ad aerarium detulerit, quod capere non potuerit, ut totum in aerarium colligatur, et ex eo pars dimidia sibi secundum beneficium divi Traiani restituatur. *L.* 15 *cit.*, § 3. — Fisci advocatum primus instituit. *Spartian. Hadr.* 19. — Interpellavit quis Hadrianum, dicens, filii mei, Domine, in militiam lecti sunt. Hadrianus dixit: feliciter (in bono). Respondit (ille): sed inscientes sunt et timeo, ne quid extra ordinem faciant et miserum me relinquant. Hadrianus dixit, ne quid timeas, in pace enim militant. Cui pater dixit, permitte ergo me, Domine Imperator, vel ministrum eorum esse, ut eos attendam. Hadrianus dixit, ne id faciant Dii, ut te obsequentem tuis filiis faciam, sed vite accepta centurio eorum esto. *Hadriani Sent.* 13. — *Arrius Menander Lib. II. de Re militari.* A barbaris remissos milites ita restitui oportere Hadrianus rescripsit, si probabunt, se captos evasisse, non transfugisse. *L.* 5, § 6 *D. de Re milit.* 49, 16. — Qui transfugit et postea multos latrones apprehendit et transfugas demonstravit, posse ei parci divus Hadrianus rescripsit, ei tamen pollicenti ea, nihil permitti oportere. *L.* 5 *cit.*, § 8. — *Idem Lib. III. de Re militari.* Qui se vulneravit vel alias mortem sibi conscivit, Imperator Hadrianus rescripsit, ut modus eius rei statutus sit, ut, si impatientia doloris aut taedio vitae, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit, non animadvertatur in eum, sed ignominia mittatur: si nihil tale praetendat, capite puniatur. Per vinum aut lasciviam lapsis capitalis poena remittenda est et militiae mutatio irroganda. *L.* 6, § 7 *D. eod. tit.* — Per libellum dicente quodam patrem suum confiscatum esse et sibi decuriam ablatam esse, quam petebat et si qua alia fuissent iusta: quae petente quodam Hadrianus inquisivit: quando pater tuus confiscatus est? Dicente illo: ante annos decem, Hadrianus interrogavit: quare non antea adiisti praefectum et de hoc questus es? Si enim coeperimus res aut bene aut male iudicatas revocare, nihil consummatum erit; ipse tibi defuisti. *Hadriani Sent.* 9. — Codicillos aliquis Hadriano tradidit, per quos dicebat, plures esse feneratores, qui iniquas usuras exigerent, in quibus quosdam in denarios mille ex ipsa die denarios centum exigere et extrinsecus centesimas accipere, et easdem iterum fenerari. Hadrianus dixit: clarissimus praefectus meus de ea re excutiet et renuntiabit mihi. *Hadriani Sent.* 5. — Maiestatis crimina non admisit ... Decoctores bonorum suorum, si suae auctoritatis essent, catamidiari in amphitheatro et dimitti iussit. *Spartian. Hadr.* 17. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* De iure omnium incolarum, quos quaeque civitates sibi vindicant, praesidum provinciarum cognitio est. Quum tamen se quis negat incolam esse, apud eum praesidem provinciae agere debet, sub cuius cura est ea civitas, a qua vocatur ad munera, non apud eam, ex qua ipse se dicit oriundum esse: idque divus Hadrianus rescripsit mulieri, quae aliunde orta alibi nupta est. *L.* 37 *pr. D. ad Municipalem* 50, 1. — *Imp. Alexander A. Crispo.* Nec ipsi, qui studiorum causa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, nisi decem annis transactis eo loci sedes sibi constituerint, secundum epistolam divi Hadriani. *L.* 2 *Cod. de Incolis* 10, 39. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Si alii non sint, qui honores gerant, eosdem compellendos, qui gesserint, complurimis constitutionibus cavetur. Divus etiam Hadrianus de iterandis muneribus rescripsit in haec verba: Illud consentio, ut, si alii non erunt idonei, qui hoc munere fungantur, ex his, qui iam functi sunt, creentur. *L.* 14, § 6 *D. de Muneribus* 50, 4. Cf. l. 18, § 30 D. eod. tit. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Divus Hadrianus rescripsit immunitatem navium maritimarum duntaxat habere, qui annonae urbis serviunt. *L.* 5, § 5 *D. de Iure immunit.* 50, 6. — Negotiatio pro incremento facultatum exercenda est: alioquin si quis maiore pecuniae suae parte negotiationem exercebit, rursus locuples factus in eadem quantitate negotiationis perseveraverit, tenebitur muneribus, sicuti locupletes, qui modica pecunia comparatis navibus, muneribus se publicis subtrahere tentant: idque ita observandum, epistola divi Hadriani scripta est. *L.* 5 *D. cit.*, § 8. — *Marcianus Lib. XII. Institutionum.* Si legatio de primoribus viris desideret personas et qui ordine vocantur, inferiores sint, non esse observandum ordinem, divus Hadrianus ad Clazomenios rescripsit. *L.* 4, § 5 *D. de Legation.* 50, 7. — *Papirius Iustus Lib. II. de Constitutionibus.* Item rescripserunt, sitonas indemnes esse oportere, qui non segniter officio suo functi sunt, secundum literas Hadriani. *L.* 9, § 6 *D. de Admin. rer. ad civ. pert.* 50, 8. — *Callistratus Lib. II. de Cognitionibus.* Quod semel ordo decrevit, non oportere id rescindi, divus Hadrianus Nicomediensibus rescripsit, nisi ex causa, id est, si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti. *L.* 5 *D. de Decretis* 50, 9. — Quum me (rempublicam) legibus Hadrianus imbueret. *Pacatus Panegyr. Theodos. M. d. c.* 11. — Professores et honoravit et divites fecit. *Spartian. Hadr.* 15. — Per libellum petente quodam, esse sibi facultatem equestris dignitatis, sed quum equum publicum peteret, praeteritum se fuisse, ante biennium decreto praefecti uno anno municipio excedere coactum, quoniam crimen intervenerat, quod servi concitaverant, Hadrianus dixit: Qui equum petit publicum, emendatus esse debet, cetera autem vitae tuae probabis. *Hadriani Sent.* 6. — Petente quodam, permitti sibi patrem suum ab exilio revocari, Hadrianus dixit: a quo exiliatus est? Illo dicente: a praefecto, dixit: sine videam commentarios, tu tamen cura reverti ad me. *Hadriani Sent.* 7. — Dicente quodam, se circumventum esse a libertis et habere suas tabernas, in quibus ipsi negotiantur de suis pecuniis et nihil ab illis accipere, advocatus libertorum respondit, multo tempore eos patrono suo unumquemque praestitisse denarium et adhuc esse paratos praestare, si eis permitteret negotiari; Hadrianus dixit: Curate ergo, ne iterum quaeratur. *Hadriani Sent.* 8.

ANTONINUS PIUS.

Cf. Augustus, Claudius, Vespasianus, Traianus, Hadrianus, Divi Fratres, Marcus Antoninus, Commodus, Severus et Caracalla.

891. p. C. n. 138. CAMERINO, NIGRO COSS.

Acta Hadriani irrita fieri volebat senatus, nec appellatus esset Divus, nisi Antoninus rogasset. *Spartian. Hadr.* 25. Cf. Dio Cass. 69, 2. — *Ἡ γερουσία οὐκ ἤθελε τὰς ἡρωϊκὰς τιμὰς ψηφίσασθαι τῷ Ἀδριανῷ ... ἡ γερουσία αἰδεσθεῖσα τῷ κειμένῳ τὰς τιμὰς ἐψηφίσατο.* Senatus Hadriano divinos honores decernere noluit ... Senatus honores defuncto decrevit (ex verecundia Antonini). *Zonaras* 12, 1. Cf. Dio Cass. 69, 23. — Congiarium militibus et populo de proprio dedit et ea quae pater promiserat. Aurum coronarium, quod adoptionis suae causa oblatum fuerat, Italicis totum, medium provincialibus reddidit. *Capitolini D. Pius* 4.

892. p. C. n. 139. T. ANTONINO PIO A. II. BRUTTIO PRAESENTE COSS.

Εν Ρωμη Ειλημμενων Των Αντιγραφων | *Αι Νεωκορου Του Διος Τω Αυτον Μη Δυνασθαι Χωρισθηναι* | *Υπαρχειν Την Περι Τουτου Προνοιαν Ποιησασθαι Δια Προδηλου Γαιον Ες* ... | *Του Θεοπροπου Η Τις Ιερωσυνη Ακολουθει Τοις Του Θεου Μυστηριοις Διος* | *Φιλοθεε Και Φιλανθρωπε Καισαρ Κελευσαι Δοθηναι Μοι Τα* | *Αντιγραφα Των Υπομνηματων Ως Και Ο Θεος Πατηρ Συνεχωρησεν.* Imp. Caesar. T. Aelius. Hadrianus. Antoninus. Augustus Pius. Sextilio. Acutiano. Sententiam Divi Patris Mei Si | Quid Pro Sententia Dixit Describere Tibi Permitto | Rescripsi Recogn. Undevicensimus Act. VI. Idus April. | Romae Caes. Antonino II Et Praesente II Cos. *Εσφραγισθη Εν Ρωμη Προ Τριων Νωνων Μαιων Αυτοκρατορι* | *Καισαρι Τ. Αιλιω Αδριανω Αντονεινω Το Β. Γαιω Βρουττιω* | *Πραισεντι Το Β. Υπατοις Παρησαν Τ. Φλ. Μακρεινος Σιμονας Λατανιος* | *Φλαουιος Δημοσθενιανος Λαιτιος Ερμογενης Αιλιος* ... | *Μ. Αντωνιος Κρισπος Λ. Λικιννιος Λαβειανιος Μ. Κοσκωνιος* | *Καρικος Τι. Κλαυδιος Ακτιος.* Stasime Dapeni Edite Ex Forma Sententiam Vel Constitutionem. *Inscr. lapid. Smyrn. ap. Orell.* 3119.

898. p. C. n. 145. T. ANTONINO PIO AUGUSTO IV. M. AURELIO CAESARE II. COSS.

Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 21.

900. p. C. n. 147. LARGO ET MESSALINO COSS.

* *Τούτοις τοῖς ὑπάτοις ἄφεσις ἐγένετο τῶν χρεοφειλετῶν παρὰ Ἀντωνίνου εὐσεβοῦς, καὶ οἱ ταμιακοὶ χάρται δωρεὰν ἐκαύθησαν.* His Coss. aes alienum remissum ab Antonino Pio et tabulae fiscales exustae sunt. *Chron. Pasch. p.* 478.

905. p. C. n. 152. ACILIO IUNIO GLABRIONE ET HOMULLO COSS.

Item Divus Pius ad libellum Alfii Iulii rescripsit haec verba: Servorum obsequium non solum imperio sed moderatione et sufficientibus praebitis et iustis operibus contineri oportet. Itaque et ipse curare debes, iuste ac temperate tuos tractare, ut et facile reprimere eos possis, nec, si apparuerit, vel imparem te impendiis esse vel atrociorem dominatione saevitiam exercere, necesse habeat proconsul V. C., ne quid tumultuosius contra accidat, praevenire te et ex mea iam auctoritate ad alienandos eos compellere. Glabrione et Omullo Coss. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 3, 3, 5 *et* 6.

907. p. C. n. 154. L. AURELIO COMMODO T. SEXTIO LATERANO COSS.

Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 22. — Idem l. c. tres alias tabulas missionum ex aetate Antonini Pii, sed incert. ann. adhuc superesse, scribit; accedit quarta. *Sitzungsber. d. Kaiserl. Acad. d. Wissensch. l. c. T. XI. p.* 308 *sq.*

908. p. C. n. 155. C. IULIO SEVERO M. RUFINO SABINIANO COSS.

Velius. Fidus. Iubentio. Celso. Col | Legae. Suo. Salutem. Desideri. Fra | ter. Arri. Alphii. Arriae. Fadillae. Domi | Ni. N. Imp. Antonini. Aug. Matris. Liberti | Libellum. Tibi. Misi. Cogniti. Mihi Ex | Longo. Tempore. Primae. Iubentutis | Etiam. Miratus. Cum. Ab Aedibus Es | Sem. Quot. Eo. Lo. Se. Contulisset. A. Quo | Didici. Causas. Erequitionis. Set. Et. Re | Ligionis. Magnope. A. Domino. N. Imp. | Impetrasse. Ita. Ne. Qua. Mora. Videa | Tur. Ei. Per. Nos. Fieri. Libellum. Subscrip | Tum. Per. Eudem. Publicum. Sine. Mora | Mihi. Remittas. Opto. Te. Salbon. Et. Felicem. Es | Exeplu. Libelli. Dati | Cum. Ante. Hos. Dies. Coniuge. Et. Filium. Ami | Serim. Et. Pressus. Necessitate. Corpora. Eorum | Fictili. Sarcofago. Commendaverim. Doni | Quies. Locus. Quem. Emeram. Aedificaretur. Vi | A. Flaminia. Inter. Miliar. II. Et. III. Euntibus. A | B. Urbe. Parte. Laeva. Custodia. Monumenti | Fla. Thumeles. A. Mesolaemos. ... LI. Orcili | Rogo. Domin. Permittas. Mihi. In. Eodem. Lo | Co. In. Marmoreo. Sarcofago. Quem. Mihi. Mo | Do. Comparavi. Ea. Corpora. Colligere. Ut. Cuan | Do. Ne. Ego. Esse. Desier. Pariter. Cum. Eis. Ponar | Decretum. Fieri. Placet. Iubentius. Celsus | Promagister. Subscripsi. III. | Nonas. Noembr. | Antio. Polione. Et. Opimiano. Kos. Ordinalis | Severo. Et. Sabiniano. Cos. *Inscript. lapid. Rom.* Cf. Haubold Mon. Leg. p. 246 sq. — * Testamento ab eo (patre adoptivo) facto, neque iure civili neque praetorio aliquid ex hereditate eius persequi potest (adoptatus), neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta, quum nec necessitas patri adoptivo imponitur vel heredem eum instituere vel exheredatum facere, utpote nullo naturali vinculo copulatum, neque si ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam et in huiusmodi casu neque quarta ei servatur, nec ulla actio ad eius persecutionem ei competit. § 14 *Inst. de Heredit. quae ab int.* 3, 1. — *Ἐὰν ἔχων τρεῖς ἄῤῥενας παῖδας ὑπεξουσίους, παράσχω ἕνα εἰς θέσιν, λέγεται ἡ τοιαύτη υἱοθεσία* ex tribus maribus. *Καὶ ἔστι δόγμα Σαβινιανὸν τὸ λέγον, ἀνάγκην σε ἔχειν πάντως τῷ τοιούτῳ παιδὶ τῷ* ex tribus maribus *υἱοθετηθέντι τὸ τέταρτον τῆς σῆς περιουσίας καταλιπεῖν· εἰ δὲ μὴ καταλίπῃς αὐτῷ, δίδωσιν αὐτῷ τὸ εἰρημένον δόγμα ἀγωγὴν κατὰ τῶν σῶν κληρονόμων, ἐπὶ ἀπαιτήσει τοῦ τετάρτου.* Si tres ego filios masculos in potestate habens, unum in adoptionem dedero, dicitur huiusmodi adoptio ex tribus maribus. Atque est senatusconsultum Sabinianum, sanciens necesse tibi esse omnimodo huiusmodi filio ex tribus maribus adoptato quartam tuorum bonorum partem relinquere: sin autem ei non reliqueris, dictum senatusconsultum dat ei adversus heredes tuos actionem, ad quartae petitionem. *Theophilus ad* § 14 *Inst. cit.* — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PP.* Quae autem de aliis adoptivis diximus, haec sancimus etiam de his, qui ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptivos et eos introducenda. *L.* 10, § 3 *C. de Adopt.* 8, 48. — * *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius Aureliano PP.* Si quis curialis tres mares filios susceperit, unum dare senatui non vetetur. *L.* 132 *Cod. Theod. de Decur.* 12, 1.

Incert. ann.

* *Ὥσπερ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος ἐξ οὗπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας ταύτης καθήκει, τὸ τῆς ῥωμαϊκῆς πολιτείας πρότερον παρ' ἑκάστου τῶν ὑπηκόων αἰτούμενον, καὶ οὕτως ἐκ τῶν καλουμένων περεγρινῶν εἰς ῥωμαϊκὴν εὐγένειαν ἄγων ἐκεῖνος ἅπασιν ἐν κοινῷ τοῖς ὑπηκόοις δεδώρηται.* Sicut enim Antoninus, cognomine Pius, (potius Caracalla) a quo ad nos quoque haec appellatio pervenit, ius romanae civitatis, quod antea ab unoquoque subditorum petendum erat atque ita ex iis, qui peregrini vocantur, ad romanam ingenuitatem inducens, in commune omnibus subditis donavit. *Novell.* 78, 5. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Quoties ... quis patitur controversiam libertatis et hereditatis, sed se non ex testamento liberum dicit, sed alias vel a vivo testatore manumissum, non debere impediri liberalem causam, licet iudicium de testamento moveri speretur, Divus Pius rescripsit: adiecit plane in rescripto, dummodo praedicatur iudici liberalis causae, ne ullum adminiculum libertatis ex testamento admittat. *L.* 7, § 2 *D. de Hered. pet.* 5, 3. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Theodorae.* Quum servum matris tuae et stupro violasse dominam suam et turpis coniunctionis maculam excogitandae ingenuitatis collusione ac falsae captivitatis velamento apud competentem iudicem obtegere voluisse proponas, nec libertatem ei matrem tuam dedisse, sed in solam ingenuitatem eum nudae voluntatis mendacio producere nisam asseveres, servum esse palam est, quando etiam D. Pii rescriptum super captivitate emissum, quam non intercessisse significas, ingenuum fecisse non videatur, nec asseveratio consensus tui ingenuitatis ius tribuere potuerit. *L.* 1 *C. de Collus. deteg.* 7, 20. — *Papinianus Lib. III. Quaestionum.* Imp. Titus Antoninus rescripsit, non laedi statum liberorum ob tenorem instrumenti male concepti. *L.* 8 *D. de*

Statu hom. 1, 5. — Ex constitutione sacratissimi Imp. Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus teneri iubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed et maior quoque asperitas dominorum per eiusdem principis constitutionem coërcetur; nam consultus a quibusdam praesidibus provinciarum de his servis, qui ad fana Deorum vel ad statuas principum confugiunt, praecepit, ut, si intolerabilis videatur dominorum saevitia, cogantur servos suos vendere. *Gai.* 1, 53. § 2 *Inst. de Iis, qui sui* 1, 8. — *Gaius Lib. I. Institutionum.* Ex constitutione divi Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed et maior asperitas dominorum eiusdem principis constitutione coërcetur. *L.* 1, § 2 *D. de His qui sui* 1, 6. — *Ulpianus Lib. VIII. De Officio Proconsulis, Sub Titulo De Dominorum Saevitia.* Quae sint partes praesidis ex rescripto D. Pii ad Aelium Marcianum, proconsulem Baeticae manifestabitur. Cuius rescripti verba haec sunt: „Dominorum quidem potestatem in suos servos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra saevitiam, vel famem vel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt: et si vel durius habitos, quam aequum est, vel infami iniuria affectos cognoveris, veniri iube, ita ut in potestatem domini non revertantur: qui si meae constitutioni fraudem fecerit, sciet, me admissum severius exsecuturum.“ *L.* 2 *D. eod. tit. Coll. Leg. Mos. et Rom.* 3, 3, 1 et 2. — *Marcianus Lib. II. de Iudiciis Publicis.* Divus Pius rescripsit, posse de servis haberi quaestionem in pecuniaria causa, si aliter veritas inveniri non possit, quod et aliis rescriptis cavetur. Sed hoc ita est, ut non facile in re pecuniaria quaestio habeatur, sed si aliter veritas inveniri non possit, nisi per tormenta, licet haberi quaestionem, ut et divus Severus rescripsit. *L.* 9 *pr. D. de Quaestionibus* 48, 18. — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Eum qui vindicanti servum cavit, domini loco habendum et ideo in caput eius servos torqueri non posse, Divus Pius in haec verba rescripsit: „Causam tuam aliis probationibus instituere debes, nam de servis quaestio haberi non debet, quum possessor hereditatis, qui petitori satis dedit, interim domini loco habeatur.“ *L.* 15, § 2 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Si servus ad hoc erit manumissus, ne torqueatur, dummodo in caput domini non torqueatur, posse eum torqueri Divus Pius rescripsit. *L.* 1, § 13 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. L. ad Edictum.* In eo, cui fideicommissa libertas pure debetur, exstat rescriptum Divi Pii ad Iuventium Sabinum, quo ostenditur, non esse festinandum ad tormenta eius, cui fideicommissa libertas debetur. *L.* 1, § 5 *D. de Senatuscons. Silaniano* 29, 5. — *Callistratus Lib. I. Quaestionum.* Senatus censuit, ut si servus domini sui iussu testamento codicillisve libertatem sibi adscripserit, ob eam rem, quod ipsius manu adscriptum est, minus liber sit, sed libertas ei ex fideicommissi causa praestatur, si modo post eam scripturam manu sua testator testamento codicillisve subscripserit. Et quatenus de sola specie fideicommissae libertatis hoc senatusconsulto continebatur, Divus Pius rescripsit, sententiam magis sequendam esse huius senatusconsulti, quam scripturam; nam servos, quum dominis suis parent, necessitate potestatis excusari, si tamen accedat domini auctoritas subscribentis, se ea dictasse et recognovisse. Videri enim, ait, ipsius domini manu scripta, cuius voluntate ea scripta sunt. Quod tamen, inquit, ad liberas personas, in quas nullum ius testator habuerit, extendi non debet, quaeri tamen debet, an aeque subsequendi necessitas et honesta excusatio est facientibus, quod non sit concessum? *L.* 15, § 2, 3 *D. de L. Cornel. de Fals.* 48, 10. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Divus Pius rescripsit, eum qui fugitivum vult requirere in praediis alienis, posse adire praesidem, literas ei daturum et si ita res exegerit, apparitorem quoque, ut ei permittatur ingredi et inquirere et poenam eundem praesidem in eum constituere, qui inquiri non permiserit. *L.* 3 *D. de Fugitivis* 11, 4. — *Tryphoninus Lib. I. Disputationum.* Divus Pius rescripsit, omnimodo eos dominis suis reddere, sive ante pugnam ad bestias, sive post pugnam, quoniam interdum aut pecunia interversa, aut commisso aliquo maiore maleficio ad fugiendam inquisitionem vel iustitiam animadversionis in arenam se dare mallent; reddi ergo eos oportet. *L.* 5 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Divus Pius saepissime rescripsit, ne, inquit, in potestate servorum sit, invitis vel ignorantibus dominis fugae se tradendo, potestati dominorum se subtrahere. *L.* 16, § 4 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Manumittere deportatum non posse Divus Pius rescripsit. *L.* 2 *D. de Interdictis* 48, 22. — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Divus Pius Calpurnio rescripsit, libertates ab eo, qui iam lege Cornelia damnatus esset, vel quum futurum prospiceret, ut damnaretur, servis datas non competere. *L.* 8 § 2 *D. de Manumiss.* 40, 1. — *Paulus Lib. I. ad Leg. Iuliam.* Imperator Antoninus Calpurnio Critoni rescripsit, ex eo tempore, quo quis propter facinorum suorum cogitationem iam de poena sua certus esse poterat, multo prius conscientia delictorum, quam damnatione ius datae libertatis eum amisisse. *L.* 15 *pr. D. Qui et a quibus* 40, 9. — * *Impp. Severus et Antoninus AA. Torquato.* Quum divus pater meus constituerit, a praesidibus provinciarum vel qui coërcendorum maleficiorum potestatem habent, in perpetua vincula damnatos ad libertatem perduci non posse etc. *L.* 1 *C. Qui non posse* 7, 12. — *Marcianus Lib. VII. Institutionum.* Quum servus pure liber, et heres sub conditione scriptus sit, et, si heres non exstiterit, legatum acceperit, in legato repetitam videri conditionem, Divus Pius rescripsit. *L.* 18, *pr. D. de Condit. inst.* 28, 7 *et l.* 77 *pr. D. de Condit. et dem.* 35, 1, ubi *Papinian. Lib. VII. Responsorum* adscribitur. — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Sciendum est, qualiscunque causa probata sit et recepta, libertatem tribuere oportere: nam Divus Pius rescripsit, causas probatas revocari non oportere, dum ne alienum servum possit quis manumittere, nam causae probationis contradicendum, non etiam causa iam probata retractanda est. *L* 9, § 1 *D. de Manum. vind.* 40, 2. — *Marcianus Lib. I. Regularum.* Divus Pius et Divi Fratres favorabiliter rescripserunt, quum servo cum libertate substituto legatum erat, si heres non esset, non adscripta libertate, perinde haberi, atque si adscripta esset et libertas. *L.* 26 *D. de Manumiss. test.* 40, 4. — *Modestinus Lib. I. Singulari de Manumissionibus.* Divus Antoninus et Pertinax rescripserunt, hereditate fisco vindicata, quoniam tacite quis rogatus erat ei, qui capere non poterat, restituere hereditatem, et directo et per fideicommissum datas libertates deberi. *L.* 12, § 2 *D. de Fideicomm. libert.* 40, 5. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Ex damnata in metallum concepto et nato fideicommissaria libertas dari poterit: quid mirum, quum etiam venumdari eum posse quasi servum Divus Pius rescripsit. *L.* 24, § 6 *D. eod. tit.* — Quoties fideicommissaria libertas relinquitur efficaciter, in ea causa est, ut neque alienatione neque usucapione exstingui possit. Ad quemcunque enim pervenerit is servus, cui fideicommissa libertas relicta est, cogi eum manumittere et ita est saepissime constitutum. Cogetur igitur is, ad quem servus pervenerit, fideicommissam libertatem praestare, si hoc maluit is, qui rogatus est; latius enim acceptum est, ut et si sub conditione fuit ei libertas relicta et pendente conditione alienatus sit, attamen cum sua causa alienetur. Quod si nolit ab eo manumitti, sed potius ab eo velit ad libertatem perduci, qui erat rogatus eum manumittere, audiri eum oportere, divus Hadrianus et Divus Pius rescripserunt. Quin imo et si iam manumissus est, velit tamen potius eius libertus fieri, qui erat rogatus eum manumittere, audiendum eum Divus Pius rescripsit. *L.* 24 *cit.*, § 21. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Rescripto Divi Pii effectum est, ut, si quidam ex rogatis praesentes sint, alii latitent, alii ex causa absint, intercedente infantis persona, non omnium libertus efficiatur, sed tantum infantis et eorum, qui ex iusta causa absunt vel etiam praesentium. *L.* 30, § 5 *D. eod. tit.* — Si plures heredes sunt instituti, et inter eos, qui fari non potest, sed non ipse rogatus sit servum manumittere, non oportere intercidere liber-

tatem ob hoc, quod coheredibus suis vendere eum infans non possit. Et exstat quidem senatusconsultum Vitrasianum, sed et Divus Pius Cassio Dextro rescripsit, ita rem explicari, ut partes servorum, quibus per fideicommissum libertas data est, iusto pretio aestimentur: atque ita servus ab his, qui rogati sunt, manumittatur. Hi autem, qui eos manumiserunt, pretii nomine perinde fratribus et coheredibus suis obligati erunt, atque si ob eam rem ex iudicati causa cum his agi possit. *L.* 30 *cit.*, § 6. — In furiosi persona Divus Pius rescripsit, fideicommissam libertatem non impediri sub conditione scripti heredis, quem compotem mentis non esse affirmatur. *L.* 30 *cit.*, § 7. — *Marcianus Lib. VII. Fideicommissorum.* Antoninus Augustus Pius noster, quo militum suorum per omnia rata esset voluntas suprema, quum et institutus et substitutus in continenti, priusquam adirent hereditatem, decessissent, eos, quibus ab his et libertas et hereditas a milite per fideicommissum data esset, perinde liberos et heredes esse iussit, ac si utrumque directo accepissent: eorum autem, qui a pagano libertatem et hereditatem per fideicommissum acceperant, quum aeque in continenti et institutus et substitutus decessisset, satis habuit libertatem confirmare. *L.* 42 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. IX. Institutionum.* Sive iusta ex causa abest, sive latitet, sive praesens non vult manumittere, pro absente eum haberi, Divus Pius rescripsit. *L.* 51, § 8, 9 *D. eod. tit.* — Et praesens coheres perinde manumittat, atque si traditum a coherede accepisset. Quod et in impuberis persona coheredis, qui non erat rogatus manumittere, eundem principem rescripsisse relatum est. *L.* 51 *cit.*, § 11. — *Gaius Lib. I. Fideicommissorum.* Per fideicommissum varie data libertate non levissima spectanda est, sed novissima, quia posterior voluntas potior haberi debet, cui consonat etiam rescriptum divi Antonini. *L.* 90 *D. de Condit. et dem.* 35, 1. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Sabinum.* Divus Pius rescripsit Aurelio Basso ... Plane tergiversatio eorum, qui subvertere fideicommissam libertatem velint, eo modo puniatur, ne ius patroni acquirant in eo, quem liberum esse nolunt. *L.* 1, § 3 *D. de Legit. tut.* 26, 4. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Rhyso.* Si heredes ... repudiaverint sibi delatam successionem ... ut vos fraudarent libertate, collusisse eos praeses animadverterit, secundum haec, quae Divus Pius Antoninus constituit, libertatibus consuli providebit. *L.* 12 *Cod. de Test. manum.* 7, 2. — Bene concordans matrimonium separari a patre Divus Pius prohibuit, itemque a patrono libertum, a parentibus filium filiamque; nisi forte quaeratur, ubi utilius morari debeat. *Paul. V,* 6, 15. — *Ulpianus Lib. X. de Officio Proconsulis.* Statu liberum quasi liberum eum iam puniendum Divus Pius Salvio Marciano rescripsit. *L.* 9, § 16 *D. de Poenis* 48, 19. — *Paulus Lib. Singulari de Iuris et Facti Ignorantia.* Si quis ius ignorans, lege Falcidia usus non sit, nocere ei dicit epistola Divi Pii. *L.* 9, § 5 *D. de Iuris et facti ignor.* 22, 6. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Sabinum.* De eo, qui centesimo octogesimo secundo die natus est, Hippocrates scripsit, et Divus Pius pontificibus rescripsit, iusto tempore videri natum, nec videri in servitute conceptum, quum mater ipsius ante centesimum octogesimum secundum diem esset manumissa. *L.* 3, § 12 *D. de Suis* 38, 16. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Furiosis, si non possint per necessarios contineri, eo remedio per praesidem obviam eundum est, scilicet ut carcere contineantur, et ita Divus Pius rescripsit. *L.* 13, § 1 *D. de Off. praes.* 1, 18. — *Ulpianus Lib. Singulari de Officio Curatoris Reipublicae.* Inter liberos nepotem quoque ex filia contineri, Divus Pius rescripsit. *L.* 15 *D. de Pollic.* 50, 12. — *Ulpianus Lib. XXXIV. ad Edictum.* Ex his apparet, sive uxor omiserit, quae eam ex senatusconsulto observare oportuit, nihil praeiudicare filio, si filius est, non tantum in iure sui, verum ne in alimentis quidem, secundum Divi Pii rescriptum, sive maritus neglexerit facere, quae ex senatusconsulto debet, natum cogitur omnimodo alere. *L.* 1, § 15 *D. de Agnoscendis liberis* 25, 3. — *Ulpianus Lib. II. de Officio Consulis.* Matrem cogemus praesertim vulgo quaesitos liberos alere: nec non ipsos eam. Item Divus (l. Idem) Pius significat, quasi avus quoque maternus alere compellatur. Idem rescripsit, ut filiam suam pater exhibeat, si constiterit apud iudicium, iuste eam procreatam ... Idem Pius ita rescripsit: aditi a te competentes iudices ali te a patre tuo iubebunt pro modo facultatum eius, si modo, quum opificem te esse dicas, in ea valetudine es, ut operis sufficere non possis. *L.* 5, § 4—7 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Si mater sit, quae retinet, apud quam interdum magis, quam apud patrem, morari filium debere, ex iustissima scilicet causa et Divus Pius decrevit et a Marco et Severo rescriptum est, aeque subveniendum ei erit per exceptionem. *L.* 1, § 3 *D. de Liberis* 43, 30. — Etiamsi maxime probet filium pater in sua potestate esse, tamen causa cognita mater in retinendo eo potior erit, idque decretis Divi Pii quibusdam continetur. *L.* 3, § 5 *D. eod. tit.* — Puellas alimentarias in honorem Faustinae, Faustinianas constituit. *Capitol. Antonin. P.* 8. — Imp. Caesari | Divi. Antonini. Pii | Filio. Divi. Hadriani | Nepoti. Divi. Traiani | Parthici. Pronepoti | Divi. Nervae. Augusto. P. M. | Tr. Pot. XVI. Cos. III. Optimo. Et | Indulgentissimo. Principi | Pueri. Et. Puellae. Alimentari | Ficolensium. *Orell. Inscr.* 3364. — *Paulus Lib. XIX. ad Edictum.* Quum sponsus sponsae servum donasset eumque in dotem accepisset ante usucapionem, rescriptum est a Divo Pio, divortio facto restituendum esse servum, nam valuisse donationem inter sponsum et sponsam. *L.* 12 *pr. D. de Publ. in r. act.* 6, 2. — * Item peregrino ... uxorem duxisset et, filio nato, alias civitatem Romanam consecutus esset, deinde, quum quaereretur, an causam probare posset, rescripsit Imperator Antoninus, perinde posse eum causam probare, atque si peregrinus mansisset. *Gai.* 1, 74. — *Marcianus Lib. IV. Regularum.* A Divo Pio rescriptum est, si libertina senatorem deceperit, quasi ingenua et ei nupta est, ad exemplum praetoris edicti dandam in eam actionem, quia ex dote nullum lucrum habet, quae nulla est. *L.* 58 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Licinius Rufinus Lib. VI. Regularum.* Imperator Antoninus constituit, ut ad processus viri uxor ei donare possit. *L.* 41 *D. de Donat. int. vir. et ux.* 24, 1. — *Gaius Lib. XI. ad Edictum Provinciale.* Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta est alia causa donationis, quam dicimus honoris causa, ut ecce, si uxor viro laticlavii petendi gratia donet vel ut equestris ordinis fiat vel ludorum gratia. *L.* 42 *D. eod. tit.* — Item impuberem apud populum adoptari aliquando prohibitum est, aliquando permissum est. Nunc ex epistola optimi imperatoris Antonini, quam scripsit pontificibus, si iusta causa adoptionis esse videbitur, cum quibusdam conditionibus permissum est. *Gai.* 1, 102. — Pupilli antea non poterant arrogari, nunc autem possunt ex constitutione divi Antonini. *Ulpian.* 8, 5. — * Quum autem impubes per principale rescriptum arrogatur. § 3 *Inst. de Adopt.* 1, 11 *et Theophilus ad* § 3 *Inst. cit.* — * *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Timotheo.* Arrogatio ex indulgentia principali facta perinde valet apud praetorem vel praesidem intimata, ac si per populum iure antiquo facta esset. PP. V. Id. Mart. Maximo II. et Aquilino Coss. *L.* 2 *C. de Adopt.* 8, 48. — *Paulus Lib. X. ad Leg. Iuliam et Papiam.* Constitutione Divi Pii cavetur de impubere adoptando, ut ex bonis, quae mortis tempore illius, qui adoptavit, fuerunt, pars quarta ad eum pertineat, qui adoptatus est; sed et bona ei, quae acquisivit patri, restitui iussit: si causa cognita emancipatus fuerit, quartam perdit. Si quid itaque in fraudem eius alienatum fuerit, quasi per Calvisianam vel Favianam actionem revocandum est. *L.* 13 *D. Si quid in fraudem* 38, 5. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Si quis impubes arrogatus sit ex his personis, quae et citra adoptionem et emancipationem queri de inofficioso possunt, hunc puto removendum a querela, quum habeat quartam ex constitutione Divi Pii. *L.* 8, § 15 *D. de Inoffic. test.* 5, 2. — *Ulpianus Lib. XIX. ad Edictum.* Si quarta ad aliquem ex constitutione Divi Pii arrogatum deferatur, quia hic neque heres neque bonorum possessor fit, utile erit familiae erciscundae iudicium necessarium. *L.* 2, § 1 *D. Famil. ercisc.* 10, 2. — *Ulpianus Lib. XL. ad Edictum.* Si impubere arrogato

secundum Divi Pii rescriptum quarta debetur, videndum est, an, si patris naturalis bonorum possessionem petat, conferre quartam debeat. *L.* 1, § 21 *D. de Collatione* 37, 6. — * *Gaius Lib. Singulari Regularum.* Nam et feminae ex rescripto principis arrogari possunt. *L.* 21 *D. de Adopt.* 1, 7. — * *Papinianus Lib. XXXI. Quaestionum.* Imperator Titus Antoninus rescripsit, privignum suum tutori adoptare permittendum. *L.* 32, § 1 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Ἔστιν δὲ καὶ ὁ ἀριθμὸς ῥητόρων ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν τὴν ἀλειτουργησίαν ἐχόντων καὶ αἱρέσεις τινὲς προσκείμεναι τῷ νόμῳ. ὅπερ δηλοῦται ἐξ ἐπιστολῆς Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς γραφείσης μὲν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας, παντὶ δὲ τῷ κόσμῳ διαφερούσης, ἧς ἔστιν τὸ κεφάλαιον τοῦτο ὑποτεταγμένον· Αἱ μὲν ἐλάττους πόλεις δύνανται πέντε ἰατροὺς ἀτελεῖς ἔχειν, καὶ τρεῖς σοφιστὰς, καὶ γραμματικοὺς τοὺς ἴσους. αἱ δὲ μείζους πόλεις ἑπτὰ τοὺς θεραπεύοντας, τέσσαρας τοὺς παιδεύοντας ἑκατέραν παιδείαν. αἱ δὲ μέγισται πόλεις δέκα ἰατροὺς καὶ ῥήτορας πέντε, καὶ γραμματικοὺς τοὺς ἴσους. Ὑπὲρ δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν, οὐδὲ ἡ μεγίστη πόλις τὴν ἀτέλειαν παρέχει. Εἰκὸς δὲ τῷ μὲν μεγίστῳ ἀριθμῷ χρήσασθαι τὰς μητροπόλεις τῶν ἐθνῶν, τῷ δὲ δευτέρῳ τὰς ἐχούσας ἀγορὰς δικῶν, τῷ δὲ τρίτῳ τὰς λοιπάς.* Est autem et numerus rhetorum in unaquaque civitate, qui vacationem munerum habent, et haereses quaedam propositae lege: quod manifestum est ex epistola Antonini Pii, quae descripta quidem est communitati Asiae, universo autem orbi conveniens est, cuius capitulum hic subiectum est. Minores quidem civitates possunt quinque medicos immunes habere et tres sophistas, grammaticos totidem: maiores autem civitates septem, qui curent, quatuor, qui doceant utramque doctrinam: maximae autem civitates decem medicos et rhetores quinque, et grammaticos totidem. Supra hunc autem numerum ne maxima quidem civitas immunitatem praestat. Decet autem maximo quidem numero uti metropoles gentium: secundo autem, quae habent vel forum causarum vel loca iudiciorum: tertio autem reliquas. *L.* 6, § 2 *D. de Excus.* 27, 1. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC.* Oratione Divi Pii liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur. *L.* 4 *Cod. de Professor.* 10, 52. — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Περὶ δὲ τῶν φιλοσόφων ἡ αὐτὴ διάταξις τοῦ Πίου οὕτω λέγει· φιλοσόφων δὲ οὐκ ἐτάχθη ἀριθμὸς, διὰ τὸ σπανίους εἶναι τοὺς φιλοσοφοῦντας. οἶμαι δὲ ὅτι οἱ πλούτῳ ὑπερβάλλοντες ἐθελονταὶ παρέξουσιν τὰς ἀπὸ τῶν χρημάτων ὀφελείας ταῖς πατρίσιν· εἰ δὲ ἀκριβολόγοιντο περὶ τὰς οὐσίας, αὐτόθεν ἤδη φανεροὶ γενήσονται μὴ φιλοσοφοῦντες.* De philosophis autem eadem constitutio Divi Pii ita dicit: philosophorum autem non constitutus est numerus, quia rari sunt, qui philosophantur. Existimo autem, quod qui divitiis superabundant, voluntarie tribuent pecuniam in utilitates patriae: si autem proprie loquantur de substantia, inde iam manifesti fient non philosophantes. *L.* 6, § 7 *D. de Excus.* 27, 1. — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Ἔστιν δὲ καὶ ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως Κομμόδου διατάξεσιν ἐγγεγραμμένον κεφάλαιον ἐξ ἐπιστολῆς Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς, ἐν ᾧ δηλοῦται καὶ φιλοσόφους ἀλειτουργησίαν ἔχειν ἀπὸ ἐπιτροπῶν· ἔστιν δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα· Ὁμοίως δὲ τούτοις ἅπασιν ὁ θειότατος πατήρ μου παρελθὼν εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, διατάγματι τὰς ὑπαρχούσας τιμὰς, καὶ ἀτελείας ἐβεβαίωσεν, γράψας, φιλοσόφους, ῥήτορας, γραμματικοὺς, ἰατροὺς ἀτελεῖς εἶναι γυμνασιαρχιῶν, ἀγορανομιῶν, ἱερωσυνῶν, ἐπισταθμιῶν, σιτωνίας, ἐλαιωνίας· καὶ μήτε κρίνειν, μήτε πρεσβεύειν, μήτε εἰς στρατείαν καταλέγεσθαι ἄκοντας, μήτε εἰς ἄλλην αὐτοὺς ὑπηρεσίαν ἐθνικὴν ἤ τινα ἄλλην ἀναγκάζεσθαι.* Est autem Imperatoris Commodi constitutionibus inscriptum capitulum ex epistola Antonini Pii, in qua manifestatur et philosophos habere immunitatem tutelarum. Sunt autem haec verba: consimiliter autem his omnibus Divus pater meus mox ingrediens principatum, constitutione existentes honores et immunitates firmavit scribens, philosophos, rhetores, grammaticos, medicos immunes esse a ludorum publicorum regimine, ab aedilitate, a sacerdotio, a receptione militum, ab emtione frumenti, olei, et neque iudicare, neque legatos esse, neque in militia numerari nolentes, neque ad alium famulatum eos cogi. *L.* 6 *D. cit.*, § 8. — Rhetoribus et philosophis per omnes provincias et honores et salaria detulit. *Capitolin. Antonin. P.* 11. — *Paulus Lib. IV. ad Plautium.* Divus Antoninus Pius rescripsit, iuris studiosos, qui salaria petebant, haec exigere posse. *L.* 4 *D. de Extraord. cogn.* 50, 13. — Eum, qui literas nesciret, excusandum esse, Divus Pius rescripsit. *Inst.* 1, 25, 8. — ... m per rusticitatem se alienum ... excusationem mereri paupertas pla ... *Vat. Fr.* 185. — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Τοὺς μέντοι ἄγαν ἐπιστήμονας, καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ πατρίδι τὰς διατριβὰς ποιουμένους, εἶναι ἀλειτουργήτους Παῦλος γράφει, λέγων τὸν θειότατον Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ οὕτω κεκελευκέναι.* Valde tamen disciplinis instructos, et si supra numerum, et in aliena patria moram faciant, esse immunes Paulus scribit, dicens Divum Pium Antoninum ita iussisse. *L.* 6, § 10 *D. de Excus.* 27, 1. — ...... m sacerdotio fungitur ..... rescripto Divi Pii declaratur. *Vat. Fr.* 179. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Proconsulis.* Divus Pius Instio Celeri, item Divi Fratres rescripserunt, filium, si sobrie vivat, patri curatorem dandum, magis quam extraneum. *L.* 12, § 1 *D. de Tutor.* 26, 5. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Proconsulis.* Divus Pius matris querelam de filiis prodigis admisit, ut curatorem accipiant in haec verba: „Non est novum quosdam, etsi mentis suae videbuntur ex sermonibus compotes esse, tamen sic tractare bona ad se pertinentia, ut, nisi subveniatur his, deducantur in egestatem: eligendus itaque erit, qui eos consilio regat, nam aequum est, prospicere nos etiam eis, qui, quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum.“ *L.* 12 *D. cit.*, § 2. — *Ulpianus Lib. I. ad Sabinum.* Exstat Divi Pii rescriptum, filio potius curationem permittendam in patre furioso, si tam probus sit. *L.* 1, § 1 *D. de Curat. fur.* 27, 10. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Divus Pius rescripsit, quum quidam intra legitimam aetatem esse dicebat et usus causa mancipia duxisset, et in sola professione errasset, ignoscendum esse ei. *L.* 16, § 9 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Ulpianus Lib. XXVIII. ad Edictum.* Mihi videtur, si locupletior pupillus factus sit, dandam utilem commodati actionem secundum Divi Pii rescriptum. *L.* 3 *pr. D. Commodati* 13, 6. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Quum quidam tutores dati appellassent, quidam autem non adessent, Divus Pius rescripsit, dandum temporarium tutorem, qui tutela fungatur. *L.* 2 *D. de Tutor.* 26, 5. — *Callistratus Lib. I. Edicti Monitorii.* Imperator Titus Antoninus rescripsit, eum, qui fraude tutoris adversarium suum diceret absolutum et agere cum eo ex integro vellet, licentiam habere, prius cum tutore agere. *L.* 45, § 1 *D. de Minoribus* 4, 4. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Divus Pius Caecilio Petino rescripsit, posse tutorem suspectum remotum contutores suos suspectos facere. *L.* 3 *pr. D. de Susp. tut.* 26, 10. — *Ulpianus Lib. IX. ad Edictum.* Si tutor condemnavit, sive ipse condemnatus est, pupillo et in pupillum potius actio iudicati datur, et maxime, si non se liti obtulit, sed quum non posset, vel propter absentiam pupilli vel propter infantiam auctor ei esse ad accipiendum iudicium, et hoc etiam Divus Pius rescripsit et exinde multis rescriptis declaratum est, in pupillum dandam actionem iudicati semper, tutore condemnato, nisi abstineatur, tunc enim nec in tutorem nec in pupillum nec pignora tutoris capienda esse, saepe rescriptum est. *L.* 2 *pr. D. de Administr. et per. tut.* 26, 7. — *Ulpianus Lib. XXXIII. ad Edictum.* Circa pupillum, cuius tutor servus erat pronuntiatus, Divus Pius rescripsit, in rebus, quas ex pecunia pupilli servus comparaverat, dominum non posse uti praerogativa deductionis. *L.* 11 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. I. ad Sabinum.* Quum quidam auctoritatem accommodaret pupillae suae, ut servo suo stipulanti sponderet, Divus Pius Antoninus rescripsit, iure pupillam non teneri, sed in quantum locupletior facta est, dandam actionem. *L.* 1 *pr. D. de Auctor. tut.* 26, 8. — *Ulpianus Lib. XL. ad Sabinum.* In pupillum non tantum tutori, verum cuivis actionem, in quantum locupletior factus est, dandam Divus Pius rescripsit. *L.* 5 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Si forte quis ex facto alterius tutoris condemnatus praestiterit, vel ex communi gestu, nec ei mandatae sunt actiones, constitutum est a Divo Pio et ab Imperatore

nostro et divo patre eius, utilem actionem tutori adversus contutorem dandam. *L.* 1, § 13 *D. de Tutelae* 27, 3. — *Ulpianus Lib. I. ad Edictum.* Quod ad heredem magistratus pertinet, extat Divi Pii rescriptum causa cognita debere dari cognitionem. *L.* 6 *D. de Magistrat. conv.* 27, 8. — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Nemo ad litus maris accedere prohibetur piscandi causa: dum tamen villis, et aedificiis et monumentis abstineatur, quia non sunt iuris gentium, sicut et mare, idque et Divus Pius piscatoribus Formianis et Capenatis rescripsit. *L.* 4 *pr. D. de Divis. rer.* 1, 8. — *Callistratus Lib. III. de Cognitionibus.* Divus Pius aucupibus ita rescripsit: *οὐκ ἔστιν εὔλογον, ἀκόντων τῶν δεσποτῶν ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίοις χωρίοις ἰξεύειν.* Non est consentaneum rationi, ut per aliena praedia invitis dominis aucupium faciatis. *L.* 16 *D. de Serv. praed. rust.* 8, 3. — *Florentinus Lib. VI. Institutionum.* In agris limitatis ius alluvionis locum non habere constat, idque et Divus Pius constituit. *L.* 16 *D. de Acquir. rer. dom.* 41, 1. — * *Modestinus Lib. V. Regularum.* Quamvis adversus fiscum usucapio non procedat, tamen ex bonis vacantibus, nondum tamen nuntiatis, emtor praedii ex iisdem bonis extiterit, recte diutina possessione capiet, idque constitutum est. *L.* 18 *D. de Usurpat.* 41, 3. — * *Papinianus Lib. XIII. Responsorum.* Quadriennii tempus, quod bonis vacantibus praescriptum est. *L.* 10, § 1 *D. de Divers. temp. praescr.* 44, 3. — Res fisci nostri usucapi non potest. Sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nuntiatis, bona fide emtorem sibi traditam rem ex his bonis usucapere posse; et ita Divus Pius et divi Severus et Antoninus rescripserunt. § 9 *Inst. de Usucap.* 2, 6. — *Marcianus Lib. Singulari Ad Formulam Hypothecariam.* Eam rem, quam quis emere non potest, quia commercium eius non est, iure pignoris accipere non potest, ut Divus Pius Claudio Saturnino rescripsit. *L.* 1, § 2 *D. Quae res pignori* 20, 3. — *Ulpianus Lib. IV. ad Edictum.* Et repeto, ante formam a Divo Marco datam Divum Pium rescripsisse, fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothecas non habet et ceteros privilegiarios exemplum creditorum sequi oportere. *L.* 10 *pr. D. de Pactis* 2, 14. — *Papirius Iustus Lib. VIII. Constitutionum.* Imp. Antoninus Avidio Cassio rescripsit: Si creditores parati sint partem ex bonis, licet ab extraneo consequi, rationem habendam prius necessariarum personarum, si idoneae sint. *L.* 60 *D. eod. tit.* — *Καὶ ἔκαυσε τοὺς χάρτας τοῦ ταμιείου, ἐφ' οἷς ἡ σύγκλητος ἐγγράφως ὡμολόγησεν ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Ἰουλίου Γαΐου, παρ' αὐτοῦ κελευσθέντες, μὴ ἐξεῖναι συγκλητικὸν διαθήκην ποιεῖν εἰς τοὺς ἰδίους, εἰ μὴ τὸ ἥμισυ μέρος τῆς αὐτοῦ περιουσίας διατίθεται εἰς τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα, εἰρηκὼς ὁ αὐτὸς εὐσεβέστατος Ἀντωνῖνος, διὰ θείου αὐτοῦ τύπου ἕκαστον ἀπολαύειν τῶν ἰδίων καὶ βουλεύεσθαι ὡς θέλει.* Legem autem a Iulio Caesare olim latam, qua cautum erat, ne cuius senatorii ordinis viri ratum esset de bonis suis testamentum, nisi si dimidiam eorum partem imperatori pro tempore legasset, pientissimus Antoninus abrogavit; syngraphas etiam fiscales, quibus ad hoc senatum obstrinxerat, comburendas dedit; divino suo edicto omnibus facultatum suarum liberum usum et dispensationem concedens. *Malalas* 11, *p.* 281. Cf. ann. 147. — Hereditates eorum, qui filios habebant, repudiavit. *Capitolin. Anton. P.* 8. — *Περὶ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος ᾄδεται ὅτι καὶ τὸ τῆς συγκλήτου κατέκαυσε ψήφισμα, ὃ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Ἰουλίου γέγονε Καίσαρος, θεσπίζον μηδενὶ ἐφεῖσθαι διαθήκην ποιεῖν, εἰ μὴ μέρος ὡρισμένον τῷ κοινῷ καταλείψει ταμείῳ. ὅθεν νομίζεται καὶ μέχρι τοῦδε ταῖς διαθήκαις ἐγγράφεσθαι ὅτι „καὶ τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καταλιμπάνω τόδε.“* In hoc imperatore illud etiam celebratur, quod senatusconsultum Iulii Caesaris iussu factum cremavit, quo edicebatur, ne cui testamenti factio esset, nisi certam partem aerario legaret. Unde moris est ad hoc usque tempus inscribi testamentis: „hoc imperatoris fisco relinquo.“ *Zonaras* 12, 1. — *Ulpianus Lib. XII. ad Edictum.* De statu suo dubitantes, vel errantes, testamentum facere non possunt, ut Divus Pius rescripsit. *L.* 15 *D. Qui testam.* 28, 1. — *Ulpianus Lib. I. ad Sabinum.* Divus Pius, quum quidam portiones inter heredes distribuisset ita: „ille ex parte tota, ille ex tota“, nec adiecisset, „heres esto“, rescripsit, valere institutionem ... Item Divus Pius rescripsit: „illa uxor mea esto“, institutionem valere, licet deesset heres. *L.* 1, § 5, 6 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Modestinus Lib. Singulari de Heurematicis.* Quod ius ad tertium quoque genus substitutionis tractum esse videtur: nam si pater duos filios impuberes heredes instituat, eosque invicem substituat, in utrumque casum reciprocam substitutionem factam videri Divus Pius constituit. *L.* 4, § 1 *D. de Vulg. subst.* 28, 6. — *Ulpianus Lib. IV. ad Sabinum.* In arrogato quoque impubere dicimus ad substitutum eius ab arrogatore datum non debere pertinere ea, quae haberet, si arrogatus non esset, sed ea sola, quae ipse ei dedit arrogator, nisi forte distinguimus, ut quartam quidem, quam omnimodo ex rescripto Divi Pii debuit ei relinquere, substitutus habere non possit: superfluum habeat. *L.* 10, § 6 *D. eod. tit.* — Si ex disparibus partibus heredes scriptos invicem testator substituerit et nullam mentionem in substitutione habuerit partium, eas videtur partes in substitutione dedisse, quas in institutione expressit et ita Divus Pius rescripsit. § 2 *Inst. de Subst.* 2, 15. — *Ulpianus Lib. IX. ad Sabinum.* Ut est rescriptum a Divo Pio in eo, qui, quum esset paganus, fecit testamentum, mox militare coepit; nam hoc quoque iure militari incipiet valere, si hoc maluit miles. *L.* 9 *D. de Test. mil.* 29, 1. — *Ulpianus Lib. XLV. ad Edictum.* Testamentum ante militiam factum a milite, si in militia decesserit, iure militari valere, si militis voluntas contraria non sit, Divus Pius rescripsit. *L.* 15, § 2 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. VII. Quaestionum.* In bona castrensia non esse dandam contra tabulas filii militis bonorum possessionem Divus Pius Antoninus rescripsit. *L.* 30 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VI. ad Sabinum.* Si non adierit filius, diu tamen possedit pater hereditatem, credendus est, admisisse hereditatem, ut Divus Pius et Imperator noster rescripserunt. *L.* 6, § 3 *D. de Acquir. her.* 29, 2. — *Ulpianus Lib. VIII. ad Sabinum.* Si quis plane servus poenae fuerit effectus, ad gladium vel ad bestias vel in metallum damnatus, si fuerit heres institutus, pro non scripto hoc habebitur, idque Divus Pius rescripsit. *L.* 25, § 3 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VIII. ad Sabinum.* Quum quidam legationis causa absens filium heredem institutum non potuisset iubere adire in provincia agentem, Divus Pius rescripsit consulibus, subvenire ei oportere mortuo filio, eo, quod reipublicae causa abesset. *L.* 30 *pr. D. de Acquir. her.* 29, 2. — *Marcellus Lib. IV. Institutionum.* Quum heres institutus erat filius et habebat patrem furiosum, in cuius erat potestate, interponere se suam benevolentiam Divus Pius rescripsit, ut, si filiusfamilias adierit, perinde habeatur, atque si paterfamilias adiisset, permisitque ei, et servos hereditatis manumittere. *L.* 52 *pr. D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. VI. Responsorum.* Pannonius Avitus, quum in Cilicia procuraret, heres institutus ante vita decesserat, quam heredem se institutum cognosceret: quia bonorum possessionem, quam procurator eius petierat, heredes Aviti ratam habere non potuerant, ex persona defuncti restitutionem in integrum implorabant, quae stricto iure non competiit, quia intra diem aditionis Avitus obiisset. Divum tamen Pium contra constituisse Maecianus libro quaestionum refert in eo, qui legationis causa Romae erat: et filium, qui matris delatam possessionem absens amiserat, sine respectu eius distinctionis restitutionem locum habere. Quod et hic humanitatis gratia obtinendum est. *L.* 86 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. L. ad Edictum.* Quum substitutis * ab institutis * legata fuissent relicta, et tam instituti, quam substituti, omissa causa testamenti possideant ab intestato hereditatem: Divus Pius rescripsit, neque improbe, neque imprudenter institutos legata recusare substitutis data: recte enim recusant in se dari legatorum fideive commissorum petitionem substituto, cui liberum fuit adeunti hereditatem, non fideicommissum petere, sed universa bona obtinere. *L.* 10, § 1 *D. Si quis omissa* 29, 4. — *Gaius Lib. Singulari ad Senatuscons. Orphitianum.* Sacratissimi principis nostri oratione cavetur, ut matris intestatae hereditas ad liberos, tametsi in aliena potestate erunt, pertineat. *L.* 9 *D. ad Senatuscons. Tertull.* 38, 17. — *Τούτου λέγεται νομοθέτημα εἶναι τὸ τῶν τέκνων ἀδιαθέτων τελευ-*

τῶντων κληρονόμους ἀναφαίνεσθαι τοὺς γονεῖς, καὶ διατιθεμένοις τοῖς παισὶν ἐν ἀπαιδίᾳ ἀνάγκην εἶναι τὸ νόμιμον μέρος τοῖς γονεῦσι καταλιμπάνειν. Huius lex esse fertur, ut parentes liberorum, qui intestati decedant, heredes sint, et qui testamento facto orbi decedant, necessario legitimam partem parentibus relinquant. *Zonaras* 12, 1. — Primus constituit, ne poenae causa legatum relictum maneret. *Capitolin. Anton. P.* 8. — Et in tantum haec regula observabatur, ut perquam pluribus principalibus constitutionibus significetur, nec principem quidem agnoscere, quod ei poenae nomine legatum sit. § 36 *Inst. de Leg.* 2, 20. — *Ulpianus Lib. XXI. ad Sabinum.* Si non corpus sit legatum, sed quantitas eadem in eodem testamento saepius, Divus Pius rescripsit, tunc saepius praestandam summam, si evidentissimis probationibus ostendatur, testatorem multiplicare legatum voluisse. *L.* 34, § 3 *D. de Legatis I.* — *Ulpianus Lib. V. Disputationum.* Si pecunia fuit deposita apud aliquem eiusque fideicommissum, ut eam pecuniam praestet, fideicommissum ex rescripto Divi Pii debebitur, quasi videatur heres rogatus remittere id debitori; nam si conveniatur debitor ab herede, doli exceptione uti potest, quae res utile fideicommissum facit. *L.* 77 *D. de Legatis I.* — *Gaius Lib. XIV. ad Legem Iuliam et Papiam.* Quod principi relictum est, qui antequam dies legati cedat, ab hominibus ereptus est, ex constitutione Divi Antonini successori eius debetur. *L.* 56 *D. de Legatis II.* — *Paulus Lib. I. Fideicommissorum.* Quum ita petiisset testator, ut, quidquid ex bonis eius ad patrem pervenisset, filiae suae ita restitueret, ut eo amplius haberet, quam ex bonis patris habitura esset, Divus Pius rescripsit, manifestum esse, de eo tempore sensisse testatorem, quod post mortem patris futurum esset. *L* 8, § 2 *D. de Leg. III.* — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Quoties quis exemplum testamenti praeparat, et prius decedat, quam testetur, non valent quasi ex codicillis, quae in exemplo scripta sunt, licet verba fideicommissi scriptura habeat, et ita Divum Pium decrevisse Maecianus scribit. Si ita quis scripserit, „illum tibi commendo“: Divus Pius rescripsit, fideicommissum non deberi: aliud est enim personam commendare, aliud voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare. *L.* 11, § 1 *et* 2 *de Leg. III.* — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Si quis decem alicui per fideicommissum reliquerit, et, si perdidisset id, quod testamento relictum est, rursus ei reliquerit: quaerebatur, an sequens fideicommissum valeat; vel an exigere heres debeat cautionem, salva fore decem, ne cogatur ad praestationem, et an, si saepius perdidisset, saepius ei sarciretur fideicommissum? Divus Pius rescripsit, neque cautionem exigendam, et non amplius, quam semel, postquam perdidisset, praestandum; non enim onerandus est heres, ut in infinitum, quoties perdiderit, restituere ei tantundem debeat, sed ut per fideicommissum posterius duplicata eius legata videantur: nec amplius ad periculum heredis pertineant, si quid postea is consumserit, exsoluto et posteriore fideicommisso. *L.* 11 *D. cit.*, § 18. — *Scaevola Lib. XVIII. Digestorum.* Pater emancipato filio bona sua universa, exceptis duobus servis, non mortis causa donavit, et stipulatus est a filio in haec verba: „Quae tibi mancipia, quaeque praedia donationis causa tradidi, cessi, per te non fieri dolove malo, neque per eum, ad quem ea res pertinebit, quo minus ea mancipia, quaeque ex his agnata erunt, eaque praedia cum instrumento, quum ego volam, vel quum morieris, quaeque eorum exstabunt, neque dolo malo aut fraude factove tuo, eiusque ad quem ea res pertinebit, in rerum natura aut in potestate esse desiissent, si vivam, mihi, aut cui ego volam, reddantur, restituantur: stipulatus est Lucius Titius pater, spopondit Lucius Titius filius.“ Idem pater decedens epistolam fideicommissariam ad filium suum scripsit in haec verba: „Lucio Titio filio suo salutem. Certus de tua pietate fidei tuae committo, uti des praestes illi et illi certam pecuniam: et Lucrionem servum meum liberum esse volo.“ Quaesitum est, quum filius patris nec bonorum possessionem acceperit, nec ei heres exstiterit, an, ex epistola fideicommissa et libertatem praestare debeat? Respondit, etsi neque hereditatem adiisset, neque bonorum possessionem petiisset et nihil ex hereditate possideret: tamen nihilominus et ex stipulatu ab heredibus patris et fideicommisso ab his, quorum interest, quasi debitorem conveniri posse, maxime post constitutionem Divi Pii, quae hoc induxit. *L.* 37, § 3 *D. eod. tit.* — *Gaius Lib. II. Fideicommissorum.* Si Titius ex parte heres rogatus sit, Maevio hereditatem restituere et rursus Titio cohaeres eius rogatus sit, partem suam, aut partis partem restituere, an hanc quoque partem, quam a coherede ex fideicommisso recepit, Titius restituere Maevio debeat, Divus Antoninus consultus rescripsit, non debere restituere: quia hereditatis appellatione neque legata neque fideicommissa continentur. *L.* 96 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. VII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Quum ante apertum testamentum tacitum fideicommissum nuntiatum esset ab his, qui fidem tacitam susceperunt, deinde post apertas tabulas a fideicommissario delatum esset, Divus Antoninus recipi professionem eius iussit, neque enim dignam esse praemio tam praecipitem festinationem prioris. *L.* 13, § 7 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Ulpianus Lib. II. ad Sabinum.* Divus Pius Caecilio Proculo rescripsit, eum, cui servorum legata sit electio, tres posse eligere. *L.* 1 *D. de Opt. leg.* 33, 5. — *Ulpianus Lib. II. de Officio Consulis.* Divus Pius Rubrio cuidam Telesphoro rescripsit: Consules vocatis his, a quibus vobis alimenta deberi ex causa fideicommissi constiterit, vel omnes ab uno, vel facta pro rata distributione, quis et a quibus percipiatis, decernent. Fiscus enim, si eo nomine quid ab eo vobis deberetur, exemplum sequetur. Iam nunc sciatis, partes eorum, qui solvendo esse desierint, non pertinere ad onus reliquorum heredum. *L.* 3 *i. f. D. de Alimentis legatis* 34, 1. — *Scaevola Lib. IV. Responsorum.* Imperator Antoninus libertis Sextiae Basiliae: „Quamvis verba testamenti ita se habeant, ut, quoad cum Claudio Iusto morati essetis, alimenta et vestiarium legata sint, tamen hanc fuisse defunctae cogitationem interpretor, ut et post mortem Iusti eadem vobis praestari voluerit.“ *L.* 13, § 1 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. X. Quaestionum.* Quodsi centum aureos, quos se debere dixit, legavit, si quidem debet, inutile est legatum: quodsi non fuit debitor, placuit, utile esse legatum, certa enim numorum quantitas similis est Sticho legato cum demonstratione falsa; idque et Divus Pius rescripsit, certa pecunia dotis acceptae nomine legata. *L.* 25 *D. de Liber. leg.* 34, 3. — *Marcianus Lib. XI. Institutionum.* Si in metallum damnato quid extra causam alimentorum relictum fuerit, pro non scripto est, nec ad fiscum pertinet, nam poenae servus est, non Caesaris: et ita Divus Pius rescripsit. *L.* 3 *D. de His, quae pro non scriptis* 34, 8. — *Marcianus Lib. V. Regularum.* Indignum esse Divus Pius illum decrevit, ut et Marcellus lib. XII. Digestorum refert, qui manifestissime comprobatus est id egisse, ut per negligentiam et culpam suam mulier, a qua heres institutus erat, moreretur. *L.* 3 *D. de His quae ut indignis* 34, 9. — *Paulus Lib. I. de Iure fisci.* De eo, qui legatum accepit, si neget, iure factum esse testamentum, Divus Pius ita rescripsit: Cognati Sophronis, licet ab herede instituto acceperant legata, tamen si is eius conditionis fuerit visus, ut obtinere hereditatem non possit et iure intestati ad eos cognatos pertineat, petere hereditatem ipso iure poterunt. Prohibendi autem sint, an non, ex cuiuscunque persona, conditione, aetate, causa cognita a iudice constituendum erit. *L.* 5, § 1 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. I. de Iure Fisci.* An libertas ei servo data, qui testimonio suo infringere voluerit testamentum, auferri debeat, videndum est. Fideicommissum utique non est dignus consequi et de libertate Divus Pius iudicavit, esse ea privandum. *L.* 5 *cit.*, § 15. — Et Falcidiae beneficium heredi scripto auferri debere Divus Pius et Divus Marcus putaverunt. *L.* 5 *cit.*, § 19. — *Ulpianus Lib. XVIII. ad Sabinum.* Mucianae cautionis utilitas consistit in conditionibus, quae in non faciendo sunt conceptae, ut puta: si in Capitolium non ascenderit, si Stichum non manumiserit, et in similibus; et ita Aristoni et Neratio et Iuliano visum est, quae sententia et constitutione Divi Pii comprobata est. *L.* 7 *D. de Conditionibus* 35, 1. — *Paulus Lib. Singulari ad Legem Falcidiam.*

Si coheredis mei portio exhausta sit, mea integra et illam vindicavero ... Divus Antoninus iudicasse dicitur, commiscendas esse utrasque partes in computatione legis Falcidiae. *L.* 1, § 14 *D. ad Leg. Falcid.* 35, 2. — *Paulus Lib. XI. Quaestionum.* Dixi, legem Falcidiam inductam esse a Divo Pio etiam in intestatorum successionibus propter fideicommissa. *L.* 18 *pr. D. eod. tit.* — *Paulus Lib. XII. ad Plautium.* Divus Pius rescripsit, servo communi fideicommissum datum, totum ad socium pertinere. *L.* 49 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. IX. Pandectarum.* Qui non capienti rogatus est restituere hereditatem, senatusconsulto Planciano non conceditur quartam retinere, sed ea quarta, quam non retinuit, ad fiscum pertinet ex rescripto Divi Pii. *L.* 59, § 1 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Etsi (heres) accepta pecunia hereditatem restituere rogatus sit, id quod accipit, in quartam ei imputatur, ut Divus Pius constituit. *L.* 91 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LXXIX. ad Edictum.* Quamvis autem omnes legatarii et fideicommissarii necesse habeant, hac stipulatione cavere, tamen quibusdam remitti Divi Fratres rescripserunt, utputa his, quibus minuta alimenta sunt relicta. Pompeiae enim Faustinae rescripserunt sic: non eandem causam esse decem aureorum, quos annuos tibi testamento Pompeiae Crispinianae patronae tuae relictos proponis atque fuit alimentorum et vestiarii libertis relictorum, quibus propterea cautionis onus remittendum existimavimus. Item sciendum est, fiscum hanc cautionem non pati, sed perinde conveniri posse, ac si cavisset: ceteros autem, cuiuscunque dignitatis sint, licet iam legata perceperint, compelli debere ad cavendum, Divus Pius rescripsit, ex quo rescripto etiam illud accipimus, quod etiam post soluta legata voluit stipulationem interponi. *L.* 3, § 4, 5 *D. Si cui plus* 35, 3. — *Paulus Lib. VII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Divus Pius ab eo, qui annua legata praecipere ad distribuendum iussus erat, vetuit, cautionem exigi: „cessantium partes reddi", nisi aperte cavere iussus esset. *L.* 7 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. III. Fideicommissorum.* Neminem oportere plus legati nomine praestare, quam ad eum ex hereditate pervenit, quamvis Falcidia cesset, ut rescripto Divi Pii continetur. *L.* 1, § 17 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — *Ulpianus Lib. IV. Fideicommissorum.* Utrum praesenti, an etiam absenti restitui possit, procuratore adeunte praetorem, videndum est. Ego puto, absente quoque fideicommissario cogi posse heredem institutum adire et restituere, nec vereri heredem oportere, ne forte in damno moretur; potest enim ei per praetorem succurri, sive cautum ei fiat sive non et ante decesserit fideicommissarius, quam ei restituatur hereditas. Est enim huius rei exemplum capere ex rescripto Divi Pii in specie huiusmodi: Antistia decedens Titium heredem instituit et libertatem dedit Albinae directam eique filiam per fideicommissum reliquit, rogavitque, ut filiam manumitteret; sed et Titium rogavit, ut manumissae Albinae filiae restitueret hereditatem. Quum igitur Titius suspectam diceret hereditatem, rescriptum est a Divo Pio, compellendum eum adire hereditatem, quo adeunte Albinae competituram libertatem eique filiam tradendam et ab ea manumittendam, tutoremque filiae manumissae dandum; quo auctore restituatur hereditas filiae statim, quamvis sic fuisset ei rogatus restituere, quum nubilem aetatem complesset. Quum autem possit, inquit, evenire, ut ante decedat ea, cui fideicommissaria libertas et hereditas relicta est, nec oporteat damno affici eum, qui rogatus adiit hereditatem, remedium dedit, ut, si quid horum contigerit, perinde permittatur, venundari bona Antistiae, ac si heres ei non exstitisset. Quum igitur demonstraverit D. Pius, succurri heredi instituto, qui compulsus adiit, dici potest, etiam in ceteris causis exemplum hoc sequendum, ut, sicubi evenerit, restituatur fideicommissaria hereditas ei, qui compulit adire et restituere sibi hereditatem. *L.* 11, § 2 *D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. XX. Quaestionum.* Quum ab herede pro parte instituto fideicommissa hereditas sub conditione relicta esset, Imperator Titus Antoninus rescripsit, non esse locum constitutioni suae, neque pupillum extra ordinem iuvandum, praesertim si novum beneficium cum alterius iniuria postularetur. *L.* 12 *D. eod. tit.* — *Hermogenianus Lib. IV. Fideicommissorum.* Plane si bona venierint, non oportet praeceptorem, ne quidem pupillum restituere, nisi ex causa, ut Divus Pius rescripsit. *L.* 14, § 2 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. IV. Fideicommissorum.* Divus Pius rescripsit Cassio Dextro in haec verba: „Hermias si Moscho Theodoto ex parte heredi instituto a Pamphilo testatore legatus est, eumque Theodotus, postquam adierit hereditatem, priusquam a coherede eiusdem Pamphili adiretur hereditas, ad iustam libertatem perduxit, et ob hoc in eum casum res perducta est, ut is, qui legavit, intestatus esse non possit, Hermia postulante mihi id Evarestus compellendus est, periculo eius adire et ex causa fideicommissi hereditatem restituere. *L.* 16, § 17 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Si quis ita fideicommissum reliquerit: fidei tuae, fili, committo, ut, si alieno herede moriaris, restituas Seio hereditatem, videri eum de liberis sensisse, Divus Pius rescripsit. *L.* 17, § *ult. D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. IX. Institutionum.* Si ei, qui in diem libertatem accepit, hereditas per fideicommissum relicta fuerit, suspectam eam interim non posse adiri, Divus Pius Cassio Hadriano rescripsit, quum non potest nondum libero hereditas restitui; nec rursus contra voluntatem defuncti libertatem esse praestandam. *L.* 31, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VI. de Officio Proconsulis.* Quum heres instituta furiosae hereditatem esset rogata restituere, curatorem eius secundum tabulas bonorum possessione accepta posse transferre actiones Divus Pius decrevit. *L.* 35 *D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. XX. Quaestionum.* Imperator Titus Antoninus rescripsit, in tempus directo data libertate, non esse repraesentandam hereditatis restitutionem, quando persona non est, cui restitui potest. *L.* 55, § 1 *D. eod. tit.* — *Gaius Lib. II. Fideicommissorum.* Rescripto Divi Antonini significatur, ut si quis accepta a Titio pecunia, quae quartam hereditatis continet, rogatus sit ei restituere hereditatem, licet tardius detur pecunia, sine usuris eam dari debere, quia quanto tardius quisquam pecuniam dat, tanto tardius ad fideicommissum pervenit et medii temporis fructus perdit. *L.* 63, § 5 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LXXIX. ad Edictum.* Si cui ita sit legatum vel fideicommissum relictum, et, si id perdidisset, rursus relictum; videamus, an satis sequentis legati sive fideicommissi petere possit; movet quaestionem, an fideicommissum hoc sive legatum debeatur, et quoties debeatur et an ipse legatarius cavere debeat, se non perditurum? De his omnibus exstat rescriptum Divi Pii ad Iunium Mauricum tale: Clodio Fructulo secundum ea, quae epistola continentur, legata sive fideicommissa ex testamento Clodii Felicis praestari debent citra necessitatem cavendi, nihil ex iis deminuturum se; nam quod fidei heredis ab eodem testatore commissum est, ut, si Fructulus perdidisset, quod ei in testamento relictum est, rursus heres ei id restitueret, non eo pertinet, ut aut Fructulo priorum legatorum nomine satisdatio iniungenda, aut onerandus sit heres in infinito, ut quoties is perdiderit, restituere ei tantundem debeat; sed ut per fideicommissum posterius duplicata legata eius videantur: nec amplius ad periculum heredis pertineat, si quid postea is consumsit, exsoluto ei posteriore fideicommisso. *L.* 1, § 11 *D. Ut legatorum* 36, 3. — *Papinianus Lib. XXVIII. Quaestionum.* Imperator Titus Antoninus rescripsit, si domicilium Romae non haberet heres et omnis hereditas in provincia esset, ad satisdationem fideicommissi nomine in provinciam fideicommissarium remittendum esse. Quare si heres in eum locum, cavendi gratia, remitti desideret, ubi domicilium habet, legatarius autem ibi caveri postulet, ubi est hereditas, non erit heres remittendus, idque imperator Titus Antoninus rescripsit. *L.* 5, § 3 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LXXIX. ad Edictum.* Divus Pius rescripsit, quoties evidens res est, ut certum sit, nullo modo fideicommisso locum esse, perquam iniquum esse, supervacua cautione onerari heredem. *L.* 14, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LII. ad Edictum.* Ei, cui legatum solutum est, quum constet, legatum non deberi, Divus Pius ad Aemilium Equestrem rescripsit, non debere praetorem satisdationem admittere. *L.* 1, § 3 *D. Ut in possessionem legat.* 36, 4. — *Ulpianus*

Lib. LII. ad Edictum. Divus Pius rescripsit, eum, apud quem satis petitur, debere explorare, num per calumniam satis petatur; de qua re summatim debet cognoscere. *L.* 3, § 1 *D. eod. tit.* — Si semel fuerit satisdatum, quaesitum est, an etiam rursus cavendum sit, si forte dicatur, egenos fideiussores esse datos? Et magis est, ut caveri non debeat; hoc enim Divus Pius rescripsit Pacuviae Licinianae, ipsam enim facilitati suae expensum ferre debere, quae minus fideiussores idoneos accepit: neque enim oportet per singula momenta onerari eum, a quo satis petitur. *L.* 3, § 3 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XL. ad Edictum.* Si portio hereditatis fuerit adscripta ei, qui ex liberis parentibusve est, an ei conservanda sit, ut solent legata? Et Iulianus saepissime scripsit, in portione quoque hereditatis idem, quod in legato probandum, cuius sententia rescripto Divi Pii comprobata est, quum hereditates non modo honesto titulo, sed et pleniore honore tribuantur. *L.* 5, § 6 *D. de Legatis praest.* 37, 5. — *Tryphoninus Lib. XVI. Disputationum.* Secundum constitutionem Divi Pii ad Tuscium Fuscianum, Numidiae legatum, placuit, parentes et liberos heredes quoque institutos tueri usque ad partem virilem exemplo legatorum, ne plus haberent ex institutione tales personae, quam ad eum perventurum esset, qui contra tabulas bonorum possessionem accepit. *L.* 7 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XL. ad Edictum.* Quamquam ita demum ad collationem dotis praetor cogat filiam, si petat bonorum possessionem, attamen et si non petat, conferre debebit, si modo se bonis paternis misceat, et hoc Divus Pius Ulpio Adriano rescripsit, etiam eam, quae non petierit bonorum possessionem, ad collationem dotis per arbitrum familiae erciscundae posse compelli. *L.* 1 *pr. D. de Dotis coll.* 37, 7. — *Tryphoninus Lib. XVI. Disputationum.* Si post emancipationem filii susceptus ex eo fuerit nepos, conservanda illi erit portio: sed quanta, videamus. Finge enim patruo scripto heredi coheredem datum hunc nepotem, patrem autem eiusdem praeteritum accepisse contra tabulas bonorum possessionem, quod ad edictum praetoris attinet, semisses bonorum fient: nunc vero post constitutionem Divi Pii, si conservatur pars nepoti, utrum virilis an quarta debeat servari? *L.* 7 *D. de Coniung. cum emanc. lib.* 37, 8. — * *Ulpianus Lib. XLI. ad Edictum.* Si quis non tantum ex liberis negatur esse, verum servus etiam esse dicatur, forte ex ancilla editus, Iulianus scripsit, adhuc Carboniano locum esse, quod et Divus Pius rescripsit. *L.* 1, § 5 *D. de Carbon. ed.* 37, 10. — *Ulpianus Lib. XLI. ad Edictum.* Quum de fideicommissis vel de legatis quaeritur, differri potest causa in tempus pubertatis, id enim Divus Pius Claudio Hadriano rescripsit. *L.* 3, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XIII. ad Sabinum.* Quaeri potest, an etiam post repudiationem adhuc demus successionem? Propone, heredem scriptum rogatum restituere hereditatem, repudiasse eam, quum nihilominus compelli potuit adire hereditatem et restituere, ut Divus Pius rescripsit. *L.* 2, § 7 *D. de Suis* 38, 16. — *Ulpianus Lib. XIII. ad Sabinum.* Si quis decessisset relicta filia, quam in adoptionem legitime dederat, relicta et matre, Divus Pius decrevit, cessare senatusconsultum Tertullianum et simul esse admittendas ad bonorum possessionem unde proxime cognati matrem et filiam. *L.* 2, § 9 *D. ad Senatuscons. Tertull.* 38, 17. — *Ulpianus Lib. XLV. ad Edictum.* Est et alius casus, quo bonorum possessionem contra tabulas parens non accipit, si forte filius militare coeperit: nam Divus Pius rescripsit, patrem ad contra tabulas bonorum possessionem venire non posse. *L.* 1, § 4 *D. Si a parente* 37, 12. — *Ulpianus Lib. LXIV. ad Edictum.* Si quis suspectam hereditatem dicens, compulsus fuerit adire et restituere hereditatem, deinde non sit, cui restituat, ex quibus causis solet hoc evenire, et ipsi quidem desideranti succurri sibi adversus creditores hereditarios, subveniemus. Hoc et Divus Pius rescripsit, ut perinde testatoris bona venirent, atque si adita hereditas non fuisset. *L.* 1, § 6 *D. de Separat.* 42, 6.— *Pomponius Lib. VII. ex Plautio.* Pactumeius Clemens aiebat, si ita sit fideicommissum relictum: „cui eorum voles, rogo restituas", si nullum elegisset, cui restitueret, omnibus deberi Imperatorem Antoninum constituisse. *L.* 21, § 1 *D. de Statu lib.* 40, 7. — *Ulpianus Lib. Singulari de Officio Curatoris Reipublicae.* Si legatum vel fideicommissum fuerit ad opus relictum, usurae, quae, et quando incipiant deberi, rescripto Divi Pii ita continetur: „Si quidem dies non sit ab his, qui statuas vel imagines ponendas legaverunt, praefinitus, a praeside provinciae tempus statuendum est: et nisi posuerint heredes, usuras leviores intra sex menses, si minus, semisses usuras reipublicae pendant. Si vero dies datus est, pecuniam deponant intra diem: si autem non invenire se statuas dixerint, aut loco controversiam fecerint, semisses protinus pendant." *L.* 5 *pr. D. de Oper. publ.* 50, 10. — *Callistratus Lib. II. de Cognitionibus.* Pecuniam, quae in opera nova legata est, potius in tutelam eorum operum, quae sunt, convertendam, quam ad inchoandum opus erogandam, Divus Pius rescripsit. *L.* 7 *D. eod. tit.* — Hodie ex Divi Pii Antonini constitutione hoc magis iure uti videmur, quod Proculo placuit (non aliter rem per vindicationem legatam legatarii fieri, quam si voluerit eam ad se pertinere). *Gai.* 2, 195. — Divus Pius rescripsit: „et verius esse, ipsum, qui agit, id est legatarium, probare oportere, scisse alienam rem legare defunctum, non heredem probare oportere, ignorasse alienam, quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit." § 4 *Inst. de Leg.* 2, 20. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Divus Pius rescripsit, prohibendum possessorem hereditatis, de qua controversia erit, antequam lis inchoaretur, aliquid ex ea distrahere: nisi maluerit pro omni quantitate hereditatis vel rerum eius restitutione satisdare. *L.* 5 *D. de Hered. pet.* 5, 3. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Ita demum sustinentur liberalia iudicia, si iam de inofficioso iudicium contestatum est: ceterum si non contestetur, non exspectantur liberalia iudicia, et ita Divus Pius rescripsit. Nam quum quidam Licinianus de statu suo quaestionem patiebatur, et ne maturius pronuntiaretur de conditione sua, nolebat ad liberale iudicium ire, dicens, suscepturum se de inofficioso testamento iudicium et petiturum hereditatem, quia libertatem et hereditatem ex testamento sibi defendebat, Divus Pius ait, si quidem possessor esset hereditatis Licinianus, facilius audiendum, quoniam esset hereditatis nomine iudicium suscepturus, et erat in arbitrio eius, qui se dominum esse dicit, agere de inofficioso testamento iudicium; nunc vero sub obtentu iudicii de inofficioso testamento ab ipso Liciniano non suscepti per quinquennium, non debere moram fieri servituti. Plane summatim aestimandum iudici concessit, an forte bona fide imploretur iudicium de testamento et si id deprehenderit, praestituendum modicum tempus, intra quod si non fuerit contestatum, iubeat iudicem libertatis partibus suis fungi. *L.* 7, § 1 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. Singulari de Septemviralibus Iudiciis.* Quemadmodum praeparasse litem quis videatur, ut possit transmittere actionem, videamus; et ponamus in potestate fuisse eum, ut neque bonorum possessio ei necessaria et aditio hereditatis supervacua sit; is, si comminatus tantum accusationem fuerit vel usque ad denuntiationem vel libelli dationem praecesserit, ad heredem suum accusationem transmittet: idque Divus Pius de libelli datione et denuntiatione rescripsit. *L.* 7 *D. de Inoff. testamento* 5, 2. — *Papinianus Lib. XXVIII. Quaestionum.* Utiles actiones postumo vel filio, qui hereditatem evicerat, dari oportere in eos, qui legatum perceperunt, Imperator Titus Antoninus rescripsit. *L.* 3 *D. de Condict. indeb.* 12, 6. — * *Imp. Iustinianus Ioanni PO.* Ex praetore habebat contra tabulas bonorum possessionem in totum, constitutio autem magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum ius accrescendi competebat. *L.* 4 *C. de Liberis praeter.* 6, 28. — *Hermogenianus Lib. III. Iuris Epitomarum.* Hi, quibus vel relictum, vel virilem Divus Pius conservari constituit, ex servis, qui libertatem propter bonorum possessionem contra tabulas acceptam consequi non potuerunt, nihil habebunt. *L.* 23 *D. de Legatis praest.* 37, 5. — *Ulpianus Lib. LIX. ad Edictum.* Divus Pius in persona eius, qui hereditatem possidens copiam sui non faciebat, rescripsit, in possessionem rerum hereditariarum adversarium inducendum; in quo rescripto et fructum percipere iussit eum, qui per nimiam contumaciam

possessoris hereditatis, ut lucro eius cedat, in possessionem inductus est rerum hereditariarum. *L.* 7, § 19 *D. Quibus ex causis* 42, 4. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Si non est solvendo hereditas, abstinente se herede, et Divus Pius rescripsit et imperator noster et quidem in extraneo pupillo, locum fore necessario substituto. *L.* 7, § 10 *D. de Minor.* 4, 4. — *Iulianus Lib. LXIV. Digestorum.* Imperator Titus Antoninus Claudio Frontino de pretiis rerum hereditariarum rescripsit, ob id ipsum peti ab eo hereditatem posse, quia, licet res, quae in hereditate fuerant, apud eum non sint, tamen pretium earum (*quo) locupletem eum vel saepius mutata specie faciendo, perinde obligat, ac si corpora ipsa in eadem specie mansissent. *L.* 18 *D. Quod metus caus.* 4, 2. — *Modestinus Lib. IV. Differentiarum.* Ex pollicitatione, quam quis ob honorem apud rempublicam fecit, ipsum quidem omnimodo in solidum teneri, heredem vero eius, ob honorem quidem facta promissione in solidum, ob id vero, quod opus promissum coeptum est, si bona liberalitati solvendo non fuerint, extraneum heredem in quintam partem patrimonii defuncti, liberos in decimam teneri divi Severus et Antoninus rescripserunt; sed et ipsum donatorem pauperem factum ex promissione operis coepti quintam partem patrimonii sui debere, Divus Pius constituit. *L.* 9 *D. de Pollicit.* 50, 12. — *Ulpianus Lib. X. ad Edictum.* Pupillus sane, si negotia gesserit, post rescriptum Divi Pii etiam conveniri potest in id, quod factus est locupletior; agendo autem compensationem eius, quod gessit, patitur. *L.* 3, § 4 *D. de Neg. gest.* 3, 5. — *Paulus Lib. I. Quaestionum.* Pone peregre patrem eius obiisse et matrem, dum in patriam revertitur, tam filium quam familiam eius exhibuisse: in qua specie etiam in ipsum pupillum negotiorum gestorum dandam actionem Divus Pius Antoninus constituit. *L.* 34 *D. eod. tit.* — *Iulianus Lib. III. Digestorum.* Si quid a se exigere debuit (qui negotia administrat), procul dubio hoc ei imputabitur: quamquam enim hoc ei imputari non possit, cur alios debitores non convenerit, quoniam conveniendi eos iudicio facultatem non habuit, qui nullam actionem intendere potuit, tamen a semet ipso cur non exegerit, ei imputabitur, et si forte non fuerit usurarium debitum, incipit esse usurarium, ut Divus Pius Flavio Longino rescripsit: nisi forte, inquit, usuras ei remiserat. *L.* 6, § 12 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. Singulari de Usuris.* Divus Pius ita rescripsit: Parum iuste praeteritas usuras petis, quas omisisse te longi temporis intervallum indicat, qui eas a debitore tuo, ut gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti ... In tacito fideicommisso omne emolumentum heredi auferendum et fisco praestandum, Divus Pius rescripsit ... Si pupillo non habenti tutorem fideicommissum solvi non potuit, non videri moram per heredem factam, Divus Pius rescripsit. *L.* 17, § 1—3 *D. de Usuris* 22, 1. — *Marcianus Lib. IV. Regularum.* Divus Pius Tullio Balbo rescripsit, an mora facta intelligatur, neque constitutione ulla, neque iuris auctorum quaestione decidi posse: quum sit magis facti, quam iuris. *L.* 32 *pr. D. eod. tit.* — Sed in hac (lege) affines qui sunt tempore donationis excipiuntur. Idemque etiam Divus Pius rescripsit: leges enim, quae voluissent etiam eos excipere, qui fuissent, nominatim id cavisse. *Vat. Fr.* 303. — *Paulus Lib. XXIII. ad Edictum de Brevibus.* Perficitur donatio in exceptis personis sola mancipatione vel promissione, quoniam neque Cinciae legis exceptio obstat, neque in factum, „si non donationis causa mancipavi vel promisi me daturum,“ idque et Divus Pius rescripsit. *Vat. Fr.* 310. — *Idem A.* (Constantinus) *ad Bassum PU.* Iuxta Divi Pii, consultissimi principis, instituta, valere donationes placet inter liberos et parentes, in quocunque solo et cuiuslibet rei liberalitas probabitur exstitisse, licet neque mancipatio dicatur, neque traditio subsecuta, sed nuda tantum voluntas claruerit, quae non dubium consilium teneat, nec incertum, sed iudicium animi tale proferat, ut nulla quaestio voluntatis possit irrepere, et collata inter ceteras exceptas Cinciae legi personas obtinere propriam firmitatem, sive mancipationis decursa fuerit solennitas vel certe res tradita doceatur etc. *L.* 4 *C. Th. de Donat.* 8, 12. — *Idem Aureliae Apollonidae.* In filium a patre donationum conscriptis instrumentis, eum in vacuam inductum possessionem horum lectio manifestat. Ceterum sine dubia facti quaestione Divus Titus Antoninus, parens noster, necessariis angustis rationem eius consortii, quod nascendi tempore liberis et parentibus datur, cogitans, non admitti scrupulosam inquisitionem statuit; nec idcirco patris indignatione posse donationem iustam unquam rescindi summa cum ratione placuit. PP. V. Id. Nov. Melantia Caess. Coss. *Vat. Fr.* 314. — *Ulpianus Lib. IV. ad Edictum.* Si cum emtore hereditatis pactum sit factum et venditor hereditatis petat, doli exceptio nocet: nam ex quo rescriptum est a Divo Pio, utiles actiones emtori hereditatis dandas, merito adversus venditorem hereditatis exceptione doli debitor hereditarius uti potest. *L.* 16 *pr. D. de Pactis* 2, 14. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Si fideiussor non negetur idoneus, sed dicatur habere fori praescriptionem et metuat petitor, ne iure fori utatur, videndum, quid iuris sit? et Divus Pius ... Cornelio Proculo rescripsit, merito petitorem recusare talem fideiussorem, sed si alias caveri non possit, praedicendum ei, non usurum eum privilegio, si conveniatur. *L.* 7 *pr. D. Qui satisdare* 2, 8. — *Papinianus Lib. XXVII. Quaestionum.* Ex duobus fideiussoris heredibus si per errorem alter solidum exsolvat, quidam putant, habere eum condictionem, et ideo manere obligatum coheredem; cessante quoque condictione durare obligationem coheredis probant, propterea, quod creditor, qui, dum se putat obligatum, partem ei, qui totum dedit, exsolverit, nullam habebit condictionem. Quod si duo fideiussores accepti fuerint, verbi gratia in viginti et alter ex duobus heredibus alterius fideiussoris totum creditori exsolverit, habebit quidem X, quae ipso iure non debuit, condictionem; an autem et alia quinque millia repetere possit, si fideiussor alter solvendo est, videndum est; ab initio enim heres fideiussoris sive heredes, ut ipse fideiussor, audiendi sunt, ut scilicet pro parte singuli, fideiussores qui sunt, conveniantur. Severior et utilior est in utroque casu illa sententia, solutionem non indebitae quantitatis non debere revocari; quod etiam epistola Divi Pii significatur in persona fideiussoris, qui totum exsolverat. *L.* 49, § 1 *D. de Fideiuss.* 46, 1. — *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Sed ita demum iis (mulieribus) subvenit (senatusconsultum Velleianum), si non callide sint versatae. Hoc enim Divus Pius et Severus rescripserunt: nam deceptis, non decipientibus, opitulatur. Et est et Graecum Severi tale rescriptum: *Ταῖς ἀπατώσαις γυναιξὶν τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου βουλῆς οὐ βοηθεῖ.* (Decipientibus mulieribus dogma senatusconsulti non auxiliatur.) *L.* 2, § 3 *D. ad Senatuscons. Velleian.* 16, 1. — *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Sed si ego cum muliere ab initio contraxerim, quum ignorarem, cui haec factum vellet, non dubito senatusconsultum (Velleianum) cessare: et ita Divus Pius et Imperator noster rescripserunt. *L.* 4 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. III. Regularum.* Quod pariter de mortuis tractamus, et in aliis agitatum est: ut ecce, si mater stipulata est, dotem a marito mortua filia in matrimonio sibi reddi, et simul cum filia periit, an ad heredem matris actio ex stipulatu competeret? et Divus Pius rescripsit, non esse commissam stipulationem, quia mater filiae non supervixit. *L.* 16 *pr. D. de Rebus dub.* 34, 5. — *Papinianus Lib. II. Quaestionum.* Imperator Titus Antoninus rescripsit, eum, cui advocationibus in quinquennio interdictum esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi. *L.* 8 *D. de Postul.* 3, 1. — *Gaius Lib. I. ad Edictum Provinciale.* Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coacervatio vero omnium excedat modum iurisdictionis eius; apud eum agi posse, Sabino, Cassio, Proculo placuit; quae sententia rescripto Imperatoris Antonini confirmata est. *L.* 11 *pr. D. de Iurisdict.* 2, 1. — *Ulpianus Lib. III. ad Edictum.* Divus Pius Plotio Celsiano rescripsit, eum qui tutelae reddendae causa Romam erat a se evocatus, alterius tutelae causa, cuius causa non erat evocatus, non debere compelli iudicium suscipere. Idem Claudio Flaviano rescripsit, minorem viginti quinque annis, qui desiderarat in integrum

restitui adversus Asinianum, qui alterius negotii causa venerat, non esse Romae audiendum. *L.* 2, § 3 *D. de Iudiciis* 5, 1. — Omnes autem isti domum revocant, si non ibi contraxerunt, ubi conveniuntur. Ceterum si contraxerunt ibi, revocandi ius non habent: exceptis legatis, qui, licet ibi contraxerunt, dummodo ante legationem contraxerunt, non compelluntur se Romae defendere, quamdiu legationis causa hic demorantur, quod et Iulianus scribit et Divus Pius rescripsit. Plane si perfecta legatione subsistant, conveniendos eos Divus Pius rescripsit. *L.* 2, § 4 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXII. ad Edictum.* Divus Pius iureiurando, quod propria superstitione iuratum est, standum rescripsit. *L.* 5, § 1 *D. de Iureiur.* 12, 2. — *Ulpianus Lib. III. Disputationum.* Qui ex donatione se obligavit, ex rescripto Divi Pii, in quantum facere potest, convenitur; sed enim id, quod creditoribus debetur, erit detrahendum: haec vero, de quibus ex eadem causa quis obstrictus est, non debebit detrahere. *L.* 12 *D. de Donationibus* 39, 5. — *Ulpianus Lib. VI. (XXXVI.) ad Sabinum.* Divus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandos. *L.* 33 *D. de Iure dot.* 23, 3 et *l.* 28 *D. de Reg. iur.* 50, 17. — *Modestinus Lib. II. Differentiarum.* Non tantum dotis nomine maritus, in quantum facere possit, condemnatur, sed ex aliis quoque contractibus ab uxore iudicio conventus, in quantum facere potest, condemnandus est ex Divi Pii constitutione. *L.* 20 *D. de Re iudic.* 42, 1. — *Callistratus Lib. II. Cognitionum.* Forma, quam Cassio proconsuli Divus Pius in haec verba rescripsit: „his, qui fatebuntur debere, aut ex re iudicata necesse habebunt reddere, tempus ad solvendum detur, quod sufficere pro facultate cuiusque videbitur: eorum, qui intra diem vel ab initio datum, vel ex ea causa postea prorogatum sibi non reddiderint, pignora capi; eaque, si intra duos menses non solverint, vendantur; si quid ex pretiis supersit, reddatur ei, cuius pignora vendita erant.“ *L.* 31 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. XVII. ad Edictum.* Inter pares numero iudices, si dissonae sententiae proferantur, in liberalibus quidem causis, secundum quod a Divo Pio constitutum est, pro libertate statutum obtinet, in aliis autem causis pro reo; quod et in iudiciis publicis obtinere oportet. *L.* 38 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. III. de Officio Consulis.* A Divo Pio rescriptum est magistratibus populi Romani, ut iudicum a se datorum vel arbitrorum sententiam exsequantur hi, qui eos dederunt. *L.* 15 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XIII. ad Edictum.* Stari debet sententiae arbitri, quam de re dixerit, sive aequa sive iniqua sit: et sibi imputet, qui compromisit. Nam et Divi Pii rescripto adiicitur: vel minus probabilem sententiam aequo animo ferre debet. *L.* 27, § 2 *D. de Receptis* 4, 8. — *Paulus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam Poppaeam.* Praefectus Aegypti reipublicae causa abest, quive aliam ob causam reipublicae gratia extra urbem aberit. Sed et in urbanicianis militibus idem Divus Pius constituit. *L.* 35, § 3, 4 *D. Ex quib. cau. mai.* 4, 6. — *Ulpianus Lib. I. de Officio Consulis.* Si cui libertas data sit directo sub hac conditione, si rationes reddidisset, arbitrum a consulibus Divus Pius dari permisit his verbis: „Aditi a vobis amplissimi consules arbitrum dabunt, qui excussis rationibus, non tantum, quae reliqua sunt Epaphroditi, constituent, verum etiam quas rationes quaeque instrumenta tradere, aut exhibere dominis suis debeat; cuius sententiae quum fuerit satisfactum, non impedietur Epaphroditi libertas.“ *L.* 50 *D. de Conditionibus* 35, 1. — *Marcellus Lib. III. Digestorum.* Divus Antoninus Marcio Avito Praetori de succurrendo ei, qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit: „Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus, tamen, ubi aequitas evidens poscit, subveniendum est; itaque si citatus non respondit et ob hoc more pronuntiatum est, confestim autem pro tribunali te sedentem adiit, existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita voce praeconis defuisse: ideoque restitui potest.“ *L.* 7 *pr. D. de in Int. rest.* 4, 1. — *Ulpianus Lib. LXXI. ad Edictum.* Si quis reipublicae causa abfuisset, deinde reversus interdicto quod vi aut clam uti vellet, verius est, non excludi anno eum, sed reversum annum habere; nam etsi minor viginti quinque annis reipublicae causa abesse coepisset, deinde maior effectus sit, dum abest reipublicae causa, futurum, ut, ex quo rediit, annus ei computetur, non ex quo implevit XXV. annum: et ita Divus Pius et deinceps omnes principes rescripserunt. *L.* 15, § 6 *D. Quod vi aut clam* 43, 24. — *Ulpianus Lib. I. de Appellationibus.* Quaesitum est, an adversus rescriptum principis provocari possit, forte si praeses provinciae, vel quis alius consuluerit et ad consultationem eius fuerit rescriptum: est enim quaesitum, an appellandi ius supersit? Quid enim, si in consulendo mentitus est? de qua re exstat rescriptum Divi Pii *πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Θρακῶν* (ad communitatem Thracum), quo ostenditur, provocari oportere. Verba rescripti ita se habent: *Ἐὰν ἐπιστείλῃ τις ἡμῖν, ἃ διὰ καὶ ἀντιγράφωμεν ἡμεῖς ὁτιοῦν, ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν· εἰ γὰρ διδάξαιεν ἢ ψευδῶς, ἢ οὐχ οὕτως ἔχειν τὰ ἐπεσταλμένα, οὐδὲν ὑφ᾽ ἡμῶν εἶναι δόξῃ προδιεγνωσμένον, τῶν ὡς ἑτέρως ἐχουσιν τοῖς γραφεῖσιν, ἀντεπεσταλκότων.* (Si epistolam miserit aliquis nobis, mox aliquid rescripsimus, volentibus evocare ab enuntiatione licentia existet; si enim docuerit, vel falso, vel non ita se habere, quae missa sunt, nihil a nobis cognitum esse videbitur, qui quasi aliter habentibus scriptis rescripsimus.) Huic consequenter videtur rescriptum, a consultatione iudicis non esse appellandum, si quis forte interlocutus fuit, principem se consultaturum, quum possit post rescriptum provocare. *L.* 1, § 1, 2 *D. de Appell.* 49, 1. — *Marcianus Lib. I. de Appellationibus.* Si heres institutus victus fuerit ab eo, qui de inofficioso testamento agebat, legatariis et qui libertatem acceperunt, permittendum est appellare, si querantur per collusionem pronuntiatum; sicut Divus Pius rescripsit. Idem rescripsit, legatarios causam appellationis agere posse. Et sine appellatione si fuerit transactum, similiter rescriptum est. *L.* 5, § 1, 2, 4 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Si perlusorio iudicio actum sit adversus testamentum, an ius faciat iudex, videndum; et Divus Pius, quum inter coniunctas personas diceretur per collusionem in necem legatariorum et libertatum actum, appellare iis permisit. *L.* 14 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Iisdem criminibus, quibus quis liberatus est, non debet praeses pati eundem accusari, et ita Divus Pius Salvio Valenti rescripsit ... Si alio crimine postuletur ab eodem, qui in alio crimine eum calumniatus est, puto, non facile admittendum eum, qui semel calumniatus sit, quamvis filium accusatoris admitti oportere, aliam accusationem instituentem adversus eum, quem pater accusaverat, Divus Pius Iulio Candido rescripsit. Idem Imperator rescripsit, servos ibi puniendos, ubi deliquisse arguantur, dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse revocare in provinciam suam; sed ibi oportere defendere, ubi deliquerint. Quum sacrilegium admissum esset in aliqua provincia, deinde in alia minus crimen, Divus Pius Pontio Proculo rescripsit, postquam cognoverit de crimine in sua provincia admisso, ut reum in eam provinciam remitteret, ubi sacrilegium admisit. *L.* 7, § 2—5 *D. de Accusat.* 48, 2. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Divus Pius ad epistolam Antiochensium graece rescripsit, non esse in vincula coniiciendum eum, qui fideiussores dare paratus est, nisi si tam grave scelus admisisse eum constet, ut neque fideiussoribus neque militibus committi debeat, verum hanc ipsam carceris poenam ante supplicium sustinere. *L.* 3 *D. de Custodia* 48, 3. — *Marcianus Lib. II. de Iudiciis Publicis.* Caput mandatorum exstat, quo Divus Pius, quum provinciae Asiae praeerat, sub edicto proposuit, ut irenarchae, quum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis et receptatoribus et interrogationes literis inclusas atque obsignatas ad cognitionem magistratus mittant ... Divus Pius et alii principes rescripserunt, ut etiam de his, qui requirendi adnotati sunt, non quasi pro damnatis, sed quasi re integra quaeratur, si quis erit, qui eum arguat. *L.* 6, § 1 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. I. de Publicis Iudiciis.* Si quis adulterium a servo suo commissum dicat in eam, quam uxorem habuit, Divus Pius rescripsit, accusare potius mulierem eum debere, quam in praeiudicium eius servum suum torquere. *L.* 33

D. ad Legem Iuliam de Adulter. 48, 5. — *Papinianus Lib. XXXVI. Quaestionum.* Divus Pius in haec verba rescripsit Apollonio: „Ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest, quum sit difficillimum, iustum dolorem temperare et magis quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit: sufficiet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum eum tradi, si qui honestior, in insulam relegari." *L.* 38, § 8 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* In eum, qui uxorem deprehensam in adulterio occidit, Divus Pius leviorem poenam irrogandam esse scripsit, et humiliore loco positum in exilium perpetuum dari iussit, in aliqua dignitate positum ad tempus relegari. *L.* 1, § 15 *D. ad Legem Cornel. de Sicar.* 48, 8. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Si de vi, et possessione, vel dominio quaeratur, ante cognoscendum de vi, quam de proprietate rei, Pius Divus *τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν* (universitati Thessalorum) Graece rescripsit: sed et decrevit, ut prius de vi quaeratur, quam de iure dominii sive possessionis. *L.* 5, § 1 *D. ad Legem Iuliam de Vi Publ.* 48, 6. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Et eum, qui puerum ingenuum rapuit, puniendum Divus Pius rescripsit in haec verba: „Exemplum libelli dati mihi a Domitio Silvano, nomine Domitii Silvani, patrui, subiici iussi, motus querela eius, qua significavit, filium suum ingenuum iuvenem admodum raptum atque conclusum, mox verberibus ac tormentis usque ad summum periculum afflictum; Gemine carissime, velim audias eum et si compereris haec ita admissa, rem severe exsequaris. *L.* 6 *D. eod. tit.* — Divus Pius ad concilium Baeticae rescripsit: Qui pecora, de quibus litigabat, abegit, ad forum remittendus est, et si victus fuerit, in duplum vel quadruplum condemnandus. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 11, 6. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Ex constitutionibus principum extra ordinem, qui de naufragiis aliquid diripuerint, puniuntur; nam et Divus Pius rescripsit, nullam vim nautis fieri debere, et si quis fecerit, ut severissime puniatur. *L.* 1, § 2 *D. ad Legem Iuliam de Vi priv.* 48, 7. — *Volusius Maecianus ex Lege Rhodia. Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι· Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. Τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μή τις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν.* [Deprecatio Eudaemonis Nicomediensis ad Antoninum Imperatorem: „Domine Imperator Antonine, naufragium in Italia facientes direpti sumus a Publicanis Cyclades Insulas habitantibus." Respondit Antoninus Eudaemoni: „Ego quidem mundi dominus, lex autem maris; lege id Rhodia, quae de rebus nauticis praescripta est, iudicetur, quatenus nulla nostrarum legum adversatur." Hoc idem Divus quoque Augustus iudicavit.] *L.* 9 *D. de Lege Rhodia de Iactu* 14, 2. — *Paulus Lib. Singulari de Officio Praefecti Vigilum.* Effracturae fiunt plerumque in insulis, in horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt; quum vel cella effringitur vel armarium, vel arca, et custodes plerumque puniuntur, ut D. Antoninus Erycio Claro rescripsit. Ait enim, posse eum horreis effractis quaestionem habere de servis custodibus, licet in illis ipsius imperatoris portio esset. *L.* 3, § 2 *D. de Off. praef. vig.* 1, 15. — *Imp. Alexander A. Sabino.* Ex Divi Antonini Pii literis certa forma est, ut domini horreorum effractorum eiusmodi querelas deferentibus custodes exhibere necesse habeant, nec ultra periculo subiecti sint. *L.* 4 *C. de Locato* 4, 65. — * *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Maximinum PO.* Iudicis enim potestati committi oportet, ut de eo, qui obiecta non probaverit, sumat propositum antiquo iure supplicium. Rationi quoque huiusmodi plenissime suffragatur antiquitas, quae nequissimos homines et argui voluit et coërceri legibus variis, Cornelia de veneficiis, sicariis, parricidiis, Iulia de adulteriis, ambitusve criminibus, ceterisve ita promulgatis, ut possit etiam sine inscriptione cognosci, poena tamen accusatorem etiam sine solennibus occuparet. De qua re et D. Antoninus rescripsisse docetur. *L.* 4 *C. Th. ad Legem Corneliam de Falso* 9, 19. — *Modestinus Lib. VI. Regularum.* Circumcidere Iudaeis filios suos tantum rescripto Divi Pii permittitur; in non eiusdem religionis qui hoc fecerit, castrantis poena irrogatur. *L.* 11 *pr. D. ad Legem Cornel. de Sicar.* 48, 8. — *Callistratus Lib. III. de Cognitionibus.* Divus Pius Claudio rescripsit, pro mensura cuiusque delicti constituendum in eos, qui apud iudices instrumenta protulerunt, quae probari non possint; aut si plus meruisse videatur, quam ex forma iurisdictionis pati possint, ut imperatori describatur aestimaturo, quatenus coërceri debeant. Sed Divus Marcus cum Fratre suo pro sua humanitate hanc rem temperavit, ut, si, quod plerumque evenit, per errorem huiusmodi instrumenta proferantur, ignoscatur iis, qui tale quidquam protulerint. *L.* 31 *D. de Lege Cornel. de Falsis* 48, 10. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Si quis ex metallis Caesarianis aurum, argentumve furatus fuerit, ex edicto Divi Pii exilio vel metallo, prout dignitas personae, punitur. *L.* 6, § 2 *D. ad Legem Iuliam pecul.* 48, 13. — *Marcianus Lib. II. de Iudiciis Publicis.* De eo, qui in insulam deportatus est, quaestio habenda non est, ut Divus Pius rescripsit. *L.* 9, § 2 *D. de Quaestionibus* 48, 18. — *Arcadius, qui et Charisius Lib. Singulari de Testibus.* De minore XIV annis quaestio habenda non est, ut et Divus Pius Caecilio Iubentiano rescripsit. *L.* 10 *pr. D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* De minore quatuordecim annis in caput alterius quaestionem habendam non esse, Divus Pius Maecilio rescripsit. *L.* 15, § 1 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. III. de Poenis.* Is, qui de se confessus est, in caput aliorum non torquebitur, ut Divus Pius rescripsit. *L.* 16, § 1 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. I. Differentiarum.* In metallum damnati, si valetudine, aut aetatis infirmitate inutiles operi faciundo deprehendantur, ex rescripto Divi Pii a praeside dimitti poterunt, qui aestimabit de his dimittendis, si modo vel cognatos vel affines habeant, et non minus decem annis poenae suae functi fuerint. *L.* 22 *D. de Poenis* 48, 19. — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Eum, qui imaginem Caesaris in invidiam alterius praetulisset, in vincula publica coërceri, Divus Pius rescripsit. *L.* 28, § 7 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Curatores Caesaris ius deportandi non habent. Qui huius poenae constituendae ius non habent, si tamen, quasi tumultuosum vel iniuriosum adversus colonos Caesaris, prohibuerint in praedia Caesariana accedere, abstinere debebit; idque Divus Pius Iulio rescripsit. *L.* 3 *D. de Off. Proc. Caes.* 1, 19. — *Paulus Lib. Singulari de Portionibus, Quae Liberis Damnatorum Conceduntur.* Ex his, quae per flagitium damnatus acquisiit, portiones liberorum non augentur, veluti si cognatum suum interimi curaverit, et eius hereditatem adiit, vel bonorum possessionem accepit; nam ita Divus Pius rescripsit. Cui consequenter illud idem princeps constituit, quum filiafamilias veneno necasse convinceretur eum, a quo heres instituta erat, quamvis iussu patris, cuius in potestate esset, adierit hereditatem, vindicari eam fisco. *L.* 7, § 4 *D. de Bonis damnat.* 48, 20. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Ut Divus Pius rescripsit, ita demum bona eius, qui in reatu mortem sibi conscivit, fisco vindicanda sunt, si eius criminis reus fuit, ut, si damnaretur, morte aut damnatione afficiendus esset. Idem rescripsit, eum, qui modici furti reus fuisset, licet vitam suspendio finierit, non videri in eadem causa esse, ut bona heredibus adimenda essent, sicuti neque ipsi adimerentur, si compertum in eo furtum fuisset. *L.* 3, § 1, 2 *D. de Bonis eorum* 48, 21. — Divus Pius Modesto Taurino rescripsit, si parati sint heredes defensiones suscipere, non esse bona publicanda, nisi de crimine fuerit probatum. *L.* 3, § 8 *D. eod. tit.* — Quadruplatores exstincti sunt. *Capitolin. Antonin. P.* 7. — Exstat (de mathematicis et vaticinatoribus) decretum Divi Pii ad Pacatum, legatum provinciae Lugdunensis, cuius rescripti verba, quia multa sunt, de fine eius ad locum haec pauca subieci. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 15, 2, 4. — *Callistratus Lib. I. de Iure fisci.* Divus Pius Coelio Amarantho ita rescripsit, vacantium bonorum nuntiationem quadriennio finiri, idque tempus ex die, quo certum esse coepit,

neque heredem neque bonorum possessorem exstare, computari oportere. *L.* 1, § 2 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Callistratus Lib. II. de Iure Fisci.* Divus Pius Caecilio Maximo rescripsit, constitutionem patris sui, qua compelleretur delator edere mandatorem, ac nisi edidisset, ut in vincula deduceretur, eo pertinere, non ut delator poena subduceretur, si mandatorem haberet, sed ut mandator quoque perinde, atque si ipse detulisset, puniretur. *L.* 2, § 5 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. III. de Iure Fisci.* Quum ex causa taciti fideicommissi bona ad fiscum pertinent, omnia, quae in testamento utiliter data sunt, valent; et ita Divus Pius rescripsit. *L.* 3, § 4 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* In metallum damnatis libertas adimitur, quum etiam verberibus servilibus coërcentur. Sane per huiusmodi personas fisco nihil acquiri, Divus Pius rescripsit; et ideo, quod legatum erat ei, qui postea in metallum damnatus erat, ad fiscum non pertinere rescripsit: magisque ait poenae eos, quam fisci servos esse. *L.* 12 *D. eod. tit.* — * *Paulus Lib. VII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Quum ante apertum testamentum, tacitum fideicommissum nuntiatum esset ab his, qui fidem tacitam susceperunt, deinde post apertas (tabulas) a fideicommissario delatum esset, Divus Antoninus recipi professionem eius iussit; neque enim dignam esse praemio tam praecipitem festinationem prioris; et quum quis se nuntiet non capere, potius confiteri de suo iure, quam aliud deferre videtur. *L.* 13, § 7 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Lites donatas se non suscipere, Divus Pius rescripsit, licet bona relicturum se quis profiteatur, vel partem bonorum donatam non suscipere; et adiecit, et illum dignum fuisse puniri. *L.* 22, § 2 *D. eod. tit.* — Procuratores suos modeste suscipere tributa iussit; excedentes modum rationem factorum suorum reddere praecepit. *Capitolin. Anton. P.* 6. — Praefectos suos et locupletavit et ornamentis consularibus donavit. Si quos repetundarum damnavit, eorum liberis bona restituit, ea tamen lege ut illi provincialibus redderent, quod parentes acceperant. Ad indulgentias pronissimus fuit. *Capitol. Anton. P.* 10. — Publicatio bonorum rarior, quam unquam fuit ... Conscios (Attilii Tatiani tyrannidem affectantis) requiri vetuit. *Capitolin. Anton. P.* 7. — Multas civitates adiuvit pecunia, ut opera vel nova facerent vel vetera restituerent. *Capitolin. Anton. P.* 8. — *Papinianus Lib. II. Quaestionum.* Imperator Titus Antoninus Lentulo Vero rescripsit, magistratuum officium individuum ac periculum esse commune. *L.* 11 *D. ad Municipalem* 50, 1. — *Papinianus Lib. I. Responsorum.* In adoptiva familia susceptum, exemplo dati, muneribus civilibus apud originem avi quoque naturalis respondere, Divo Pio placuit, quamvis in isto fraudis nec suspicio quidem interveniret. *L.* 17, § 9 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. I. Quaestionum.* De decurione damnato non debere quaestionem haberi, Divus Pius rescripsit. *L.* 14 *D. de Decurion.* 50, 2. — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* Ut gradatim honores deferantur, edicto, et ut a minoribus ad maiores perveniatur, epistola Divi Pii ad Titianum exprimitur. *L.* 11 *pr. D. de Muneribus* 50, 4. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Legem quoque respici cuiusque loci oportet, an quum aliquas immunitates nominatim complecteretur, etiam de numero annorum in ea commemoretur; idque etiam colligi potest ex literis Divi Pii, quas emisit ad Ennium Proculum, proconsulem provinciae Africae. *L.* 5, § 1 *D. de Iure immun.* 50, 6. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Divus Pius rescripsit, ut quoties de aliquo naviculario quaeratur, illud excutiatur, an effugiendorum munerum causa imaginem navicularii induat. *L.* 5 *D. cit.*, § 9. — Nec ab omni aetate allegi possunt, ut Divo Pio placuit, qui reprobavit prolixae vel imbecillae admodum aetatis homines. Sed ne quidem eos, qui augeant facultates, et munera civitatum sustinere possunt, privilegiis, quae tenuioribus per collegia distributis concessa sunt, uti posse plurifariam constitutum est. *L.* 5 *D. cit.*, § 12. — *Marcianus Lib. XII. Institutionum.* Sciendum est, debitorem reipublicae legatione fungi non posse, et ita Divus Pius Claudio Saturnino et Faustino rescripsit. *L.* 4 *pr. D. de Legat.* 50, 7. — *Pomponius Lib. VI. Epistolarum et Variarum Lectionum.* Si quis ob honorem opus facturum se in civitate aliqua promiserit, atque inchoaverit, et priusquam perficeret, discesserit, heres eius extraneus quidem necesse habet aut perficere id, aut partem quintam patrimonii relicti sibi ab eo, qui id opus facere instituerat, si ita mallet, civitati, in qua id opus fieri coeptum est, dare; is autem, qui ex numero liberorum est, si heres exstitit, non quintae partis, sed decimae concedendae necessitate afficitur, et haec Divus Antoninus constituit. *L.* 14 *D. de Pollicitationibus* 50, 12. — *Papinianus Lib. XIX. Responsorum.* Qui non habita ratione tributorum ex causa fideicommissi praedia restituunt, actionem ex Divi Pii Antonini literis habent, quam legato quoque soluto locum habere voluit. *L.* 5, § 1 *D. de Censibus* 50, 15. — Intra urbes sepeliri mortuos vetuit. Sumtum muneribus gladiatoriis instituit. Vehicularium cursum summa diligentia sublevavit. *Capitolin. Anton. P.* 12. — *Macer Lib. II. de Re militari.* Desertorem, qui a patre suo fuerat oblatus, in deteriorem militiam Divus Pius dari iussit, ne videatur, inquit, pater ad supplicium obtulisse. *L.* 13, § 6 *D. de Re militari* 49, 16. — *Ἰουστῖνος ... πρὸς τὸν εὐσεβῆ Ἀντωνῖνον ἀπολογίαν ὑπὲρ Χριστιανῶν συνεγράψατο. ὅθεν ὁ αὐτοκράτωρ οὗτος ὁρμηθεὶς δόγμα τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας ἐπέστειλε, μηδένα Χριστιανὸν διὰ τὴν θρησκείαν κολάζεσθαι, ἀλλὰ κἄν τις ὑπό του διὰ ταύτην κατηγοροῖτο, τὸν μὲν κατηγορούμενον ἀπολύεσθαι, τὸν δὲ κατήγορον δίκης ἔνοχον γίνεσθαι.* Iustinus ... ad Antoninum Pium defensionem Christianorum scripsit, qua imperator impulsus decreto ad civitates Asianas misso cavit, ne quis Christianos propter religionem supplicio afficeret: quod si quis eo nomine accusaretur, reum absolvendum, accusatorem multandum esse. *Zonaras* 12, 1. — M. Antoninum quaestorem, consulem petente senatu creavit; Antonium Verum, qui postea dictus est Antoninus, ante tempus quaestorem designavit, neque de provinciis, neque de ullis actis quidquam constituit, nisi quod prius ad amicos retulit atque ex eorum sententia formas composuit. *Capitolin. Anton. P.* 6. — Clypeum Hadriani magnificentissimum posuit et sacerdotes instituit. *Capitolin. Anton. P.* 5. — Multa de iure sanxit, ususque est iuris peritis Vinidio Vero, Salvio Valente, Volusio Metiano, Ulpio Marcello et Iavoleno. *Capitolin. Anton. P.* 12. — Omnium quae gessit, et in senatu et per edicta rationem reddidit. *Capitolin. Anton. P.* 12. — *Λέγεται ὁ Ἀντωνῖνος ζητητικὸς γενέσθαι, καὶ μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα τῆς ἀκριβολογίας ἀφίστασθαι.* Fertur Antoninus in inquirendo fuisse diligens, ac ne quidem in rebus minutis ac vulgaribus ab exacta rimatione abstinuisse. *Dio Cass.* 70, 3. — *Λέγεται ζητητικὸς γενέσθαι καὶ περὶ μικρῶν ἀκριβολογούμενος.* Fertur autem ad rem attentus fuisse ac ne minima quidem neglexisse. *Zonaras* 12, 1. — Uxorem Faustinam Augustam appellari a senatu permisit. *Capitolin. Anton. P.* 5. — Patris patriae nomen delatum a senatu, quod primo distulerat, cum ingenti gratiarum actione suscepit. *Capitolin. Anton. P.* 6. — Pii appellationem recepit. *Capitolin. Anton. P.* 5. — *Τήν τε τοῦ εὐσεβοῦς ἐπίκλησιν ἐκ τοῦ ἤθους πρῶτος ἀπηνέγκατο.* Primusque imperatorum Pius propter clementiam dictus est. *Suidas v. Ἀντωνῖνος.* — *Ἀντωνῖνος πατὴρ πατρίδος προσηγορεύθη.* Antoninus pater patriae appellatus est. *Syncell. p.* 662. — * ...... stipendiarii vel tributarii ... donatio perficitur. Pone igitur sollicitudinem ..... egit non tradidisse ea, vel quae ..... spernenda non sunt. PP. Non. Oct. *Vat. Fr.* 289.

Incertorum Principum Leges ante Divos Fratres.

Neratius Lib. V. Regularum. Coeptam usucapionem a defuncto posse et ante aditam hereditatem impleri, constitutum est. *L.* 40 *D. de Usurp.* 41, 3. — *Celsus Lib. XVI. Digestorum.* Titius et Seius, uterve eorum vivet, heres mihi esto; existimo, si uterque vivat, ambo heredes esse, altero mortuo, eum, qui supererit, ex asse heredem fore, ... idque et in legato eodem modo relicto senatus censuit. *L.* 24, 26 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Celsus Lib. XXXIII. Dig.* Neratius consultus, an, quod beneficium dare se, quasi viventi, Caesar (Traianus) rescripserat, iam defuncto dedisse

existimaretur, respondit, non videri sibi, principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse; quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius aestimationem esse. *L.* 191 *D. de Reg. iur.* 50, 17. — *Pomponius Lib. V. ad Sabinum.* Usufructu bonorum legato aes alienum ex omnibus rebus deducendum est, quoniam post senatusconsultum nulla res est, quae non cadit in usufructus legatum. *L.* 69 *D. ad Leg. Falcid.* 35, 2. — *Pomponius Lib. XXXIV. ad Sabinum.* Quo minus ex publico flumine ducatur aqua, nihil impedit, nisi imperator aut senatus vetet, si modo ea aqua in usu publico non erit; sed si aut navigabile est, aut ex eo aliud navigabile fit, non permittitur id facere. *L.* 2 *D. de Fluminibus* 43, 12. — *Pomponius Lib. V. Senatusconsultorum.* Hoc sermone: „agnitis natalibus" de nullis aliis intelligendum est, senatum sensisse, quam ingenuis. *L.* 3 *pr. D. Si ingenuus* 40, 14. — *Pomponius Lib. VII. Epistolarum.* Apud Iulianum ita scriptum est: si heres rogatus servum manumittere, ex Trebelliano senatusconsulto hereditatem restituerit, cogi debebit manumittere: et si latitabit, vel si iusta ex causa aberit, praetor, causa cognita, secundum senatusconsulta ad eas causas pertinentia pronuntiare debebit. *L.* 20 *D. de Fideic. libert.* 40, 5. — *Pomponius Lib. XI. Epistolarum.* Apud Iulianum scriptum est: Si privatus ad se pertinere hereditatem Lucii Titii dicat, altero eandem hereditatem fisco vindicante, quaeritur, utrum ius fisci ante excutiendum sit et sustinendae actiones ceterorum, an nihilominus inhibendae petitiones creditorum singulorum, ne publicae causae praeiudicetur; idque senatusconsultis expressum est. *L.* 35 *D. de Iure fisci* 49, 14.

DIVI FRATRES.

Cf. Vespasianus, Traianus, Hadrianus, Antoninus Pius, Pertinax, Caracalla, Macrinus, Valentinianus I.

914. p. C. n. 161. M. AURELIO CAES. III. L. AURELIO COMMODO II. COSS.

Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 22.

915. p. C. n. 162. Q. IUNIO RUSTICO ET AQUILINO COSS.

Marcus post excessum Divi Pii a senatu coactus regimen publicum capere, fratrem sibi participem in imperio designavit; quem L. Aurelium Verum Commodum appellavit, Caesaremque atque Augustum dixit ... Tuncque primum Romanum imperium duos Augustos habere coepit. *Capitolin. M. Antoninus* 7. — Defuncto Pio Marcus in eum (Verum) omnia contulit, principatu etiam imperatoriae potestatis indulto, sibique consortem fecit, quum illi soli senatus detulisset imperium. Dato igitur imperio et indulta tribunicia potestate, proconsulatus etiam honore delato, Verum vocari praecepit, suum in eum transferens nomen, quum ante Commodus vocaretur. *Capitolin. Verus* 3 *et* 4. — Post hunc (Antoninum Pium) imperavit M. Antoninus ... et cum eo L. Annius Antoninus Verus. Tumque primum Romana respublica duobus, aequo iure imperium administrantibus, paruit, quum usque ad eos singulos semper habuisset Augustos. *Eutrop.* 8, 5. — Aurelius ... fratrem Lucium Verum in societatem potentiae accepit. *Aurel. Vict. de Caes.* 16. — Hi primum aequo iure imperium administraverunt, quum usque ad hoc tempus singuli Augusti fuissent. *Hieron. interpr. Euseb. Chron. ad a.* 163 *p. C. n.* et *Prosper Aquit. Chron.* — Iste primus imperium Romani orbis cum Antonino iuniore aequata potestate divisit. *Isidori Chron.* (sed falso de Antonino P. hoc narrans). — *Μάρκος δὲ Ἀντωνῖνος, ἐπειδὴ τοῦ ποιησαμένου αὐτὸν τελευτήσαντος Ἀντωνίνου τὴν ἀρχὴν ἔσχε, προσείληφεν ἐς κοινωνίαν τοῦ κράτους εὐθὺς τὸν τοῦ Λουκίου Κομμόδου υἱόν.* Postquam Marcus Antoninus mortuo Antonino, a quo fuerat adoptatus, principatum adeptus est, statim socium et participem imperii sibi sumsit Lucium Verum, Lucii Commodi filium. *Dio Cass.* 71, 1. Cf. a. 367. — Laudavere uterque pro rostris patrem (D. Pium) flaminemque ei ex affinibus, et sodales ex amicissimis Aurelianos creavere. *Capitolin. M. Anton.* 7. — Praetorem tutelarem primus fecit (M. Antoninus), ut diligentius de tutoribus tractaretur. *Capitolin. M. Anton.* 10. — Arrio (Q.) vir. Antonino prae(f.) aer(a)ri Saturni, iurid(i)co per Italia(m re)gionis Transpadanae (pri)mo, fratri Arvali, praetor(i), cui primo iurisdictio pupillaris a sanctissimis Imp(eratoribus) mandata est, aedili curuli, ab actis senatus ... IIIIvir(o) viarum curandar(um), qui providentia maximor(um) imperat(orum) missus urgentis annonae difficultates iuvit ... ordo Concordensium. *Zumpt. Comment. Epigr. Vol. II. p.* 68—70.

916. p. C. n. 163. L. AELIANO PASTORE COS.

Datis iuridicis Italiae consuluit, ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros reddere iura praeceperat. *Capitolin. M. Aurel.* 11. — * Est et hoc genus excusationis, si quis se dicat domicilium non habere Romae delectus ad munus, vel in ea provincia, ubi domicilium non habet; idque et D. Marcus Pertinaci et Aeliano Coss. rescripsit. *Vat. Fr.* 203. — * *Ulpianus Lib. XXXVIII. ad Sabinum.* Etsi hac lege emit, ut manumitteret, et ex constitutione D. Marci (ad Aufidium Victorinum) pervenit ad libertatem, dicendum est, tutorem esse. *L.* 3, § 2 *D. de Tutela legit.* 26, 4.

917. p. C. n. 164. M. NONIO MACRINO P. IUVENTIO CELSO COSS.

Ob hanc coniunctionem (Lucillae et L. Veri) pueros et puellas novorum hominum frumentariae perceptioni adscribi praeceperunt. *Capitolin. M. Anton.* 7.

919. p. C. n. 166. SERVILIO PUDENTE L. FUFIDIO POLLIONE COSS.

Pater patriae nomen ambobus decretum est ... corona praeterea civica oblata est ambobus. *Capitolin. M. Anton.* 12. — Quarta persecutio. Persecutione orta in Asia. *Prosper Aquit. ad h. ann.* et *Euseb. interpr. Hieron. ad a.* 169. Idat. ad a. 161. — *Marcellus Lib. XXIX. Disputationum.* Sententia Imperatoris Antonini Augusti Pudente et Pollione consulibus. Quum Valerius Nepos mutata voluntate et inciderit testamentum suum, et heredum nomina induxerit, hereditas eius secundum Divi patris mei constitutionem, ad eos, qui scripti fuerint, pertinere non videtur. Et advocatus fisci dixit: vos habetis iudices vestros. Vibius Zeno dixit: rogo, domine Imperator, audias me patienter: de legatis quid statues? Antoninus Caesar dixit: videtur tibi voluisse testamentum valere, qui nomina heredum induxit? Cornelius Priscianus, advocatus Zenonis dixit: nomina heredum tantum induxit. Calpurnius Longinus, advocatus fisci dixit: non potest ullum testamentum valere, quod heredem non habet. Priscianus dixit: manumisit quosdam et legata dedit. Antoninus Caesar remotis omnibus quum deliberasset et admitti rursus eosdem iussisset, dixit: causa praesens admittere videtur humaniorem interpretationem, ut ea duntaxat existimemus Nepotem irrita esse voluisse, quae induxit. Nomen servi, quem liberum esse iusserat, induxit; Antoninus rescripsit, liberum eum nihilominus fore, quod videlicet favore constituit libertatis. *L.* 3 *D. de His, quae in test.* 28, 4. — * Tabula missionis et alia, ut videtur a. 922. *Vesme p.* 22 *et* 23.

919—921. p. C. n. 166—168.

Paulus Lib. Singulari de Officio Praetoris Tutelaris. Mediocritas et rusticitas et domesticae lites interdum excusationes merentur ... ex epistola Divum Fratrum ad Caerellium Priscum. *Vat. Fr.* 244.

920—923. p. C. n. 167—170.

Provincias ex proconsularibus consulares, aut ex consularibus proconsulares, aut praetorias pro belli (Marcomannici) necessitate fecit. *Capitolin. M. Anton.* 22.

921. p. C. n. 168. APRONIANO PAULO ITER. COSS.

Ex filia nepotes non prodesse ad tutelae liberationem, sicuti nec ad caducorum vindicationem palam est; nisi mihi proponas ex veterano praetoriano genero socerum avum effectum; tunc enim secundum orationem D. Marci, quam in castris praetoriis recitavit, Paulo iterum et Aproniano consulibus VIII. Id. Ian., id habebit avus, quod habet in nepotibus ex filia natis, cuius orationis verba haec sunt: „Et quo facilius veterani nostri soceros reperiant, illos quoque novo privilegio sollicitabimus, ut avus nepotum ex veterano praetoriano natorum iisdem commodis nomine eorum fruatur, quibus frueretur, si eos haberet ex filio.“ *Vat. Fr.* 195.

Incert. ann.

Ulpianus Lib. II. de Officio Consulis. Divi Fratres Proculo et Munatio rescripserunt: „Quum Romulus, de cuius statu quaeritur, pupillaris aetatis sit, an exigente Varia Hedone matre et consentiente Vario Hermete tutore, ad tempus pubertatis causa differenda sit, vestrae gravitatis est, ex fide personarum, quod utile est pupillo, constituere.“ *L.* 27 *pr. D. de Liber. caus.* 40, 12. — *Ulpianus Lib. XII. ad Sabinum.* Quaeri potest, si ex ea, quae in fideicommissa libertate moram passa est, conceptus et natus sit, an suus patri existat? Et quum placeat, eum ingenuum nasci, ut est a D. Marco et Vero et Imperatore nostro Antonino Augusto rescriptum, cur non in totum pro manumissa haec habeatur, ut uxor ducta suum pariat? *L.* 1, § 1 *D. de Suis* 38, 16. — *Ulpianus Lib. VI. Disputationum.* Is, qui suis numis emitur, epistola Divorum Fratrum ad Urbium Maximum in eam conditionem redigitur, ut libertatem adipiscatur. *L.* 4 *pr. D. de Manumiss.* 40, 1. Cf. § 4, 8, 9, 11—14 eod. — *Marcianus Lib. II. Institutionum.* Si quis dicat, se suis numis emtum, potest consistere cum domino suo, cuius in fidem confugit, et queri, quod ab eo non manumittatur, Romae quidem apud praefectum urbis, in provinciis vero apud praesides ex sacris constitutionibus Divorum Fratrum; sub ea tamen denuntiatione, ut is servus, qui hoc intenderit, nec impleverit, in opus metalli detur, nisi forte dominus reddi eum sibi maluerit, utique non maiorem ex causa poenam constituturus. *L.* 5 *pr. D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. II. Quaestionum.* Fratres Imperatores rescripserunt, servos in temporaria vincula damnatos libertatem et hereditatem, sive legatum, postquam tempus expleverint, consequi, quia temporaria coërcitio, quae descendit ex sententia, poenae est abolitio. Si autem beneficium libertatis in vinculis veniat, ratio iuris et verba constitutionis libertati refragantur. *L.* 33 *D. de Poenis* 48, 19. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Si pupillus tutorem habet, isque nolit ad libertatem praestandam auctor esse, adeo non debet impedimento esse, neque pupillo, ut libertos non habeat, neque libertati, ut Divi Fratres rescripserint, ex causa fideicommissi libertatem praestari debere servo, perinde atque si ab ipso pupillo tutore auctore manumissus esset. *L.* 30, § 3 *D. de Fideic. lib.* 40, 5. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Si alter sine successore decesserit, alter ex iusta causa absit, exstat rescriptum Divorum Marci et Veri, perinde dicentium, eum ad libertatem perventurum, ac si ab eo, qui sine successore decessit, et ab eo, qui ex iusta causa abesset, ad libertatem, ut oportuit, perductus esset. *L.* 30 *D. cit.*, § 13. — *Paulus Lib. III. Fideicommissorum.* Quum intestato moriturus fidei filii commisisset, ut servum manumitteret, et postumus ei natus fuisset, Divi Fratres rescripserunt, quia dividi non potest, ab utroque praestandum. *L.* 31, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XLV. ad Edictum.* Si patroni filius sit vel exheredatus, vel si in servitutem libertum paternum petiit, vel capitis accusaverit libertum, non nocet hoc liberis eius, qui in potestate non sunt, et hoc Divi Fratres Quintilliis rescripserunt. *L.* 16, § 4 *D. de Bonis lib.* 38, 2. — *Ulpianus Lib. XI. ad Legem Iuliam et Papiam.* Divi Fratres in haec verba rescripserunt: „Comperimus a peritioribus dubitatum aliquando, an nepos contra tabulas aviti liberti possessionem petere possit, si eum libertum pater patris, quum annorum XXV esset, capitis accusasset? Et Proculum sane non levem iuris auctorem in hac opinione fuisse, ut nepoti in huiusmodi causa non putaret dandam bonorum possessionem. Cuius sententiam nos quoque secuti sumus, quum rescriberemus ad libellum Caesidiae Longinae. Sed et Volusius Maecianus, amicus noster, ut et iuris civilis praeter veterem et bene fundatam peritiam anxie diligens, religione rescripti nostri ductus, sicut coram nobis affirmavit, non arbitratum se aliter respondere debere, sed quum et ipso Maeciano et aliis amicis nostris, iurisperitis, adhibitis plenius tractaremus, magis visum est, nepotem neque verbis neque sententia legis, aut edicti praetoris, ex persona vel nota patris sui excludi a bonis aviti liberti, plurium etiam iuris auctorum, sed et Salvii Iuliani, amici nostri, clarissimi viri, hanc sententiam fuisse.“ *L.* 17 *pr. D. de Iure patron.* 37, 14. — *Ulpianus Lib. XXIV. ad Edictum.* Temporibus Divorum Fratrum quum hoc incidisset, ut maritus quidem praegnantem mulierem diceret, uxor negaret, consulti Valerio Prisciano praetori urbano rescripserunt in haec verba: „Novam rem desiderare Rutilius Severus videtur, ut uxori, quae ab eo diverterat et se non esse praegnantem profiteatur, custodem apponat; et ideo nemo mirabitur, si nos quoque novum consilium et remedium suggeramus. Igitur si perstat in eadem postulatione, commodissimum est, eligi honestissimae feminae domum, in quam Domitia veniat; et ibi tres obstetrices probatae et artis et fidei, quae a se assumtae fuerint, eam inspicient; et si quidem vel omnes vel duae renuntiaverint, praegnantem videri, tunc persuadendum mulieri erit, ut perinde custodem admittat, atque si ipsa hoc desiderasset. Quod si enixa non fuerit, sciat maritus, ad invidiam existimationemque suam pertinere, ut non immerito possit videri captasse hoc ad aliquam mulieris iniuriam. Si autem vel omnes vel plures, non esse gravidam renuntiaverint, nulla causa custodiendi erit.“ *L.* 1 *pr. D. de Inspiciendo ventre* 25, 4. — *Marcianus Lib. II. Institutionum.* In libro secundo de adulteriis Papiniani Marcianus notat: Divus Marcus et Lucius Imperatores Flaviae Tertullae per Mensorem libertum ita rescripserunt: „Movemur et temporis diuturnitate, quo ignara iuris in matrimonio avunculi tui fuisti, et quod ab avia tua collocata es et numero liberorum vestrorum; idcircoque quum haec omnia in unum concurrunt, confirmamus statum liberorum vestrorum in eo matrimonio quaesitorum, quod ante annos quadraginta contractum est, perinde atque si legitime concepti fuissent.“ *L.* 57, § 1 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Divi Fratres rescripserunt: „Non utique, si debitor fisci manumiserit, libertates impediuntur, sed ita, si quum non erat solvendo, in fraudem manumisit.“ *L.* 11, § 1 *D. Qui et a quibus* 40, 9. — Propter paupertatem excusationem tribui, tam Divi Fratres, quam per se Divus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere. § 6 *Inst. de Excus. tut. vel curat.* 1, 25. — Paupertas plane dat excusationem, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere; idque Divorum Fratrum rescripto continetur. *Vat. Fr.* 240. Iisdem verbis *L.* 7 *D. de Excus.* 27, 1. — Divi quoque Marcus et Lucius Apronio Saturnino ita rescripserunt: „Si instrumentis probas habere te iustos tres liberos, excusationem tuam Manilius Carbo, praetor vir clarissimus, accipiet.“ *Vat. Fr.* 168. — *Paulus Lib. I. Editionis Secundae de Iurisdictione Tutelari.* Qui tres pluresve liberos habent superstites, excusari solent, idque pluribus constitutionibus cavetur tam D. Marci et Luci, quibus Pontium Marcellum trium liberorum patrem liberaverunt literis ad eum emissis, quam dominorum nostrorum. Sed hic numerus in Italia cives Romanos liberat: nunc ex constitutione principum nostrorum nec in Italia, sed Romae tantum exemplo municipalium munerum. Nam Clodio Herodiano ita scripserunt: Sicut in Italia cives Romani consistentes numero quatuor liberorum incolumium a civilibus (cetera desunt. Cf. l. 1 C. Qui numero liber. 5, 66). *Vat. Fr.* 247. Cf. a. 168. — *Modestinus Lib. VI. Excusationum.* *Μηδὲ λιβραρίους μηδὲ καλκουλάτορας, οὓς διαψηφιστὰς λέγομεν, ἔχειν ἀλειτουργησίαν, λέγουσιν αἱ θεῖαι διατάξεις.* Neque

librarios neque calculatores, quos vulgo rationarios dicimus, habere immunitatem dicunt Divorum constitutiones. *L.* 15, § 5 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Papinianus Lib. XI. Quaestionum* respondit, verbis orationis Fratrum Imperatorum libertum, etsi ob aliquod privilegium a tutelis vacet, patroni tamen patronaeque liberorum tutor ut delegetur, comprehensum. *Vat. Fr.* 224. — Fratres Imperatores Sentio Potito ita rescripserunt: „Quamvis singula, quae literis tuis complexus es, non praestent tibi iustas causas excusationis, tamen quia multa simul congruerunt, movere nos possunt, ut excusatio tua a tutela recipi possit." *Vat. Fr.* 245. — *Item, veteran ..... veteranorum autem filii ... Sed utrum simul non plu... unam, tractari potest. Puto .... inveni rescriptum .... excusantur. Et ita de ignomini ...... Masuriae Sabinae rescripserunt ..... exauctoratum e ..... Sed ignominia missi ab urbicis plane tutelis excusabuntur, quia ingredi iis urbem non licet. Sed etsi non sint perfectis ..... si missionem non ignominiosam ... *Vat. Fr.* 177. — *Item. Arcari Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes, ex sacris constitutionibus multifariam emissis habent immunitatem. *Vat. Fr.* 134. — *Item. De litibus, quas tutor cum pupillo habet, an propterea excusetur? Et dicit, propterea non excusandum; et exstant rescripta. *Vat. Fr.* 139. — Non esse autem admittendam excusationem eius, qui hoc solo utitur, quod ignotus patri pupillorum sit, Divi Fratres rescripserunt. § 10 *Inst. de Excus.* 1, 25. — *Modestinus Lib. II. Excusationum. Ἔτι ἀπολύεται ἐπιτροπῆς, ὁπόταν ἀμφισβήτησίν τις τῷ ὀρφανῷ περὶ τῆς καταστάσεως κινῇ, φαίνεται δὲ τοῦτο μὴ συκοφαντίᾳ ποιῶν, ἀλλ᾽ ἐκ καλῆς πίστεως· καὶ τοῦτο οἱ θειότατοι Μάρκος καὶ Βῆρος ἐνομοθέτησαν.* Amplius autem absolvitur a tutela, quum quaestionem quis pupillo de statu movet, quum videtur hoc non calumnia facere, sed bona fide; et hoc Divi Marcus et Verus promulgaverunt. *L.* 6, § 18 *D. de Excus.* 27, 1. — Si immiscuit se administrationi tutor, perdit beneficium excusationis, plus enim egit, quam si promisisset; idque Divi Fratres Domitio Rufo rescripserunt in haec verba: Liberis tutelam, quam sponte suscepisti, praebe, nam desiderasti. *Vat. Fr.* 154. — Formam autem ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari animadvertimus etc. *Vat. Fr.* 156. — *Marcianus Lib. V. Regularum.* Tutor si petitus fuerit habenti, sed absente eo, quasi non habenti datus sit, datio nulla est; nam et quoquo modo in petitione tutoris, si erratum fuerit in facti causa, maxime post constitutionem Divorum Fratrum, non valet tutoris datio. *L.* 10 *D. de Tutor.* 26, 5. — *Ulpianus Lib. II. ad Sabinum.* Nec militem liberis recasuris in potestatem tutorem dare posse, a Divis Fratribus rescriptum est. *L.* 2 *D. de Testam. tutela* 26, 2. — *Paulus Lib. IX. Responsorum.* Divi Marcus et Verus Cornelio Proculo. Si quando desint in civitate, ex qua pupilli oriundi sunt, qui idonei videantur esse tutores, officium sit magistratuum, inquirere ex vicinis civitatibus honestissimum quemque, et nomina praesidi provinciae mittere, non ipsos arbitrium dandi sibi vindicare. *L.* 24 *D. de Tutor.* 26, 5. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Hoc edictum de satisdatione ad tutores testamentarios pertinet. Sed et si ex inquisitione dati sint tutores, Marcellus ait, et ad hos pertinere hoc edictum, et id oratione etiam Divorum Fratrum significari. *L.* 19, § 1 *D. de Testam. tut.* 26, 2. — Tunc Antonini leges sepeliendi sepulcrorumque asperrimas sanxerunt, quandoquidem caverunt, ne uti quis vellet fabricaret sepulcrum, quod hodieque servatur. *Capitolin. M. Anton.* 13. — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Divi Fratres edicto admonuerunt, ne iustae sepulturae traditum, id est, terra conditum corpus inquietetur. *L.* 39 *D. de Religiosis* 11, 7. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edicum.* Si cenotaphium sit, posse hoc venire, dicendum est; nec enim esse hoc religiosum, Divi Fratres rescripserunt. *L.* 6, § 1 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Cenotaphium quoque magis placet locum esse religiosum, sicut testis in ea re est Virgilius. *L.* 6, § 5 *D. de Divis. rer.* 1, 8. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Sed Divi Fratres contra rescripserunt. *L.* 7 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. III. de Iure Fisci.* Si in locis fiscalibus vel publicis religiosisve, aut in monumentis thesauri reperti fuerint, Divi Fratres constituerunt, ut dimidia pars ex his fisco vindicaretur; item si in Caesaris possessione repertus fuerit, dimidiam aeque partem fisco vindicari. *L.* 3, § 1 *D. de Iure Fisci* 49, 14. — *Papirius Iustus Lib. I. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti rescripserunt, in area, quae nulli servitutem debet, posse dominum vel alium voluntate eius aedificare, intermisso legitimo spatio a vicina insula. *L.* 14 *D. de Servitut. praed. urb.* 8, 2. — *Papirius Iustus Lib. I. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti rescripserunt, aquam de flumine publico pro modo possessionum ad irrigandos agros dividi oportere, nisi proprio iure quis plus sibi datum ostenderit. Item rescripserunt, aquam ita demum permitti duci, si sine iniuria alterius id fiat. *L.* 17 *D. de Serv. praed. rust.* 8, 3. — *Marcianus Lib. I. de Iudiciis Publicis.* Quum matri filius adscripserat, Divi Fratres rescripserunt, quum iussu testatoris hoc scripsit, impunitum eum esse, matremque capere posse. *L.* 11, § 1 *D. de Lege Cornel. de Falsis* 48, 10. — *Paulus Lib. II. Quaestionum.* Quum contra testamentum, ut inofficiosum, iudicatur, testamenti factionem habuisse defunctus non creditur. Non idem probandum est, si herede non respondente, secundum praesentem iudicatum sit: hoc enim casu non creditur ius ex sententia iudicis fieri; et ideo libertates competunt et legata petuntur. *Idem Lib. Singulari de Inofficioso Testamento.* De qua re etiam constitutio exstat Divorum Fratrum, quae huiusmodi distinctionem admittit. *L.* 17, § 1 et *l.* 18 *D. de Inoff. test.* 5, 2. — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Sabinum.* Quum filiusfamilias miles decessisset filio impubere herede instituto, eique substituisset in avi potestate manenti, tutoresque dedisset, Divi Fratres rescripserunt, substitutionem quidem valere, tutoris autem dationem non valere, quia hereditati quidem suae miles qualem vellet, substitutionem facere potest, verum tamen alienum ius minuere non potest. *L.* 28 *D. de Test. mil.* 29, 1. — *Modestinus Lib. Singulari de Heurematicis.* Iam hoc iure utimur ex Divi Marci et Veri constitutione, ut, quum pater impuberi filio in alterum casum substituisset, in utrumque casum substituisse intelligatur, sive filius heres non exstiterit, sive exstiterit et impubes decesserit. *L.* 4 *pr. D. de Vulg. subst.* 28, 6. — *Ulpianus Lib. LXXIX. ad Edictum.* Quamvis omnes legatarii et fideicommissarii necesse habeant, hac stipulatione cavere, tamen quibusdam remitti, Divi Fratres rescripserunt, ut puta his, quibus minuta alimenta sunt relicta. Pompeiae enim Faustinae rescripserunt sic: „non eandem causam esse decem aureorum, quos annuos tibi testamento Pompeiae Crispinianae, patronae tuae relictos proponis, atque fuit alimentorum et vestiarii libertis relictorum, quibus propterea cautionis onus remittendum esse existimavimus." *L.* 3, § 4 *D. Si cui plus* 35, 3. — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Si in opere civitatis faciendo aliquid relictum sit, unumquemque heredem in solidum teneri, Divus Marcus et Lucius Verus Proculae rescripserunt; tempus tamen coheredi praestituerunt, intra quod mittat ad opus faciendum, post quod solam Proculam voluerunt facere, imputaturam coheredi sumtum pro parte eius. *L.* 11, § 23 *D. de Legatis III.* — Ergo et in statua et in servitute, ceterisque, quae divisionem non recipiunt, idem Divus Marcus rescripsit. *L.* 11 *D. cit.*, § 24. — *Ulpianus Lib. XL. ad Edictum.* Is quoque, qui in adoptiva familia est, conferre cogitur, hoc est, non ipse, sed is, qui eum habet, si maluerit contra tabulas bonorum possessionem accipere. Plane si hic adoptivus pater ante bonorum possessionem petitam emancipaverit eum, non cogetur ad collationem; et ita rescripto Divorum Fratrum expressum est. *L.* 1, § 14 *D. de Collatione* 37, 6. — *Ulpianus Lib. LXXIX. ad Edictum.* Si quis filium habeat sui iuris et ex eo nepotem in potestate sua, consequenter erit dicendum, si nepos patris sui emancipati accipiat bonorum possessionem, de conferendis suis quoque bonis cavere eum debere, et esse similem ei, qui adoptavit; hoc enim Divi Fratres rescripserunt, ut ad collationem avus compellatur. Plane eodem rescripto adiectum est sic: „nisi forte avus iste nullum ex his bonis

fructum acquirere vult, paratusque est de potestate nepotem dimittere, ut ad emancipatum omne emolumentum bonorum possessionis perveniat.“ *L.* 5 *pr. D. eod. tit.* — *Scaevola Lib. I. Digestorum.* Imperatores Antoninus et Verus ita rescripserunt: Privatis pactionibus non dubium est, non laedi ius ceterorum. *L.* 3 *pr. D. de Transact.* 2, 15. — *Paulus Lib. III. de Officio Consulis.* De pollicitationibus in civitatem factis iudicum cognitionem esse, Divi Fratres Flavio Celso in haec verba rescripserunt: „Probe faciet Statius Rufinus, si opus proscenii, quod se Gabinis exstructurum promisit, quod tandem aggressus fuerat, perficiat: nam etsi adversa fortuna usus in triennio a praefecto urbis relegatus esset, tamen gratiam muneris, quod sponte obtulit, minuere non debet, quum et absens per amicum perficere opus istud possit; quod si detrectat, actores constituti, qui legitime pro civitate agere possint, nomine publico adire adversus eum iudices poterunt: qui quum primum potuerint, priusquam in exilium proficiscatur, cognoscent, et si opus perfici ab eo debere constituerint, obedire eum reipublicae ob hanc causam iubebunt, aut prohibebunt distrahi fundum, quem in territorio Gabinorum habet.“ *L.* 8 *D. de Pollicit.* 50, 12. — *Papirius Iustus Lib. II. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti rescripserunt, opera exstruere debere eos, qui pro honore polliciti sunt, non pecunias pro his inferre cogi. Item rescripserunt, conditiones donationibus appositas, quae in rempublicam fiunt, ita demum ratas esse, si utilitatis publicae interest; quod si damnosae sint, observari non debere; et ideo non observandum, quod defunctus, certa summa legata, vetuit vectigal exerceri; esse enim tolerabilia, quae vetus consuetudo comprobat. *L.* 13 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Edictum.* Marius Paulus quidam fideiusserat pro Daphnide, mercedem pactus ob suam fideiussionem, et sub nomine alterius ex eventu litis caverat, sibi certam quantitatem dari; hic a Claudio Saturnino praetore maiores fructus inferre iussus erat, et advocationibus ei idem Saturninus interdixerat; videbatur autem mihi iudicatum solvi fideiussisse, et, quasi redemtor litis exstitisset, velle a Daphnide mandati iudicio consequi, quod erat condemnatus. Sed rectissime Divi Fratres rescripserunt, nullam actionem eum propter suam calliditatem habere, quia mercede pacta accesserat ad talem redemtionem. *L.* 6, § 7 *D. Mandati* 17, 1. — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Edictum.* Si ignorantes fideiussores debitorem solvisse, vel etiam acceptilatione sive pactione liberatum, ex substantia debitoris solverunt, non tenebuntur mandati. Quod et ad actionem fideiussoris pertinet; et hoc ex rescripto Divorum Fratrum intelligere licet; cuius verba haec sunt: „Catullo Iuliano. Si hi, qui pro te fideiusserant, in maiorem quantitatem damnati, quam debiti ratio exigebat, scientes et prudentes auxilium appellationis omiserunt, poteris mandati agentibus his aequitate iudicis tueri te.“ *L.* 8, § 7, 8 *D. eod. tit.* — *Scaevola Lib. II. Digestorum.* Constitutionibus principum continetur, ut pecuniae, quae ex detrimento solvitur, usurae non praestentur; et ita Impp. Antoninus et Verus Augusti rescripserunt his verbis: „Humanum est, reliquorum usuras neque ab ipso, qui ex administratione honoris reliquatus est, neque a fideiussore eius, et multo minus a magistratibus, qui cautionem acceperint, exigi, cui consequens est, ut ne in futurum a forma observata discedatur.“ *L.* 24 *D. ad Munic.* 50, 1. — *Papirius Iustus Lib. II. de Constitutionibus.* Impp. Antoninus et Verus rescripserunt, debitori reipublicae a curatore permitti pecunias non posse, et quum Phillippensibus remissae essent, revocandas. *L.* 37 *D. de Pactis* 2, 14. — *Ulpianus Lib. XXI. ad Sabinum.* Divorum Fratrum est rescriptum ad libellum Procliani et Epityncliani ob debitum publicum desiderantium, ut sibi distrahere permittatur, quod eis ius distrahendi denegaverunt. *L.* 41, § 7 *D. de Legatis I.* — *Callistratus Lib. III. de Iure Fisci.* Divi Fratres rescripserunt, in venditionibus fiscalibus fidem et diligentiam a procuratore exigendam et iusta pretia non ex praeterita emtione, sed ex praesenti aestimatione constitui; sicut enim diligenti cultura pretia praediorum ampliantur, ita, si negligentius habita sint, minui ea necesse est. *L.* 3, § 5 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Marcianus Lib. I. Institutionum.* Domini neque per se, neque per procuratores suos possunt saltem criminosos servos vendere, ut cum bestiis pugnarent; et ita Divi Fratres rescripserunt. *L.* 42 *D. de Contrah. emt.* 18, 1. — *Papirius Iustus Lib. I. Cognitionum.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti Sextio Vero in haec verba rescripserunt: „Quibus mensuris aut pretiis negotiatores vina compararent, in contrahentium potestate esse; neque enim quisquam cogitur vendere, si aut pretium aut mensura displiceat, praesertim si nihil contra consuetudinem regionis fiat.“ *L.* 71 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VIII. de Omnibus Tribunalibus.* Si comites salarium petant, idem iuris est, quod in professoribus placet. Sed adversus ipsos omnes cognoscere praeses debet, quia ut adversus advocatos adeantur, Divi Fratres rescripserunt. *L.* 1, § 8, 9 *D. de Extraord. cognit.* 50, 13. — *Papirius Iustus Lib. I. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti rescripserunt, bonis per curatorem ex senatusconsulto distractis, nullam actionem ex ante gesto fraudatori competere. *L.* 4 *D. de Curat. bonis dando* 42, 7. — *Papirius Iustus Lib. I. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti rescripserunt, eos, qui bona sua negant iure veniisse, praeiudicio experiri debere, et frustra principem desiderare rescindi venditionem. *L.* 30 *D. de Rebus auct. iud. poss.* 42, 5. — *Callistratus Lib. I. Cognitionum.* Qui cadaver prosequuntur (in ius vocari non debent), quod etiam videtur ex rescripto Divorum Fratrum comprobatum esse. *L.* 3 *D. de in Ius vocando* 2, 4. — *Callistratus Lib. I. Cognitionum.* Divi Fratres in haec verba rescripserunt: „Humanum est, propter fortuitos casus dilationem accipi, veluti quod pater litigator filium vel filiam, vel uxor virum, vel filius parentem amiserit et in similibus causis cognitionem ad aliquem modum sustineri.“ *L.* 36 *D. de Iudiciis* 5, 1. — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Videamus, in tutelari causa quis iurare et adversus quem possit? Et quidem ipse pupillus, si impubes est, non potest, hoc enim saepissime rescriptum est. Sed nec tutorem cogendum, vel matrem pupilli admittendam, etsi parata esset iurare, Divi Fratres rescripserunt. *L.* 4 *pr. D. de In litem* 12, 3. — *Callistratus Lib. II. de Iure fisci.* Divi Fratres ad libellum Cornelii Rufi rescripserunt, toties edenda esse instrumenta, quoties de iure capiendi vel de iure dominii, vel de aliqua simili re nummaria quaeratur, non si de capitali causa agatur. *L.* 2, § 2 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Divi Fratres rescripserunt: „Quod ad testes evocandos pertinet, diligentiae iudicantis est explorare, quae consuetudo in ea provincia, in qua iudicat, fuerit; nam si probabitur, saepe in aliam civitatem testimonii gratia plerosque evocatos, non esse dubitandum, quin evocandi sint, quos necessarios in ipsa cognitione deprehenderit, qui iudicat.“ *L.* 3, § 6 *D. de Testibus* 22, 5. — *Scaevola Lib. IX. Digestorum.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti Claudio Apollinari rescripserunt in haec verba: „Probationes, quae de filiis dantur, non in sola affirmatione testium consistere, sed et epistolas, quae uxoribus missae alligarentur, si de fide earum constiterit, nonnullam vicem instrumentorum obtinere decretum est.“ *L.* 29 *pr. D. de Probation.* 22, 3. — *Ulpianus Lib. I. de Appellationibus.* Quum quidam iudicem ex rescripto principis a consulibus accepisset et praefectum urbi appellasset, errori eius subventum est rescripto Divorum Fratrum, cuius verba haec sunt: „Quum per errorem factum dicas, uti a iudice, quem ex rescripto nostro ab amplissimis consulibus acceperas, ad Iunium Rusticum, amicum nostrum, praefectum urbi provocares, consules amplissimi perinde cognoscant, atque si ad ipsos facta esset provocatio.“ *L.* 1, § 3 *D. de Appell.* 49, 1. — *Ulpianus Lib. IV. de Appellationibus.* Illud sciendum est, eum, qui provocavit, non debere conviciari ei, a quo appellat; ceterum oportebit eum plecti; et ita Divi Fratres rescripserunt. *L.* 8 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Quoties herede non respondente secundum adversarium sententia datur, rescriptum est, nihil nocere neque legatis neque libertatibus et hoc Divorum Fratrum epistola continetur ad Domitium in haec verba: „Quod absente

possessore, ne quoquam nomine eius respondente, pronuntiatum est, non habet rei iudicatae auctoritatem, nisi adversus eum solum, qui adesse neglexerit; quare his, qui testamento libertates, vel legata, vel fideicommissa acceperunt, salvae sunt actiones, si quas habuerunt, perinde ac si nihil esset iudicatum; et ideo adversus eum, qui vicit, permittimus iis agere.“ *L.* 14 *i. f. D. eod. tit.* — *Papirius Iustus Lib. I. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, appellationes, quae recto ad principem factae sunt, omissis his, ad quos debuerunt fieri, ex imo ordine ad praesides remitti. Iidem rescripserunt, ab iudice, quem a praeside provinciae quis acceperat, non recte imperatorem appellatum esse, ideoque reverti eum ad praesidem debere. Si magistratus creatus appellaverit, collegam eius interim utriusque officium sustinere; si uterque appellaverit, alium interim in locum eorum creandum, et eum, qui non iuste appellaverit, damnum agniturum, si quod respublica passa sit; si vero iusta sit appellatio, et hoc pronuntietur, eos aestimaturos, cui hoc adscribendum sit, in locum autem curatoris, qui annonam administraturus est, alium interim assumendum, quoadusque appellatio pendeat. Iidem rescripserunt, quamvis usitatum non sit, post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit, deponi, tamen, quum populitarentur ab adversario, aequum sibi videri, fructus apud sequestrum deponi. *L.* 21 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. IV. Appellationum.* Divi Fratres Longino: „Si tibi qui appellavit, mandavit, ut eum de appellatione, quam Pollia ad eum fecit, defenderes, et res pecuniaria est, nihil prohibet, nomine eius te respondere: sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis, per procuratorem agi non licet. Sed et si ea causa sit, ex qua sequi solet poena usque ad relegationem, non oportet per alium causas agi; sed ipsum adesse auditorio debere, sciendum est.“ *L.* 1 *D. An per alium* 49, 9. — *Ulpianus Lib. IV. de Appellationibus.* Eum, qui appellavit, oportere in provincia defendi in aliis suis causis, etiamsi appellationis causa peregrinetur, Divi Fratres Decimio Philoni rescripserunt. *L.* 1 *D. Eum, qui appellaverit* 49, 11. — *Papirius Iustus Constitutionum Lib. II.* Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, quamquam sub obtentu novorum instrumentorum restitui negotia minime oporteat, tamen in negotio publico, ex causa permittere se huiusmodi instrumentis uti. *L.* 35 *D. de Re iudic.* 42, 1. — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis.* Sunt praeterea crimina, quae ad exsecutionem praesidis pertinent, ut puta si quis instrumenta sua prodita esse dicat; nam huius rei exsecutio praefecto urbis a Divis Fratribus data est. *L.* 8 *D. de Extraord. crim.* 47, 11. — * *Ἐπιστείλαντος τοῦ Καίσαρος, τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας ἀποτυμπανισθῆναι· εἰ δέ τινες ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι.* Rescriptum fuerat a Caesare (Vero?), ut confitentes quidem (martyres) gladio caederentur, hi vero, qui negarent, dimitterentur incolumes. *Euseb. Hist. Eccl.* 5, 1. — *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* Divi Fratres rescripserunt, non debere cogi heredes accusatorum, exsequi crimina. *L.* 19 *pr. D. de Accusat.* 48, 2. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* De his, qui carcere effracto evaserunt, sumendum supplicium Divi Fratres Aemilio Tironi rescripserunt. *L.* 1 *pr. D. de Effractoribus* 47, 18. — *Papinianus Lib. XXXVI. Quaestionum.* Fratres Imperatores Claudiae crimen incesti propter aetatem remiserunt, sed distrahi coniunctionem illicitam iusserunt... Iidem Imperatores rescripserunt, post divortium, quod cum noverca bona fide privignus fecerit, non esse crimen admittendum incesti. Iidem Pollioni in haec verba rescripserunt: „Incestae nuptiae confirmari non solent, et ideo abstinenti tali matrimonio poenam praeteriti delicti, si nondum reus postulatus est, remittimus.“ *L.* 38, § 4—6 *D. ad Legem Iuliam de Adult.* 48, 5. — *Modestinus Lib. XII. Pandectarum.* Sane si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit, ut Divi Fratres rescripserunt super eo, qui per furorem matrem necaverat; nam sufficere, furore ipso eum puniri, diligentiusque custodiendum esse, aut etiam vinculis coërcendum. *L.* 9, § 2 *D. de L. Pompeia* 48, 9. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Sane excutiendum Divi Fratres putaverunt in persona eius, qui parricidium admiserat, utrum simulato furore facinus admisisset, an vero re vera compos mentis non esset, ut, si simulasset, plecteretur, si fureret, in carcere contineretur. *L.* 13, § 1 *D. de Off. praes.* 1, 18. — *Papirius Iustus Lib. I. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti in haec verba rescripserunt: „Minime aequum est, decuriones civibus suis frumentum vilius, quam annona exigit, vendere.“ Item rescripserunt, ius non esse ordini cuiusque civitatis pretium grani, quod invehitur, statuere. Item in haec verba rescripserunt: „Etsi non solent hoc genus nuntiationis mulieres exercere, tamen, quia demonstraturam te, quae ad utilitatem annonae pertinent, polliceris, praefectum annonae docere potes.“ *L.* 3 *D. de L. Iulia de Annona* 48, 12. — *Papirius Iustus Lib. I. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti Iulio Vero rescripserunt, quum satis diu litem traxisse dicetur, invito adversario non posse eum abolitionem accipere. Item rescripserunt, nisi evidenter probetur consentire adversarium, abolitionem non dari. Item rescripserunt, quum in crimine capitali abolitionem, ut in re pecuniaria petitam esse diceret, restaurandam esse nihilo minus cognitionem, ita ut, si non probasset hoc, quod proponeret, non impune eum laturum. *L.* 18 *D. ad Sc. Turp.* 48, 16. — *Marcianus Lib. III. Inst.* Nec servus communis civitatis singulorum pro parte intelligitur, sed universitatis. Et ideo tam contra civem, quam pro eo posse servum civitatis torqueri Divi Fratres rescripserunt. *L.* 6, § 1 *D. de Divis. rer.* 1, 8. — *Ulpianus de Officio Proconsulis.* Ad quaestionem non esse provocandos eos, quos accusator de domo sua produxit, nec facile credendum, subiectam eam, quam ambo parentes dicuntur caram filiam habuisse, rescripto Divorum Fratrum ad Lucium Tiberianum emisso declaratur. *L.* 1, § 3 *D. de Quaestion.* 48, 18. — Iidem Cornelio Proculo rescripserunt, non utique in servi unius quaestione fidem rei constituendam, sed argumentis causam examinandam. *L.* 1 *D. cit.*, § 4. — Divi Fratres Leliano Longino rescripserunt, de servo heredum non esse habendam quaestionem in res hereditarias, quamvis suspectum fuisset, quod imaginaria venditione dominium in eo quaesiisse heres videretur. *L.* 1 *D. cit.*, § 6. — Exstat epistola Divorum Fratrum ad Voconium Saxam ... cuius verba haec sunt: „Prudenter, et egregia ratione humanitatis, Saxa carissime, Primitivum servum, qui homicidium in se confingere metu ad dominum revertendi suspectus esset, perseverantem falsa demonstratione, damnasti, quaesiturus de consciis, quos aeque habere se mentitus fuerat, ut ad certiorem ipsius de se confessionem pervenires. Nec frustra fuit tam prudens consilium tuum, quum in tormentis constiterit, neque illos ei conscios fuisse, et ipsum de se temere commentum; potes itaque decreti gratiam facere et eum per officium distrahi iubere, conditione addita, ne unquam in potestatem domini revertatur, quem pretio recepto certum habemus libenter tali servo cariturum.“ *L.* 1 *D. cit.*, § 27. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Eum, qui cognitionis susceptae tempore alienus fuit, licet postea rei sit effectus, torqueri in caput (domini) posse, Divi Fratres rescripserunt. *L.* 1, § 14 *D. de Quaestionibus* 48, 18. — *Modestinus Lib. III. de Poenis.* Repeti posse quaestionem Divi Fratres rescripserunt. *L.* 16 *D. eod. tit.* — * *Imp. Alexander A. Felici ...* Periculum corporis vel maiestatis crimen secundum constituta Divorum parentum nostrorum, etsi per principis venerationem quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet. *L.* 2 *C. de Reb. cred.* 4, 1. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Crimen vel poena paterna nullam maculam filio infligere potest; namque unusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur; idque Divi Fratres Hierapolitanis rescripserunt. *L.* 26 *D. de Poenis* 48, 19. — *Idem Lib. V. de Cognitionibus.* Divi Fratres Aruntio Siloni rescripserunt, non solere praesides provinciarum ea, quae pronuntiaverunt, ipsos rescindere. Vetinae quoque Italicensi rescripserunt, suam mutare sententiam neminem posse, idque insolitum esse fieri. Si tamen de se quis mentitus fuerit, vel quum non haberet probationum instrumenta, quae postea repererit, poena afflictus

sit, nonnulla exstant principalia rescripta, quibus vel poena eorum minuta est, vel in integrum restitutio concessa, sed id duntaxat a principibus fieri potest. *L.* 27 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis.* Vita adimitur, ut puta si damnatur aliquis, ut gladio in eum animadvertatur; sed animadverti gladio oportet, non securi, vel telo, vel fusti, vel laqueo, vel quo alio modo. Proinde nec liberam mortis facultatem concedendi ius praesides habent, multo magis vel veneno necandi. Divi tamen Fratres rescripserunt, permittentes liberam mortis facultatem. *L.* 8, § 1 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. I. de Iure Fisci et Populi.* Liberis eius, cui pars dimidia duntaxat bonorum ablata est, partes non dantur. Idque et Divi Fratres rescripserunt. *L.* 1, § 3 *D. de Bonis damnatorum* 48, 20. — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis.* Decuriones civitatum propter capitalia crimina deportandos, vel relegandos, Divi Fratres rescripserunt. Denique Priscum in homicidio et incendio nominatim ante quaestionem confessum, in insulam deportari iusserunt. *L.* 6, § 2 *D. de Interdictis* 48, 22. — *Ulpianus Lib. X. de Officio Proconsulis.* Interdicere quis ea provincia potest, quam regit, alia non potest, et ita Divi Fratres rescripserunt. *L.* 7, § 10 *D. eod. tit.* — Relegatum plane libellum dare principi posse, Divi Fratres rescripserunt. *L.* 7 *D. cit.*, § 18. — *Paulus Lib. VII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Divi Fratres rescripserunt, heredes eorum, quibus tacitum fideicommissum relictum est, ita demum ex beneficio Traiani deferre se posse, si is, cui datum fuerat, morte praeventus esset, et ideo per angustias temporis deferre se non potuerit. *L.* 13, § 6 *D. de Iure fisci* 49, 14. — Ei, qui per errorem se detulit, quum capere solidum posset, non nocere hoc Divus Hadrianus et Divus Pius et Fratres rescripserunt. *L.* 13 *D. cit.*, § 10. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Damnati deferre non possunt, ut Divi Fratres de eo rescripserunt, qui fustibus caesus in opus publicum erat datus. *L.* 18, § 2 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. II. de Iure Fisci.* De eo delatore, qui causam solus agere instituerat non habita mentione mandatoris, si postea desistat praetendens mandatorem causae decessisse, puniendum Divi Fratres rescripserunt. *L.* 23 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Si accepto usu togae Romanae ut cives Romani semper egerint, Divi Fratres procuratoribus hereditatum rescripserunt, sine dubitatione ius eorum ab obsidis conditione separatum esse beneficio principali, ideoque idem ius iis servandum, quod haberent, si a legitimis civibus Romanis heredes constituti fuissent. *L.* 32 *D. eod. tit.* — *Papirius Iustus Lib. II. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, in vectigalibus ipsa praedia, non personas conveniri, et ideo possessores etiam praeteriti temporis vectigal solvere debere, eoque exemplo actionem, si ignoraverint, habituros. Item rescripserunt, pupillo remittere se poenam commissi, si intra diem XXX. vectigal intulisset. *L.* 7 *pr. et* § 1 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Si propter necessitatem adversae tempestatis expositum onus fuerit, non debere hoc commisso vindicari Divi Fratres rescripserunt. Divi quoque Fratres rescripserunt, quum quidam non per fraudem, sed per errorem in causam commissi incidisset, ut duplo vectigali contenti publicani servos restituant. *L.* 16, § 8, 10 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. I. de Iudiciis Publicis.* Non debere cogi decuriones, vilius praestare frumentum civibus suis, quam annona exigit, Divi Fratres rescripserunt; et aliis quoque constitutionibus principalibus id cautum est. *L.* 8 *D. ad Municipalem* 50, 1. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Mulieres, quae in matrimonium se dederint non legitimum, non ibi muneribus fungendas, unde mariti earum sunt, sciendum est, sed unde ipsae ortae sunt; idque Divi Fratres rescripserunt. *L.* 37, § 2 *D. eod. tit.* — *Papirius Iustus Lib. II. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, gratiam se facere iurisiurandi ei, qui iuraverat, se ordini non interfuturum, et postea duumvir creatus esset. § 1. Item rescripserunt, colonos praediorum fisci muneribus fungi sine damno fisci oportere; idque excutere praesidem adhibito procuratore debere. § 2. Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, ad magistratus officium pertinere exactionem pecuniae legatorum, et si cessaverint, ipsos vel heredes conveniri, aut si solvendo non sint, fideiussores eorum, qui pro his caverunt. § 3. Item rescripserunt, mulierem, quamdiu nupta est, incolam eiusdem civitatis videri, cuius maritus eius est, et ibi, unde originem trahit, non cogi muneribus fungi. § 4. Item rescripserunt, patris, qui consulto filium emancipaverat, ne pro magistratu eius caveret, perinde bona teneri, atque si fideiussor pro eo exstitisset. § 5. Item rescripserunt, quum quaeritur, an municeps quis sit, ex ipsis etiam rebus probationes sumi oportere; nam solam nominis similitudinem ad confirmandam cuiusque originem satis non esse. § 6. Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, non minus eos, qui compulsi magistratu funguntur, cavere debere, quam qui sponte officium agnoverunt. *L.* 38 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. IV. de Officio Proconsulis.* Rescripto Divorum Fratrum ad Rutilium Luppum ita declaratur: „Constitutio, qua cautum est, prout quisque decurio creatus est, ut ita et magistratum adipiscatur, toties servari debet, quoties idoneos et sufficientes omnes contingit; ceterum si ita quidem tenues et exhausti sunt, ut non modo publicis honoribus pares non sint, sed et vix de suo victum sustinere possint, et minus utile et nequaquam honestum est, talibus mandari magistratum, praesertim quum sint, qui convenienter rei, et suae fortunae et splendori publico possint creari. Sciant igitur locupletiores, non debere se hoc praetextu legis uti, et de tempore, quo quisque in curiam allectus sit, inter eos demum esse quaerendum, qui pro substantia sua capiant honoris dignitatem." *L.* 6 *pr. D. de Muneribus* 50, 4. — Debitores rerum publicarum ad honores invitari non posse, certum est, nisi prius in id, quod debetur reipublicae, satisfecerint. Sed eos demum debitores rerum publicarum accipere debemus, qui ex administratione reipublicae relinquantur. Ceterum si non ex administratione sint debitores, sed mutuam pecuniam a republica acceperint, non sunt in ea causa, ut honoribus arceantur. Plane vice solutionis sufficit, ut quis aut pignoribus aut fideiussoribus idoneis caveat; et ita Divi Fratres Aufidio Herenniano rescripserunt. *L.* 6 *D. cit.*, § 1. — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* Quoties penuria est eorum, qui magistratum suscipiunt, immunitas ad aliquid infringitur, sicuti Divi Fratres rescripserunt. *L.* 11, § 2 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Non licet amplius, quam unum collegium licitum habere, ut est constitutum et a Divis Fratribus; et si quis in duobus fuerit, rescriptum est, eligere eum oportere, in quo magis esse velit, accepturum ex eo collegio, a quo recedit, id quod ei competit ex ratione, quae communis fuit. *L.* 1, § 1 *D. de Collegiis* 47, 22. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Proconsulis.* Spurios posse in ordinem allegi, nulla dubitatio est; sed si habeat competitorem legitime quaesitum, praeferri eum oportet, Divi Fratres Lolliano Avito, Bithyniae praesidi, rescripserunt. *L.* 3, § 2 *D. de Decurionibus* 50, 2. — *Papirius Iustus Lib. II. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus Augusti rescripserunt, in tempus relegatos et reversos in ordinem allegi sine permissu principis non posse. § 1. Item rescripserunt, relegatos non posse tempore finito in ordinem decurionum allegi, nisi eius aetatis fuerint, ut nondum decuriones creari possent, et dignitas certa spem eius honoris iis faceret, ut princeps indulgere possit. § 2. Item rescripserunt, eum, qui in relegatione natus est, non prohiberi honore decurionatus fungi. § 3. Item rescripserunt, non admitti contradicere volentem, quod non recte quis sit creatus decurio, quum initio contradicere debuerit. *L.* 13 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Licet in corpore naviculariorum quis sit, navem tamen vel naves non habeat, nec omnia ei congruant, quae principalibus constitutionibus cauta sunt, non poterit privilegio naviculariis indulto uti; idque et Divi Fratres rescripserunt in haec verba: *Ἦσαν καὶ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων καὶ τὸν σίτον καὶ ἔλαιον ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγορὰν τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ὄντων ἀτελῶν, ἀξιοῦντες τὰς λειτουργίας διαδιδράσκειν, μήτε ἐπιπλέοντες, μήτε τὸ πλέον μέρος τῆς οὐσίας ἐν ταῖς ναυκληρίαις καὶ ταῖς ἐμπορίαις ἔχοντες· ἀφαιρεθήτω*

τῶν τοιούτων ἡ ἀτέλεια. Erant et alii quidam occasione nautarum frumentum et oleum vendentium in foro populi Romani, non solventium tributum, dignum existimantes, munera effugere neque navigantes, neque ampliorem partem substantiae in navigationibus et in negotiationibus habentes; auferatur ab his talibus tributorum immunitas. *L.* 5, § 6 *D. de Iure Immunit.* 50, 6. — Conductores etiam vectigalium fisci necessitate subeundorum municipalium munerum non obstringuntur, idque ita observandum Divi Fratres rescripserunt. *L.* 5, § 10 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. XII. Institutionum.* Si accusatio alicuius publice instituta sit, non est compellendus accusator ad eum legationem suscipere, qui se amicum vel domesticum dicit eius, qui accusatur; et ita Divi Fratres Aemilio Rufo rescripserunt. *L.* 4, § 3 *D. de Legationibus* 50, 7. — *Papirius Iustus Lib. II. de Constitutionibus.* Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, pecuniae, quae apud curatores remansit, usuras exigendas, eius vero, quae a redemtoribus operum exigi non potest, sortis duntaxat periculum ad curatores pertinere. § 1. Item rescripserunt, operum periculum etiam ad heredes curatorum pertinere. § 2. Item rescripserunt, agros reipublicae retrahere curatorem civitatis debere, licet a bona fide emtoribus possideantur, quum possint ad auctores suos recurrere. § 3. *Idem eodem libro.* Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, operum exactionem sine cautione non oportere committi. § 4. Item rescripserunt, curatores, si negligenter in distrahendis bonis se gesserint, in simplum teneri, si per fraudem, in duplum, nec ad heredes eorum poenam descendere. § 5. Item rescripserunt, pecuniam ad annonam destinatam distractis rebus curatorem exigere debere. § 6. Item rescripserunt, sitonas indemnes esse oportere, qui non segniter officio suo functi sunt, secundum literas Hadriani. § 7. Item rescripserunt, a curatore kalendarii cautionem exigi non debere, quum a praeside ex inquisitione eligatur. § 8. Item rescripserunt, curatorem etiam nomine collegae teneri, si intervenire et prohibere eum potuit. § 9. Item rescripserunt, nominum, quae deteriora facta sunt tempore curatoris, periculum ad ipsum pertinere; quia vero, antequam curator fieret, idonea non erant, aequum videri, periculum ad eum non pertinere. § 10. *Idem libro eodem.* Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, eum, qui pecuniam publicam, magistratus sui tempore, et post non pauco tempore detinuerat, usuras etiam praestare debere, nisi si quid allegare possit, qua ex causa tardius intulisset. *L.* 9 *D. de Administratione rerum* 50, 8. — Colonia Superaequana: ager eius veteranis est assignatus: sed postea Verus et Antoninus et Commodus aliqua privatis concesserunt. *Lib. Colon. I. p.* 229.

MARCUS AURELIUS ANTONINUS.

Cf. Divi Fratres, Septimius Severus, Caracalla, Aurelianus, Diocletianus.

922. p. C. n. 169. Q. SOSIO PRISCO P. COELIO APOLLINARI COSS.

Mortuum eum (Verum) Divum appellavit, amitasque eius et sorores honoribus et salariis decretis sublevavit … flaminem et Antonianos sodales, et omnes honores, qui divis habentur, eidem dedicavit. *Capitolin. M. Antonin.* 15. — Divini honores decreti. *Capitolin. l. c.* 15.

925. p. C. n. 172. MAXIMO ET ORFITO COSS.

Ὕδωρ πλεῖστον τοῖς ῥήτορσι μετρεῖσθαι ἐκέλευε. Mensuram aquae copiosam oratoribus concedi iubebat. *Dio Cass.* 71, 6.

927—929. p. C. n. 174—176.

* *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος Σεβαστὸς, Ἀρμένιος, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον καὶ δέκατον, ὕπατος τὸ τρίτον, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν. Ἐγὼ μὲν οἶδα ὅτι καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιμελές ἐστι, μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκεῖνοι κολάσαιεν ἂν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοὺς προσκυνεῖν, ἢ ὑμεῖς. οὓς εἰς ταραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν, ὡς ἀθέων κατηγοροῦντες. εἴη δ᾽ ἂν κἀκείνοις αἱρετὸν, τὸ δοκεῖν κατηγορουμένοις τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου Θεοῦ. ὅθεν καὶ νικῶσι, προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἤπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράττειν αὐτούς. περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων καὶ γινομένων, οὐκ ἄτοπον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἀθυμοῦντας μὲν ὅταν περ ὦσι, παραβάλλοντας δὲ τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων. οἱ μὲν οὖν εὐπαῤῥησιαστότεροι γίνονται πρὸς τὸν Θεόν· ὑμεῖς δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον καθ᾽ ὃν ἀγνοεῖν δοκεῖτε, τῶν τε Θεῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀμελεῖτε, καὶ τῆς θρησκείας τῆς περὶ τὸν ἀθάνατον. ὃν δὴ τοὺς χριστιανοὺς θρησκεύοντας ἐλαύνετε καὶ διώκετε ἕως θανάτου. ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων, ἤδη καὶ πολλοὶ τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων καὶ τῷ θειοτάτῳ ἡμῶν ἔγραψαν πατρὶ, οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ἐνοχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιντό τι περὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐγχειροῦντες. καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ. εἰ δέ τις ἐπιμένοι τινὰ τῶν τοιούτων εἰς πράγματα φέρων ὡς δὴ τοιοῦτον, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, καὶ ἐὰν φαίνηται τοιοῦτος ὤν. ὁ δὲ καταφέρων, ἔνοχος ἔσται δίκης. προετέθη ἐν Ἐφέσῳ ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας.* Imperator Caesar M. Aurelius Antoninus Aug. Armenicus, Pontifex Maximus, Tribuniciae potestatis XV., Consul III., Communi Asiae S. Equidem scio, Diis ipsis curae esse, ne huiusmodi homines lateant. Multo enim magis illis convenit, punire eos, qui colere ipsos recusant, quam vobis; qui eorum, adversus quos tumultuamini, sententiam ac propositum amplius confirmatis, dum eos accusatis tanquam impios. Illis autem longe optabilius fuerit, ut in ius vocati mortem oppetere videantur pro Deo suo, quam ut incolumes remaneant. Ita victores evadunt, animas suas potius proiicientes, quam ut ea facere, quae vos iubetis, in animum suum inducant. Ceterum de terrae motibus, qui vel facti sunt vel etiamnum fiunt, non absurdum videtur vos commonere, qui et animos abiicitis, quoties huiusmodi casus contingunt, et vestra cum illorum institutis comparatis. Atqui illi quidem maiorem tunc fiduciam in Deo collocant. Vos vero per omne illud tempus, quo prae imperitia labi mihi videmini, Deos negligitis: et tum alias ceremonias insuper habetis, tum cultum Immortalis illius. Et Christianos, qui illum venerantur, expellitis, et ad mortem usque infestius perurgetis. Porro de his hominibus plurimi provinciarum rectores Divo patri nostro antea scripserunt. Quibus ille rescripsit, eiusmodi homines nulla molestia afficiendos esse, nisi forte contra statum imperii Romani aliquid moliri viderentur. Sed et multi ad me de illis retulerunt: quibus ego patris mei constitutionem secutus respondi. Quodsi quis adhuc pergit, cuiquam illorum negotium facessere ex eo, quod Christianus sit, delatus quidem crimine absolvatur, tametsi constet, eum reipsa Christianum esse. Delator autem ipse poenas luat. Proposita Ephesi in publico conventu Asiae. *Eusebii Hist. Eccl.* 4, 13. Cf. Euseb. Chron. a. 2188, M. Antonin. 12. — * *Γράφει δ᾽ οὖν καὶ αὐτὸς λέγων, Μάρκου τοῦ συνετωτάτου βασιλέως ἐπιστολὰς εἰσέτι νῦν φέρεσθαι, ἐν αἷς αὐτὸς μαρτυρεῖ ἐν Γερμανίᾳ ὕδατος ἀπορίᾳ μέλλοντα αὐτοῦ τὸν στρατὸν διαφθείρεσθαι, ταῖς τῶν χριστιανῶν εὐχαῖς σεσῶσθαι· τοῦτον δέ φησι καὶ θάνατον ἀπειλῆσαι τοῖς κατηγορεῖν ἡμῶν ἐπιχειροῦσιν. Οἷς ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ καὶ ταῦτα προσεπιλέγει· „ποταποὶ οὖν οἱ νόμοι οὗτοι, οἷς καθ᾽ ἡμῶν μόνον ἕπονται ἀσεβεῖς, ἄδικοι, ὠμοί· οὓς οὔτε Οὐεσπασιανὸς ἐφύλαξε, καίτοι γε Ἰουδαίους νικήσας· οὓς Τραϊανὸς ἐκ μέρους ἐξουθένησε, κωλύων ἐπιζητεῖσθαι χριστιανούς· οὓς οὔτε Ἀδριανὸς, καίτοι γε πάντα τὰ περίεργα πολυπραγμονῶν, οὔτε ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθεὶς ἐπεκύρωσεν.“* Scribit enim (Tertullianus in Apolog. c. 5) Marci gravissimi imperatoris literas adhuc sua aetate exstitisse, quibus testabatur, exercitum Romanum in Germania, quum aquae penuria iamiam periturus esset, Christianorum precibus esse servatum. Eundem quoque principem capitis poenam comminatum esse dicit accusatoribus Christianorum. Quibus ista subiungit: „Quales ergo leges istae, quas adversus nos soli exercent impii, iniusti, truces, vani, dementes? quas Traianus ex parte frustratus est, vetando inquiri Christianos; quas nullus Hadrianus,

quamquam curiositatum omnium explorator, nullus Vespasianus, quamquam Iudaeorum debellator, nullus Pius, nullus Verus impressit.“ *Euseb. Hist. Eccles.* 5, 5. Cf. Rufini Hist. Eccles. 5, 6. Gregorius Nyssen. T. 3. p. 505 A sq. — *'Εφ' οἷς καταπλαγέντα τὸν Μάρκον ἰσχυρῶς, τούς τε χριστιανοὺς κατὰ δόγμα τιμῆσαι καὶ τὸν λεγεῶνα Κεραυνοβόλον προσαγορεῦσαι. λέγεται δὲ καὶ ἐπιστολήν τινα περὶ τούτων εἶναι τοῦ Μάρκου.* His rebus Marcum vehementer obstupefactum, edicto Christianos honorasse, ipsamque legionem Fulminatricem appellasse: atque his de rebus epistola etiam Marci exstare dicitur. *Dio Cass.* 71, 9. — * *Γράφει τιμᾶν χριστιανοὺς, τὴν δὲ λεγεῶνα (Μελιτηνὴν) κεραυνοβόλον προσαγορεῦσαι.* Edicto Christianis honores detulit, legionique (Melitenae) Fulminatricis cognomentum indidit. *Cedreni Hist. p.* 439. — * *Οἷς ἐκπλαγέντα τὸν Μάρκον τιμῆσαι μὲν τοὺς χριστιανοὺς δόγματι, κεραυνοβόλον δ' ἐκεῖνο καλέσαι τὸ σύνταγμα.* Marcus Christianos decreto honoravit et Fulminatricem legionem illam appellavit. *Zonaras* 12, 2. — * Exstant literae Marci Aurelii gravissimi Imperatoris, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum forte militum precationibus, impetrato imbre, discussam contestatur. *Tertull. Apologet.* 5 et *Eusebii Chron. interpr. Hieronymo ad a.* 177. *Prosper Aquit. ad a.* 173. — * *Λέγεται δὲ, ὡς καὶ ἐπιστολαὶ φέρονται Μάρκου τοῦ βασιλέως, ἐν αἷς μαρτυρεῖ μέλλοντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ διαφθείρεσθαι ταῖς τῶν χριστιανῶν εὐχαῖς διασεσῶσθαι.* Aiunt porro Marci Imperatoris literas circumferri, in quibus testatur, exercitum siti periturum, Christianorum precibus esse servatum. *Chron. Pasch. a.* 171, *p.* 487. Ipsum rescriptum, transscriptum ex Eusebio, ibidem legitur ad a. 169, p. 484. — * Marcus Antoninus solus reipublicae praefuit, sed in diebus Parthici belli persecutiones Christianorum, quarta iam post Neronem vice, in Asia et in Gallia graves praecepto eius exstiterunt ... Nam quum exercitus circumventus ab hostibus (in bello Marcomann.) propter aquarum penuriam, praesentius sitis quam hostis periculum sustineret, ad invocationem nominis Christi, quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta vis pluviae effusa est, ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria refecerit ... Exstare etiam nunc apud plerosque dicuntur literae Imperatoris Antonini, ubi invocatione nominis Christi per milites Christianos, et sitim illam depulsam et collatam fatetur fuisse victoriam. *Orosius* 7, 15. — * Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus Augustus Parthicus Germanicus Sarmaticus Pontifex Maximus Tribunitiae Potestatis XXVIII. Imp. VII. Cos. III. Pater Patriae Procos. S. P. Q. R. S. D. Certiores vos feci de consilii propositique mei magnitudine, et quae in Germania mihi in discrimine atque obsidione alia ex aliis acciderunt, quum in eius medio, labore atque aestu confectus fuissem. Sane dum Carnuti (al. Cotini, Carnutii) essem, speculatores nobis indicarunt septuaginta quatuor hostium dracones prope nos novem millibus adesse: idemque Pompeianus, quem bello ducem praefecimus, quod nos quoque videbamus renunciavit. Quumque in nostrorum militum exercitu haberemus tantum legiones Primam, Decimam, Geminam et Fretensem (al. Gemellam et Ferentariorum), hostium vero nongentorum et septuaginta septem millia (al. conventorum septuaginta septem millia), measque ipsius copias cum ingenti barbarorum atque hostium exercitu comparassem, deos patrios votis susceptis rogavi. Sed quum ab eis negligerer meque ab hostibus premi animadverterem: copiarum mearum paucitatem contemplatus, eos, qui apud nos Christiani dicuntur, accersivi ac rogavi; invenique magnam eorum multitudinem: illosque minis compuli, quod minime decuerat, propterea quod postea illorum vim ac potestatem cognovi. Itaque non ad telorum praeparationem, non ad armorum, neque ad turbarum usum se contulerunt: hoc enim illis facere Dei causa et nomine, quem in conscientia gestant, gratum (al. consuetum) non est. Aequum igitur est, ut, quos impios esse et a Deo alienos opinabamur, eos existimemus Deo munitos esse. Quum enim se humi proiecissent, non solum precati sunt pro me, sed etiam pro toto hoc exercitu, ut famis ac sitis, qua urgebamur, remedium aliquod offerretur: quinque enim diebus aquam non sumseramus, quod ea non suppeteret. Eramus enim in media Germania montibus undique conclusi. Simul autem atque sese humi abiecerunt, ac Deum illum precati sunt, quem ego ignorabam; statim e coelo pluvia delapsa est, in nos quidem frigidissima, in Romanorum vero hostes grando, ignis specie ac similitudine, et fulmina: eorumque orationibus ac precibus statim praesto Deus fuit, qui neque vinci, neque expugnari potest. Quam ob rem illinc exorsi, concedamus talibus, ut sint Christiani, ne qua arma eius generis contra nos petant et impetrent. Censeo autem, neminem, quod Christianus sit, esse in crimen et in iudicium vocandum. Quod si quis inventus fuerit, crimini dare cupiam, quod Christianus sit: ei quidem, qui in crimen vocatur, manifestum fieri volo, si nihil aliud obiectum est, quam quod Christianus tantum, dimitti: eum autem, qui Christianum accusavit, vivum exuri: illum vero, qui Christianum se esse professus fuerit, periculo omni, quod ob eam rem ei intendebatur, liberatum. Is cui provincia commissa est, nequaquam ad poenitentiam adigat, aut libertatem ei adimat. Haec autem S. C. etiam sanciri volo, atque hoc meum edictum in foro D. Traiani proponi, ut legi possit: curae autem erit Vetrasio Pollioni Praefecto urbi, ut ad omnes provincias haec constitutio mittatur: neque quisquam, qui eam exscribere, vel ipsa uti voluerit, prohibeatur. Valete. *Baronius ad a.* 176 *n.* 22 *ex codice Vaticano.* — Fulmen de coelo contra hostium machinamentum extorsit, suis pluvia impetrata, quum siti laborarent. *Capitolin. M. Anton.* 24. Cf. Dio Cass. 71, 8.

Ante ann. 928, p. C. n. 175.

Papirius Lib. VIII. Constitutionum. Imperator Antoninus Avidio Cassio rescripsit: Si creditores parati sint, partem ex bonis, licet ab extraneo, consequi, rationem habendam prius necessariarum personarum, si idoneae sint. *L.* 60 *D. de Pactis* 2, 14.

928. p. C. n. 175. CALPURNIO PISONE M. SALVIO IULIANO COSS.

Divus Marcus eum, qui motu Cassiano vaticinatus erat, et multa quasi ex instinctu deorum dixerat, in insulam Syrum relegavit. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 15, 2, 5. Cf. a. 929 s. 176. — Contra quos (Antiochenses) edictum gravissimum misit. *Capitolin. M. Anton.* 25. Cf. Vulcat. Gallic. Avid. Cass. 9. — Ex oratione M. Antonini. Habetis igitur, P. C., pro gratulatione victoriae generum meum consulem, Pompeianum dico. *Vulcat. Avid. Cass.* 12. — Filio Commodo accersito ad limitem, togam virilem dedit, quare congiarium populo divisit et eum ante tempus consulem designavit. *Capitolin. M. Anton.* 22.

929. p. C. n. 176. T. VITRASIO POLLIONE II. M. FLAVIO APRO II. COSS.

Novas puellas Faustinianas instituit in honorem uxoris mortuae. Divam etiam Faustinam a senatu appellatam gratulatus est ... Fecit et coloniam vicum, in quo obiit Faustina. *Capitolin. M. Anton.* 26. — * Parentibus consecrationem decrevit. *Capitolin. M. Anton.* 29. — Bona (Cassii) Antoninus in privatum congeri noluit, quare senatu praecipiente in aerarium publicum sunt relata. *Vulcat. Gallic. Avid. Cass.* 7. — * *'Επὶ τούτων τῶν ὑπάτων* (Pollione et Apro) *νόμος ἐτέθη, ὥστε ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖν τὸν πατέρα τὰ τέκνα· καὶ τῷ ἀχαρίστῳ δὲ παιδὶ τὸ τετραούγκιον δίδοσθαι τῆς πατρῴας περιουσίας.* His Coss. lex est promulgata, qua intestato patres filiis succederent; ingrato vero filio bonorum paternorum quarta duntaxat pars daretur. *Chron. Pasch. ad a.* 176, *p.* 489. — * *῾Ο δὲ αὐτὸς Μάρκος βασιλεὺς ἐξεφώνησε τὸν δικαιότατον νόμον, ὥστε καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖν τὸν πατέρα τὰ τέκνα, καὶ τῷ ἀχαριστουμένῳ παιδὶ τὸ τέταρτον μέρος δίδοσθαι τῆς πατρικῆς περιουσίας.* Marcus iste imperator aequissimo suo edicto iussit, ut intestatis liberis in bonis pater succederet: et ingratus etiam filius ex quadrante tamen heres esset. *Malalas* 11, *p.* 282. — * *'Ενομοθετήθη δὲ τότε, μηδένα ἐν τῷ ἔθνει, ὅθεν τὸ ἀρχαῖον ἐστὶν, ἄρχειν.* Constituit autem tunc temporis, ut nemo cum imperio esset in ea provincia, ex qua antiquitus ortus esset.

Dio Cass. 71, 31. — * *Ἐνομοθετήθη δὲ τότε, μηδένα τοῦ ἔθνους ἄρχειν ὅθεν ἐγένετο.* Postea lex lata est, ne quis ei provinciae praeesset, e qua natus esset. *Zonaras* 12, 3. — *Paulus Lib. Singulari de Publicis Iudiciis.* Meminisse oportebit, si quid contra maiestatem imperatoris commissum dicatur, etiam post mortem rei id crimen instaurari solere, posteaquam D. Marcus Depitiani, utpote senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat, bona post mortem vindicari iussit ... *Marcianus Lib. I. de Publicis Iudiciis tit. ad Legem Iuliam Maiestatis.* Post D. Marci constitutionem hoc iure uti coepimus, ut etiam post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, ut, convicto mortuo, memoria eius damnetur et eius bona successori eius eripiantur. *L.* 6 *C. ad Leg. Iul. mai.* 9, 8. — *Ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμὰς, ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας, μισθὸν ἐτήσιον φέροντας.* Magnos honores tribuit Atheniensibus, simul in urbe magistros omnis doctrinae, annua mercede conductos, constituit, ad omnium gentium utilitatem. *Dio Cass.* 71, 31. — *Ἐλθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας ὁ Μάρκος τιμάς τε τοῖς Ἀθηναίοις ἔνειμε καὶ διδασκάλους ἐπὶ πάσης παιδείας ἔταξε, μισθὸν ἐτήσιον ἐκ τοῦ ταμείου κομιζομένους. Ἐς δὲ τὴν Ῥώμην ἐλθὼν τοῖς ὀφλουσι τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καὶ τῷ δημοσίῳ πᾶσιν ἀφῆκε τὰς ὀφειλάς. Πόλεσί τε χρήματα δέδωκε.* Athenas profectus Marcus civibus honorem habuit, et omnium disciplinarum magistros ordinavit, annuis stipendiis e publico decretis. Quum Romam venisset, omnibus, qui aerario aut fisco debebant, aes alienum condonavit; civitatibus pecuniam dedit. *Zonaras* 12, 3. — *Ἐπὶ μέγα ἦρε δωρεαῖς τε καὶ δώροις· καλῶ δὲ δωρεὰς μὲν τάς τε σιτήσεις, καὶ τὰς προεδρίας, καὶ τὰς ἀτελείας, καὶ τὸ ἱερᾶσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρύνει ἄνδρας.* Muneribus et donis insigniter auxit (Hadrianum Sophistam). Munera voco victum publice praebitum, loci praerogativam, immunitatesque et sacerdotia, et quae alia viros illustres reddunt. *Philostrat. Lib. II. de Vita Sophist. p.* 589. — *Παρέχοντος αὐτοῖς ἀγορὰν τοῦ Μάρκου.* Commeatum ei (Demostrato) praebente Marco. *Philostratus l. c. p.* 560. — *Προέστη δὲ καὶ τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος, ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις.* Idem (Theodotus) iuventuti Atheniensium instituendae praefuit, primus stipendio imperatoris decem mille drachmarum. *Philostrat. l. c. p.* 566. — * Milites togatos esse iussit, nec unquam sagati fuerunt sub eo milites. *Capitolin. M. Anton.* 27. — Post hac venia legis annariae impetrata, consul est factus (Commodus) et cum patre imperator est appellatus V. Kal. Dec. die Pollione et Apro Coss. *Ael. Lamprid. Commodus* 2.

Incert. ann.

Liberales causas ita munivit, ut primus iuberet apud praefectos aerarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri intra tricesimum diem, nomine imposito. Per provincias tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romae apud praefectos aerarii: ut si forte aliquis in provincia natus causam liberalem diceret, testationes inde ferret; atque hanc totam legem de assertionibus firmavit; aliasque de mensariis et auctionibus tulit. *Capitolin. M. Anton.* 9. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Oratione Divi Marci cavetur, ut, si quis ingenuus pronuntiatus fuerit, liceat ingenuitatis sententiam retractare, sed vivo eo, qui ingenuus pronuntiatus est, non etiam post mortem; in tantum, ut, etiamsi quaestio coepta fuit retractationis, morte eius exstinguatur, ut eadem oratione cavetur. *L.* 1, § 3 *D. Ne de statu def.* 40, 15. — De statu etiam defunctorum intra quinquennium quaeri iussit. *Capitolin. M. Anton.* 10. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Laurentio.* Edicto quidem Divi Marci, parentis nostri, res minorum exceptae nihil tuum adiuvant desiderium, si quidem debiti causa patris minoris vel etiam ipsius praedia venundata quinquennii praescriptionis nullam admittunt quaestionem. *L.* 3 *C. Si adversus fisc.* 2, 37. — Edicto D. Marci cavetur eum, qui a fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium praeterierit, posse dominum rei per exceptionem repellere. § 14 *Inst. de Usucap.* 2, 6. — *Ulpianus Lib. VII. de Officio Proconsulis.* Divus Marcus oratione, quam in senatu recitavit, facultatem dedit ingrediendi tam Caesaris quam senatorum et paganorum praedia volentibus fugitivos inquirere scrutarique cubilia atque vestigia occultantium. *L.* 3 *i. f. D. de Fugitivis* 11, 4. — * *Ulpianus Lib. I. ad Edictum.* Senatus censuit, ne fugitivi admittantur in saltus, neque protegantur a villicis vel procuratoribus possessorum et mulctam statuit; his autem, qui intra viginti dies fugitivos vel dominis reddidissent vel apud magistratus exhibuissent, veniam in ante actum dedit. Sed et deinceps eodem senatusconsulto impunitas datur ei, qui intra praestituta tempora, quam reperit fugitivos in agro suo, domino vel magistratibus tradiderit. *L.* 1, § 1 *D. eod. tit.* — * Hoc autem senatusconsultum aditum etiam dedit militi vel pagano ad investigandum fugitivum in praedia senatorum vel paganorum. *L.* 1 *D. cit.*, § 2. Cf. a. 228. — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Nec rei capitalium criminum manumittere servos suos possunt, ut et senatus censuit. *L.* 8, § 1 *D. de Manumiss.* 40, 1. — *Paulus Lib. Singulari de Libertatibus.* Si privatus coactus a populo manumiserit, quamvis voluntatem accommodaverit, tamen non erit liber, nam et Divus Marcus prohibuit, ex acclamatione populi manumittere. *L.* 17 *pr. D. Qui et a quib.* 40, 9. — *Imp. Alexander A. Iustinae.* Divo Marco auctore amplissimus ordo censuit, ne quis spectaculo, quod edatur, actorem suum alienumve servum manumitteret, et si factum esset, pro infecto haberetur. *L.* 3 *C. Qui manumittere* 7, 11. — *Paulus Imperialium Sententiarum In Cognitionibus Prolatarum ex Libris Sex Libro Secundo.* Aelianus, debitor fiscalis, Euemeriam ancillam ante annos multos emerat hac lege, ut manumitteret, eamque manumiserat; procurator, quum bona debitoris non sufficientia quaereret, etiam Euemeriae status quaestionem faciebat; placuit non esse iuri fiscali locum, quo omnia bona debitorum iure pignoris tenerentur, quia ex lege emta est, et, si non manumitteretur, ex constitutione Divi Marci ad libertatem perveniret. *L.* 10 *D. de Manumiss.* 40, 1. — *Papinianus Lib. X. Responsorum.* Causam minor XX annis, qui servum donatum manumittendi gratia accepit, ex abundanti probat post Divi Marci literas ad Aufidium Victorinum; etenim si non manumiserit, ad libertatem servus perveniet. *L.* 20 *pr. D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. X. Responsorum.* Puellam ea lege vendidit, ut post annum ab emtore manumitteretur; quodsi non manumisisset, convenit, uti manum iniiceret, aut decem aureos emtor daret; non servata fide nihilominus liberam ex sententia constitutionis fieri respondit, quoniam manus iniectio plerumque auxilii ferendi causa intervenit: itaque nec pecunia petetur, quum emolumentum legis voluntatem (voluntate) venditoris secutum sit. *L.* 20 *cit.*, § 2. — *Ulpianus Lib. VI. ad Edictum.* Quid si minor viginti quinque annis, maior viginti hac lege vendiderit, ut manumittatur? ideo proposui maiorem viginti, quoniam et Scaevola scribit libro quarto decimo Quaestionum. Et magis est, ut sententia constitutionis D. Marci ad Aufidium Victorinum hunc, id est, minorem viginti annis, non complectatur. *L.* 11, § 1 *D. de Minor.* 4, 4. — *Imp. Alexander A. Felicissimo.* Si minor annis viginti ad libertatem praestandam homines tradidisti, ex senatusconsulto, quod gestum est, irritum constituitur. *L.* 4 *C. Qui manumittere* 7, 11. — *Ulpianus Lib. V. ad Sabinum.* Divus Marcus omnibus collegiis, quibus coeundi ius est, manumittendi potestatem dedit. *L.* 1 *D. de Manumiss. quae serv. ad univers.* 40, 3. — *Ulpianus Lib. II. de Officio Consulis.* Si hac lege ei servus fuerit donatus, ut manumittatur, permittendum erit manumittere, ne constitutio Divi Marci superveniens cunctationem consulis dirimat. *L.* 20, § 1 *D. de Manumiss. vind.* 40, 2. — *Papinianus Lib. IX. Responsorum.* Quod Divo Marco pro libertatibus conservandis placuit, locum habet irrito facto testamento, si bona venitura sint; alioquin vacantibus fisco vindicatis non habere constitutionem locum, aperte cavetur. *L.* 50 *D. de Manumiss. test.* 40, 4. — *Paulus Lib. I. Fideicommissorum.* Si quis servo testamento dederit libertatem et directo, et per fideicommissum, in potestate servi est, utrum velit ex directo, an ex fideicommisso ad libertatem pervenire; et ita Marcus Imperator rescripsit. *L.* 56 *D.*

de Manumiss. test. 40, 4. — *Ulpianus Lib. LX. ad Edictum.* Si quis intestatus decedens codicillis dedit libertates, neque adita sit ab intestato hereditas, favor constitutionis Divi Marci debet locum habere et hoc casu; quae iubet libertatem competere servo, et bona ei addici, si idonee creditoribus caverit de solido, quod cuique debetur, solvendo. *L.* 2 *D. de Fideicommiss. libert.* 40, 5. Cf. l. 4, pr. § 1, 5, 10, 12, 13, 15—17, 19, 20 eod. tit. — * *Modestinus Lib. Singulari de Manumissionibus.* Imperator Antoninus, quum Firmus Titiano tragoedos tres legasset et adiecisset: „quos tibi commendo, ne cui alii serviant," publicatis bonis Titiani rescripsit, debere eos publice manumitti. *L.* 12 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Divus Marcus rescripsit, fideicommissas libertates neque aetate, neque conditione, neque mora non praestantium tardiusve reddentium corrumpi, aut in deteriorem statum perduci. *L.* 30, § 16 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VI. Fideicommissorum.* Si pure data sit libertas et is servus rationes administrasse dicatur, Divus Marcus rescripsit, moram libertati non esse faciendam, ex continenti tamen arbitrum dandum esse, qui computationem ineat. Verba rescripti ita se habent: „Aequius videtur, Trophimo ex causa fideicommissi praestari libertatem, quam sine conditione reddendarum rationum datam esse constat; neque humanum fuerit ob rei pecuniariae quaestionem libertati moram fieri; qua tamen repraesentata confestim arbiter a praetore erit dandus, apud quem rationem, quam administrasse eum apparuit, ex fide reddat." *L.* 37 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXVIII. ad Edictum.* Est saepissime et a Divo Marco et ab Imperatore nostro patre rescriptum, non impediri fideicommissariam libertatem, quae pure data est. Divus sane Marcus rescripsit, arbitrum ex continenti dandum, apud quem ratio ponatur. *L.* 1, § 7 *D. Si is qui test.* 47, 4. — *Paulus Lib. V. ad Plautium.* Si servus venditus est, ut intra certum tempus manumitteretur, etiamsi sine herede decessissent et venditor et emtor, servo libertas competit; et hoc Divus Marcus rescripsit. *L.* 1 *D. Qui sine manumiss.* 40, 8. — *Marcianus Lib. Singulari ad Formulam Hypothecariam.* Si quis obligatum servum hac lege emerit, ut manumittat, competit libertas ex constitutione Divi Marci, licet bona omnia quis obligaverit, quae habet, habiturusve esset. *L.* 6 *pr. D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. IX. Responsorum.* Mancipia mater filiae donaverat, ut filia curaret ea post mortem suam esse libera; quum donationis legi non esset obtemperatum, ex sententia constitutionis Divi Marci libertates obtingere matre consentiente, respondi; quod si ante filiam mater vita decessit, omnimodo. *L.* 8 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. XV. Responsorum.* Paulus respondit, si, ut proponitur, post perfectam sine ulla conditione emtionem postea emtor ex voluntate sua literas emisit, quibus profiteretur, se post certum tempus manumissurum eum, quem emerat, non videri eas literas ad constitutionem D. Marci pertinere. *L.* 38 *pr. D. de Liber. caus.* 40, 12. — Idem respondit, constitutionem quidem D. Marci ad libertatem eorum mancipiorum pertinere, quae hac lege venierint, ut post tempus manumitterentur, sed eundem favorem libertatis consequendae causa etiam eam mereri, pro qua dominus pretium accepit, ut ancillam suam manumitteret, quum idem etiam libertam habiturus sit. *L.* 38 *D. cit.*, § 1. — *Papinianus Lib. XXI. Quaestionum.* Imperator Antoninus rescripsit, iussum rationes reddere, et liberum esse, si heres causabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. *L.* 34, § 1 *D. de Statu lib.* 40, 7. — Accessit novus casus successionis ex constitutione Divi Marci. Nam si hi, qui libertatem acceperunt a domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, velint bona sibi addici libertatum conservandarum causa, audiuntur. Et ita rescripto Divi Marci ad Popilium Rufum continetur. Verba rescripti ita se habent: Si Virginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona esse coeperunt, ut veniri debeant; is, cuius de ea re notio est, aditus rationem desiderii tui habebit, ut libertatum, tam earum, quae directo, quam earum, quae per speciem fideicommissi relictae sunt, tuendarum gratia, addicantur tibi, si idonee creditoribus caveris de solido, quod cuique debetur, solvendo. Et hi quidem, quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset; hi autem, quos heres rogatus est manumittere, a te libertatem consequentur, ita ut, si non alia conditione velis bona tibi addici, quam ut etiam, qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant; nam huic etiam voluntati tuae, si hi, de quorum statu agitur, consentiant, auctoritatem nostram accommodavimus. Et ne huius rescriptionis nostrae emolumentum alia ratione irritum fiat, si fiscus bona agnoscere voluerit, et hi, qui rebus nostris attendunt, scient, commodo pecuniario praeferendam libertatis causam, et ita bona cogenda, ut libertas his salva sit, qui eam adipisci potuerunt, si hereditas ex testamento adita esset. § 1 *Inst. de Eo cui libert. caus. bon. add.* 3, 11. — *Imp. Gordianus A. Pisistrato.* Si hereditas eius, a quo testamento dicis te esse manumissum, ob aes alienum spernitur ab heredibus, conservandae libertatis gratia non iniusta ratione, creditoribus hereditariis satis offerens, iudicium testatoris servari tibi postulabis, maxime quum id etiam a D. Marco consultissimo principe sit constitutum. *L.* 6 *Cod. de Test. manum.* 7, 2. — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PP.* Quum constitutio D. Marci declarat, si quis condito testamento, vel sine testamento moriens, ut locus fiat ab intestato successioni, libertates reliquerit, nemo autem adire vult defuncti hereditatem, eo quod suspecta esse videtur, et fuerint libertates forsitan et sine scriptis fideicommissariae relictae, licere vel cuilibet extraneo vel uni ex servis, qui et ipse libertate donatus est et pro sua periclitatur conditione, adire hereditatem sub hac conditione et satisdatione, quod et creditoribus omnibus satisfaciat, et libertates imponat his, quibus voluit testator; variae dubitationes ex hac constitutione emerserunt. Nam si res hereditariae herede minime invento venierint, an et post venditionem earundem rerum possibile est, vel servum vel quemlibet alium adire, et recuperare quidem ab emtoribus res, satisfacere autem creditoribus et libertatibus, quaerebatur. Et licet D. Severus semel rebus venditis hoc non admisit. *L.* 15 *C. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. LXXIII. ad Edictum.* Si ex constitutione Divi Marci bona sint addicta alicui, libertatum conservandarum causa, dicendum erit, actionem cessare. *L.* 10, § 17 *D. Quae in fraudem* 42, 8. — *Ulpianus Lib. XXXVIII. ad Edictum.* Si quis hac lege emtus sit, ut manumittatur et ex constitutione Divi Marci pervenerit ad libertatem, operae ei impositae nullum effectum habebunt. Sed nec cui bona addicta sunt, ex constitutione Divi Marci libertatum servandarum causa, poterit operas petere, neque ab his, qui directas, neque ab his, qui fideicommissarias acceperunt, quamvis fideicommissarias libertates qui acceperunt, ipsius liberti efficiantur; non enim sic fiunt liberti, ut sunt proprii, quos nulla necessitate cogente manumisimus. *L.* 13 *pr.* et § 1 *D. de Operis libert.* 38, 1. — *Paulus Lib. XXIII. Quaestionum.* Servus, quem testator ex lege emerat, ut manumitteret, si heres fuerit institutus ... seposito beneficio testatoris proprio iure poterit ad libertatem pervenire ex constitutione D. Marci. *L.* 84, § 1 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Ulpianus Lib. IV. ad Legem Aeliam Sentiam.* Si quis hac lege servum emerit, ut manumittat, et non manumittente eo servus ad libertatem pervenerit ex constitutione Divi Marci, an possit ut ingratum accusare, videamus. *L.* 30 *pr. D. Qui et a quibus* 40, 9. — *Ulpianus Lib. V. ad Edictum.* Si hac lege emi, ut manumittam, et ex constitutione D. Marci venit ad libertatem, quum sim patronus, in ius vocari non potero. *L.* 10 *pr. D. de In ius voc.* 2, 4. — *Paulus Lib. XXXV. ad Edictum.* Oratione Divi Marci cavetur, ut si senatoris filia libertino nupsisset, nec nuptiae essent, quam et senatusconsultum secutum est. *L.* 16 *pr. D. de Ritu nupt.* 23, 2. — * *Ulpianus Lib. I. ad Legem Iuliam et Papiam.* Senatus censuit, non conveniens esse ulli senatori uxorem ducere aut retinere damnatam publico iudicio. *L.* 43, § 10 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. Cf. Marcus et Commodus. — * *Modestinus Lib. I. Pandectarum.* Matrimonii causa manumitti ancilla a nullo alio potest, quam qui eam uxorem ducturus est.

Quod si alter manumiserit matrimonii causa, alter eam uxorem ducat, non erit libera, adeo ut, nec si intra sex quidem menses eam repudiatam postea manumissor uxorem duxerit, liberam eam fieri Iulianus responderit, quasi de his nuptiis senatus senserit, quae post manumissionem nullis aliis interpositis secutae fuerunt. *L.* 21 *D. Qui et a quibus* 40, 9. — *Imp. Iustinianus A. Iuliano PP.* Ulpianus retulit constitutionem Imperatoris Marci, quae de furioso non loquitur, sed generaliter de filiis mente capti, sive masculi sive feminae sint, qui nuptias contrahunt, ut hoc facere possint etiam non adito principe. *L.* 25 *C. de Nuptiis* 5, 4. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Schyroni.* Dissentientis patris, qui initio consensit matrimonio, cum marito concordante uxore filiafamilias, ratam non haberi voluntatem, Divus Marcus, pater noster, religiosissimus Imperator, constituit, nisi magna et iusta causa interveniente hoc pater fecerit. *L.* 5 *C. de Repud.* 5, 17. — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Sabinum.* Si res dentur in ea, quae Graeci *παράφερνα* (praeter dotem illata) dicunt, quaeque Galli peculium appellant, videamus, an statim efficiuntur mariti? Et putem, si sic dentur, ut fiant, effici mariti; et quum distractum fuerit matrimonium, non vindicari oportet, sed condici, nec dotis actione peti, ut Divus Marcus et Imperator noster cum patre rescripserunt. *L.* 9, § 3 *D. de Iure dot.* 23, 3. — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Sabinum.* Uxori quis donavit servum ita, ut eum intra annum manumitteret; an, si mulier non obtemperet voluntati, constitutio Divi Marci imponat ei libertatem, si vir vel vivit, vel etiam diem suum obierit? *L.* 7, § 8 *D. de Donat. int. vir. et ux.* 24, 1. — * *Ulpianus Lib. XXXIII. ad Edictum.* Inter cetera reddenda ... ut retentionum ratio habeatur. Si quidem convenit ... non deterior dotis causa fiat, nisi in eum casum, quo ... hoc enim iure utimur, et Iulianus scribit et est rescriptum ... dos retineri uno filio interveniente potest, si modo non culpa ... quodsi nihil convenit, exercendae retentiones non sunt. *Vat. Fr.* 120. — *Ulpianus Lib. II. de Officio Consulis.* Meminisse autem oportet, et si pronuntiaverint (iudices), ali oportere (filium a parente), attamen eam rem praeiudicium non facere veritati; nec enim hoc pronuntiatur, filium esse, sed ali debere; et ita Divus Marcus rescripsit. *L.* 5, § 9 *D. de Agnosc. lib.* 25, 3. — Divus Marcus rescripsit Antoniae Montanae in haec verba: „Sed et quantum tibi alimentorum nomine, quibus necessario filiam tuam exhibuisti, a patre eius praestari oporteat, iudices aestimabunt; nec impetrare debes ea, quae exigente materno affectu in filiam tuam erogatura esses, etiam si a patre suo educeretur.“ *L.* 5 *D. cit.*, § 14. — * Trebatio Marino rescriptum est, merito patrem eum nolle alere, quod eum detulerat. *L.* 5 *D. cit.*, § 11. — * Non tantum alimenta, verum etiam cetera quoque onera liberorum patrem a iudice cogi debere, rescriptis continetur. *L.* 5 *D. cit.*, § 12. — * Parens, quamvis ali a filio ratione naturali debeat, tamen aes alienum eius non esse cogendum exsolvere filium, rescriptum est. *L.* 5 *D. cit.*, § 16. — * Item rescriptum est, heredes filii ad ea praestanda, quae vivus filius ex officio pietatis suae dabit, invitos cogi non oportere, nisi in summam egestatem pater deductus est. *L.* 5 *D. cit.*, § 17. *Ulpianus Lib. III. de Officio Consulis.* Divus Marcus Eutychiano rescripsit: „Quod desideras, an impetrare debeas, aestimabunt iudices adhibitis etiam his, qui contradicent, id est, qui laederentur confirmatione adoptionis.“ *L.* 39 *D. de Adopt.* 1, 7. — * *Tryphoninus Lib. IX. Disputationum.* Videamus, si Titii filius duxerit uxorem eam, quae tua pupilla fuit, deinde Titium, vel filium eius adoptaveris, an perimuntur nuptiae, ut in genero adoptato dictum est, an adoptio impeditur? Quod magis dicendum est; et si curator, dum gerit curam, adoptaverit maritum eius puellae, cuius curator est; nam finita iam tutela, et nupta puella alii vereor, ne longum sit, adoptionem mariti eius impedire, quasi propter hoc interponatur, ut ratio tutelae reddendae cohibeatur, quam causam prohibitionis nuptiarum contrahendarum oratio Divi Marci continet. *L.* 67, § 3 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — Et si quis curator ventri bonisque datus sit, prohibitionem eiusdem senatusconsulti inducit. *L.* 67 *D. cit.*, § 11. Cf. Marcus et Commodus. — * Praetorem tutelarem primus fecit, ut diligentius de tutoribus tractaretur. *Capitolin. M. Anton.* 10. Cf. a. 162. — * Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, posteaquam primo consules pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione dare coeperunt, deinde praetores ex constitutionibus. § 3 *Inst. de Atiliano tutore* 1, 20. — Leges addidit ... de tutelis libertorum. *Capitolin. M. Anton.* 11. — *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Iuridico, qui Alexandriae agit, datio tutoris constitutione D. Marci concessa est. *L.* 2 *D. de Offic. iuridici* 1, 20. — *Ulpianus Lib. XXXIX. ad Sabinum.* Legatus quoque proconsulis ex oratione D. Marci tutorem dare potest. *L.* 1, § 1 *D. de Tutor.* 26, 5. — De curatoribus, quum ante nonnisi ex lege Plaetoria vel propter lasciviam vel propter dementiam darentur, ita statuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis. *Capitolin. M. Anton.* 10. — Oratio D. Marci ita scripta est, ut patroni patronae libertus tutor deligi possit, tametsi aliquo privilegio subnixus sit. *Vat. Fr.* 220. — *Tryphoninus Lib. II. Disputationum.* Quum ex oratione Divi Marci ingenuus libertino tutor datus excusari debeat, eandem excusationem competere etiam ei, qui ius annulorum impetrasset, Imperator noster cum Divo Severo patre suo rescripsit. *L.* 44 *pr. D. de Excus.* 27, 1. — *Modestinus Lib. V. Excusationum.* *Ἀλλὰ καὶ ἐὰν δίκαιον χρυσῶν δακτυλίων λάβῃ, ἔτι διασώζει τὴν τῶν ἀπελευθέρων τάξιν ἐν τούτῳ, ἅπερ ἀντέγραψεν ὁ θειότατος Ἀντωνῖνος ὁ μέγας.* Sed etsi ius annulorum aureorum impetraverit, adhuc custodit libertorum ordinem, secundum haec quae rescripsit Marcus Antoninus. *L.* 14, § 2 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. I. Excusationum.* *Ἀπελευθερικοῖς ὀρφανοῖς εὐγενεῖς οὐ δώσουσιν οἱ ἄρχοντες ἐπιτρόπους ἢ κουράτορας, πλὴν εἰ μὴ παντελὴς ἀπορία κατὰ τὸν τόπον ἀπελευθέρων ἐστίν· ἀπελευθερικοῖς γὰρ ἀπελευθέρους μόνους δεῖν δίδοσθαι τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ὄντας, θείου Μάρκου ὀρατίων κελεύει. Ἐὰν δὲ δοθῇ, ὁ θειότατος Σεβῆρος τῶν ἀφηλίκων προνοούμενος, ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι τῇ ἐπιτροπῇ, ἐὰν μὴ ἐμπροθέσμως δικαιολογήσηται, ἀντέγραψεν.* Libertinis pupillis ingenuos tutores vel curatores praesides non dabunt, nisi omnimodo libertinorum penuria secundum locum illum sit; libertinis enim libertinos solos oportere dari, qui ex eodem loco sint, oratio Divi Marci iubet. Si autem dabitur, Divus Severus impuberum curam habens, obligatum esse tutelae, nisi iuste rationes reddiderit, rescripsit. *L.* 1, § 4 *D. eod. tit.* — *Imp. Alexander Basilio.* Libertos a tutela vel cura liberorum patroni seu patronae nullam excusationem impetrare, amplissimus ordo, auctore D. Marco, censuit. *L.* 5 *C. de Excus.* 5, 62. — Si alius eum Latinum fecerit, alius iteraverit, an utriusque liberorum tutelam suscipiat videndum, quasi utriusque meritum habeat. Nisi forte, exemplo munerum, ut D. Marcus rescripsit, apud originem eius, qui Latinum fecit, debere eum fungi, solius eius liberorum tutelam suscepturum dicemus. *Vat. Fr.* 221. — *Tryphoninus Lib. XIII. Disputationum.* Si furioso puberi, quamquam maiori annis viginti quinque curatorem pater testamento dederit, eum praetor dare debet secutus patris voluntatem; manet enim ea datio curatoris apud praetorem, ut rescripto D. Marci continetur. *L.* 16 *pr. D. de Curat.* 27, 10. — * Praeterea etiam in locum muti furiosive tutoris alterum dandum esse tutorem ad dotem constituendam senatus censuit. *Ulpian.* 11, 21. — * Si qua in tutela legitima furiosi aut muti sit, permittitur ei senatusconsulto, dotis constituendae gratia tutorem petere. *Gai.* 1, 180. — *Impp. Gallienus et Valerianus AA. Epagatho.* Licet orationis sub D. Marco habitae verba deficiant, is tamen, qui post contractas nuptias nurui suae curator datur, excusare se debet. *L.* 17 *C. de Excus.* 5, 62. — * Item ex senatusconsulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest, praeterquam si patronus sit qui abest. Idemque permisit in pupillo patroni filio. *Ulpian.* 11, 22. — Senatusconsulto mulieribus permissum est, in absentis tutoris locum alium petere; quo petito prior desinit. *Gai.* 1, 173. *Ulpian.* 11, 22. — Sed excipitur, ne in absentis patroni locum liceat libertae tutorem petere. *Gai.* 1, 174. — Sunt tamen causae, ex quibus etiam in patroni absentis locum .... tutorem petere, veluti ad hereditatem adeundam.

Idem senatus censuit in persona pupilli patroni filii. *Gai.* 1, 176, 177. — * Hoc amplius senatus censuit, ut, si tutor pupilli pupillaeve suspectus a tutela submotus fuerit, vel etiam iusta de causa excusatus, in locum eius detur alius. *Ulp.* 11, 23. — * Senatus censuit, ut si tutor pupilli pupillaeve suspectus a tutela remotus sit, sive ex iusta causa fuerit excusatus, in locum eius alius tutor detur, quo dato prior tutor amittit tutelam. *Gai.* 1, 182. — (*Ulpianus.*) Is qui potiorem nominat, libellos debet quaternos dare praetori de plano vel pro tribunali, ut epistola D. Marci ad Aemilianum continetur, et dicere, quo iure potiorem nominet; idque Imperator noster rescripsit. *Vat. Fr.* 210. — *Modestinus Lib. IV. Excusationum.* *Ἕτερον δὲ ἐκεῖνο εὑρίσκομεν ἐκ τῆς Μάρκου νομοθεσίας ζητήσεως ἄξιον· τῷ γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ὄντι, ἐν ᾗ κεχειροτόνηται, ἢ ἐντὸς ἑκατὸν μιλίων, πεντήκοντα ἡμερῶν ἔδωκεν ὁ νομοθέτης προθεσμίαν. τῷ δὲ ὑπὲρ ἑκατὸν μίλια διατρίβοντι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν δεῖν ἀριθμεῖσθαι εἴκοσι μίλια ἐκέλευσεν, καὶ ἔξωθεν τούτων ἄλλας τριάκοντα ἡμέρας προσέθηκεν εἰς δικαιολογίαν.* Aliud etiam invenimus in Divi Marci promulgatione inquisitione dignum; etenim ei, qui in ipsa civitate est, in qua creatus est, vel intra centum milliaria, quinquaginta dierum spatium legislator dedit; ei vero, qui ultra centum milliaria habitat, in unamquamque diem numerari viginti milliaria iussit, et extra hos alios triginta dies adiecit ad excusationem. *L.* 13, § 2 *D. de Excus.* 27, 1. — *Imp. Philippus A. Theodoto.* Si, ut allegas, tutor his datus es, cum quibus disceptationem hereditatis tibi esse proponis, et tempora antiquitus excusationibus praestituta etiamnunc opitulantur, adire praesidem provinciae potes, formae super ea re statutorum principalium obtemperari pro sua gravitate iussurum. *L.* 16 *C. de Excusat.* 5, 62. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Sabino.* Tutores nominatos appellationem interponere necesse non habere, certissimi iuris est. Quapropter, licet non appellasti, si quam te excusationem habere confidis, intra tempus, quod D. Marci constitutione praescriptum est, hac apud praesidem provinciae uti non prohiberis. *L.* 18 *C. eod. tit.* — *Modestinus Lib. II. Responsorum.* Caius testamento Negidium filio suo tutorem dedit, eundemque usque ad vicesimum quintum annum curatorem constituit; quaero, quum liceat Negidio a curatione etiam citra appellationem se excusare, ex qua die tempora, quae in excusationibus observanda Divus Marcus statuit, computanda sunt? *L.* 16 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* A Divo Marco constitutum est, ut, qui scit se tutorem datum, nec excusationem, si quam habet, allegat intra tempora praestituta, suo periculo cesset. *L.* 1, § 1 *D. de Admin. tut.* 26, 7. — *Paulus Lib. Singulari de Cognitionibus.* Si peregre agant, qui tutores vel curatores dati sunt, ut intra diem XXX. notum his a magistratibus fiat, Divus Marcus rescripsit. *L.* 29 *D. de Tutor.* 26, 5. — Proinde si quis ad urbicam dioecesim pertinens testamento tutor detur, excusare se debebit ab eo patrimonio, quod in regio ... r a re provinciali; sed caveat, si legatum accepit, hoc facere, li ... administratum, quoniam in plenum voluntati paret legati ... excusabitur; idque D. Marcus in eo, qui se a re provinciali excusavit, ... s, Claudio Pulchro rescripsit. *Vat. Fr.* 205. — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Exstat Divi Marci rescriptum, quo voluit, eos, qui praesidi renuntiant, non perinde teneri, atque si ipsi dedissent, sed si deceperunt, gratia forte aut pecunia, falsa renuntiantes. *L.* 1, § 2 *D. de Magistrat. conv.* 27, 8. — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Is, qui aedilitate fungitur, potest tutor dari; nam aedilitas inter eos magistratus habetur, qui privatis muneribus excusati sunt, secundum Divi Marci rescriptum. *L.* 17, § 4 *D. de Excus.* 27, 1. — D. Marcus in Semestribus rescripsit, eum, qui res fisci administrat, a tutela vel cura, quamdiu administrat, excusari posse. § 1 *Inst. de Excus.* 1, 25. — Et qui potestatem aliquam habent, excusare se possunt, ut Divus Marcus rescripsit, sed coeptam tutelam deserere non possunt. § 3 *Inst. eod. tit.* — *Marcianus Lib. V. Regularum.* Rescriptis quibusdam Divi M. Antonini cavetur, ut in rebus mobilibus locus sit praescriptioni diutinae possessionis. *L.* 9 *D. de Diversis temp.* 44, 3. —

Leges etiam addidit de vicesima hereditatum ... de bonis maternis et item de filiorum successionibus pro parte materna, utque senatores peregrini quartam partem in Italia possiderent. *Capitolin. M. Anton.* 11. — Decreta Marci de testamentis Romam e transmarinis provinciis ad imperatorem mittendis. *Fronto, Epist.* 1, 8. — *Ulpianus Lib. I. ad Sabinum.* Non tamen intelligentiam sermonis exigimus; hoc enim Divus Marcus Didio Iuliano in teste, qui latine non noverat, rescripsit; nam si vel sensu percipiat quis, cui rei adhibitus sit, sufficere. *L.* 20, § 9 *D. Qui testam.* 28, 1. — Divus Augustus Marcus constituit, ut filius familiae miles de eo peculio, quod in castris acquisivit, testamentum facere possit. *Ulp.* 20, 10. — Militibus, qui in potestate parentum sunt, de eo, quod in castris acquisierint, permissum est ex constitutionibus principum testamentum facere. *Pr. Inst. Quibus non est perm.* 2, 12. — *Ulpianus Lib. II. ad Sabinum.* Si miles, qui destinaverat communi iure testari, ante defecerit, quam testaretur, Pomponius dubitat. Sed cur non in milite diversum probet? neque enim, qui voluit iure communi testari, statim beneficio militari renuntiavit, nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia. Sane magis utroque genere voluisse propter fortuitos casus, quemadmodum plerique pagani solent, quum testamenti faciunt perscripturam, adiicere, velle hoc etiam iure codicillorum valere; nec quisquam dixerit, si imperfectum sit testamentum, codicillos non esse; nam secundum nostram sententiam etiam Divus Marcus rescripsit. *L.* 3 *D. de Test. mil.* 29, 1. — *Marcianus Lib. III. Regularum.* Talem institutionem quidam valere non putabant: Stichus liber esto, et si liber erit, heres esto; sed Divus Marcus rescripsit, hanc institutionem valere perinde, atque si non erat adiectum: si liber erit. *L.* 51 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Impp. Severus et Antoninus AA. Frontiniae.* Substitutio testamento patris facta ad pubertatis tempora porrigi non potest, quia, ipso et aliis non eiusdem conditionis heredibus institutis et invicem substitutis, propter eorum personam, quibus in unum casum duntaxat substitui potest, etiam in filio idem debere servari, et ratio suadet et Divus Marcus pater constituit. *L.* 2 *C. de Impuber.* 6, 26. — *Callistratus Lib. II. Quaestionum.* Divus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit. *L.* 220, § 2 *D. de Verb. sign.* 50, 16. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Sabinum.* Is plane, quem hac lege emi, ut manumittam, etsi ex constitutione Divi Marci pervenerit ad libertatem, tamen, ut eadem constitutione expressum est, meus libertus est, et legitima eius hereditas mihi deferetur. *L.* 3, § 3 *D. de Suis* 38, 16. — *Paulus Lib. XII. ad Plautium.* Quum senatus temporibus Divi Marci permiserit collegiis legare, nulla dubitatio est, quod, si corpori, cui licet coire, legatum sit, debeatur; cui autem non licet, si legetur, non valebit, nisi singulis legetur. *L.* 20 *D. de Rebus dubiis* 34, 5. — *Ulpianus Lib. XXIII. ad Sabinum.* Si cui legetur, quum quatuordecim annorum erit, certo iure utimur, ut tunc sit quatuordecim annorum, quum impleverit, et ita Imperatorem decrevisse Marcellus scripsit. *L.* 49 *D. de Legat. I.* — *Marcellus Lib. XV. Digestorum.* Non putabam, diem fideicommissi venisse, quum sextum decimum annum ingressus fuisset, cui erat relictum, quum ad annum sextum decimum pervenisset; et ita etiam Aurelius Imperator Antoninus ad appellationem ex Germania iudicavit. *L.* 48 *D. de Conditionibus* 35, 1. — *Papinianus Lib. XIX. Quaestionum.* Item Marcus Imperator rescripsit, verba, quibus testator ita caverat, non dubitare se, quodcunque uxor eius cepisset, liberis suis reddituram, pro fideicommisso accipienda ... Princeps providentissimus et iuris religiosissimus, quum fideicommissi verba cessare animadverteret, eum sermonem pro fideicommisso rescripsit accipiendum. *L.* 67, § 10 *D. de Legat. II.* — *Papinianus Lib. XX. Quaestionum.* Imperator Antoninus rescripsit, legatarium, si nihil ex legato accepit, ei, cui debet fideicommissum, actionibus suis posse cedere, nec id cogendum solvere. *L.* 70 *pr. D. de Legat. II.* — *Scaevola Lib. XX. Digestorum.* „Pamphilo liberto hoc amplius, quam codicillis reliqui, dari volo centum. Scio

omnia, quae tibi, Pamphile, relinquo, ad filios meos perventura, quum affectionem tuam circa eos bene perspectam habeo.“ Quaero, an verbis supra scriptis Pamphili fidei commisit, ut post mortem filiis defuncti centum restituat? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non videri quidem, quantum ad verba testatoris pertinet, fideicommissum Pamphili, ut centum restitueret, sed, quum sententiam defuncti a liberto decipi satis inhumanum est, centum ei relictos filiis testatoris debere restitui, quia in simili specie et Imperator noster Divus Marcus hoc constituit. *L.* 39 *D. de Legat. III.* — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Si quis opus facere iussus paratus sit pecuniam dare reipublicae, ut ipsa faciat, quum testator per ipsum id fieri voluerit, non audietur; et ita Divus Marcus rescripsit. *L.* 11, § 25 *D. de Legatis III.* — *Gaius Lib. III. de Legatis ad Edictum Praetoris.* Vicis legata perinde licere capere atque civitatibus, rescripto Imperatoris nostri significatur. *L.* 73, § 1 *D. de Legatis I.* — *Papinianus Lib. XXIX. Quaestionum.* Imperator Marcus Antoninus decrevit, heredes, quibus pars bonorum ablata est, non in ampliorem partem, quam pro ea parte, quae legata est, legatorum nomine teneri. *L.* 11, § 2 *D. ad Leg. Falcidiam* 35, 2. — *Ulpianus Lib. XV. ad Sabinum.* Si legatum sit heredi relictum, et rogatus sit portionem hereditatis restituere, id solum non debere eum restituere, quod a coherede accepit; ceterum quod a semet ipso ei relictum est, in fideicommissum cadit; et id Divus Marcus decrevit. *L.* 18, § 3 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — *Ulpianus Lib. V. Disputationum.* Mulier, quae duobus filiis in potestate patris relictis alii nupserat, posteriorem maritum heredem instituit, eumque rogavit, liberis suis post mortem patris eorum hereditatem suam restituere, vel ei, qui eorum superesset; eisdem emancipatis a patre suo vitricus restituisse hereditatem dicebatur, mox alter ex filiis vivo patre decessisse. Quaerebatur, an is, qui supererat ex filiis, partem fratri suo restitutam petere posset, quasi praemature datam? Scaevola Divum Marcum in auditorio de huiusmodi specie iudicasse refert: Brasidas quidam Lacedaemonius, vir praetorius, quum filiis suis ab uxore divortio separata, si morte patris sui iuris fuissent effecti, fideicommissum relictum esset, eos emancipaverat; post emancipationem fideicommissum petebant; decrevisse igitur Divum Marcum refert, fideicommissum iis repraesentandum, intellecta matris voluntate, quae, quia non crediderat patrem eos emancipaturum, distulerat in mortem eius fideicommissum, non dilatura id in mortalitatem, si eum emancipaturum sperasset. Secundum haec dicebam, et in proposita quaestione decretum Divi Marci esse trahendum, et recte fideicommissum utrisque solutum. *L.* 22 *pr. D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. XIX. Quaestionum.* Divus Marcus, quum de fideicommissaria hereditate cognosceret, his verbis: „Quidquid ex hereditate mea superfuerit, rogo restituas“, et viri boni arbitrium inesse credidit; iudicavit enim, erogationes, quae ex hereditate factae dicebantur, non ad solam fideicommissi deminutionem pertinere, sed pro rata patrimonii, quod heres proprium habuit, distribui oportere; quod mihi videtur non tantum aequitatis ratione, verum exemplo quoque motus fecisse. Quum enim de conferendis bonis fratribus ab emancipato filio quaereretur, praecipuum autem, quod in castris fuerat acquisitum militi, relinqui placeret, consultus Imperator, sumtus, quos miles fecerat, non ex eo tantummodo patrimonio, quod munus collationis pati debuit, sed pro rata etiam castrensis pecuniae decedere oportere constituit. *L.* 54 *D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. XXVIII. Quaestionum.* Imperator Marcus Antoninus Iunio Balbo rescripsit, eum, a quo res fideicommissae petebantur, quum appellasset, cavere, vel, si caveat adversarius, transferri possessionem debere. *L.* 5, § 1 *D. Ut legatorum* 36, 3. — D. Marcus constituit, ut et pro herede gerendo ex asse fiat heres (sub imperfecta cretione institutus). *Ulp.* 22, 34. — *Papinianus Lib. XX. Quaestionum.* In fideicommissi persecutione, quum post iudicis sententiam moram fecisset heres, iussit Imperator Marcus Antoninus, intermisso legitimo tempore, quod condemnatis praestatur, ut usque ad sententiam commoda fideicommissarius accipiat. *L.* 3 *pr. D. de Usuris* 22, 1. — *Ulpianus Lib. XV. ad Edictum.* Nam et Divus Marcus in causa Pythodori, qui rogatus erat, quod sibi superfuisset ex hereditate reddere, decrevit, ea, quae alienata erant non minuendi fideicommissi gratia, quum nec pretium in corpus patrimonii Pythodori rediisset, ex proprio Pythodori patrimonio et ex hereditate decedere, non tantum ex hereditate. Et nunc igitur statuti sumtus utrum ex hereditate decedent exemplo rescripti Divi Marci, an ex solo patrimonio, videndum erit. Et verius est, ut ex suo patrimonio decedant ea, quae, etsi heres non fuisset, erogasset. *L.* 25 (28), § 16 *D. de Hered. pet.* 5, 3. — *Marcellus Lib. XXII. Digestorum.* Rescriptum est a principe, heredem rei, quam amovisset, quartam non retinere. *L.* 6 *D. de His quae ut ind.* 34, 9. — Rescripto Imperatoris Antonini significatur, eos, qui secundum tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse adversus eos, qui ab intestato vindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali. *Gai.* 2, 120. — Nuper Imperator Antoninus significavit rescripto suo, non plus nancisci feminas per bonorum possessionem, quam quod iure accrescendi consequerentur. *Gai.* 2, 126. *Theoph.* 2, 15, 3. — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PP.* Filia praeterita ius accrescendi ex iure vetere accipiebat, ut eodem momento et testamentum patris quodammodo ex parte iure accrescendi evertat, et ipsa quasi scripta legatis supponeretur, ex praetore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem in totum, constitutio autem magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum ius accrescendi competebat. *L.* 4 *C. de Liber. praet.* 6, 28. — *Marcellus Lib. IX. Digestorum.* Qui duos filios habebat, alterum ex his emancipavit, nepotem ex eo in potestate retinuit; emancipatus filium sustulit et a patre exheredatus est; quaero, quum frater eius et ipse emancipatus praeteritus sit et nepotes ex emancipato filio ab avo heredes instituti, quid de bonorum possessione iuris sit, et quid intersit, si emancipatum quoque, ex quo nepotes erant nati, praeteritum esse ponamus? Respondi: si filium retento ex eo nepote emancipaverit, et emancipatus procreaverit filium et heres uterque nepos institutus fuerit, pater eorum exheredatus, alius filius praeteritus, solus filius praeteritus bonorum possessionem contra tabulas petere poterit; exheredatus enim obstat filiis suis post emancipationem susceptis. Nepoti tamen retento in potestate bonorum possessio dari debet, quoniam, si pater eius emancipatus praeteritus esset, simul cum eo bonorum possessionem accipere posset propter id caput edicti, quod a Iuliano introductum est, id est, ex nova clausula, nec debet deterioris esse conditionis, quia pater eius exheredatus sit; idque ei praeterito quoque praestari oportebit. Sed fratris eius, qui post emancipationem natus est, diversa conditio est; conservanda est tamen et illi ad virilem partem hereditas, sicut etiam Imperator Antoninus in persona † neptis ex filia rescripsit. *L.* 3 *D. de Coniung. cum emanc. lib. eius* 37, 8. — *Modestinus Lib. VI. Pandectarum.* Emancipato quis filio retinuit ex eo nepotes in potestate, filius emancipatus susceptis postea liberis decessit; placuit, in avi potestate manentes, simul cum his, qui post emancipationem nati sunt, decreto bonorum possessionem accipere, manente eo, ut, si velit avus sibi per nepotes acquiri, bona sua conferat aut nepotes emancipet, ut sibi emolumentum paternae hereditatis acquirant; idque ita Divus Marcus rescripsit. *L.* 4 *D. eod. tit.* — Potest, ut iure facta testamenta .... infirmentur apparet posse .... testator .... eius .... iure civili valeat qui .... tabulas testamenti .... quidem ... si quis ab intestato bonorum possessionem petierit ... perveniat hereditas, et hoc ita rescripto Imperatoris Antonini significatur. *Gai.* 2, 151. — *Ulpianus Lib. III. ad Sabinum.* Postumos dicimus eos duntaxat, qui post mortem parentis nascuntur; sed et hi, qui post testamentum factum in vita nascuntur, ita demum per legem Velleiam rumpere testamentum prohibentur, si nominatim sint exheredati. Unde etiam ante heredis institutionem, vel inter medias heredum institutiones, vel inter gradus exheredari possunt; nam Divus Marcus decrevit, idem in postumo, quod in filio servandum; nec

ratio diversitatis reddi potest. *L.* 3, § 1, 2 *D. de Iniusto r. irr. f. t.* 28, 3. — *Ulpianus Lib. XLIII. ad Edictum.* Quum patroni filia heres instituta esset a liberto, falsumque testamentum dictum esset, in quo scripta erat, et appellatione interposita et pendente diem suum obiisset, heredibus eius Divus Marcus subvenit, ut id haberent, quod haberet patroni filia, si viveret. *L.* 6, § 1 *D. de Bonis libert.* 38, 2. — *Papinianus Lib. XIII. Quaestionum.* Si falsum liberti testamentum ab aliis in provincia dictum atque ita res per appellationem extracta esset, defuncta medio tempore patroni filia, quam libertus heredem instituerat, filio mulieris servavit Divus Marcus eam partem bonorum, quam filia patroni vel iure intestati, si vixisset, habere potuit. *L.* 42, § 3 *D. eod. tit.* — * *Marcellus Lib. XXII. Digestorum.* Rescriptum est a principe, heredem rei, quam amovisset, quartam non retinere, et ideo si is, qui quadringenta habebat, universa quadringenta legavit et heres centum subtraxisset, trecentorum quartam retinebit, septuaginta quinque scilicet, et ducenta viginti quinque dabit legatariis; ex centum, quae surripuit, legatariis quidem dabit septuaginta quinque, reliqua, id est viginti quinque ad fiscum venient. *L.* 6 *D. de His quae ut indignis* 34, 9. — *Papinianus Lib. XVI. Quaestionum.* Quum quidam scripsisset heredes, quos instituere non potuerat, quamvis institutio non valeret, neque superius testamentum ruptum esset, heredibus tamen ut indignis, qui non habuerunt supremam voluntatem, abstulit iam pridem senatus hereditatem. Quod Divus Marcus in eius persona iudicavit, cuius nomen peracto testamento testator induxerat, causam enim ad praefectos aerarii misit. *L.* 12 *D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. VIII. Responsorum.* Quum heredis nomen mutata voluntate paterfamilias incisis tabulis induxisset, atque ideo fisco portionis emolumentum adiudicatum fuisset, eam rem legatariis non obesse, qui retinuerant voluntatem, Divo Marco placuit et ideo cum suo onere fiscum succedere. *L.* 16, § 2 *D. eod. tit.* — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PP.* Quum Silanianum senatusconsultum et a nobis tam laudandum quam corroborandum est, nec non Divi Marci oratio, quae circa id facta est, invenimus autem nullam in ea mentionem libertatis factam et veteres movit quaedam de libertatibus relictis in testamentis necati testatoris quaestio. *L.* 11 *C. de His, quibus ut indign.* 6, 35. — *Tryphoninus Lib. VI. Disputationum.* Fuit quaestionis, an, si sua heres filia patri cum fratribus, contenta dote abstineat se bonis, compellatur eam conferre. Et Divus Marcus rescripsit, non compelli abstinentem se ab hereditate patris. *L.* 9 *D. de Dotis coll.* 37, 7. — *Tryphoninus Lib. II. Disputationum.* Pactum inter heredem et legatarium factum, ne ab eo satis accipiatur, quum in Semestribus relata est constitutio Divi Marci, servari in hoc quoque defuncti voluntatem, validum esse constat. *L.* 46 *D. de Pactis* 2, 14. Cf. l. 2 C. Ut in poss. leg. 6, 54. — *Ulpianus Lib. V. de Omnibus Tribunalibus.* Divus Marcus oratione in senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore praetore facta. *L.* 8 *pr. D. de Transact.* 2, 15. Cf. l. 8 cit., § 2, 3, 4, 6, 8, 17, 20; l. 23, § 2 D. de Cond. indeb. 12, 6. — Qui transigit de alimentis, non videbitur neque de habitatione neque de vestiario transegisse, quum Divus Marcus specialiter etiam de istis transigi voluerit. *L.* 8 *D. cit.*, § 12. — **Papinianus Lib. XXIX. Quaestionum.* Quum de in rem verso cum herede patris vel domini ageretur, et usurarum quaestio moveretur, Imperator Antoninus ideo solvendas usuras iudicavit, quod eas ipse dominus vel pater longo tempore praestitisset. *L.* 6 *pr. D. de Usuris* 22, 1. — *Paulus Lib. Singulari de Usuris.* Quum quidam cavisset, se quotannis quincunces usuras praestiturum, et, si quo anno non solvisset, tunc totius pecuniae ex die, qua mutuatus est, semisses soluturum, et redditis per aliquot annos usuris mox stipulatio commissa esset, Divus Marcus Fortunato ita rescripsit: praesidem provinciae adi, qui stipulationem, de cuius iniquitate questus es, ad modum iustae exactionis rediget. *L.* 17 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Edictum.* Idem (Papinianus) respondit, socius, qui cessantis cessantiumve portiones insulae restituerit, quamvis aut sortem cum certis usuris intra quatuor menses, postquam opus refectum erit, recipere potest, exigendoque privilegio utetur, aut deinceps propriam rem habebit, potest tamen pro socio agere ad hoc, ut consequatur, quod sua intererat; finge enim, malle eum magis suum consequi, quam dominium insulae. Oratio enim D. Marci idcirco quatuor mensibus finit certas usuras, quia post quatuor dominium dedit. *L.* 52, § 10 *D. Pro socio* 17, 2. — * *Imp. Philippus A. et Philippus C.* ... Iuxta placitum antiquitatis. *L.* 11 *C. de Aedificiis privatis* 8, 10. — In strictis iudiciis ex rescripto D. Marci, opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. § 30 *Inst. de Action.* 4, 6. — *Ulpianus Lib. XXX. ad Sabinum.* Idem (Pomponius) quaerit, an commodum, quod propter admissum socium accessit, compensari cum damno, quod culpa praebuit, debeat; et ait, compensandum. Quod non est verum, nam et Marcellus libro VI. Digestorum scribit, si servus unius ex sociis societati a domino praepositus negligenter versatus sit, dominum societati, qui praeposuerit, praestiturum, nec compensandum commodum, quod per servum societati accessit, cum damno; et ita Divum Marcum pronuntiasse. *L.* 23, § 1 *D. Pro Socio* 17, 2. — .... carissime nobis. Tenes tu quidem .... iucundissime et lites dirimis ...... um statutis tuis non cu .... e incipient discedere .... versum eventum saec .... litigabatur insidunt par .... u et interpretationem diversam .... est non censui quaeri vero in ea .... VI. *Vat. Fr.* 31. — *Papinianus Lib. X. Responsorum.* Senatusconsulto, quod sub Marco Imperatore factum est, pignus insulae creditori datum, qui pecuniam ob restitutionem aedificii exstruendi mutuam dedit, ad eum quoque pertinebit, qui redemtori domino mandante nummos ministravit. *L.* 1 *D. In quibus causis pignus* 20, 2. — *Ulpianus Lib. LXIII. ad Edictum.* Divus Marcus ita edixit: „Creditor, qui ob restitutionem aedificiorum crediderit, in pecunia, quae credita erit, privilegium exigendi habebit.“ *L.* 24, § 1 *D. de Rebus auctor. iud. poss.* 42, 5. — *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* Exstat decretum Divi Marci in haec verba: „Optimum est, ut, si quas putas te habere petitiones actionibus experiaris.“ Quum Marcianus diceret: vim nullam feci, Caesar dixit: tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? Vis est et tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam debitoris (vel pecuniam debitam) non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo iudice temere possidere (vel accepisse), isque sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit. *L.* 13 *D. Quod metus caus.* 4, 2. Iisdem vv. *l.* 7 *D. ad Legem Iuliam de Vi* 48, 7. — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PP.* Sancimus igitur, si quis superstite adhuc eo, quem putat debere sibi, adscendat domum eius, et molestus sit superstiti homini aut qui circa sunt ... non prius decreto et officio legali servato ... confiscationem quoque in tertiam partem substantiae sustineat, sicut et Marcus Philosophus Imperator in suis conscripsit legibus. *Nov.* 60 c. 1 *vers. vulg.* — *Papinianus Lib. X. Responsorum.* In numero pari creditorum auctoritatem eius sequetur praetor, qui dignitate inter eos praecellit. Sin autem omnia undique in unam aequalitatem concurrant, humanior sententia a praetore eligenda est; hoc enim ex rescripto Divi Marci colligi potest. *L.* 8 *D. de Pactis* 2, 14. — *Ulpianus Lib. IV. ad Edictum.* Rescriptum autem Divi Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant convenire. Quid ergo, si quidam absentes sint? Num exemplum praesentium absentes sequi debeant? Sed an et privilegiariis absentibus haec pactio noceat, eleganter tractatur, si modo valet pactio et contra absentes. Et repeto, ante formam a Divo Marco datam Divum Pium rescripsisse, fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothecas non habet, et ceteros privilegiarios exemplum creditorum sequi oportere. Haec enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent, conservanda sunt. *L.* 10 *pr. D. eod. tit.* — Fastis dies iudiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibusque disceptandis constitueret. *Capitolin. M. Anton.* 10. — Legum ambigua mire distincta, vadimoniorumque solenni remoto, denuntiandaeque litis opperiendaeque ad diem commode ius introductum. *Aurel.*

Victor de Caes. 16, 9. — *Ulpianus Lib. IV. de Omnibus Tribunalibus.* Ne quis messium vindemiarumque tempore adversarium cogat ad iudicium venire, oratione Divi Marci exprimitur. *L.* 1 *pr. D. de Feriis* 2, 12. — Sane quoties res urget, cogendi quidem sumus ad praetorem venire, verum ad hoc tantum cogi aequum est, ut lis contestetur; et ita ipsis verbis orationis exprimitur. Denique alterutro recusante post litem contestatam litigare, dilationem oratio concessit. *L.* 1, § 2 *cit.* — *Idem Lib. V. ad Edictum.* Eadem oratione Divus Marcus in senatu recitata effecit, de aliis speciebus praetorem adiri etiam diebus feriatis, ut puta ut tutores aut curatores dentur, ut officii admoneantur cessantes, excusationes allegentur, alimenta constituantur, aetates probentur, ventris nomine in possessionem mittatur, vel rei servandae causa, vel legatorum fideivecommissorum vel damni infecti; item de testamentis exhibendis, ut curator detur bonorum eius, cui an heres exstiturus sit, incertum est; aut de alendis liberis, parentibus, patronis; aut de adeunda suspecta hereditate; aut ut adspectu atrox iniuria aestimetur, vel si cui fideicommissaria libertas praestanda est. *L.* 2 *D. eod. tit.* *Ulpianus Lib. I. de Officio Consulis.* Oratione Divi Marci amplius, quam semel non esse dandam instrumentorum dilationem expressum est. *L.* 7 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. V. de Omnibus Tribunalibus.* Si alia quacunque actione civili, vel honoraria, vel interdicto exhibitorio, vel restitutorio, vel prohibitorio, dum quis convenitur, confiteatur, dici potest, in his omnibus subsequi praetorem voluntatem orationis Divi Marci debere. *L.* 6, § 2 *D. de Confessis* 42, 2. — *Ulpianus Lib. XXVII. ad Edictum.* Post rem iudicatam, vel iureiurando decisam, vel confessionem in iure factam nihil quaeritur post orationem Divi Marci, quia in iure confessi pro iudicatis habentur. *L.* 56 *D. de Re iud.* 42, 1. — *Ulpianus Lib. I. de Appellationibus.* Interdum imperator ita solet iudicem dare, ne liceret ab eo provocare, ut scio saepissime a Divo Marco iudices datos. *L.* 1, § 4 *D. A quibus appellari* 49, 2. — Calumniis quadruplatorum intercessit, apposita falsis delatoribus nota .. Delationes, quibus fiscus augeretur, contemsit. *Capitolin. M. Anton.* 11. — Fisco in causis compendii nunquam iudicans favit. *Capitolin. M. Anton.* 12. — Si quis tutor datus fuerit vel testamento vel a quo alio, qui ius dandi habet, non oportet eum provocare; hoc enim Divus Marcus effecit. *L.* 1, § 1 *D. Quando appell.* 49, 4. — Dies autem istos, quibus appellandum est, ad aliquid utiles esse, oratio Divi Marci voluit, si forte eius, a quo provocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur; ait enim: is dies servabitur, quo primo adeundi facultas erit. *L.* 1 *D. cit.*, § 7. — *Ulpianus Lib. LIV. ad Edictum.* Si fiscus alicui status controversiam faciat, fisci advocatus adesse debet; quare si sine fisci advocato pronuntiatum sit, Divus Marcus rescripsit, nihil esse actum, et ideo ex integro cognosci oportere. *L.* 7 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Imp. Alexander A. Attico.* Defunctorum in desertione bona confiscari D. Marcus et Antoninus pater meus constituerunt. *L.* 4 *C. de Re milit.* 12, 36. — Erat mos iste Antonino, ut omnia crimina minore supplicio quam legibus plecti solent, puniret; quamvis nonnunquam contra manifestos et gravium criminum reos inexorabilis permaneret. Capitales causas hominum honestorum ipse cognovit. *Capitolin. M. Anton.* 24. — Dedit curatoribus regionum ac viarum potestatem, ut vel punirent vel ad praefectum urbi puniendos remitterent eos, qui ultra vectigalia quidquam ab aliquo exegissent. Ius autem magis vetus restituit, quam novum fecit. *Capitolin. M. Anton.* 11. — *Macer Lib. I. Publicorum Iudiciorum.* Si ideo quis accusetur, quod dicatur crimen iudicii publici destituisse, iudicium publicum non est, quia neque lege aliqua de hac re cautum est, neque per senatusconsultum, quo poena quinque auri librarum in desistentem statuitur, publica accusatio inducta est. *L.* 3, § 3 *D. de Praevaric.* 47, 15. — *Ulpianus Lib. IV. de Censibus.* In omnibus causis, praeterquam in sanguine, qui delatorem corrupit, ex senatusconsulto pro victo habetur. *L.* 7 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. II. de Officio Consulis.* Collusionem detegere ingenuitatis post sententiam intra quinquennium posse Divus Marcus constituit ... Oratione Divi Marci cavetur, ut etiam extraneis, qui pro altero ius postulandi haberent, liceret detegere collusionem. *L.* 2, *pr.* § 4 *D. de Coll. det.* 40, 16. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum Praetoris.* Divus Marcus rescripsit, nullam poenam meruisse eos, qui corpus in itinere defuncti per vicos, aut oppidum transvexerunt, quamvis talia fieri sine permissu eorum, quibus permittendi ius est, non debeant. *L.* 3, § 4 *D. de Sepulcr. viol.* 47, 12. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* M. Antoninus rescripsit, si colonus vel servi domini praedii ferrum (furtum?) illicite in praedio fecerint ignorante domino, nulla poena dominum teneri. *L.* 16, § 11 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Divus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit provincia Africa, unde erat, et urbe, et Italia. *L.* 1, § 2 *D. de Effract.* 47, 18. — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Si quis alienam hereditatem expilaverit, extra ordinem solet coerceri per accusationem expilatae hereditatis, sicut et oratione D. Marci cavetur. *L.* 1 *D. Expil. hered.* 47, 19. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Divus Marcus quum quidam a patre heres institutus codicillos intercidisset, et decessisset, fisco tantum esse putavit vindicandum, quantum per codicillos erogari posset, id est, usque ad dodrantem. *L.* 4 *D. de L. Cornelia de Falsis* 48, 10. — *Ulpianus Lib. III. de Adulteriis.* Ex rescripto Divi Marci adversus proprium servum accusationem instituere dominus potest. *L.* 5 *D. de Accusationibus* 48, 2. — *Papinianus Lib. XVI. Responsorum.* Extrario quoque accusante, servus in adulterii quaestione contra dominum interrogari placuit; quod Divus Marcus, ac postea maximus Princeps (noster) iudicantes secuti sunt. *L.* 17 *pr. D. de Quaestion.* 48, 18. — *Modestinus Lib. I. de Poenis.* Si quis aliquid fecerit, quo leves hominum animi superstitione numinis terrerentur, Divus Marcus huiusmodi homines in insulam relegari scripsit. *L.* 30 *D. de Poenis* 48, 19. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Boetho.* Divo Marco placuit, eminentissimorum quidem nec non etiam perfectissimorum virorum usque ad pronepotes liberos plebeiorum poenis vel quaestionibus non subiici, si tamen propioris gradus liberos, per quos id privilegium ad ulteriorem gradum transgreditur, nulla violati pudoris macula adspergit. *L.* 11 *C. de Quaestion.* 9, 41. — *Ulpianus Lib. X. ad Sabinum.* Est oratione Divi Marci expressum, tametsi provocantis, vel eius, pro quo provocatur, appellatio non fuerit recepta, poena tamen sustinenda est, quoad princeps rescripserit ad literas praesidis et libellum rei cum literis missum. *L.* 6, § 9 *D. de Iniusto* 28, 3. — Senatum multis cognitionibus, et maxime ad se pertinentibus, iudicem dedit ... neque quisquam principum amplius senatui detulit. In senatus autem honorificentiam, multis et praetoriis et consularibus privatis decidenda negotia delegavit, quo magis eorum cum exercitio iuris auctoritas cresceret. Multos ex amicis in senatum allegit cum aedilitiis aut praetoriis dignitatibus; multis senatoribus vel pauperibus sine crimine, dignitates tribunitias aedilitiasque concessit, nec quemquam in ordinem legit, nisi quem ipse bene scisset. Hoc quoque senatoribus detulit, ut quoties de eorum capite esset iudicandum, secreto pertractaret, atque ita in publicum prodiret; nec pateretur equites Romanos talibus interesse causis. Semper autem, quum potuit, interfuit senatui, etiamsi nihil esset referendum, si Romae fuit. Comitiis praeterea etiam usque ad noctem frequenter interfuit, neque unquam recessit de curia, nisi consul dixisset: Nihil vos moramur, patres conscripti. Senatum appellationibus a consule factis, iudicem dedit. Iudiciariae rei singularem diligentiam adhibuit. *Capitolin. M. Anton.* 10. — Habuit secum praefectos, quorum et auctoritate et periculo semper iura dictavit. Usus autem est Scaevola praecipue iuris perito. *Capitolin. l. c.* 11. — Civilia multa correxit. *Capitolin. l. c.* 27. — *Ὁ αὐτοκράτωρ, ὁσάκις ἀπὸ τοῦ πολέμου σχολὴν ἦγεν, ἐδίκαζε, τάς τε πύστεις καὶ τὰς ἀνακρίσεις ἐπὶ μακρότερον ἐποιεῖτο, ὥστε πανταχόθεν τὸ δίκαιον ἀκριβοῦν. καὶ κατὰ τοῦτο ἕνδεκα πολλάκις καὶ δώδεκα ἡμέραις τὴν αὐτὴν δίκην, καίπερ νυκτὸς ἔστιν ὅτε, δικάζων ἔκρινε.* Imperator quoties vacabat

a bellis, ius dicebat. In causis autem diligenter cognoscendis atque examinandis paulo erat longior, quo iustum omni ex parte investigaret; nam de eadem causa dies saepe XI aut XII, aliquando etiam noctu, cognovit. *Dio Cass.* 71, 6. — Studuit et iuri, audiens L. Volusium Metianum. *Capitolin. M. Anton.* 3. — *Ὅτε δὲ μὴ πολέμοις ἦν σχολάζων, ἐδίκαζε ... ἦν δὲ καὶ φιλόπονος, ὡς καὶ νυκτὸς δικάζειν.* Quum a bellis otium erat, ius dicebat ... adeo laboriosus, ut noctu etiam pro tribunali sederet. *Zonaras* 12, 2. — De alimentis publicis multa prudenter invenit. Curatores multis civitatibus, quo latius senatorias tenderet dignitates, a senatu dedit ... Vias etiam urbis atque itinerum diligentissime curavit. Rei frumentariae graviter providit. *Capitolin. M. Anton.* 11. — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* Etsi lege municipali caveatur, ut praeferrentur in honoribus certae conditionis homines, attamen sciendum est, hoc esse observandum, si idonei sint; et ita rescripto Divi Marci continetur. *L.* 11, § 1 *D. de Muneribus* 50, 4. — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* De operibus, quae in muris, vel portis, vel rebus publicis fiunt, aut si muri exstruantur, Divus Marcus rescripsit, praesidem aditum consulere principem debere. *L.* 6 *D. de Operib. publ.* 50, 10. — Cavit sumtibus publicis ... Gladiatoria spectacula omnifariam temperavit. Temperavit etiam scenicas donationes, iubens, ut quinos aureos scenici acciperent, ita tamen, ut nullus editor decem aureos egrederetur. *Capitolin. M. Anton.* 11. — Absens populi Romani voluptates curari vehementer praecepit per ditissimos editores ... Iusserat enim, ne mercimonia impedirentur, tardius pantomimos exhiberi non votis diebus ... Sederi in civitatibus vetuit in equis sine vehiculis; lavacra mixta submovit. Mores matronarum composuit diffluentes, et iuvenum nobilium. Sacra Serapidis a vulgaritate Pelusiae submovit. *Capitolin. M. Anton.* 23. — *Μάρκος γε μὴν οὕτω τι φόνοις οὐκ ἔχαιρεν, ὥστε καὶ τοὺς μονομάχους ἐν τῇ Ῥώμῃ ὥσπερ ἀθλητὰς ἀκινδύνως ἑώρα μαχομένους. σιδήριον γὰρ οὐδέποτε οὐδενὶ αὐτῶν ὀξὺ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἀμβλέσιν, ὥσπερ ἐσφαιρωμένοις, πάντες ἐμάχοντο.* Sed Marcus adeo non delectabatur caedibus, ut Romae quoque spectaret gladiatores, tanquam athletas certantes sine periculo. Nec enim gladiatoribus concessit unquam acuto ferro dimicare, sed obtusis gladiis et praepilatis omnes dimicare iussit. *Dio Cass.* 71, 29. — Funambulis post puerum lapsum culcitras subiici iussit, unde hodieque rete praetenditur. *Capitolin. M. Anton.* 12. — Viris claris permisit, ut eodem cultu quo et ipse, vel ministeriis similibus convivia exhiberent. Provincias ingenti moderatione ac benignitate tractavit. *Capitolin. M. Anton.* 17. *Eutrop.* 8, 6. — Hispaniis exhaustis Italica allectione contra Traiani praecepta, verecunde consuluit. *Capitolin. M. Anton.* 11. — Data cunctis promiscue civitas Romana. *Aurel. Vict. de Caesar.* 16. Cf. Antoninus Pius et Caracalla. — Maiores (Septimii Severi) equites Romani ante civitatem omnibus datam. *Spartiani Severus* 1. — M. Aurelius Antoninus Praefectis suis salutem. Albino ex familia Ceioniorum, Afro quidem homini, sed non multa ex Afris habenti, duas cohortes alares regendas dedi. Est homo exercitatus ... puto eum rebus castrensibus profuturum ... Huic salarium duplex decrevi, vestem militarem simplicem, sed loci sui stipendium quadruplum. *Capitolin. Albin.* 16.

Incertorum Principum Leges ante a. 930.

Veteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus connubium cum his Latinis peregrinisve, quas primas post missionem uxores duxerint. *Gai.* 1, 57. Cf. Tabulae Missionum cit. ... magistratum gerunt, civitatem Romanam consequuntur, minus latum est, quum hi tantum, qui vel magistratum, vel honorem gerunt, ad civitatem Romanam perveniunt, idque compluribus epistolis principum significatur. *Gai.* 1, 96. — Quum senatusconsulto prohibitum sit, proprium servum minorem annis XXX liberum et heredem instituere, plerisque placet, posse nos iubere liberum esse, quum annorum XXX erit, et rogare, ut tunc illi restituatur hereditas. *Gai.* 2, 276. — * Quo loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quae ex lege senatusve consultis proficiscuntur, perpetuo solere praetorem accommodare; eas vero, quae ex propria ipsius iurisdictione pendent, plerumque intra annum dare. *Gai.* 4, 110. *Inst.* 4, 12 *pr.* — *Gaius Lib. III. ad Edictum Provinciale.* Neque societas, neque collegium, neque huiusmodi corpus passim omnibus haberi conceditur; nam et legibus, et senatusconsultis, et principalibus constitutionibus ea res coercetur ... Item collegia Romae certa sunt, quorum corpus senatusconsultis atque constitutionibus principalibus confirmatum est, veluti pistorum et quorundam aliorum, et naviculariorum, qui et in provinciis sunt. *L.* 1 *pr. D. Quod cuiuscunque* 3, 4. — *Gaius Lib. VI. ad Edictum Provinciale.* Novo iure fiunt heredes omnes, qui ex senatusconsultis aut ex constitutionibus ad hereditatem vocantur. *L.* 3 *D. de Hered. pet.* 5, 3. — *Gaius Lib. VI. ad Edictum Provinciale.* Secundum senatusconsulti sententiam subveniendum ei est, ut ipse quidem ex retentione rerum hereditariarum sibi satisfaciat, cedat autem actionibus petitori, ut suo periculo eas exerceat. *L.* 17 *D. eod. tit.* — *Gaius Lib. IX. ad Edictum Provinciale.* Curator ex senatusconsulto constituitur, quum clara persona, veluti senatoris vel uxoris eius, in ea causa sit, ut eius bona venire debeant. *L.* 5 *D. de Curatoribus* 27, 10. — *Gaius Lib. X. ad Edictum Provinciale.* Si quis amico peregre eunti mandaverit, ut fugitivum suum (servum) quaerat, et si invenerit, vendat, nec ipse contra senatusconsultum committit, quia non vendidit, neque amicus eius, quia praesentem vendit. *L.* 35, § 3 *D. de Contrah. emt.* 18, 1. — *Gaius Lib. XV. ad Edictum Provinciale.* De militis testamento ideo separatim proconsul edicit, quod optime novit, ex constitutionibus principalibus propria atque singularia iura in testamento eorum observari. *L.* 2 *D. de Testam. mil.* 29, 1. — *Gaius Lib. XXX. ad Edictum Provinciale.* Admonendi sumus, interdum etiam post iusiurandum exactum permitti constitutionibus principum ex integro causam agere, si quis nova instrumenta se invenisse dicat, quibus nunc solis usurus sit. Sed hae constitutiones tunc videntur locum habere, quum a iudice aliquis absolutus fuerit. *L.* 31 *D. de Iureiur.* 12, 2. — *Gaius Lib. Singulari de Fideicommissis.* Si quilibet heres ex cuiuscunque testamento tacite rogatus fuerit, ut quadrantem, quem legis Falcidiae beneficio retinuit, non capienti restituat: aeque locus erit senatusconsulto. *L.* 23 *D. de His quae ut indign.* 34, 9. — * *Africanus Lib. IV. Quaestionum* quod constitutum est, ut testamentum militiae tempore factum etiam intra annum post missionem valeret, quantum ad verba eius, ad eos duntaxat, qui mitti solent, id beneficium pertinere existimavit, secundum quod neque praefectos, neque tribunos aut ceteros, qui successoribus acceptis militare desinunt, hoc privilegium habituros. *L.* 21 *D. de Testam. mil.* 29, 1. — *Scaevola Lib. III. Responsorum.* Menstruos denarios denos manumissis legavit: quaesitum est, quum absentibus heredibus ex senatusconsulto libertatem sint consecuti, ex quo tempore iis cibaria debeantur. Respondit: secundum ea, quae proponerentur, ex eo tempore his cibaria debeantur, quo liberi esse coeperint. *L.* 27, § 1 *D. Quando dies* 36, 2. — *Scaevola Lib. IV. Regularum.* Senatusconsulto cavetur, ne quis imaginem imperatoris in invidiam alterius portaret, et qui contra fecerit, in vincula publica mittetur. *L.* 38 *D. de Iniuriis* 47, 10. — *Scaevola Lib. I. Digestorum.* Senatusconsultum, quo prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel privatis rebus obstringi. *L.* 12 *D. de Legationibus* 50, 7. — *Iunius Mauricianus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Senatus censuit: si delator abolitionem petat, quod errasse se dicat, ut idem iudex cognoscat, an iusta causa abolitionis sit. Et si errasse videbitur, det imprudentiae veniam, si autem calumniae, hoc ipsum iudicet, eaque causa accusatori perinde cedat, ac si causam egisset et prodidisset. *L.* 15 *pr. D. de Iure fisci* 49, 14. — Senatus censuit, ut perinde rationes ad aerarium deferat is, a quo tota hereditas fisco evicta est, vel universa legata, atque is deferre deberet, a quo pars hereditatis vel legati evicta sit. *L.* 15 *D. cit.*, § 5. — *Mauricianus Lib. II. de Poenis.* Senatus censuit, ne quisquam eorum, a quibus quid fisco petetur, alia instrumenta delatori cogatur edere, quam quae ad eam causam pertinerent, ex qua se deferre professus esset. *L.* 3 *D. de Edendo* 2, 13.

MARCUS AURELIUS ANTONINUS ET COMMODUS.

930. p. C. n. 177. L. AURELIO COMMODO A. QUINTILLO COSS.

Commodum sibi collegam in tribuniciam potestatem iunxit; congiarium populo dedit. *Capitolin. M. Anton.* 27. — In filium Commodum … cito nomen Caesaris et mox sacerdotium statimque nomen Imperatoris … et consulatum (contulit). *Capitolin. M. Anton.* 16. — Marci XVI. Antoninus Commodum filium suum imperii socium fecit. *Euseb. interpr. Hieron. a.* 2192. — Antonine Pie. Dii te servent… Commodo imperium iustum rogamus… Commodo Antonino tribuniciam potestatem rogamus: praesentiam tuam rogamus. *Vulcat. Gallic. Avid. Cass.* 13. — *Ὁ δὲ οὕτως ἐξηγεῖται καὶ διέπει τὸ τῆς ἀρχῆς ὅνπερ χρὴ τρόπον, τὴν εὐσέβειαν μὲν καὶ δικαιοσύνην, ἔτι δὲ σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν καὶ φρόνησιν καὶ τὴν ἄλλην * * κόσμον γε ἀρετήν. ἤρξατο μὲν γάρ, ὥσπερ προσήκει, ἀπὸ εὐσεβείας, διεξῆλθε δὲ καὶ διὰ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς ἀρετῆς. τίς μὲν γὰρ δικαιοσύνης, τίς δὲ φιλανθρωπίας, τίς δὲ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τοσαῦτα δείγματα καὶ τοιαῦτα ὅσα καὶ οἷα ὁ βασιλεὺς οὗτος ἐξήνεγκε; Καὶ πρῶτόν γε τὴν εἰς χρήματα δικαιοσύνην αὐτοῦ θεασώμεθα. τῆς γὰρ συντάξεως ὑπερβαλλούσης τῆς εἰς τὴν διοίκησιν συντεταγμένης καὶ φόρων ἐπιταχθέντων πλειόνων καὶ οὐδὲ τούτων ἀρκούντων, ἀλλὰ κεκενωμένων μὲν τῶν πανταχοῦ ταμιείων, ἀεὶ δὲ μείζονος ὄντος τοῦ περὶ τοῦ μέλλοντος φόβου, οὐ τοῦ πλείονος ἐδεήθη οὐδ᾽ ἐζήτησεν οὐδὲ διὰ χρήματα κακὸς ἐγένετο, ἀλλ᾽ ἀνῆκε καὶ ἐπεκούφισεν, οὐ μόνον δικαιότατος, ἀλλὰ καὶ φιλανθρωπότατος βασιλέων περὶ ταῦτα γενόμενος. καὶ τοιοῦτος μὲν εἰς χρήματα· τὴν δὲ πρὸς τὰς δίκας δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν τίς ἂν ἀξίως ἐπαινέσειε;* Ipse vero (M. Aurel. Antoninus) recte illud (regnum) administrat, pietatem, iustitiam, temperantiam, modestiam, prudentiam et alias * * omnes virtutes colens. Nam a pietate, ut oportebat, exortus, per alia quoque virtutis genera progressus est. Quis enim vel iustitiae vel humanitatis, vel aliarum virtutum tot tantaque, quot et quanta hic rex, exempla edidit? Ac primum iustitiam eius in pecunia consideremus. Etenim quum pensiones multae in rempublicam conferrentur, ac tributa multa nondum sufficerent, sed et aeraria omnia essent exhausta et graviora quoque in posterum metuerentur, ipse maiorem pecuniae summam ut conquireret, coactus non fuit, nec ea de causa acerbius se gessit, verum tributa sublevavit, maxima non modo iustitia, sed et humanitate praeter ceteros reges hac in re usus. Atque haec quidem de pecunia. In iudiciis autem quam iustum se praebuerit, nemo facile dixerit. *Aristid. Adrian. T.* 1, *p.* 103 *ed. Dindorf.* (Iebb. T. 1, p. 60 sq.) — Imperatores multis multa largiti sunt et pecuniam, quae fisco debebatur, provinciis concedentes, tabulas debitorum in medio Romanae urbis foro incendio concremarunt; ac ne quid bonitatis deesset, severiores quasque leges novis constitutionibus temperarunt. *Euseb. Chron. interpr. Hieron. ad a.* 2193 *iisdemque vv. Cassiod. Chron. ad a.* 178. — Tributa vel vectigalia, ubi necessitas cogebat, remisit (M. Antoninus). *Capitolin M. Anton.* 23. — *Καὶ τοῖς ὀφείλουσί τι τῷ βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ, πᾶσι πάντα τὰ ὀφειλόμενα ἀφῆκεν, ἀπὸ ἐτῶν ἓξ καὶ τεσσαράκοντα, χωρὶς τῶν ἑκκαίδεκα τοῦ Ἀδριανοῦ· καὶ πάντα τὰ περὶ αὐτῶν γράμματα ἐν τῇ ἀγορᾷ καυθῆναι ἐκέλευσε. χρήματά τε πολλαῖς πόλεσιν ἔδωκεν … Τῇ Σμύρνῃ δεινῶς ὑπὸ σεισμοῦ φθαρείσῃ (χρήματα ἔδωκεν) καὶ αὐτὴν … ἀνοικοδομῆσαι προσέταξεν.* Quibus peractis, remisit (M. Antoninus) omnibus omnia, quae fisco aerariove publico debebantur, ab annis sex et quadraginta, absque sedecim annis Hadriani, iussitque syngraphas omnes scriptas de iis rebus in foro comburi. Pecuniam multis civitatibus largitus est … Smyrnae, quae ingenti terrae motu conquassata fuerat (pecuniam largitus est) eamque … restaurandam mandavit. *Dio Cass.* 71, 32. — * Smyrna, urbs Asiae, terrae motu corruit, ad quam reficiendam in decem annos vectigalia condonata sunt. *Euseb.* 2196. *Hieron. a.* 2195. Cf. Aristidis Adrian. *Μονῳδία* et *Παλινῳδία ἐπὶ Σμύρνῃ.* — Praeteriti temporis per omnes provincias tributa donavit (M. Antoninus) omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa monumenta congesta in foro iussit incendi, severiores leges novis constitutionibus temperavit. *Orosius* 7, 15. — *Ἀντωνῖνος καὶ Κόμοδος οἱ αὐτοκράτορες διανομὰς καὶ θέας παντοίας παρέσχον, τά τε δημόσια τέλη ἀνῆκαν καὶ τοὺς τῶν χρεῶν χάρτας ἐπὶ τῆς Ῥωμανισίας ἀγορᾶς κατέφλεξαν, νόμους καὶ διατάξεις εὖ συνειδότες ἀνενεώσαντο … Σμύρνα πόλις τῆς Ἀσίας σεισμῷ κατεπτώθη καὶ πρὸς ἀνοικοδομὴν ἀνείθη τῶν φόρων ἔτη ι΄.* Antoninus et Commodus Impp. congiario in populum diviso, variisque spectaculis exhibitis, publicas res curarunt et debitorum tabulas in foro Romano incenderunt, leges constitutionesque bono publico consulentes innovaverunt … Smyrna, Asiae civitas, terrae motu eversa pristino statui reparanda tributis liberatur annis decem. *Syncell. p.* 667.

931. p. C. n. 178. GAVIO ORPHITO IULIANO RUFO COSS.

Impp. Antonini et Commodi oratione in senatu recitata id actum est, ut sine in manum conventione matrum legitimae hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis et reliquis agnatis. *Ulpian.* 26, 7. — Per contrarium autem, ut liberi ad bona matrum intestatarum admittantur, senatusconsulto Orphitiano, Orphito et Rufo consulibus, effectum est, quod latum est D. Marci temporibus, et data est tam filio, quam filiae legitima hereditas, etiamsi alieno iuri subiecti sunt; et praeferuntur et consanguineis et agnatis defunctae matris. *Pr. Inst. de Senatuscons. Orphitiano* 3, 4. — Sciendum est, etiam illos liberos, qui vulgo quaesiti sunt, ad matris hereditatem ex hoc senatusconsulto admitti. § 3 *Inst. eod. tit.* — *Gaius Lib. Singulari ad Senatusconsultum Orphitianum.* Sacratissimi principis nostri oratione cavetur, ut matris intestatae hereditas ad liberos, tametsi in aliena potestate erunt, pertineat. *L.* 9 *D. ad Senatuscons. Tertull.* 38, 17. — *Ὀρφιτίανον δόγμα ἐπὶ Ὀρφίτου καὶ Ῥούφου τῶν ὑπάτων ἐκφωνηθὲν παρὰ τοῦ βασιλεύοντος τότε Μάρκου, παρέχει δὲ τοῖς παισὶν νόμιμα δίκαια εἰς τὴν τῶν μητέρων διαδοχήν.* Senatusconsultum Orphitianum consulibus Orphito et Rufo factum Marco Imperatore, quo liberi ius accepere in bona matrum intestatarum. *Vet. Glossae Verborum iur. ed. Labb. p.* 80. Cf. Pauli Sent. 4, 10; Cod. Th. V, 1; Theophilus ad tit. Inst. cit.; Const. *Δέδωκεν* s. Dedit nobis Deus et Const. Tanta; l. 6, § 2 D. de Acquir. her. 29, 2; l. 2, § 4 D. Unde leg. 38, 7; l. 1, § 9 D. Unde cognati 38, 8; Dig. libr. 38. tit. 17 et l. 1, pr. § 6 eiusd. tit.; Cod. 6, 57. — * Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Furiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: „Stichus liber esto“; quum autem „opsonatorem“, vel „qui ex ancilla illa nascitur, liberum esse volo“, ex Orphitiano senatusconsulto perinde libertas competit, ac si nominatim data sit. *Pauli Sent.* 4, 14, 1.

Incert. ann.

Ulpianus Lib. I. ad Edictum. Est etiam generalis epistola Divorum Marci et Commodi, qua declaratur, et praesides, et magistratus, et milites stationarios dominum adiuvare debere inquirendis fugitivis, et ut inventos redderent, et ut hi, apud quos delitescant, puniantur, si crimine contingantur. *L.* 1, § 2 *D. de Fugitivis* 11, 4. — *Callistratus Lib. III. de Cognitionibus.* Eum, qui ita veniit, ut intra tempus manumitteretur, quum dies praestandae libertatis venerit vivente creditore et perseverante in eadem voluntate, perinde haberi, ac si ab eo, a quo debuit manumitti, manumissus esset; mortuo autem venditore non esse heredum eius voluntatem explorandam, Divus Marcus cum filio suo rescripsit. *L.* 3 *D. Qui sine manumiss.* 40, 8. — * *Imp. Alexander A. Patricensi.* Et ideo non de praestanda tibi libertate, quam ex constitutione iam fueras adeptus, litigare debuisti, sed libertatem, quam obtinueras, defendere. *L.* 1 *C. Si mancipium* 4, 57. — *Idem A. Eutychiano.* Si ea lege Chrestos servum vel naturalem filium venumdedit, ut emtor eum manumitteret, quamvis non est manumissus, ex constitutione Divorum Marci et Commodi ad Aufidium Victorinum liber est. *L.* 2 *C. eod. tit.* — *Idem A. Fulcinio.* Si Iusta Saturnino puellam, nomine Firmam.

agentem tunc annos septem, hac lege vendiderit, ut, quum haberet annos viginti quinque, libera esset, quamvis factum ab emtore praestandae libertatis pacto non sit insertum, sed ut libera esset, expressum, tamen constitutioni Divorum Marci et Commodi in Semestribus scriptae locus est. *L.* 3 *C. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Oratio Imperatorum Antonini et Commodi, quae quasdam nuptias in persona senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est. *L.* 16 *D. de Sponsal.* 23, 1. Cf. l. 16 D. de Ritu nupt. 23, 2 et D. Marcus, p. 123. Paulus Libro Singulari ad Orationem D. Severi et Commodi. *L.* 20, 60 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Marcianus Lib. X. Institutionum.* Qui pupillam suam duxit uxorem contra senatusconsultum. *L.* 7 *pr. D. ad Leg. Iul. de Adult.* 48, 5. — *Marcianus Lib. II. Institutionum.* Si tutor pupillam suam contra senatusconsultum uxorem duxit. *L.* 128 *D. de Legat. I.* — *Paulus Lib. Singulari de Assignatione Libertorum.* Senatusconsulto, quo cautum est, ne tutor pupillam vel filio suo vel sibi nuptum collocet, etiam nepos significatur. *L.* 59 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Paulus Lib. Singulari ad Orationem D. Antonini et Commodi.* Si quis tutor quidem non sit, periculum tamen tutelae ad eum pertineat, an sententia Orationis contineatur, veluti si pupilla ab hostibus capta fuerit, aut falsis allegationibus a tutela se excusaverit, ut ex sacris constitutionibus periculum ad eum pertineat? Et dicendum est, hos quoque ad senatusconsultum pertinere. *L.* 60 *pr. D. de Ritu nupt.* 23, 2. — Quin ille, qui quum datus est tutor, cessat in administratione, pertineat ad Orationem, non est dubitandum, quia perinde tenetur ex sacris constitutionibus, atque si gessisset. *L.* 60 *D. cit.*, § 3. — Quamvis verbis Orationis cautum sit, ne uxorem tutor pupillam suam ducat, tamen intelligendum est, ne desponderi quidem posse. *L.* 60 *D. cit.*, § 5. — Credendum est, de adoptivis emancipatis senatum non sensisse. *L.* 60 *D. cit.*, § 6. — Naturales liberi, licet in adoptionem dati fuerint, senatusconsulto continentur. *L.* 60 *D. cit.*, § 7. — *Tryphoninus Lib. IX. Disputationum.* Senatusconsultum stricto iure contra omnes tutores nititur. *L.* 67, § 1 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. II. Quaestionum.* Libertum eundemque tutorem pupillae eo, quod in matrimonium collocata ipsi tutori suo vel filio eius est, senatus relegandum censuit. Senatusconsulti, quo prohibentur tutores et filii eorum pupillas suas ducere, puto heredem quoque tutoris extraneum sententia apprehendi. *L.* 64 *pr.* § 1 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — Etiam is (meruit excusationem), qui commentarios habet praefecti, quamdiu hic commentarios habet praefecti, ut D. Marcus cum filio rescripsit. *Vat. Fr.* 222. — *Modestinus Lib. VI. Excusationum.* *Εἰδέναι δεῖ, ὅτι ἀξίωμα οὐδενὶ παρέξει παραίτησιν· ὅθεν ἐάν τις συγκλητικὸς ᾖ, οὗτος ἐπιτροπεύσει καὶ τῶν καταδεεστέρας τάξεως ὄντων συγκλητικῶν, ὅπερ ἀντέγραψαν οἱ θειότατοι Μάρκος καὶ Κόμμοδος.* Scire oportet, nulli dignitatem tribuere excusationem; unde si quis senator fuerit, hic tutor erit, et eorum, qui inferioris ordinis sunt, quam senatorum, quemadmodum rescripsit Divus Marcus et Commodus. *L.* 15, § 2 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Paulus Lib. Singulari de Excusationibus.* Mensores frumentarios habere ius excusationis apparet ex rescripto Divorum Marci et Commodi, quod rescripserunt praefecto annonae. *L.* 26 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Officium tutorum curatoribus constitutis finem accipit, ideoque omnia negotia, quae inita sunt, ad fidem curatorum pertinent; idque etiam Divus Marcus cum filio suo Commodo rescripsit. *L.* 33, § 1 *D. de Admin. et peric.* 26, 7. — *Papinianus Lib. XV. Quaestionum.* Quum proponebatur, in scriptura fideicommissi, quod pluribus sub conditione fuerat relictum, per errorem omissam mutuam substitutionem, quam testator in secundis tabulis, quum eosdem substitueret, expressit, Divi Marcus et Commodus Imperatores rescripserunt, voluntatem manifestam videri mutuae factae substitutionis; etenim in causa fideicommissi, utcunque precaria voluntas quaereretur, coniectura potuit admitti. *L.* 64 *D. de Leg. II.* — *Marcianus Lib. VI. Institutionum.* Si quis inquilinos sine praediis, quibus adhaerent, legaverit, inutile est legatum; sed an aestimatio debeatur, ex voluntate defuncti statuendum esse, Divi Marcus et Commodus rescripserunt. *L.* 112 *pr. D. de Legatis I.* — *Imp. Alexander A. Proculiano.* Scire debetis, fideicommissi et legati satisdationem remitti posse, Divum Marcum et D. Commodum constituisse; ut autem boni viri arbitratu is, cui ususfructus relictus est, utatur fruatur, minime satisdationem remitti testamento posse. *L.* 7 *C. Ut in possessionem* 6, 54. Cf. Commodus. — *Paulus Lib. III. Brevium.* Legatis quoque municipiorum succurritur ex principum Marci et Commodi constitutione. *L.* 8 *D. Ex quib. caus. maiores* 4, 6. — *Macer Lib. II. de Iudiciis Publicis.* Divus Marcus et Commodus Scapulae Tertyllo rescripserunt in haec verba: „Si tibi liquido compertum est, Aelium Priscum in eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec subest ulla suspicio, matrem ab eo simulatione dementiae occisam, potes de modo poenae eius dissimulare, quum satis furore ipso puniatur; et tamen diligentius custodiendus erit ac, si putabis, etiam vinculo coërcendus, quoniam tam ad poenam, quam ad tutelam eius et securitatem proximorum pertinebit. Si vero, ut plerumque assolet, intervallis quibusdam sensu saniore, non forte eo momento scelus admiserit, — nec morbo eius danda est venia — diligenter explorabis; et si quid tale compereris, consules nos, ut aestimemus, an per immanitatem facinoris, si quum posset videri sentire, commiserit, supplicio afficiendus sit. Quum autem ex literis tuis cognoverimus, tali eum loco atque ordine esse, ut a suis vel etiam in propria villa custodiatur, recte facturus nobis videris, si eos, a quibus illo tempore observatus esset, vocaveris et causam tantae negligentiae excusseris, et in unumquemque eorum, prout tibi levari vel onerari culpa eius videbitur, constitueris. Nam custodes furiosis non ad hoc solum adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur, sed ne aliis quoque exitio sint; quod si committatur, non immerito culpae eorum adscribendum est, qui negligentiores in officio suo fuerint.“ *L.* 14 *D. de Off. praes.* 1, 18. — *Marcianus Lib. II. Institutionum.* Divi Marcus et Commodus rescripserunt, quum servus quereretur, quod tabulae testamenti, quibus ei data erat libertas, supprimerentur, admittendum ad suppressi testamenti accusationem. *L.* 7 *D. de L. Cornel. de Falsis* 48, 10. — *Callistratus Lib. V. de Cognitionibus.* Divus Marcus et Commodus Pisoni rescripserunt in haec verba: „Quum constiterit apud te, Piso carissime, Iulium Donatum, posteaquam conterritus adventu latronum profugerat villam suam, vulneratum esse, mox testamento facto purgasse officium servorum suorum, nec pietas pro servis, nec sollicitudo heredis obtinere debet, ut ad poenam vocentur, quos absolvit dominus ipse.“ *L.* 2 *D. ad Senatuscons. Silan.* 29, 5. — *Macer Lib. I. de Publicis Iudiciis.* Nihil interest, adulteram filiam prius pater occiderit, an non, dum utrumque occidat; nam si alterum occidit, lege Cornelia reus erit; quod si altero occiso alter vulneratus fuerit, verbis quidem legis non liberatur, sed Divus Marcus et Commodus rescripserunt, impunitatem ei concedi, quia, licet interemto adultero mulier supervixerit post tam gravia vulnera, quae ei pater inflixerat, magis fato, quam voluntate eius servata est; quia lex parem in eos, qui deprehensi sunt, indignationem exigit et severitatem requirit. *L.* 32 *D. ad Legem Iuliam de Adulter. coërc.* 48, 5. — Sciendum est, Divum Marcum et Commodum rescripsisse, eum qui adulterum illicite interfecerit, leviori poena puniri. Sed et Magnus Antoninus pepercit eis, qui adulteros inconsulto calore ducti interfecerunt. Et reliqua. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 4, 3. — *Papinianus Lib. XXXVI. Quaestionum.* Imperator Marcus Antoninus et filius Commodus rescripserunt: „Si maritus uxorem in adulterio deprehensam impetu tractus doloris interfecerit, non utique legis Corneliae de sicariis poenam excipiet.“ *L.* 38, § 8 *D. ad L. Iul. de Adult.* 48, 5. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Divi quoque Marcus et Commodus rescripserunt, non imputari publicano, quod non instruxit transgredientem, sed illud custodiendum, ne decipiat profiteri volentes. *L.* 16, § 6, 7 *D. de Publicanis* 39, 4. — Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus Aug. Germanicus Sarmat. et Imp. Caesar L. Aurelius Commodus Aug. Germanicus Sarmat. hos lapides constitui iusserunt

propter controversias, quae inter mercatores et mancipes ortae erant, uti finem demonstrarent vectigali foricularii te (leg. fori cullearii et) ansarii promercalium secundum veterem legem semel duntaxat exigendo. *Inscript. lapid. Rom. ap. Orell. T.* 2, *p.* 79, *n.* 3347, *ubi script.* — * Ad (maius) tempus ... et Varianis (* Vananis) alumnis masculis feminisque sestertium deciens singulis reliquit usurarium proprius quam proprium, nam quinquagena annua ab Augusta singulis dari iussit. *Fronto, Epist.* 1, 1, 13. — *Ὁ Σεβῆρος ὁ τῆς Ἀσίας ἡγεμὼν ἦρξεν, οἶμαι, ἐνιαυτῷ πρότερον τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου ... διατρίβοντος δέ μου περὶ τὸν Αἴσηπον τότε καὶ αὖ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς ἐποίησε τοιόνδε. ἐπέμπετο τοῖς ἡγεμόσι κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφ᾽ ἑκάστης πόλεως ἑκάστου ἔτους ὀνόματα δέκα ἀνδρῶν τῶν πρώτων. ταῦτα ἔδει σκεψάμενον τὸν ἡγεμόνα ἕνα ὃν προκρίνειεν ἐξ ἁπάντων καθιστάναι φύλακα τῆς εἰρήνης. ἐκ δὴ πολίσματος τῆς Μυσίας, οὗ τοὔνομα οὐδὲν δέομαι λέγειν, ἀφικνεῖται παρ᾽ αὐτὸν τὰ προχειρισθέντα ὀνόματα. ὁ δ᾽ οὐδέν πω τῶν ἐμῶν σαφῶς εἰδὼς ἀλλ᾽ ἢ τοσοῦτον ἀκηκοὼς, ὅτι κτήματα εἴη μοι περὶ τὸν τόπον τοῦτον καὶ τὴν ἄλλην μοι δοκεῖν τάξιν ὅτι οὐ τῶν ἀφανῶν, παριδὼν καὶ ἀτιμάσας ἅπαντα τὰ πεμφθέντα ὀνόματα προὔκρινεν ἄρχειν ἐμὲ, οὐκ ἐνθυμηθεὶς οὔθ᾽ ὅτι τῆς Σμύρνης προσήκει πολλοῖς πρότερον χρόνοις, πρὶν ἐκείνοις γενέσθαι πόλεως ἐλπίδας, οὔθ᾽ ὅτι πᾶν ἀλλοῖον τὸ ἡμέτερον. καὶ πέμπει δὴ τοῖς ἄρχουσιν ἐπιστολὴν, οὐκ αὐτοῖς ἐπιστείλας, ἀλλ᾽ ἐμοί. οἱ δ᾽ ἐλθόντες ἀπεδίδοσαν. τὰ δὲ γράμματα ἐκέλευε προστῆναι τῆς εἰρήνης. ἦν οὖν ἀπορία πολλή. οὔτε γὰρ ἔκκλητον ἦν ποιῆσαι τὴν δίκην, οὐδενὸς ὄντος ἀντιδίκου ἐν μέσῳ, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἦν ὅ τε δοὺς τοὔνομα καὶ ὁ ἐπικυρῶν, οὔθ᾽ εὑρεῖν ὅτῳ τις μάχοιτο ἢ πρὸς ὅντινα καὶ ὅπως τὸ πρᾶγμα καταστήσαιτο, ἀλλ᾽ ἢ τοσοῦτον συνέδοξε κοινῇ βουλευομένοις ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄρχουσι, ποιήσασθαι τὴν ἔκκλητον, ὡς δὴ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἀποδιδόντας τὰ γράμματα ... Ἡμέραις οὐ πολλαῖς ὕστερον ἐξ Ἰταλίας ἀφικνοῦνται ἐπιστολαί μοι παρὰ τῶν βασιλέων, τοῦ τε αὐτοκράτορος αὐτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς, ἄλλας τε εὐφημίας ἔχουσαι καὶ τὴν ἀτέλειαν ἐπισφραγιζόμεναι τὴν ἐπὶ τοῖς λόγοις, εἰ τυγχάνοιμι χρώμενος αὐτοῖς. ἧκει δέ μοι καὶ παρὰ Ἡλιοδώρου τοῦ τῆς Αἰγύπτου ὑπάρχου γενομένου γράμματα ἅμα τοῖς βασιλικοῖς, ἐμοί τε αὐτῷ καὶ ἕτερα ὑπὲρ ἐμοῦ τῷ ἡγεμόνι, καὶ μάλ᾽ ἔντιμα καὶ λαμπρὰ, γραφέντα μὲν πολλῷ πρότερον τῆς χρείας ταύτης, ἀπαντήσαντα δὲ εἰς τὸν καιρὸν τότε ... πέμπω δὲ γράμματα πρὸς τὸν ἡγεμόνα, τό τε σύμπαν δηλῶν ὁποῖον εἴη τοὐμὸν πρᾶγμα καὶ ὅτι παντάπασιν ἐοίκασιν οἱ πρὸς αὐτὸν εἰπόντες τοὐμὸν ὄνομα οὐδὲν πλέον εἰπεῖν ἢ τοὔνομα· τούς τε ἀφιέντας ἐδήλουν οἵτινες εἶεν καὶ τὰ γράμματα τὰ νεωστὶ ἥκοντα· ἅμα δὲ καὶ αὐτὰ ἔπεμπον μετὰ τῶν ἐμῶν, τά τε τῆς συστάσεως καὶ τὰ τῆς ἀφέσεως ... μετὰ ταῦτα Σεβῆρος μὲν ἐκ τῶν ἄνωθεν χωρίων εἰς τὴν Ἔφεσον κατῄει δικῶν ἀγορὰν ἄξων, καὶ τὰ γράμματα ἀναγνοὺς ἐκέλευεν ἀπαντᾶν ἐκεῖσε. ἐγὼ δ᾽ ἔπεμπον. ὡς δ᾽ ἧκεν ἡ κυρία καὶ τοὔνομα ἐκλήθη, παρῆσαν οἱ σύνδικοι. καὶ πρὶν φθέγξασθαι μόνον αὐτοὺς, ὁ Σεβῆρος ἄνωθεν, Ἀριστείδην, ἔφη, γιγνώσκω, καὶ τῆς δόξης ἄγαμαι, καὶ σύμφημι πρωτεύειν περὶ λόγους, καὶ ταῦτά μοι καὶ παρὰ τῶν ἐν Ῥώμῃ φίλων ἐπέσταλται. αἰτοῦμαι δ᾽ αὐτὸν, ἔφη, συνάρξαι μοι. τὰ δὲ δίκαια τῆς ἀτελείας αὐτῷ καὶ βεβαιῶ καὶ μένει. ταῦτ᾽ εἶπε δημοσίᾳ, ταῦτ᾽ ἐνέγραψε τοῖς ὑπομνήμασι.* Anno prius, ut arbitror, quam amicus noster, Severus Asiae praetor fuit ... Quum autem apud Aesopum tunc temporis et rursum circa Iovis templum versarer, ita mecum egit. Mittebantur quotannis eo tempore ad praetorem ex singulis urbibus nomina decem praestantissimorum quorumque civium, quae ille considerans aliquem deligeret ex omnibus, quem pacis custodem constitueret. Itaque quum ex Mysiae quodam oppidulo, cuius nihil est opus nomen dicere, venissent ad Severum delecta nomina, ille, qui nihil adhuc rerum mearum cognosceret, nisi quod agros aliquot eo loco me habere ac de cetero fortasse non infimi ordinis esse audierat, reiectis omnibus, quotquot missa erant nominibus, mihi magistratum detulit, quum id non cogitasset, et ad Smyrnam multo prius, quam speraveram, me pertinuisse et ad eam rem ineptum prorsus esse. Mittit deinde ad praefectos epistolam, non ad ipsos, verum ad me datam; quam quum illi reddidissent ac iuberent me literae paci praeesse, magnopere perculsus fui. Nam nec provocare licebat, quum non exstaret adversarius, verum idem praetor nomen et dedisset et confirmasset, nec cum quo quis contenderet, aut quomodo causam institueret, reperire. Hoc tamen nobis ac praefectis communiter deliberantibus visum est, ut provocatio quasi ad praefectos, qui literas tradiderant, fieret ... Paucis diebus interiectis venerunt ad me ex Italia regum literae, tum imperatoris ipsius, tum eius filii, quae praeter alias, quas continebant laudes, immunitatem propter sermones, si ipsorum uterer consuetudine, mihi confirmabant. Ab Heliodoro quoque, qui fuerat Aegypti praefectus, literae una cum regiis venerunt, partim ad me datae, partim etiam ad praetorem de me scriptae, honorifice et splendide, quae dudum quidem ante hoc negotium datae fuerant, tunc autem opportune sunt redditae ... Ad praetorem literas misi, quibus et negotium meum illi integrum significabam et eos, qui nomen meum ad ipsum detulerant, nihil aliud, quam nomen detulisse ostendebam, tum eos, qui dimiserant, quales essent, declarabam et eas, quae nuper venerant, literas, quas una cum meis ad illum misi, tam eas, quae commendationem, quam quae ingenium continebant ... Postea Severus Ephesum ex altioribus locis descendit ad agendum forum, lectisque literis, eo nos venire iussit. Itaque misi, qui irent. Ut autem dies venit ac proclamatum est nomen, aderant syndici. Hi antequam loqui coepissent, Severus mox e superiore loco, Aristidem, inquit, cognosco, et gloriam admiror atque primas eloquentiae ferre assentior, idque mihi Roma ab amicis scriptum est. Cupio autem, ut mecum imperet. Immunitatis vero ius ipsi confirmo ac manet. Haec publice dixit et in instrumenta retulit. *Aristid. Adrian. T.* 1, *p.* 523 *sq. ed. Dindorf.* (Iebb. T. 1, p. 338 sqq.)

COMMODUS.

Cf. Vespasianus, Antoninus Pius, Divi Fratres, Pertinax. Didius Iulianus, s. p. 60, 105, 120, 134.

933. p. C. n. 180. L. FULVIO BRUTTIO PRAESENTE II. L. QUINTILIO CONDIANO COSS.

Templum ei (M. Antonino) constitutum, dati sacerdotes Antoniniani et sodales et flamines, et omnia, quae de sacratis decrevit antiquitas. *Capitolin. M. Anton.* 18.

935. p. C. n. 182. C. PETRONIO MAMERTINO CORNELIO RUFO COSS.

Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum. Si quis servum non hereditarium rogatus manumittere latitet, factum est senatusconsultum, Aemilio Iunco et Iulio Severo consulibus, in haec verba: „Placere, si quis ex his, qui fideicommissam libertatem ex quacunque causa deberent servo, qui mortis tempore eius, qui rogavit, non fuerit, isque adesse negabitur, praetor cognoscat: et si in ea causa esse videbitur, ut, si praesens esset, manumittere cogi deberet, id ita esse pronuntiet. Quumque ita pronuntiasset, idem iuris erit, quod esset, si ita, ut ex fideicommisso manumitti debuisset, manumissus esset.“ *L.* 28, § 4 *D. de Fideicommiss. lib.* 40, 5. — *Marcianus Lib. IX. Institutionum.* Sed et si non hereditarium servum quis rogatus fuerit manumittere, sed proprium, ex senatusconsulto Iunciano post pronuntiationem pervenit ad libertatem. *L.* 51, § 8 *D. eod. tit.*

938. p. C. n. 185. MATERNO ET BRADUA COSS.

Εἰς τοσοῦτόν τε μανίας καὶ παροινίας προὐχώρησεν, ὡς πρῶτον μὲν τὴν πατρῴαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι· ἀντὶ δὲ Κομμόδου καὶ Μάρκου υἱοῦ, Ἡρακλέα τε καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν κελεύσας καλεῖσθαι ... Ἤλλαξε δὲ καὶ τῶν ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα, ὅσα μὲν ἀρχαῖα καταλύσας, πάντας δὲ ταῖς ἑαυτοῦ προσηγορίαις ὀνομάσας· ὧν αἱ πλεῖσται εἰς Ἡρακλέα δῆθεν ... ἀνεφέροντο. Ἔστησε δὲ καὶ ἀνδριάντας αὑτοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀντικρὺ τοῦ τῆς συγκλήτου συνεδρίου τόξον διηγκυλημένον. Eoque vecordiae petulantiaeque processit, ut paternum primo cognomen repudiaret et pro Commodo Marci filio se Iovis filium iusserit appellari ... Idemque

mensium nomina demutavit ac pro vetustis appellationibus novas de suis cognominibus imposuit, quorum pleraque ad Herculem ... referebantur. Quin statuas quoque sibi tota urbe poni iussit, inque iis unam pro curia, quae arcum contenderet. *Herodian. Hist.* 1, 14. Cf. Dio Cass. 72, 15. — Menses quoque in honorem eius pro Augusto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Invictum, pro Novembri Exsuperatorium, pro Decembri Amazonium ex signo ipsius adulatores vocabant. *Lampridii Commodus* 11. Cf. Suidas v. *Κόμοδος*. — Commodus Septembrem mensem nomine suo appellavit. *Hieronymi Chron. a.* 2200. — Septembrem mensem ad nomen suum transferre conatus est, ut Commodus diceretur. *Eutrop.* 8, 7. — Septembrem mensem Commodum appellaverat. *Aurel. Vict. de Caes.* 17. — *Τοὺς μῆνας πάντας ἀπ' αὐτοῦ κεκλῆσθαι τεθέσπικε.* Omnes menses de se nominari iussit. *Zonaras* 12, 5. — *Τὸν αἰῶνα τὸν ἐπ' αὐτοῦ, χρυσοῦν τε ὀνομάζεσθαι καὶ ἐς τὰ γράμματα πάντα ὁμοίως ἐσγράφεσθαι ἐψηφίσθη.* Decretum fuit, ut id aevum, quo principatum teneret, nominaretur saeculum aureum, idque omnibus literis inscriberetur. *Dio Cass.* 72, 15. *Zonaras* 12, 5.

943. p. C. n. 190. L. AURELIO COMMODO A. VI. M. PETRONIO SEPTIMIANO COSS.

Κομμοδιανὴν γοῦν τήν τε Ῥώμην αὐτὴν, καὶ τὰ στρατόπεδα Κομμοδιανὰ, τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ταῦτα ἐψηφίζετο, Κομμοδίαν καλεῖσθαι προσέταξεν. Iussit autem Romam ipsam Commodianam, et exercitus Commodianos, denique diem, quo haec (patri) decernebantur, Commodianum appellare. *Dio Cass.* 72, 15. — *Καὶ τέλος ἐν τοῖς γενεθλίοις τοῖς ἑαυτοῦ, ἡμᾶς τε καὶ τὰς γυναῖκας ἡμῶν καὶ τοὺς παῖδας, δύο χρυσοῦς ἕκαστον, ὥσπερ τινὰ ἀπαρχὴν (κατ' ἔτος) ἐκέλευσέν οἱ ἀποφέρειν· τούς τε ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις πόλεσι βουλευτὰς, κατὰ πέντε δραχμάς.* Natali denique suo die a nobis, uxoribusque nostris, et liberis, singulis binos aureos, tanquam aliquas primitias quotannis pendi sibi iussit: itemque a decurionibus singulis reliquorum oppidorum omnium quinque denarios exegit. *Dio Cass.* 72, 16. — *Ἐπὶ οὖν τῆς αὐτοῦ βασιλείας πρώτοις ἐπετελέσθη τὰ Ὀλύμπια τοῖς Ἀντιοχεῦσι Σύροις ἀπὸ θείας αὐτοῦ, ὡς προείρηται, κελεύσεως ἔτους σξ' χρηματίζοντος κατὰ τοὺς αὐτοὺς Ἀντιοχεῖς Σύρους ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ κτισθέντι Ξυστῷ ... Καὶ ἐγένετο ἐν αὐτῇ Ἀντιοχείᾳ ἀλυτάρχης ἐν τῇ αὐτῇ θείᾳ κελεύσει ὀνομασθεὶς πρῶτος Ἀφρόνιος ὁ ἀπὸ ἐπάρχων, πολίτης Ἀντιοχεύς.* Anno autem aerae Antiochenae CCLX., divino Imperatoris ex edicto, uti superius (p. 284) dictum, ludi Olympici Antiochiae in Xysto, a Commodo exstructo, primum celebrati sunt ... Eodem ex edicto imperatorio, alytarcha tum primum designatus est Aphronius, expraefectus, civis Antiochenus. *Malalae Chron. lib.* 12, *p.* 286.

Incert. ann.

Modestinus Lib. Singulari de Manumissionibus. Imperatoris Commodi constitutio talis profertur, quum probatum sit, contumeliis patronos a libertis esse violatos, vel illata manu atroci esse pulsatos, aut etiam paupertate vel corporis valetudine laborantes relictos, primum eos in potestatem patronorum redigi, et ministerium dominis praebere cogi; sin autem nec hoc modo admoneantur, vel a praeside emtori addicentur, et pretium patronis tribuetur. *L.* 6, § 1 *D. de Agnosc. et alend. lib.* 25, 3. — *Marcianus Lib. I. Institutionum.* Divus Commodus et ius anulorum datum ademit illis, qui invitis aut ignorantibus patronis acceperant. *L.* 3 *D. de Iure aur. anul.* 40, 10. — *Papinianus Lib. XX. Quaestionum.* Procula quum magnae quantitatis fideicommissum a fratre sibi debitum post mortem eius in ratione cum heredibus compensare vellet, ex diverso autem allegaretur nunquam id a fratre, quamdiu vixit, desideratum, quum variis ex causis saepe (in) rationem fratris pecunias ratio Proculae solvisset, divus Commodus, quum super eo negotio cognosceret, non admisit compensationem, quasi tacite fratri fideicommissum fuisset remissum. *L.* 26 *D. de Probat.* 22, 3. — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Quum non facile satisdationem offerre legatarius vel fideicommissarius possit, et futurum sit, ut propter hoc a petitione liberalitatis ex testamento submoveantur, numquid onus satisdationis eis remittendum erit? Quod videtur adiuvari rescripto divi Commodi in haec verba: „Is cuius de ea re notio est, aditus si compererit, ideo cautionem a te exigi, ut a fideicommissi petitione avertaris, onus satisdationis tibi remitti curabit.“ *L.* 6 *D. Si cui plus* 35, 3. Cf. Marcus et Commodus. — *Callistratus Lib. I. Quaestionum.* In instrumentis, quae quis non exhibet, actori permittitur in litem iurare, quanti sua interest ea proferri, ut tanti condemnetur reus; idque etiam divus Commodus rescripsit. *L.* 10 *D. de In litem iur.* 12, 3. — *Marcianus Lib. IV. Institutionum.* Divus Commodus rescripsit, obsidum bona, sicut captivorum, omnimodo in fiscum esse cogenda. *L.* 31 *D. de Iure fisci* 49, 14. — Bellonae servientes vere exsecare brachium praecepit studio crudelitatis. Isiacos vero pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat. *Lampridii Commodus* 9. — Congiarium dedit populo. Contra consuetudinem paenulatos iussit spectatores, non togatos, ad munus convenire, quod funeribus solebat. *Lampridii Commodus* 16. — *Ὁ δὲ Κόμμοδος δύο τοὺς ἐπάρχους καταστήσας.* Post haec Commodus duos constituit praefectos. *Herodian. Hist.* 1, 9. — Classem Africanam instituit, quae subsidio esset, si forte Alexandrina frumenta cessassent. *Lampridii Commod.* 17. — Moenia ... lavandi usui instituit. *Aurel. Vict. de Caes.* 17. — Ad eius (Cleandri) nutum etiam libertini in senatum atque in patricios electi sunt; tuncque primum viginti quinque consules in unum annum ... tuncque primum tres praefecti praetorii fuere. *Lampridii Commodus* 6. — Deceptus est (Pescennius Niger) consiliis Severi Aureliani, qui filias suas eius filiis despondens, persistere eum fecit in imperio. Hic tantae fuit auctoritatis, ut ad Marcum Antoninum primum, deinde ad Commodum scriberet, quum videret provincias facili administrationum mutatione subverti: primum ut nulli ante quinquennium succederetur provinciae praesidi, vel legato vel proconsuli, quod prius deponerent potestatem, quam scirent administrare: deinde ne novi ad regendam rempublicam accederent. Praeter militares administrationes intimavit etiam, ut assessores, in quibus provinciis assedissent, in his administrarent, quod postea Severus, et deinceps multi tenuerunt, ut probant Pauli et Ulpiani praefecturae, qui Papiniano in consilio fuerunt: ac postea, quum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim praefecti facti sunt. Huius etiam illud fuit, ut nemo assideret in sua provincia, ut nemo administraret Romae, nisi Romanus, hoc est, oriundus urbe. Addidit praeterea consiliariis salaria, ne eos gravarent, quibus assidebant, dicens, iudicem nec debere dare nec accipere. *Spartiani Pescennius Niger* 7. Cf. ann. 176. — *Imperator Commodus Clodio Albino.* Alias ad te publice de successore atque honore tuo misi, sed hanc familiarem et domesticam, omnem, ut vides, manu mea scriptam epistolam, qua tibi do facultatem, ut si necessitas fuerit, ad milites prodeas et tibi Caesareum nomen assumas ... Habebis praeterea, quum id feceris, dandi stipendii usque ad tres aureos liberam potestatem, quin et super hoc ad procuratores meos literas misi, quas ipse signatas accipies signo Amazoniae, et quum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te non audiant, quum de aerario volueris imperare. Sane ut tibi insigne aliquod imperialis maiestatis accedat, habebis utendi coccinei pellis facultatem me praesente, et ad me, et quum mecum fueris habiturus et purpuram, sed sine auro, quia ita et proavus meus Verus, qui puer vita functus est, ab Adriano, qui eum adoptavit, accepit. *Capitolin. Clod. Albin.* 2.

PUBLIUS HELVIUS PERTINAX.

Cf. D. Pius (*p.* 103), *Didius Iulianus* (*p.* 134), *Septimius Severus.*

946. p. C. n. 193. Q. SOSIO FALCONE C. IULIO ERUCIO CLARO COSS.

His horis, quibus in Capitolium vota solvebat, primus sane omnium ea die, qua Augustus est appellatus, etiam patris

patriae nomen recepit, nec non ius quartae relationis ... Filium etiam Pertinacem senatus Caesarem appellavit. *Iul. Capitolin. Pertinax* 5 *et* 6. — Legem sane tulit, ut testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent, neve ob hoc fiscus aliquando succederet. Ipse professus est, nullius se aditurum hereditatem, quae aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, aut legitimi heredes, et necessarii privarentur. *Capitolin. Pertinax* 7. — Divi Pertinacis oratione cautum est, ne alias tabulae priores iure factae irritae fiant, nisi sequentes iure ordinatae et perfectae fuerint. Nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est. § 7 *Inst. Quib. mod. test. infirm.* 2, 17. — Eadem oratione expressit, non admissurum se hereditatem eius, qui litis causa principem heredem reliquerit, neque tabulas non legitime factas, in quibus ipse ob eam causam heres institutus erat, probaturum, neque ex nuda voce heredis nomen admissurum, neque ex ulla scriptura, cui iuris auctoritas desit, aliquid adepturum. Secundum haec divi quoque Severus et Antoninus saepissime rescripserunt. § 8 *Inst. eod. tit.* — *Impp. Severus et Antoninus AA. Secundae* ... Quum Sabiniani patroni filii, qui plenum ius habuit, ut hostis publici, bona fisco vindicata sint, secundum ea, quae divo Pertinaci placuerunt et nos secuti sumus, in iura libertorum eius fiscus noster successit. *L.* 1 *C. de Bonis libert.* 6, 4. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Demonstratur varie, nec abscise numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse, ex rescriptis divi Helvii Pertinacis; namque Silvio Candido in haec verba rescripsit: *Εἰ καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν ἀφίησιν τοὺς πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς, ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ ἑκκαίδεκα παῖδας ἔχειν διὰ τοῦ βιβλίου ἐδήλωσας, οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδοτροφίᾳ, καὶ ἀνεῖσθαί σε τῶν λειτουργιῶν.* Etsi non ab omnibus muneribus dimittit patrem natorum numerus, tamen quia sedecim pueros habere per libellum notificasti, non est irrationabile, ut concedamus vacare liberorum educationi et remitti tibi munera. *L.* 5, § 2 *D. de Iure immun.* 50, 6. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Eos, qui in corporibus allecti sunt, quae immunitatem praebent naviculariorum, si honorem decurionatus agnoverint, compellendos subire publica munera, accepi; idque etiam confirmatum videtur rescripto divi Pertinacis. *L.* 5 *cit.*, § 13 *D. eod. tit.* — Census retractari iussit. Delatores vinctos (victos) graviter puniri iussit, et tamen mollius, quam priores imperatores, unicuique dignitati, si delationis crimen incurreret, poenam statuens. *Capitolin. Pertinax* 7. — Senatui legitimo semper interfuit ac semper aliquid retulit. Eos qui calumniis appetiti per servos fuerant, damnatis servis delatoribus liberavit, in crucem sublatis talibus servis. *Capitolin. Pertinax* 9. — Quaestionem maiestatis penitus tulit cum iureiurando. *Capitolin. Pertinax* 6. — *Τούς τε γὰρ στρατιώτας ἐκέλευσε παύσασθαι τῆς πρὸς τοὺς δημότας ὕβρεως, καὶ μήτε πελέκεις φέρειν μετὰ χεῖρας, μήτε παίειν τινὰ τῶν παριόντων.* Nam et militibus edixit, ne cui ex populo contumeliam facerent, neve enses manibus gererent, neve quem viatorem pulsarent. *Herodian. Hist.* 2, 4. — Quum Commodus allectionibus innumeris praetorios miscuisset, senatusconsultum Pertinax fecit, iussitque eos qui praeturas non gessissent, sed allectione accepissent, post eos esse, qui vere praetores fuissent. *Capitolin. Pertinax* 6. — *Πρῶτον μὲν γὰρ πᾶσαν τήν τε Ἰταλίαν, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἀγεώργητόν τε καὶ παντάπασιν οὖσαν ἀργὸν, ἐπέτρεψεν, ὁπόσην τις βούλεται καὶ δύναται, εἰ καὶ βασιλέως κτῆμα εἴη, καταλαμβάνειν· ἐπιμεληθέντι τε καὶ γεωργήσαντι, δεσπότην εἶναι. Ἔδωκέ τε γεωργοῦσιν ἀτέλειαν πάντων εἰς δέκα ἔτη, καὶ διὰ παντὸς δεσποτείας ἀμεριμνίαν· τοῖς τε βασιλικοῖς κτήμασιν ἐκώλυσεν αὑτοῦ τὸ ὄνομα ἐπιγράφεσθαι· εἰπὼν αὐτὰ οὐκ ἴδια τοῦ βασιλεύοντος εἶναι, ἀλλὰ κοινὰ καὶ δημόσια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Τέλη τε πάντα πρότερον ἐπὶ τῆς τυραννίδος εἰς εὐπορίαν χρημάτων ἐπινοηθέντα, ἐπί τε ὄχθαις ποταμῶν, καὶ λιμέσι πόλεων, ἔν τε ὁδῶν πορείαις, καταλύσας, εἰς τὸ ἀρχαῖον καὶ ἐλεύθερον ἀφῆκεν ... Τοὺς συκοφάντας τῆς πόλεως ἦν διώξας, καὶ τοὺς πανταχόθεν κολασθῆναι κελεύσας, τοῦ μηδένα ἐπηρεάζεσθαι, μήτε ματαίοις ἐγκλήμασι περιπίπτειν προνοούμενος.* Nam primum quidem quidquid in Italia aut alibi gentium inculti soli esset, etiamsi imperatoria esset possessio, eius quantum quis vellet et posset, occupare et, quum eius curam suscepisset ac coluisset, dominum esse concessit. Quin etiam immunitatem a quibuslibet oneribus iis, qui agros colerent, dedit in decennium et in perpetuum dominii eius securum. Imperatoriis autem possessionibus nomen suum inscribi prohibuit, non esse illas, sed communes Romanorum et publicas. Vectigalia quoque omnia, quae ad contrahendas pecunias tyranni excogitaverant in fluviorum ripis, in urbium portibus perque vias et itinera, penitus remisit, atque in antiquam libertatem revocavit ... Delatores urbe exegerat et ubiubi invenirentur, puniri imperaverat, cavens, ne cui iniuria fieret aut de vanis criminibus periculum conflaretur. *Herodian. Hist.* 2, 4. — Aes alienum, quod primo imperii tempore contraxerat, solvit. Aerarium in suum statum restituit. Ad opera publica certum sumtum constituit. Reformandis suis pecuniam contulit, stipendia plurimis retro debita solvit. Obeundis cunctis muneribus fiscum parem fecit. Alimentaria etiam compendia, quae novem annorum ex instituto Traiani debebantur, obdurata verecundia sustulit. *Capitolin. Pertinax* 9.

DIDIUS IULIANUS.

Cf. Hadrianus.

Senatusconsulto Imperator est appellatus et tribuniciam potestatem, ius proconsulare in patricias familias relatus emeruit. *Spartian. Did. Iulianus* 3. — Patris patriae quoque nomen accepit ... Multa quae Commodus statuerat, Pertinax tulerat, ad conciliandum favorem populi, restituit. *Spartian. Did. Iulianus* 4. — Petiit, ut fieret senatusconsultum de participatione imperii (cum Severo), quod statim factum est. *Spartian. Did. Iulian.* 6. — Iulianus senatusconsultum fecit fieri de participando imperio cum Severo. *Spartian. Septim. Sever.* 5. — Actum est denique, ut Iuliano senatus auctoritate abrogaretur imperium et abrogatum est, appellatusque statim Severus imperator. *Spartian. Did. Iulian.* 8. — Salvii Iuliani decreta iussit (Septim. Severus) aboleri, quod non obtinuit. *Spartian. Septim. Sever.* 17. — Salvii nomen atque eius scripta factave aboleri iubet, quod unum effici nequivit. *Aurel. Vict. de Caes.* 20.

SEPTIMIUS SEVERUS.

Cf. Augustus, Divus Pius, M. Antoninus, Divi Fratres, Commodus, sive supr. p. 1, 2, 12, 103—105, 110, 123, 124, * 128 *et infr. Heliogabalus, Alexander, Gordianus.*

* Hunc (Commodum) Severus Imp. inter deos retulit, flamine addito, quem ipse sibi paraverat, Herculaneo Commodiano. *Ael. Lampr. Comm.* 17. Cf. p. 136. — Funus censorium Pertinacis imagini duxit, eumque inter divos sacravit, addito flamine et sodalibus Helvianis. *Spartian. Septim. Sever.* 7. — Sub Severo Imperatore, quum senatus ingens testimonium habuisset Pertinax, funus imaginarium ei et censorium ductum est. Ipse autem Severus ... a senatu Pertinacis nomen accepit. Filius Pertinacis flamen Dialis factus est. Marciani sodales, qui Divi Marci sacra curabant, Helviani sunt dicti propter Helvium Pertinacem. Circenses et imperii natalis additi (qui a Severo postea sublati sunt), et Genethliaci, qui manent. *Capitolin. Pertinax* 15. — Pertinacem contra militum voluntatem in deos retulit. *Spartian. Septim. Sever.* 17. Cf. Dio Cass. 74, 5. — Huic mortuo (Pertinaci) Divi nomen decretum est. *Aurel. Vict. Epit.* 18. — Severus ... in honorem Pertinacis ... Pertinacem se cognominari iussit. *Euseb. Chron. interpr. Hieron. ad a.* 195 et *Prosper Aquit.* — *Χρυσῆν εἰκόνα αὐτοῦ ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσάγεσθαι, καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ἐκέλευσε θέατρα θρόνους τε τρεῖς καταχρύσους αὐτῷ ἐσκομίζεσθαι.* Praecepit, ut statua eius aurea curru

elephantorum veheretur in Circum, utque ei tres sellae aureae in reliqua theatra deferrentur. *Dio Cass.* 74, 4. — * Fieri senatusconsultum coegit, ne liceret imperatori inconsulto senatu occidere senatorem. *Spartian. Septim. Sever.* 7. — *Ψηφίσματι κοινῷ αὐτὸ κυρωθῆναι προσετετάχει, πολέμιον καὶ τὸν αὐτοκράτορα καὶ τὸν ὑπηρετήσοντα αὐτῷ ἔς τι τοιοῦτον, αὐτούς τε καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν, νομίζεσθαι δογματίσας.* Praecepit, ut publico decreto sanciretur, imperatorem, si senatori mortem afferret, eumque qui suam operam imperatori ad eam rem praestitisset liberosque ipsorum, hostes reipublicae habendos. *Dio Cass.* 74, 2. — Praetorianas cohortes exauctoravit. *Spartian. Septim. Sever.* 17. — Cohortes praetorianas militia exemit. *Aurel. Vict. de Caes.* 20. — *Ἐκ δὲ δὴ τῶν στρατοπέδων ὁμοίως πάντων τὸ ἀεὶ ἐνδεὲς ὂν ἀντικαθίστασθαι τάξας.* Constituit, ut ex omnibus legionibus supplementa praetoriis cohortibus deligerentur. *Dio Cass.* 74, 2. — Causas plurimas audivit. *Spartian. Septim. Sever.* 8.

947. p. C. n. 194. L. SEPTIMIO SEVERO AUGUSTO II. D. CLODIO SEPTIMIO ALBINO CAES. II. COSS.

Antiochensibus ... multa ademit. Neapolitanis etiam Palaestinensibus ius civitatis tulit ... Multas etiam civitatis eiusdem partes iniuriis affecit et damnis. *Spartian. Septim. Sever.* 9. — * Quum iniurias quasdam ab Atheniensibus pertulisset, inimicus his factus, minuendo eorum privilegia iam imperator se ultus est. *Spartian. l. c.* 3. — *Καὶ τὰς πόλεις τούς τε ἰδιώτας, τοὺς μὲν ἐκόλαζεν, τοὺς δὲ ἠμείβετο.* Civitatibus (quae cum Nigro fecerant) iuxta ac privatis hinc poenas hinc praemia tribuit. *Dio Cass.* 74, 8. — *Ἀπὸ δὲ Ἀλεξανδρείας ἐξελθὼν ἦλθεν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας, καὶ ἐπῄνησε τοὺς ὑπολειφθέντας Λαοδικεῖς, καὶ πολλὰ αὐτοῖς ἐχαρίσατο καὶ δίκαιον μητροπόλεως παρέσχε τῇ αὐτῇ πόλει τὸν χρόνον τῆς βασιλείας αὐτοῦ καὶ μόνον καὶ Σεπτιμίους ἐκέλευσεν αὐτοὺς χρηματίζειν εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ ἐπώνυμον καὶ ἀξίας συγκλητικῶν παρέσχε τοῖς περισωθεῖσιν ἀξιωματικοῖς τῆς αὐτῶν Λαοδικέων πόλεως, διότι οὐκ ἐδέξαντο τὸν τύραννον Νίγερα, ἀλλ' ἐπολέμησαν αὐτῷ. καὶ παρέσχεν αὐτοῖς καὶ σιτωνικὰ χρήματα πολλὰ, καὶ πολιτικὰ χρήματα πολλὰ, ἐτήσια θεσπίσας ἔχειν αὐτοὺς εἰς ἐπανόρθωσιν τῆς πόλεως αὐτῶν.* Alexandria discedens Imperator, Laodiceam Syriae venit, ubi laudatis, qui supererant Laodicensibus, plurima iis largitus est; iure etiam metropolitico urbi, dum imperator ipse viveret, concesso. Sed et a nomine etiam suo Laodicenses Septimios appellari voluit, urbisque Laodicenae cives superstites senatoria dignitate cohonestavit, nempe quod Nigrum rebellem reiicientes etiam armis impetiverant. Pecunias etiam illis frumentarias plena manu dedit; civicas quoque, quas in urbis instaurationem annuatim solvendas edicto decrevit. *Malalae Chron.* 12, *p.* 294. — *Ἐλθὼν δὲ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ πολλὰ καὶ αὐτοῖς ἐχαρίσατο.* Antiochiam magnam deinde veniens plurima etiam civibus dedit. *Malalas* 12, *p.* 294.

948. p. C. n. 195. SCAPULA TERTULLO TINEIO CLEMENTE COSS.

Ὁ δὲ Σεβῆρος ἀξίωμα τῇ Νισίβει δοὺς, ἱππεῖ ταύτην ἐπέτρεψεν. ἔλεγέ τε μεγάλην τέ τινα χώραν προσκεκτῆσθαι, καὶ πρόβολον αὐτὴν τῆς Συρίας πεποιῆσθαι. Severus Nisibi magnam dignitatem dedit, eamque urbem commisit equiti Romano. Quamquam vero diceret, se magnam regionem adiunxisse imperio eamque propugnaculum Syriae effecisse. *Dio Cass.* 75, 3. Cf. a. 199. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Imperatoris Severi oratione prohibiti sunt tutores et curatores praedia rustica et suburbana distrahere. Quae oratio in senatu recitata est Tertyllo et Clemente consulibus, Idibus Iuniis. Et sunt verba eius huiusmodi: „Praeterea, patres conscripti, interdicam tutoribus et curatoribus, ne praedia rustica vel suburbana distrahant, nisi ut id fieret, parentes testamento vel codicillis caverint. Quod si forte aes alienum tantum erit, ut ex rebus ceteris non possit exsolvi, tunc praetor urbanus vir clarissimus adeatur, qui pro sua religione aestimet, quae possint alienari, obligarive debeant, manente pupillo actione, si postea potuerit probari, obreptum esse praetori. Si communis res erit et socius ad divisionem provocet, aut si creditor, qui pignori agrum a parente pupilli acceperit, ius exequetur, nihil novandum censeo.“ *L.* 1, *pr.* § 1 *et* 2 *D. de Rebus eorum* 27, 9. — *Paulus Lib. Singulari ad Orationem D. Severi. L.* 2, 4, 13 *D. eod. tit.* — *Imp. Gordianus A. Avitio.* Orationis D. Severi beneficium, quo possessiones rusticas sine decreto praesidis pupillorum seu adolescentium distrahi vel obligari prohibitum est, non iniuria etiam ad agnatum furiosi porrigitur. *L.* 2 *C. de Curat. fur.* 5, 70. — *Imp. Antoninus A. Mutiano* ... Senatusconsultum, quod de non alienandis praediis pupillorum vel adolescentium, nisi auctore praetore vel praeside provinciae, factum est. *L.* 1 *C. de Praediis et al. reb. min. sine decreto non alienandis* 5, 71. — *Imppp. Carus, Carinus et Numerianus AAA. Isidoro* ... Quum huiusmodi scriptura contra senatusconsulti auctoritatem data sit. *L.* 7 *C. eod. tit.* — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Theodorae.* Praedia rustica, quae contra senatusconsultum donata esse ante nuptias sponsaliorum nomine precum tuarum confessio ostendit. *L.* 8 *C. eod. tit.* — *Iidem AA. Mutiano.* Etsi is, quem praedium rusticum minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit, venditio tamen, contra D. Severi orationem facta, praesidis sententia non immerito rescissa est. *L.* 9 *C. eod. tit.* — *Iidem AA. et CC. Philippo.* Inter omnes minores nec commune praedium sine decreto praesidis sententia senatusconsulti distrahi patitur. *L.* 17 *C. eod. tit.* — * Pars orationis Imperatoris Severi: „Promiscua facultas potioris nominandi, nisi intra certos fines cohibeatur, ipso tractu temporis pupillos fortunis suis privabit: cui rei obviam ibitur, patres conscripti, si censueritis, ut collegae patris sive pupilli in decuria vel corpore, item cognati vel affines utriusque necessitudinis, qui lege Iulia et Papia excepti sunt, potiorem non nominent; ceteri cognati vel affines amicive atque municipes eos tantummodo nominent, quos supra complexus sum; vicinitatis autem iure nemo potior existimetur. *Vat. Fr.* 158. — * *Item.* Nominare autem potiores non possunt in primipilaris filio, ut D. Severus constituit. *Vat. Fr.* 212. — * *Item.* Licet autem patris appellatio in oratione (sit, puto latius eam accipiendam). *Vat. Fr.* 213. — * *Item.* Sed nec cognati vel affines possunt nominare potiores; sed ut oratione expressum est, hi soli, qui lege Iulia Papiave excepti sunt. *Vat. Fr.* 214. — * *Item.* Sicut autem de .... lium. Et ita Imperator noster ... *Vat. Fr.* 176. — *Modestinus Lib. II. Excusationum. Δεῖ δὲ εἶναι τοὺς παῖδας, ὅτε οἱ πατέρες δίδονται ἐπίτροποι· οἱ γὰρ πρὶν τελευτήσαντες οὐ συναριθμοῦνται· οὔτε πάλιν βλάπτουσιν οἱ μετὰ τοῦτο ἀποθανόντες. καὶ ταῦτά φησι διάταξις τοῦ θειοτάτου Σεβήρου.* Oportet autem liberos vivos esse, quando tutores patres dantur; qui enim antea decesserunt, his non connumerantur, neque rursus nocent, qui postea moriuntur; hoc ita inquit constitutio divi Severi. *L.* 2, § 4 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Modestinus Lib. II. Excusationum. Ὁ δὲ ἐν τῇ γαστρὶ ὢν, εἰ καὶ ἐν πολλοῖς μέρεσιν τοῦ νόμου συγκρίνεται τοῖς ἤδη γεγενημένοις, ὅμως οὔτε ἐν τῇ παρούσῃ ζητήσει, οὔτε ἐν ταῖς λοιπαῖς πολιτικαῖς λειτουργίαις συναίρεται τῷ πατρί. καὶ τοῦτο εἴρηται διατάξει τοῦ θειοτάτου Σεβήρου.* Qui autem in ventre est, etsi in multis partibus legum comparatur iam natis, tamen neque in praesenti quaestione, neque in reliquis civilibus muneribus prodest patri; et hoc dictum est in constitutione divi Severi. *L.* 2 *D. cit.*, § 6. — *Modestinus Lib. II. Excusationum. Δίδωσιν ἄφεσιν ἐπιτροπῆς καὶ κεφαλικὴ ἔχθρα τῷ χειροτονηθέντι γενομένη πρὸς τὸν πατέρα τῶν ὀρφανῶν, ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ διαθήκας φανείη δοθεὶς ὁ ἐπίτροπος, πλὴν εἰ μὴ μετὰ τὸ γραφῆναι τὴν διαθήκην κεφαλικὸς ἀγὼν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους συνέστη, ἢ εἰ μὴ πρεσβυτέρα μέν ἐστιν τῆς διαθήκης ἡ ἔχθρα· διὰ τοῦτο δὲ δοκεῖ δίδοσθαι ἐπίτροπος, ἵνα ὑποβληθῇ ἐνοχῇ καὶ πράγμασιν· καὶ τοῦτο ἐξ ἐπιστολῆς Σεβήρου βασιλέως δείκνυται.* Dat remissionem tutelae et capitalis inimicitia a creato facta adversus patrem pupillorum, nisi secundum testamentum apparuerit datus tutor, nisi postquam scriptum est testamentum, capitale certamen iis ad invicem constitit, vel nisi antiquior quidem est testamento inimicitia; propter hoc autem videtur esse datus tutor, ut supponatur debito et negotiis, et hoc ex epistola Imperatoris Severi ostenditur. *L.* 6, § 17 *D. eod. tit.* —

Modestinus Lib. III. Excusationum. Καὶ οἱ κατὰ διαθήκας δοθέντες ἐπίτροποι παραιτήσονται κατὰ νόμους τὸν χειρισμὸν τῶν ἐν ἄλλῃ ἐπαρχίᾳ ὄντων κτημάτων, ὡς δηλοῖ ἡ ὑποτεταγμένη τοῦ θειοτάτου Σεβήρου διάταξις. Et qui in testamento dati sunt tutores, renuent secundum leges administrationem earum, quae in alia provincia sunt, possessionum, quod ostendit subiecta divi Severi constitutio. *L.* 10, § 4 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. III. Excusationum. Ὁμοίως καὶ εἰς τὸν τόπον ἐκείνου τοῦ ἐπιτρόπου, ὃν μετὰ ταῦτα συγκάθεδρον ἑαυτῷ τις ἀπήγαγεν, δοθήσεται κουράτωρ, ὥς φησιν διάταξις τοῦ θειοτάτου Σεβήρου.* Similiter et in locum illius tutoris, quem postea sibi collegam quis adduxerit, dabitur curator, ut ait constitutio divi Severi. *L.* 10 *D. cit.*, § 6. — *Modestinus Lib. I. Excusationum. Ἐὰν μήτηρ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει γράψῃ υἱοὺς κληρονόμους, ἐὰν ἀπολυθῶσι τῆς τοῦ πατρὸς ἐξουσίας, ἀπολυθέντων τούτων, καὶ διὰ τοῦτο κληρονομησάντων, αὐτὸς ὁ πατὴρ κουράτωρ χειροτονηθῆναι οὐ δύναται, κἂν βούληται, ἵνα μὴ ἄλλῃ ὁδῷ τοῦτο, ὅπερ οὐκ ἠβουλήθη ἡ διαθεμένη, γένηται· καὶ τοῦτο οὕτως ὑπὸ τοῦ θείου Σεβήρου νενομοθέτηται.* Si mater sub hac conditione scripserit filios heredes, si soluti patris potestate fuerint, solutis his et propter hoc heredibus ipse pater curator creari non poterit, etiamsi voluerit, ut non alia via hoc, quod noluit testatrix, fiat; et hoc ita a divo Severo promulgatum est. *L.* 21, § 1 *D. de Tutor.* 26, 5. — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Divus Severus decrevit, quum neque inventaria, neque auctionalia proferentur, remedio eo uti debere (iudicem), ut rationes a servis, qui rem gesserant, proferantur; has rationes si esse mala fide conscriptas a servis dicunt tutores, etiam in quaestionem servi interrogari poterunt. *L.* 1, § 3 *D. de Tutelae* 27, 3. — *Modestinus Lib. VI. Excusationum. Οἱ ἐπίτροποι γενόμενοι, ἢ κουράτορες, πρὶν ἐκτίσαι τὰ τῆς κηδεμονίας, μισθωταὶ Καίσαρος γενέσθαι κωλύονται· κἄν τις ἀποκρυψάμενος τοῦτο προσέλθῃ τῇ μισθώσει τῶν τοῦ Καίσαρος χωρίων, ὡς παραποιήσας κολάζεται. Τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ Σεβῆρος.* § 1. *Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ οἱ χειρίζοντες ἐπιτροπὰς ἢ κουρατορίας, εἰσὶν κεκωλυμένοι μισθοῦσθαι καὶ παρὰ τοῦ ταμιείου χωρία.* Tutores curatoresque constituti, priusquam officii sui rationes reddunt, prohibentur, ne quid de patrimonio Caesaris conductum habeant; ac si quis id dissimulans nihilominus ad conducenda Caesaris praedia accesserit, perinde ut falsarius poena afficitur. Hocque sanxit Imperator Severus. § 1. Secundum quae sane prohibiti erunt, et a fisco conducere, qui tutelam curamve gerunt. *L.* 49 (52) *D. Locati* 19, 2. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Pecuniae, quam in usus suos converterunt tutores, legitimas usuras praestant, sed hoc ita demum, si evidenter doceantur pecuniam in usus suos convertisse. Ceterum non utique, qui non foeneravit, vel non deposuit, in suos usus vertit; et ita divus Severus decrevit. *L.* 7, § 4 *D. de Admin. et peric. tut.* 26, 7.

949. p. C. n. 196. C. DOMITIO DEXTRO II. L. VALERIO MESSALLA THRASEA PRISCO COSS.

Appellatus est Arabicus, Adiabenicus, Parthicus. *Spartian. Septim. Sever.* 9. Cf. a. 199. — Per liberam personam, veluti per procuratorem, placet non solum scientibus, sed etiam ignorantibus vobis acquiri possessionem, secundum divi Severi constitutionem. § 5 *Inst. Per quas personas* 2, 9. — *Ulpianus Lib. XXVIII. ad Edictum.* Nec mutat, quod constitutum est ab imperatore nostro, posse per liberam personam possessionem acquiri. *L.* 11, § 6 *D. de Pignor. act.* 13, 7. Cf. l. 1 C. de Acquir. poss. 7, 32. — *Ἔπαυσε δὲ τὴν πόλιν τῆς τε ἐλευθερίας καὶ τοῦ ἀξιώματος τοῦ πολιτικοῦ καὶ δασμοφόρον ἀποφήνας, τάς τε οὐσίας τῶν πολιτῶν δημεύσας, αὐτήν τε καὶ τὴν χώραν αὐτῆς Περινθίοις ἐχαρίσατο.* Civitati (Byzantio) abstulit libertatem, eamque privavit iure civitatis, fecitque tributariam bonis civium publicatis, urbem omnemque regionem, quae erat sub urbis potestate, Perinthiis concessit. *Dio Cass.* 74, 14. — *Ἀφείλετο τήν τε ἐλευθερίαν τῆς πόλεως καὶ τὸ ἀξίωμα τὸ πολιτικόν, καὶ δασμοφόρον ἀποφήνας, δημεύσας τε τὰς οὐσίας τῶν πολιτῶν, Περινθίοις αὐτήν τε καὶ τὴν χώραν αὐτῆς ἐχαρίσατο.* Urbem libertate et dignitate civili ademta tributariam fecit et publicatis civium bonis ipsam et agros eorum Perinthiis donavit. *Zonaras* 12, 8. — *Τούτῳ γὰρ κατὰ τὰ πάλαι ἐφεῖται προνόμια χειροτονεῖν τὸν Κωνσταντινουπόλεως, εἴτε καὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, τοῦ τὸ Βυζάντιον ἐς νέαν καὶ μεγίστην καταστήσαντος Ῥώμην, μὴ καταλύειν ἐθελήσαντος τὰ τῶν πάλαι βασιλέων προνόμια, ἀλλ' ἐπικυρώσαντος μᾶλλον αἰδοῖ τοῦ μακροῦ χρόνου καὶ τοῦ τὸν νόμον θέντος Σεβήρου τοῦ αὐτοκράτορος, ὁπότε σὺν μάλα τοῖς πλείστοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις ἐκεῖνος αὐτὴν παρεστήσατο, Βυζάντιον οὖσαν ἔτι, καὶ τά τε ἄλλα πρὸς ἄμυναν καταισχύνας αὐτὴν καὶ τὰ τείχη καθῃρηκὼς τὸ τελευταῖον τούτοις δὴ τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης Ἡρακλεώταις ὅσα καὶ κώμῃ χρῆσθαι αὐτῇ ἐχαρίσατο.* Hic enim antiquo privilegio ius habet consecrandi Constantinopolitanum patriarcham, sive quod Magnus Constantinus, qui novam Romam eandemque maximam e Byzantio fecit, privilegia a veteribus imperatoribus decreta abrogare noluerit, sed potius confirmarit, adductus scilicet verecundia non solum diuturni temporis, sed et Severi Imperatoris, a quo lex illa lata est, quando Byzantium multis sudoribus captum quum ceteris defensionum praesidiis tum moenibus per ignominiam nudavit et his demum Heracleae Thracicae civibus pro pago habendum donavit. *Nicephorus Greg.* 6, 1, 6. — *Πᾶσά τε ἡ πόλις κατεσκάφη, καὶ θεάτρων τε καὶ λουτρῶν παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεθὲν τὸ Βυζάντιον κώμη δουλεύειν Περινθίοις δῶρον ἐδόθη· ὥσπερ καὶ Ἀντιόχεια Λαοδικεῦσιν.* Eaque (Byzantii urbs) theatris, balneis, omni denique ornatu et honore privata et in vici formam redacta, Perinthiis dono data est, quibus serviret; item ut Antiochia Laodicensibus. *Suidas v. Σεβῆρος.* — Filium suum maiorem Bassianum, apposito Aurelii Antonini nomine, Caesarem appellavit. *Spartian. Septim. Sever.* 10. — Caesarem Bassianum filium suum Antoninum a senatu appellari iussit, decretis imperatoriis signis. *Spartian. l. c.* 14. — Reliquit filios duos, Antoninum Bassianum et Getam, cui et ipsi in honorem Marci, Antonini nomen imposuit. Illatus (964) in sepulcro Marci Antonini, quem ex omnibus imperatoribus tantum coluit, ut et Commodum in divos referret et Antonini nomen deinceps quasi Augusti adscribendum putaret. *Spartian. l. c.* 19. — Commodum inter divos referendum esse censuit ... Commodum in senatu et concione laudavit, deum appellavit. *Spartian. l. c.* 11, 12, 19. Cf. p. 134.

950. p. C. n. 197. LATERANO ET RUFINO COSS.

Omnium bona publicata sunt, aerariumque auxerunt ... Tunc (Clodio Albino interfecto) primum privatarum rerum procuratio constituta est. *Spartian. Septim. Sever.* 12. — Vehicularium munus a privatis ad fiscum transduxit. *Spartian. l. c.* 14. — *Ὁ δὲ Σεβῆρος τοῦ μὲν λοιποῦ ἐπάρχοντας δύο τῶν στρατοπέδων κατέστησεν.* Ceterum Severus duo praefectos militares constituit. *Herodian. Hist.* 3, 13. — *Τό σιτηρέσιον αὐτοῖς πρῶτος ηὔξησε καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε, γυναιξί τε συνοικεῖν.* Frumenti summam (militibus) primus adauxit et aureis anulis uti et domi habere mulieres permisit. *Herodian.* 3, 8. — *Ὅτι ἀπείρητο τοῖς στρατιώταις γυναιξὶ μίγνυσθαι, Σεβῆρος δὲ τοῦτο ἐπέτρεψε, καὶ χρυσοῖς δακτυλίοις αὐτοὺς ἐφιλοτιμήσατο.* Militibus interdictum fuerat, ne cum mulieribus rem haberent. Severus autem hoc illis permisit, eosque aureis anulis donavit. *Suidas v. Σεβῆρος.* — Congiario populo dato. *Spartian. l. c.* 14.

Incert. ann.

Callistratus Lib. I. Quaestionum. Imperator Severus rescripsit, in ambiguitatibus, quae ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritatem vim legis obtinere debere. *L.* 38 *D. de Legibus* 1, 3. — *Ulpianus Lib. VI. ad Edictum.* Imperator Severus rescripsit, non obfuisse mulieris famae quaestum eius in servitute factum. *L.* 24 *D. de His, qui not. inf.* 3, 2. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Ex delicto in servitute facto domino adversum eum post libertatem actio non competit, et hoc rescripto divi Severi continetur. *L.* 11 *pr. D. de Minor.* 4, 4. Cf. l. 1 C. de Noxal. act. 3, 41. — * *Papinianus Lib. VI. Quaestionum.* Quum ex falsis codicillis per errorem libertas, licet non debita, praestita tamen ab herede

fuisset, viginti solidos a singulis hominibus inferendos esse heredi, princeps constituit. *L.* 47 *pr. D. de Manumiss. test.* 40, 4. — *Papinianus Lib. XIX. Quaestionum.* „Rogo, ne Stichus alterius servitutem experiatur", intelligi datam fideicommissam libertatem, placuit principi. *L.* 21 *pr. D. de Fideicomm. libert.* 40, 5. — *Imp. Iustinianus A. Iuliano PO.* In communes servos eorumque libertates et quando cuidam domino pars libertatem imponentis accrescit, nec ne, et maxime inter milites, qui huiusmodi imponunt libertatem, ambiguitas multa exorta est apud veteres iuris auctores. Et inventa est constitutio apud Marcianum in Institutionibus D. Severi, per quam idem Imperator disposuit, necessitatem imponi heredi militis comparare partem socii et servum libertate donare. *L.* 1 *C. de Comm. serv. manum.* 7, 7. — *Ulpianus Lib. XXXIV. ad Edictum.* Quum pater dotem pollicitus fuerit, et paciscatur, ne se vivo petatur, neve constante matrimonio dos petatur, ita pactum interpretandum Divus Severus constituit, quasi adiectum esset: „se vivo"; hoc enim ita accipiendum esse contemplatione paternae pietatis et contrahentium voluntatis, ut posterior quoque pars conventionis ad vitam patris relata videatur, ne diversa sententia fructum dotis ab oneribus matrimonii separet, quodque indignissimum est, inducat, ut non habuisse dotem existimetur. *L.* 11 *D. de Pactis dotal.* 23, 4. — *Papinianus Lib. XXIX. Quaestionum.* Imperator noster Severus filiae Flavii Athenagorae, cuius bona fuerant publicata, de fisco ideo numerari decies centena dotis nomine iussit, quod ea patrem praestitisse dotis usuras allegasset. *L.* 6, § 1 *D. de Usuris* 22, 1. — *Ulpianus Lib. XXXIV. ad Edictum.* Divus Severus rescripsit Pontio Lucriano in haec verba: Si mulier, quae dotem dederat, post divortium rursus in matrimonium redit non revocatis instrumentis, non dubitabit is, apud quem res agetur, secundum voluntatem mulieris, quae utique non indotata redire in matrimonium voluit, partibus suis fungi, quasi renovata dote. *L.* 40 *D. de Iure dot.* 23, 3. — *Imp. Gordianus A. Rationalibus.* Manifestum est, nuptiis contra mandata contractis, dotem, quae data illo tempore, quum traducta est, fuerat, iuxta sententiam divi Severi fieri caducam. *L.* 8 b *C. de Nuptiis* 5, 4. — Sicuti senatus censuit, ne quis eam ducat, cuius tutor vel curator fuit, ita uxoris suae non debere curam administrare divus Severus Flavio Severiano rescripsit. *Vat. Fr.* 201. — *Modestinus Lib. I. Excusationum.* Divus Severus Cuspio Rufino. Omnem me rationem adhibere subveniendis pupillis, quum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo; et ideo quae mater vel non petierit tutores idoneos filiis suis, vel prioribus excusatis reiectisve non confestim aliorum nomina dederit, ius non habeat vindicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum. *L.* 2, § 2 *D. Qui petant* 26, 6. Cf. l. 4 D. eod. tit. — *Ulpianus Lib. LXI. ad Edictum.* In dando tutore ex inquisitione et in eum inquiritur, qui senator est; et ita Severus rescripsit. *L.* 18 *D. de Tutor.* 26, 5. — *Ulpianus Lib. XXXIV. ad Edictum.* Quum quidam testamento suo cavisset, ut filius apud substitutum educaretur, Imperator Severus rescripsit, praetorem aestimare debere praesentibus ceteris propinquis liberorum; id enim agere praetorem oportet, ut sine ulla maligna suspicione alatur partus et educetur. *L.* 1, § 1 *D. Ubi pupillus* 27, 2. — *Ulpianus Lib. XXXIV. ad Edictum.* Certe non male dicetur, si legatarius vel heres educationem recuset testamento sibi iniunctam, denegari ei actiones debere, exemplo tutoris testamento dati. Quod ita demum placuit, si idcirco sit relictum; ceterum si esset relicturus, etiamsi educationem recusaturum sciret, non denegabitur ei actio, et ita divus Severus saepissime statuit. *L.* 1 *D. cit.*, § 3. — *Ulpianus Lib. III. Fideicommissorum.* Est decretum a divo Severo, non posse (pupillum) tutori se auctore restituere hereditatem, quia in rem suam auctor esse non potest. *L.* 1, § 13 *D. ad Sc. Trebell.* 36, 1. — *Ulpianus Lib. XVI. ad Edictum.* Pupillus ipse debet restituere tutore auctore, non tutor sine pupillo, nisi infans est, quia nec mandare actiones tutor pupilli sui potest. Ne se quidem auctore pupillum restituere potuisse hereditatem, divus Severus in persona Arrii Honorati pupilli decrevit, qui Arrio Antonino, patruo et tutori suo, restituerat. *L.* 37, § 1 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. IX. Responsorum.* Pupillus heres Sempronii, qui abstentus erat, ab imperatore impetravit, ut bona paterna ei restituerentur. *L.* 46, § 1 *D. de Admin. et peric. tut.* 26, 7. — *Ulpianus Lib. XIX. ad Legem Iuliam et Papiam.* Nec per liberos suos rem suam maturius a curatoribus recipiat (minor). Quod enim legibus cavetur, ut singuli anni per singulos liberos demittantur, ad honores pertinere divus Severus ait, non ad rem suam recipiendam. *L.* 2 *D. de Minoribus* 4, 4. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Potest et soror (tutorem suspectum postulare), nam in sorore et rescriptum exstat divi Severi. *L.* 1, § 7 *D. de Suspectis tut.* 26, 10. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Tutor quoque contutorem potest suspectum facere, sive duret adhuc tutor, sive iam desierit ipse, contutor autem maneat tutor; et ita divus Severus rescripsit. *L.* 3 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Si servus quasi tutor egerit, divus Severus rescripsit, dandum in dominum iudicium utile. *L.* 1, § 2 *D. de Eo, qui pro tut.* 27, 5. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Ex facto quaesitum est: adolescentes quidam acceperant curatorem Salvianum quendam nomine; hic, quum curam administrasset, beneficio principis urbicam procurationem erat adeptus, et apud praetorem se a cura adolescentium excusaverat absentibus iis; adolescentes adierant praetorem desiderantes in integrum adversum eum restitui, quod esset contra constitutiones excusatus; quum enim susceptam tutelam non alii soleant deponere, quam qui trans mare reipublicae causa absunt, vel hi, qui circa principem sunt occupati, ut in consiliarii Menandri Arrii persona est indultum, meruisset autem Salvianus excusationem, adolescentes quasi capti in integrum restitui a praetore desideraverant; Aëtrius Severus, quia dubitabat, ad Imperatorem Severum retulit; ad quam consultationem successor (leg. successori) eius Benidio Quieto rescripsit, nullas partes esse praetoris, neque enim contractum proponi cum minore annis viginti quinque, sed principes intervenire et reducere hunc ad administrationem, qui perperam esset a praetore excusatus. *L.* 11, § 2 *D. de Minor.* 4, 4. — * *Paulus Lib. I. Decretorum.* Aemilius Larianus ab Ovinio fundum Rutilianum lege commissoria emerat data parte pecuniae, ita ut, si intra duos menses ab emtione reliqui pretii partem dimidiam non solvisset, inemtus esset, item, si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemtus; intra priores duos menses Lariano defuncto Rutiliana pupillaris aetatis successerat, cuius tutores in solutione cessaverunt; venditor, denuntiationibus tutoribus saepe datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat; pupilla in integrum restitui desiderabat; victa tam apud praetorem, quam apud praefectum urbi provocaverat. Putabam bene iudicatum, quod pater eius, non ipsa contraxerat. Imperator autem motus est, quod dies committendi in tempus pupillae incidisset, eaque effecisset, ne pareretur legi venditionis. Dicebam, posse magis ea ratione restitui eam, quod venditor denuntiando post diem, quo placuerat esse commissum, et pretium petendo recessisse a lege sua videretur; non me moveri, quod dies postea transiisset, non magis, quam si creditor pignus distraxisset post mortem debitoris, die solutionis finita; quia tamen lex commissoria displicebat ei, pronuntiavit in integrum restituendam. Movit etiam illud Imperatorem, quod priores tutores, qui non restitui desiderassent, suspecti pronuntiati erant. *L.* 38 *pr. D. de Minor.* 4, 4. — *Ulpianus Lib. VI. Disputationum.* Is, qui amicitia ductus paterna pupillis tutorem petierit, vel suspectos tutores postulavit, nullam adversus eos habet actionem secundum divi Severi constitutionem. *L.* 44 *D. de Negot. gest.* 3, 5. — *Ulpianus Lib. XVI. ad Edictum.* Si ego emi, et mea voluntate alii res sit tradita, Imperator Severus rescripsit, Publicianam illi dandam. *L.* 11 *pr. D. de Publ. in r. act.* 6, 2. — *Ulpianus Lib. XVIII. ad Edictum.* Aliud est dicendum ex rescripto Imperatoris Severi, qui ei, per cuius domum traiectus erat aquaeductus citra servitutem, rescripsit, iure suo posse eum intercidere; et merito,

interest enim, quod hic in suo protexit, ille in alieno fecit. *L.* 29, § 1 *D. ad L. Aquil.* 9, 2. — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* In privatis operibus invitis his, qui fecerunt, statuas aliis ponere non possumus, ut rescripto divi Severi continetur. *L.* 12 *D. de Pollic.* 50, 12. — *Ulpianus Lib. XXI. ad Edictum.* Pignori obligatum servum necessarium domino posse fieri, Imperator Severus rescripsit, ita tamen, si paratus sit prius creditori satisfacere. *L.* 30 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Ulpianus Lib. XVIII. ad Legem Iuliam et Papiam.* Iulianus ait, si alter ex legitimis heredibus repudiasset portionem, quum essent ab eo fideicommissa relicta coheredem eius non esse cogendum fideicommissa praestare, portionem enim ad coheredem sine onere pertinere; sed post rescriptum Severi, quo fideicommissa ab instituto relicta a substitutis debentur, et hic quasi substitutus cum suo onere consequetur accrescentem portionem. *L.* 61, § 1 *D. de Legat. II.* — *Papinianus Lib. XIX. Quaestionum.* Si omissa fideicommissi verba sint, et cetera, quae leguntur, cum his, quae scribi debuerant, congruant, recte datum et minus scriptum exemplo institutionis legatorumque intelligetur; quam sententiam optimus quoque Imperator noster Severus secutus est. *L.* 67, § 9 *D. de Legat. II.* — *Papinianus Lib. IX. Responsorum.* Quum post mortem emtoris venditionem reipublicae praediorum optimus maximusque Princeps noster Severus Augustus rescindi heredibus pretio restituto iussisset, de pecunia legatario, cui praedium emtor ex ea possessione legaverat, coniectura voluntatis pro modo aestimationis, partem solvendam esse respondi. *L.* 78, § 1 *D. de Legatis II.* — *Imp. Gordianus A. Ammonio PP.* Ex his verbis: „Titio decem millia vel insulam relinquo, ita ut quinque millia ex his vel eandem insulam Maevio restituat," licet antea neque legati neque fideicommissi petitio nascebatur, tamen in libertate a divo Severo hoc admissum est. *L.* 2 *Cod. de His, quae sub modo* 6, 45. — * *Paulus Lib. II. Decretorum.* Osidius quidam instituta filia Valeriana herede, actori suo Antiocho data libertate, praedia certa, et peculium, et reliqua relegaverat, tam sua, quam colonorum; legatarius proferebat manu patrisfamilias reliquatum, et tam suo, quam colonorum nomine; item in eadem scriptura adiectum in hunc modum: „item quorum rationem reddere debeat, scilicet quae in condito habuerat pater familiae, frumenti, vini et ceterarum rerum," quae et ipsa libertus petebat, et ex reliquis esse dicebat, et apud praesidem obtinuerat. Ex diverso quum diceretur, reliqua colonorum ab eo non peti, nec propria, diversam autem causam esse eorum, quae in condito essent, Imperator interrogavit partem legatarii quaerendi causa; pone, inquit, in condito centies aureorum esse, quae in usum sumi solerent, diceres totum, quod esset relictum in arca, deberi? Et placuit, recte appellasse. A parte legatarii suggestum est, quaedam a colonis post mortem patrisfamiliae exacta, respondit, hoc, quod post mortem exactum fuisset, reddendum esse legatario. *L.* 97 *D. de Legatis III.* — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Quum quaedam mulier nepotes suos heredes instituisset, et ipsum filium coheredem filiis suis dedisset, eosque invicem substituisset, rogassetque filium, ut filios emanciparet, non autem rogasset, ut hereditatem iis restitueret, ex auctoritate divi Severi emancipare eos compulsus est, hisque restituere hereditatem; et adiectum est, ut si tardius id faceret, quasi ex mora usuras praestaturum; videri enim eum, qui moram faceret emancipationi, moram restitutioni fideicommissi eam facere. *L.* 92 *D. de Conditionibus* 35, 1. — * *Papinianus Lib. XVIII. Quaestionum.* Quum patronus liberto certam pecuniam legasset, si a liberis eius non discessisset, permisit Imperator velut Mucianam cautionem offerri; fuit enim periculosum ac triste, libertum coniunctum patroni liberis eorundem mortem exspectare. *L.* 72, § 1 *D. eod. tit.* — *Imp. Alexander A. Damasatae.* Si mortis causa immodicas donationes in sororem tuam matrem contulisse probare potes, legis Falcidiae ratione secundum constitutionem divi Severi, avi mei, uti potes. *L.* 5 *C. ad L. Falcid.* 6, 50. — *Imp. Gordianus A. Zoilo* … Quum D. Severi constitutione etiam in mortis causa donationibus, si de cetero patrimonio, quantum Falcidia iubet, heres non habet, provisum sit. *L.* 2 *Cod. de Mortis caus. don.* 8, 57. — * *Papinianus Lib. VIII. Responsorum.* Eorum, quibus mortis causa donatum est, fidei committi quoquo tempore potest, quod fideicommissum heredes salva Falcidiae ratione, quam in his quoque donationibus exemplo legatorum locum habere placuit, praestabunt. *L.* 77, § 1 *D. de Legat. II.* — * *Idem Lib. XII. Responsorum.* Non enim ad alia constitutionem pertinere, quam quae lege certa donarentur, et morte insecuta quodammodo bonis auferrentur spe retinendi peremta. *L.* 42 *D. de Donat. m. c.* 39, 6. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Qua ratione decretum et a divo Severo constitutum est, in re moram esse circa pecuniaria fideicommissa, quae minoribus relicta sunt, multo magis debet etiam in libertatibus hoc idem admitti. *L.* 26, § 1 *D. de Fideic. libert.* 40, 5. — *Ulpianus Lib. VI. Disputationum.* Quum quidam graecis verbis ita fideicommissum dedisset: „*τῷ δεῖνι, ἐὰν δοκιμάσῃς, ἐλευθερίαν δοθῆναι βούλομαι*" (Illi, si probaveris, libertatem dari volo), a divo Severo rescriptum est, fideicommissum peti posse. *L.* 46, § 3 *D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. XV. Responsorum.* Eum, qui tacitum fideicommissum in fraudem legis suscepit, eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, restituere cogendum respondi, quod bonae fidei possessor fuisse non videtur, exemplo bonorum fisco vindicatorum. Post motam de tacito fideicommisso controversiam, ante pretia fructuum percepta cum usuris esse restituenda respondi, sed omnium fructuum, quorum pretia percepta fuerant, quod si fructus in usu habuit, eorum pretia tantum restitui satis erit. Sed divus Severus bonorum tacite relictorum citra distinctionem temporis fructus duntaxat deberi, non etiam usuras eorum, benigne respondit; quo iure utimur. *L.* 18 *pr. D. de His quae ut indignis* 34, 9. — *Macer Lib. I. de Officio Praesidis.* Si minor annis, posteaquam ex parte heres exstitit, in integrum restitutus est, divus Severus constituit, ut eius partis onus coheres suscipere non cogatur, sed bonorum possessio creditoribus detur. *L.* 61 *D. de Acquir. vel om. her.* 29, 2. — *Paulus Lib. I. de Officio Proconsulis.* Ob casum, quem civitas passa est, si quis promiserit se quid facturum, etsi non inchoaverit, omnimodo tenetur, ut divus Severus Dioni rescripsit. *L.* 7 *D. de Pollic.* 50, 12. — *Ulpianus Lib. XXVI. ad Edictum.* Si non sortem quis, sed usuras indebitas solvit, repetere non poterit, si sortis debitae solvit; sed si supra legitimum modum solvit, divus Severus rescripsit, quo iure utimur, repeti quidem non posse, sed sorti imputandum; et si postea sortem solvit, sortem quasi indebitam repeti posse. *L.* 26 *pr. D. de Condict. ind.* 12, 6. — *Ulpianus Lib.* * *XXXII. ad Edictum.* Quum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet, constitutum est a divo Severo, concurrentis apud utrumque quantitatis usuras non esse praestandas. *L.* 11 *D. de Compens.* 16, 2. — * *Idem Lib. LXIV. ad Edictum.* Idem iuris est non solum in privatis, verum etiam in causa fisci constitutum. *L.* 12 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Edictum.* Dedi tibi pecuniam, ut creditori meo exsolvas, non fecisti; praestabis mihi usuras, quo casu et a me creditor pecuniam debitam cum usuris recepturus sit; et ita Imperator Severus Hadriano Demonstrati rescripsit. *L.* 12, § 10 *D. Mandati* 17, 1. — * *Paulus Lib. I. Decretorum.* Quum usurae pretii fundi ab eo, qui a fisco emerat, peterentur, et emtor negaret traditam sibi possessionem, Imperator decrevit, iniquum esse, usuras ab eo exigi, qui fructus non percepisset. *L.* 16, § 1 *D. de Usuris* 22, 1. — * *Paulus Lib. I. Decretorum.* Titianus Primus praeposuerat servum mutuis pecuniis dandis et pignoribus accipiendis; is servus etiam negotiatoribus hordei solebat pro emtore suscipere debitum et solvere; quum fugisset servus, et is, cui delegatus fuerat dare pretium hordei, conveniret dominum nomine institoris, negabat, eo nomine se conveniri posse, quia non in eam rem praepositus fuisset; quum autem et alia quaedam gessisse, et horrea conduxisse, et multis solvisse idem servus probaretur, praefectus annonae contra dominum dederat sententiam. Dicebamus, quasi fideiussionem esse videri, quum pro alio solveret debitum, non pro aliis suscepit debitum; non solere autem ex ea causa in dominum dari

actionem. Nec videtur, hoc dominum mandasse, sed quia videbatur in omnibus eum suo nomine substituisse, sententiam conservavit Imperator. *L.* 8 *D. Quod cum eo* 14, 5. — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Edictum.* Quum duo erant argentarii socii, alter eorum aliquid separatum quaesierat, et lucri senserat; quaerebatur, an commune esse lucrum oporteret; et Imperator Severus Flavio Felici in haec verba rescripsit: „Etiamsi maxime argentariae societas inita est, quod quisque tamen socius non ex argentaria causa quaesiit, id ad communionem non pertinere, explorati iuris est.“ *L.* 52, § 5 *D. Pro socio* 17, 2. — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Imperator Severus rescripsit: „Sicut fructus in diem addictae domus, quum melior conditio fuerit allata, venditori restitui necesse est, ita rursus, quae prior emtor medio tempore necessario probaverit erogata, de reditu retineri, vel, si non sufficiat, solvi aequum est.“ *L.* 16 *D. de In diem addict.* 18, 2. — *Tryphoninus Lib. VIII. Disputationum.* Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano, creditorem a debitore pignus emere posse, quia in dominio manet debitoris. *L.* 12 *pr. D. de Distract. pign.* 20, 5. — *Ulpianus Lib. XXIV. ad Edictum.* Etiam adversus architectum actio dari debet, qui fefellit; nam et divus Severus adversus architectum et redemtorem actiones dandas decrevit. *L.* 7, § 3 *D. Si mensor* 11, 6. — *Ulpianus Lib. VIII. de Omnibus Tribunalibus.* Divus Severus ab heredibus advocati mortuo eo prohibuit mercedem repeti, quia per ipsum non steterat, quominus causam ageret. *L.* 1, § 13 *D. de Extraord. cogn.* 50, 13. — Satisdatio (iudicatum solvi) adeo necessaria est, ut eam remitti non posse, etiamsi apud acta procurator constituatur, D. Severus constituerit. *Vat. Fr.* 317. — * *Paulus Lib. I. Decretorum.* Moschis quaedam, fisci debitrix ex conductione vectigalis, heredes habuerat; a quibus post aditam hereditatem Faria Senilla, et alii praedia emerant; quum convenirentur propter Moschidis reliqua, et dicebant, heredes Moschidis idoneos esse, et multos alios ex iisdem bonis emisse, aequum putavit Imperator, prius heredes convenire debere, in reliquum possessorem omnem; et ita pronuntiavit. *L.* 47 *pr. D. de Iure fisci* 49, 14. — * *Paulus Lib. III. Decretorum.* Maritus quidam heres uxoris suae petebat a Suro pecuniam, quam apud eum deposuisse defunctam se absente dicebat, et in eam rem unum testem, liberti sui filium, produxerat; apud procuratorem desideraverat, et quaestionem haberi de ancilla. Surus negabat se accepisse, et testimonium non oportere unius hominis admitti, nec solere a quaestionibus incipi, etsi aliena esset ancilla; procurator quaestionem de ancilla habuerat; quum ex appellatione cognovisset Imperator, pronuntiavit, quaestione illicite habita unius testimonio non esse credendum; ideoque recte provocatum. *L.* 20 *D. de Quaest.* 48, 18. — * *Paulus Lib. III. Decretorum.* Iussit imperator audiri approbantem sibi a fisco deberi, quod ipse convenitur. *L.* 24 *D. de Compens.* 16, 2. — *Paulus Lib. I. de Iure fisci.* His, qui testimonio suo intentionem accusatoris adiuvaverunt, deneganda est actio, idque D. Severus decrevit. *L.* 5, § 10 *D. de His, quae ut indign.* 34, 9. — *Marcianus Lib. I. de Appellationibus.* Quum quidam propter violentiam iudicis non ipsi, a quo appellavit, dedit libellos, sed publice proposuisset, divus Severus veniam ei dedit, et permisit ei causas appellationis agere. *L.* 7 *D. de Appell.* 49, 1. — *Marcianus Lib. II. Publicorum.* Eum, contra quem propter honores appellatum est, si pendente appellatione honorem usurpaverit, coërcendum divus Severus rescripsit. *L.* 7, § 1 *D. de Muneribus* 50, 4. — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis.* Praefecto plane urbi specialiter competere ius in metallum damnandi, ex epistola divi Severi ad Fabium Cilonem exprimitur. *L.* 8, § 5 *D. de Poenis* 48, 19. — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis.* Deportandi in insulam ius praesidibus provinciae non est datum, licet praefecto urbi detur; hoc enim epistola divi Severi ad Fabium Cilonem, praefectum urbi, expressum est. *L.* 6, § 1 *D. de Interdictis* 48, 22. — *Ulpianus Lib. Singulari de Officio Praefecti Urbi.* Omnia omnino crimina praefectura urbis sibi vindicavit, nec tantum ea, quae intra urbem admittuntur, verum ea quoque, quae extra urbem intra Italiam, epistola divi Severi ad Fabium Cilonem, praefectum urbi, missa declaratur ... Initio eiusdem epistolae ita scriptum est: „Quum urbem nostram fidei tuae commiserimus.“ *L.* 1, *pr.* § 4 *D. de Off. praef. urb.* 1, 12. — Hoc quoque officium praefecto urbi a divo Severo datum est, ut mancipia tueatur, ne prostituantur. *L.* 1 *cit.*, § 8 *D. eod. tit.* — Divus Severus rescripsit, eos etiam, qui illicitum collegium coisse dicuntur, apud praefectum urbi accusandos. *L.* 1 *cit.*, § 14 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Severus Spicio Antigono ita rescripsit: „Quum quaestio de servis contra dominos neque haberi debeat, neque si facta sit, dicturi sententiam consilium instruat, multo minus iudicia servorum contra dominos admittenda sunt.“ *L.* 1, § 16 *D. de Quaest.* 48, 18. — Divus Severus rescripsit, confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. *L.* 1 *D. cit.*, § 17. — Cuius (Celsi) sententia scilicet rescripto divi Severi comprobata est in haec verba: „Propter ignem, (qui) pabuli gratia factus culpa servorum Veturiae Astiliae evagatus agrum tuum, ut proponis, depopulatus est, ad exemplum legis Aquiliae noxali iudicio acturus, si litis aestimatio permittitur, iudicium cum ea edere potes. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 12, 7, 6. — *Macer Lib. II. Publicorum Iudiciorum.* Divus Severus Dionysio Diogeni ita scripsit: „Atrocis iniuriae damnatus in ordine decurionum esse non potest; nec prodesse tibi debet error praesidum, aut eius, qui de te aliquid pronuntiavit, aut eorum, qui contra formam iuris mansisse te in ordine decurionum putaverunt.“ *L.* 40 *D. de Iniuriis* 47, 10. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum Praetoris.* Non perpetuae sepulturae tradita corpora posse transferri, edicto divi Severi continetur, quo mandatur, ne corpora detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri. *L.* 3, § 4 *D. de Sepulcr. viol.* 47, 12. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum Praetoris.* Adversus eos, qui cadavera spoliant, praesides severius intervenire, maxime si manu armata aggrediantur; ut si armati more latronum id egerint, etiam capite plectantur, ut divus Severus rescripsit; si sine armis, usque ad poenam metalli procedunt. *L.* 3 *D. cit.*, § 7. — *Hermogenianus Lib. V. Iuris Epitomatarum.* Eorum, qui maiestatis crimine damnati sunt, libertorum bona liberis damnatorum conservari, divus Severus decrevit, et tunc demum fisco vindicari, si nemo damnati liberorum existat. *L.* 9 *D. ad L. Iuliam maiest.* 48, 4. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Claudius Gorgus, vir clarissimus, uxorem accusans, quum detectus esset uxorem in adulterio deprehensam retinuisse, et sine accusatore lenocinio damnatus est a divo Severo. *L.* 2, § 6 *D. ad L. Iuliam de Adult.* 48, 5. — *Ulpianus Lib. II. de Adulteriis.* Si minor XII annis in domum deducta adulterium commiserit, mox apud eum aetatem excesserit, coeperitque esse uxor, non poterit iure viri accusari ex eo adulterio, quod ante aetatem nupta commisit, sed vel quasi sponsa poterit accusari ex rescripto D. Severi, quod supra relatum est. *L.* 13, § 8 *D. eod. tit.* — *Callistratus Lib. II. de Iure Fisci.* Imperator noster Severus Augustus constituit, ne servi delatores dominorum audiantur, sed ut poena coërceantur. Libertos quoque, causae mandatores contra patronos, a praesidibus provinciarum poena plectendos. *L.* 2, § 6 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Ulpianus Lib. XIX. ad Sabinum.* Est et decretum ab Imperatore Severo, et constitutum, nullo modo exigendum quem probare, unde habeat, circa delationes fiscales, sed delatorem probare debere, quod intendit. *L.* 25 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Sabinum.* Quum quidam capitis reus emancipasset filium, ut hereditatem adiret, rescriptum est, non videri in fraudem fisci factum. *L.* 26 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Idem Libro XXXIV. ad Edictum.* Quum mortem maritus uxoris necatae non defendit, divus Severus rescripsit, dotem fisco vindicandam, prout ad maritum pertineat. *L.* 27 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Divus Severus lege Cornelia de falsis damnavit praefectum Aegypti, quod instrumentis suis, quum praeerat provinciae, falsum fecit. *L.* 1, § 4 *D. de L. Cornelia de Falsis* 48, 10. — Causas plurimas

audivit. Accusatos a provincialibus iudices, probatis rebus graviter punivit. *Spartian. Septim. Sever.* 8. — *Λέγων ... μήτε δὲ ἄκριτόν τινα φονευθήσεσθαι ἢ δημευθήσεσθαι, μήτε συκοφαντοῦντος ἀνέξεσθαι.* Aiebat ... nullum nisi iudicatum damnatum, capite bonisve mulctatum iri, se non passurum delatores. *Herodian. Hist.* 2, 14. — *Paulus Lib. I. Quaestionum.* Divus Severus rescripsit, intervalla temporum in continuandis honoribus, invitis, non etiam volentibus concessa, dum ne quis continuet honorem. *L.* 18 *D. ad Municipalem* 50, 1. — *Paulus Lib. I. Decretorum.* Severus Augustus dixit: etsi probaretur Titius in servitute patris sui natus, tamen quum ex libera muliere sit procreatus, non prohibetur decurio fieri in sua civitate. *L.* 9 *pr. D. de Decurion.* 50, 2. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Plebeii filiifamilias periculo eius, qui nominaverit, tenebuntur; idque Imperator noster Severus Augustus in haec verba rescripsit: „Si in numero plebeiorum filius tuus est, quamquam invitus honores ex persona filii suscipere cogi non debeas, tamen resistere, quominus patriae obsequatur periculo eius, qui nominavit, iure patriae potestatis non potes.“ *L.* 14, § 4 *D. de Muner.* 50, 4. — *Papinianus Lib. XXXVI. Quaestionum.* A muneribus, quae non patrimoniis indicuntur, veterani post optimi nostri Severi Augusti literas perpetuo excusantur. *L.* 7 *D. de Vacatione* 50, 5. — *Papinianus Lib. I. Responsorum.* In honoribus delatis neque maior annis LXX, neque pater numero quinque liberorum excusatur. Sed in Asia sacerdotium provinciae suscipere non coguntur numero liberorum quinque subnixi; quod optimus maximusque Princeps noster Severus Augustus decrevit, ac postea in ceteris provinciis servandum esse constituit. *L.* 8 *D. eod. tit.* — Vehicularium munus a privatis ad fiscum traduxit. *Spartian. Septim. Sever.* 14. — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Mandatis principalibus praecipitur praesidibus provinciarum, ne patiantur esse collegia sodalicia, neve milites collegia in castris habeant; sed permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coëant, ne sub praetextu huiusmodi illicitum collegium coëat; quod non tantum in urbe, sed et in Italia, et in provinciis locum habere, divus quoque Severus rescripsit. *L.* 1 *pr. D. de Collegiis* 47, 22. — *Ulpianus Lib. I. de Censibus.* Est et Heliopolitana, quae a divo Severo per belli civilis occasionem Italicae coloniae rempublicam accepit. *L.* 1, § 2 *D. de Censibus* 50, 15. — Est et Laodicena colonia in Syria Coele, cui divus Severus ius Italicum ob belli civilis merita concessit. *L.* 1 *D. cit.*, § 3. — Divus quoque Severus in Sebastenam civitatem coloniam deduxit. *L.* 1 *D. cit.*, § 7. — Zarmizegethusa quoque eiusdem iuris (Italici) est; item Napocensis colonia, et Apulensis, et Patavissensium vicus, qui a divo Severo ius coloniae impetravit. *L.* 1 *D. cit.*, § 9.

*Ante a. 951. p. C. n. 198.

* Adversus haec nobis negotium est, adversus institutiones maiorum, auctoritates receptorum, leges dominantium, argumentationes prudentium, consuetudinem, necessitatem. *Tertullianus lib.* 20 *ad Nationes T.* 1, *p.* 350.

951—988. p. C. n. 198—235.

*Item. Verba rescripti: Libertus, qui negotia senatoris populi Romani curat, a tutela excusatur; a muneribus autem civilibus, quum ipse quoque bonis publicis fruatur, non vacat. *Vat. Fr.* 131.

SEPTIMIUS SEVERUS ET ANTONINUS CARACALLA.

*Cf. Hadrianus, D. Pius, Divi Fratres, D. Marcus, Pertinax, s. p.*97, 105 *sq.*, 110, 124, 131, 134.

951. p. C. n. 198. TI. SATURNINO C. GALLO COSS.

Filium eius Bassianum Antoninum, qui Caesar appellatus iam fuerat, annum XIII. agentem, participem imperii dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Caesarem dixerunt, eundem Antoninum, ut plerique in literas tradunt, appellantes. Harum appellationum causa donativum militibus largissimum dedit. *Spartian. Septim. Sever.* 16. Cf. Lampridii Diadumenus 6.

952. p. C. n. 199. P. CORNELIO ANULLINO II. M. AUFIDIO FRONTONE COSS.

* Arabas interiores ita cecidit, ut regionem eorum Romanam provinciam faceret. *Cassiod. Chron.* — * His Coss. Arabas eo usque superavit, ut etiam provinciam ibi faceret. *Eutrop.* 8, 10. — * Arabas in ditionem redegit, provinciae modo. *Aurel. Vict. de Caes.* 20. — * Severus ... Arabiam provinciam fecit. *Rufi Festi Breviarium p.* 271. Cf. a. 195, 196. Syncellus p. 671.

953. p. C. n. 200. TI. CLAUDIO SEVERO C. AUFIDIO VICTORINO COSS.

Διὰ τοῦτ᾽ ἐκωλύθη μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μηδαμόθεν μονομαχεῖν. Cautum est, ne qua mulier usquam in reliquum tempus more gladiatorum certaret. *Dio Cass.* 75, 16.

955. p. C. n. 202. L. SEPTIMIO SEVERO A. III. M. AURELIO ANTONINO A. COSS.

Alexandrinis ius buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus, antea vivebant uno iudice contenti, quem Caesar dedisset. Multa praeterea his iura mutavit. *Spartian. Septim. Sever.* 17. — *Ἰνδουλγεντίας αὐτοῖς παρασχὼν ἐδέξατο αὐτούς.* Datis indulgentiis in gratiam cum illis rediit. *Malalas* 12, *p.* 293. — In itinere Palaestinis plurima iura fundavit (Septimius Severus). Iudaeos fieri sub gravi poena vetuit. Idem etiam de Christianis sanxit. *Spartian. Septim. Sever.* 17. Cf. a. 204. Cf. Epistola Severi ad Philippum ap. Baron. ad a. 204, descripta ex actis Eugeniae.

956. p. C. n. 203. P. SEPTIMIO GETA FULVIO PLAUTIANO II. COSS.

Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit: civibus quidem Romanis earum tutelarum, quae Romae sunt iniunctae, trium filiorum; earum vero, quae in municipiis Italicis iniunguntur, quatuor numero liberorum, idque Imperator noster et divus Severus Claudio Herodiano rescripserunt. *Vat. Fr.* 191.— Clodio Herodiano ita scripserunt (principes nostri): „Sicut in Italia cives Romani consistentes numero quatuor liberorum incolumium a civilibus“ ...... *Vat. Fr.* 247. Cf. l. 1 C. Qui num. lib. 5, 66. — *Ulpianus Lib. XIII. ad Sabinum.* Videndum est, matre prohibita ius suum vindicare, utrum ceteros admittamus, atque si mater non esset, an ipsam heredem dicimus fieri vel aliud nomen successionis induere. Sed denegamus ei actiones; et invenimus rescriptum ab Imperatore nostro, Antonino Augusto, et divo patre eius Mammiae Maximinae pridie Idus Apriles, Plautiano iterum consule, matre remota eos admitti, qui venirent, si mater non fuisset; ergo et agnati cetérique succedent, aut, si nemo sit, bona vacabunt. *L.* 2, § 47 *D. ad Senatuscons. Tertull.* 38, 17.

957. p. C. n. 204. L. FABIO GALERIO SEPTIMIO CILONE II. ET LIBONE COSS.

Ulpianus Lib. XV. ad Edictum. Si quis sciens, ad se hereditatem non pertinere, distraxit, sine dubio non pretia rerum, sed ipsae res veniunt in petitionem hereditatis et fructus earum. Sed Imperator Severus epistola ad Celerem idem videtur fecisse et in malae fidei possessoribus. *L.* 20, § 12 *D. de Hered. petit.* 5, 3. Cf. l. 1 C. de His, quibus ut ind. 6, 35. — Octavos (ludos) Imperatores Septimius et Marcus Aurelius Antoninus Cilone et Libone Coss. ann. 957. *Censorinus* 17. — *Ὁ Σεβῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνστάντων ἐτῶν ἅμα τοῖς παισὶν Ἀντονίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο, Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων.* Severus, quum anni CX iam appetiissent, cum filiis, Antonino et Geta, ludos eosdem ordinavit, Chilone Liboneque Coss.

Zosimus 2, 4. — Persecutione in Christianos facta etc. *Euseb. Chron. interpr. Hieron.* — Quinta persecutio. Persecutione Christianis facta. *Prosper Aquit.* — Quinta post Neronem persecutione Christianos excruciavit. *Orosius* 7, 17. Cf. Sulpitii Hist. S. 2, 32. Zonaras 12, 11. — *Nisi forte in senatusconsulta et in principum mandata coitionibus opposita delinquimus. *Tertullian. de Ieiuniis* 13.

958. p. C. n. 205. M. AURELIO ANTONINO A. II. P. SEPTIMIO GETA CAES. COSS.

Impp. Severus et Antoninus AA. Coroniae Hilarae. Actio nova ex promissione, quae donationis causa facta sit, dari non solet. PP. prid. Kal. Ian. Romae, Antonino II. Cos. *Vat. Fr.* 267. — Colonia Helvia Ricina conditori suo (Septimio Severo). *Inscr. lapid. ap. Orell.* 915.

959. p. C. n. 206. NUMMIO ALBINO FULVIO AEMILIANO COSS.

Ulpianus Lib. XXXIII. ad Sabinum. Imperator noster Antoninus Augustus ante excessum divi Severi patris sui oratione in senatu habita auctor fuit senatui censendi, Fulvio Aemiliano et Nummio Albino consulibus, ut aliquid laxaret ex iuris rigore. § 1. Oratio autem Imperatoris nostri de confirmandis donationibus non solum ad ea pertinet, quae nomine uxoris a viro comparata sunt, sed ad omnes donationes inter virum et uxorem factas, ut et ipso iure res fiant eius, cui donatae sunt, et obligatio sit civilis, et de Falcidia, ubi possit locum habere, tractandum sit, cui locum ita fore opinor, quasi testamento sit confirmatum, quod donatum est. § 2. Ait oratio: „Fas esse, eum quidem, qui donavit, poenitere; heredem vero eripere forsitan adversus voluntatem supremam eius, qui donaverit, durum et avarum esse“ ... § 9. Quod ait oratio „consumsisse“, sic accipere debemus, ne is, qui donationem accepit, locupletior factus sit, ceterum si factus est, orationis beneficium locum habebit. § 14. Ait oratio: „si prior vita decesserit, qui donatum accepit.“ *L.* 32, *pr.* § 1, 2, 9, 14 *D. de Donat. int. vir. et ux.* 24, 1. — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Sabinum.* Haec ratio et (ex) oratione Imperatoris nostri Antonini Augusti electa est, nam ita ait: „Maiores nostri inter virum et uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis aestimantes, famae etiam coniunctorum consulentes, ne concordia pretio conciliari videretur, neve melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret.“ *L.* 3 *pr. D. de Don. int. vir. et ux.* 24, 1. — *Ulpianus Lib. VI. ad Sabinum.* Papinianus recte putabat, orationem D. Severi ad rerum donationes pertinere. *L.* 23 *D. de Don. int. vir. et ux.* 24, 1. — *Papinianus Lib. XII. Responsorum.* Cur ergo, quod vir uxori dedit, morte soluto matrimonio, si voluntas perseveravit, fini decimarum (perseveravit fine dierum?) auferri non oportere maximi principes nostri suaserunt et senatus censuit? *Vat. Fr.* 294. — *Imp. Antoninus A. Epicteto.* Donatio mancipiorum aliarumque rerum, quas tibi ab uxore tua donatas dicis, si modo suae potestatis, quum donaret, fuit vel patris sui voluntate id fecit et in eadem voluntate donationis usque ad ultimum diem vitae perseveravit, et ex mea et D. Severi, patris mei, constitutione confirmata est. *L.* 3 *C. de Don. int. vir. et ux.* 5, 16. — * *Ulpianus Lib. XXXII. ad Sabinum.* Si senatoris filia libertino contra senatusconsultum nupserit, vel provincialis mulier ei, qui ibi meret, contra mandata, valebit donatio, quia nuptiae non sunt: sed fas non est, eas donationes ratas esse, ne melior sit conditio eorum, qui deliquerunt. Divus tamen Severus in liberta Pontii Paulini senatoris contra statuit, quia non erat affectione uxoris habita, sed magis concubinae. *L.* 3, § 1 *D. de Don. int. vir. et ux.* 24, 1. — * *Imp. Gordianus A. Valeriano.* Si maritus quondam uxoris tuae, quum sui iuris esset, in eam praedia vel cetera donationis titulo contulit et in ea voluntate usque ad mortem suam duravit, ex oratione D. Severi confirmata est donatio. *L.* 10 *C. de Don. int. vir. et ux.* 5, 16. — *Idem. ... ae.* Si pater tuus nomine matris tuae de sua pecunia ... donationis causa, eique tradidit et decedens non revocavit ad ... contulisse videtur, intelligis frustra te velle experiri, quum oratione D. Severi huiusmodi donationes post obitum eorum, qui donaverunt, confirmentur. PP. prid. Non. Mart. Antiochiae, Augg. IIII. et III. Coss. (290). *Vat. Fr.* 276.

961. p. C. n. 208. M. AUREL. ANTONINO A. III. P. SEPTIMIO GETA CAES. II. COSS.

Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 23.

963. p. C. n. 210. M'. ACILIO FAUSTINO TRIARIO RUFINO COSS.

Impp. Severus et Antoninus AA. Atilio Natili militi. Si frater tuus in potestate patris in diem mortis perseveravit, donationes, quas a patre in eum collatas esse affirmas, nullius esse momenti dubitare non debes. De patris igitur bonis dividundis cum fratre tuo apud eum, de quo meres, consiste. PP. XIII. Kal. Sept. Faustiniano et Rufino Conss. *Vat. Fr.* 295. — *Διοικήσας δὲ τὰ κατὰ τὴν Βρεττανίαν, καὶ διελὼν εἰς δύο ἡγεμονίας τὴν τοῦ ἔθνους ἐξουσίαν.* Rebus igitur Britanniae ordinatis, quum totius insulae administrationem bifariam dispertisset. *Herodian. Hist.* 3, 8. — *Imp. Caesari L. Septimio Severo* ... caelesti eius indulgentia in aeternam securitatem adque gloriam iure aequo foederis sibi confirmato Camertes P. P. *Inscr. lapid. ap. Orell.* 920.

Incert. ann.

Legum conditor (Septim. Sever.) longe aequabilium. *Aurel. Vict. de Caes.* 20. — *Εἶτ᾽ ἐδίκαζε, χωρὶς εἰ μή τις ἑορτὴ μεγάλη εἴη. καὶ μέντοι καὶ ἄριστα αὐτὸ ἔπραττε. καὶ γὰρ τοῖς δικαζομένοις ὕδωρ ἱκανὸν ἐνέχει, καὶ ἡμῖν τοῖς συνδικάζουσιν αὐτῷ παῤῥησίαν πολλὴν ἐδίδου· ἔκρινε δὲ μέχρι μεσημβρίας.* Dein (Severus) ius reddebat, nisi si magnus dies festus esset agebatque id optime, quod et litigantibus aquam copiosam, et nobis una iudicantibus magnam libertatem in dicendis sententiis largiretur. Iudicabat autem ad meridiem usque. *Dio Cass.* 76, 17. *Zonaras* 12, 10. — * *Καὶ ἐνεκάλει μὲν τοῖς μὴ σωφρονοῦσιν, ὡς καὶ περὶ τῆς μοιχείας νομοθετῆσαί τινα.* Criminari solebat (Sept. Sever.) incontinentes, ob eamque causam leges de moechis tulit. *Dio Cass.* 76, 16. — Licet, inquiunt Severus et Antoninus, legibus soluti sumus, attamen legibus vivimus. § 8 *Inst. Quibus modis* 2, 17. — *Ulpianus Lib. IV. ad Legem Iuliam et Papiam.* Apud hostes susceptus filius si postliminio redierit, filii iura habet; habere enim eum postliminium nulla dubitatio est post rescriptum Imperatoris Antonini et divi patris eius ad Ovinium Tertullum, praesidem provinciae Mysiae inferioris. *L.* 9 *D. de Captivis* 49, 15. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, si uxor cum marito ab hostibus capta fuerit et ibidem ex marito enixa sit, si reversi fuerint, iustos esse et parentes et liberos et filium in potestate patris, quemadmodum iure postliminii reversus sit: quod si cum matre sola revertatur, quasi sine marito natus, spurius habebitur. *L.* 25 *D. eod. tit.* Cf. Cod. 8, 50, 1. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Quum quidam Caecilius ancillam, quam pignori obligaverat, dimisso creditore per fideicommissum manumitti voluisset, et heredibus creditorem non liberantibus, infantes, qui postea erant editi, veniissent a creditore, Imperator noster cum patre rescripsit, secundum ea, quae Divo Pio placuerint, ne pueri ingenuitate destinata fraudarentur, pretio emtori restituto perinde eos ingenuos fore, ac si mater eorum suo tempore manumissa fuisset. *L.* 26, § 2 *D. de Fideicomm. lib.* 40, 5. — Idem Imperator noster cum patre rescripsit, si post quinquennium mortis testatoris tabulae testamenti apertae essent, vel codicilli, et partus medio tempore editus sit, ne fortuita mora servitutem partui irrogaverit, matri partum tradendum, ut ab ea ad libertatem perducatur. Apparet igitur ex hoc rescripto, item eo, quod a Divo Pio rescriptum diximus, noluisse eos moram libertatis fortuitam nocere edito ex ea, cui fideicommissa libertas data est. *L.* 26 *D. cit.*, § 3, 4. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, quum is

servus, qui actum domini gessisse diceretur, in commissum cecidisset, venire non debuisse, sed pro eo viri boni arbitratu aestimationem oportuisse dari. Iidem autem eadem epistola rescripserunt: „si quis improfessus servus fuerit, et probabitur in commissum cecidisse, et aut uxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud quid gravius admisisse, ut cognoscat procurator; et si in his causis esse compertus sit, aestimetur, et ad poenam domino tradatur.“ Iidem divi Severus et Antoninus rescripserunt, mancipiis commissis res peculiares non esse in eadem causa, nisi hoc, quod proprio nomine in causam commissi incidit. *L.* 16 *pr.* § 1, 2 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Marcianus Lib. IV. Institutionum.* Interdum nec cum libertate utiliter servus a domina heres instituitur, ut constitutione divorum Severi et Antonini significatur, cuius verba haec sunt: „Servum adulterii accusatum non iure testamento manumissum ante sententiam ab ea muliere videri, quae rea fuerit eiusdem criminis postulata, rationis est.“ *L.* 48, § 2 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Paulus Lib. Singulari de Libertatibus Dandis.* Imperator noster cum patre suo constituit in eo, qui, quum possit abducere prostitutam ancillam, pecunia accepta manus iniectionem vendidit, ut libera esset; nihil enim interesse, ipse abducas, et prostituas, an patiaris prostitutam esse pretio accepto, quum possis eximere. *L.* 7 *D. Qui sine manumiss.* 40, 8. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Si quis tutorem ideo scripserit, quia liberum putavit, certissimum est, neque libertatem peti posse, neque tutelam libertatis praestationi patrocinari, et ita et Marcellus lib. XV. Digestorum et Imperator noster cum patre rescripsit. *L.* 24, § 9 *D. de Fideicomm. lib.* 40, 5. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Hoc senatusconsultum ad eos pertinet, quibus ex causa fideicommissi libertas debeatur. Proinde si libertas non deberetur, obreptum tamen praetori est de libertate, pronuntiatumque, ex hoc senatusconsulto libertas non competit; et ita Imperator noster cum patre suo rescripsit. *L.* 26, § 8 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Quamquam ex irritis codicillis libertates non debeantur, attamen, si heres hos codicillos ratos habuit, et ex his quaedam praestitit, et servos praestandae fideicommissae libertatis gratia in libertate morari voluit, ad iustam libertatem eos pervenisse, rescripto Imperatoris nostri et divi patris eius declaratur. *L.* 30, § 17 *D. de Fideicomm. lib.* 40, 5. — *Paulus Lib. XII. Quaestionum.* Imperatores Missenio Frontoni. Testamento militis his verbis adscripta libertate: „Stephanum, servum meum, liberum esse volo“ vel „iubeo“, adita hereditate libertas competit; et ideo ea, quae postea adiecta sunt: „sic tamen, ut cum herede meo sit, quousque iuvenis sit; quod si noluerit, aut contemserit, iure servitutis teneatur“, ad revocandam libertatem, quae competit, non sunt efficacia. Idem et in paganorum testamentis observatur. *L.* 52 *D. de Manumiss. testam.* 40, 4. — *Marcianus Lib. II. Institutionum.* Si quis tutor datus, quum sibi legata esset ancilla, et rogatus eam manumittere, manumiserit agnito legato, et tutela pupilli se excusaverit, divi Severus et Antoninus rescripserunt, hunc esse quidem patronum, sed omni commodo patronatus carere. *L.* 3 *D. de Iure patronatus* 37, 14. — *Idem Lib. V. Institutionum.* Iura libertorum patronorum liberis, quum pater eorum erat perduellionis damnatus, salva esse divi Severus et Antoninus benignissime rescripserunt, sicut ex alia causa punitorum liberis iura liberorum salva sunt. *L.* 4 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. II. Publicorum Iudiciorum.* Per procuratorem ingratum libertum posse argui, divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 4 *D. de Obseq. parent.* 37, 15. — *Ulpianus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* In eo iure, quod dicit: „invito patrono libertam, quae ei nupta est, alii nubere non posse“, patronum accipimus, ut rescripto Imperatoris nostri, et divi patris eius continetur. *L.* 45 *pr. D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Marcianus Lib. XVI. Institutionum.* Capite XXXV. legis Iuliae, qui liberos, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere, vel qui dotem dare non volunt, ex constitutione divorum Severi et Antonini per proconsules praesidesque provinciarum coguntur in matrimonium collocare, et dotare. *L.* 19 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Paulus Lib. Singulari ad Orationem D. Severi.* Severus et Antoninus rescripserunt in haec verba: „ad officium curatoris administratio pupillae pertinet, nubere autem pupilla suo arbitrio potest.“ *L.* 20 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. XI. Institutionum.* Si quis contra mandata duxerit uxorem ex ea provincia, in qua officium aliquod gerit, quod ei ex testamento uxoris acquisitum est, divi Severus et Antoninus rescripserunt, retinere eum non posse, tanquam si tutor pupillam contra decretum amplissimi ordinis in domum suam duxisset. *L.* 2, § 1 *D. de His, quae ut indignis* 34, 9. — *Ulpianus Lib. II. de Officio Proconsulis.* Impp. Augg. Iulio Iu.. tam dotem recte reddi sibi desiderare dixit, quae … quod etiam in patre servabitur, qui consentiente filia re … nec moratoriae dilationi locus erit quod mal..... *Vat. Fr.* 119. — *Ulpianus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Quum patronus rerum amotarum cum liberta, quae ab invito eo diverterat, vellet experiri, Imperator noster cum divo patre suo rescripsit, intelligi eum hoc ipso nolle nuptam sibi, qui eam actionem vel aliam importet, quae non solet nisi ex divortio oriri. *L.* 11, § 2 *D. de Divortiis* 24, 2. — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Sabinum.* Si maritus aestimationem rerum, quas in dotem accepit, dicat se donationis causa auxisse, remedium monstravit Imperator noster cum divo patre suo rescripto, cuius verba haec sunt: „Quum donationis causa pretium auctum affirmes, qui super ea re cogniturus erit, si pecuniae modum recusabis, ipsa praedia restitui debere sumtuum deductis rationibus arbitrabitur.“ *L.* 7, § 5 *D. de Donat. int. vir. et ux.* 24, 1. — Si uxor a marito suo praedia, quae ob dotem pignori acceperat, emerit, eaque emtio donationis causa facta dicatur, nullius esse momenti, pignoris tamen obligationem durare, Imperator noster cum patre suo rescripsit; cuius rescripti verba ideo retuli, ut appareat, venditionem inter virum et uxorem bona fide gestam non retractari: „Si tibi maritus pignora propter dotem et pecuniam creditam data, non donationis causa vendidit, quod bona fide gestum est, manebit ratum; at si titulus donationis quaesitus ostenditur, atque ideo venditionem irritam esse constabit, iure publico causam pignorum integram obtinebis.“ *L.* 7 *cit.*, § 6 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXI. ad Sabinum.* Quod autem spectetur tempus, an locupletiores (coniuges donatione) sint facti, utrum tempus litis contestatae, an rei iudicatae? Et verum est, litis contestatae tempus spectari oportere, idque Imperator noster cum patre rescripsit. *L.* 7 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXIII. ad Sabinum.* Si socer nurui nuntium miserit, donatio erit irrita, quamvis matrimonium concordantibus viro et uxore secundum rescriptum Imperatoris nostri cum patre comprobatum est. *L.* 32, § 19 *D. eod. tit.* — *Principalibus constitutionibus concessum est mulieri in hoc donare viro suo, ut is ab imperatore lato clavo vel equo publico similive honore honoretur. *Ulp.* 7, 1. — Qui in foro suario negotiantur, si duabus partibus bonorum annonam iuvant, habent excusationem literis allatis a praefecto urbis testimonialibus negotiationis; ut Imperator noster et D. Severus M. Anicio (leg. Manilio) Cereali rescripserunt; quo rescripto declaratur ante eos non habuisse immunitatem, sed nunc eis dari eam, quae data est his, qui annonam populi Romani iuvant. *Vat. Fr.* 236. — Item. Proinde qui studiorum causa Romae sunt, praecipue civilium debent … ris causa Romae agunt studii cura distracti. Et ita (Severus et) Imperator Antoninus A. Caereali a censibus et aliis rescripserunt. *Vat. Fr.* 204. — *Ulpianus Libro Suprascripto* (*de Officio Praetoris Tutelaris*). Ostienses pistores non excusantur, ut Filiuminiano Imperator noster cum patre rescripsit. *Vat. Fr.* 234. — Qui tutelam alicuius gessit, invitus curator eiusdem fieri non compellitur, in tantum, ut, licet pater, qui testamento tutorem dederit, adiecit, se eundem curatorem dare, tamen invitum eum curam suscipere non cogendum, divi Severus et Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt maritum uxori suae curatorem datum excusare se posse, licet se immisceat. § 18, 19 *Inst. de Excus. tut.* 1, 25. — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Τὸν ἀριθμὸν τῶν τέκνων τὸν ὡρισμένον ταῖς διατάξεσιν εἶναι δεῖ ἑκάστῳ*

τότε, ὅτε χειροτονεῖται, οὐχὶ κἂν μετὰ τὸ χειροτονηθῆναι γενηθῇ, πρὸ τοῦ τὰ δίκαια τῆς ἀφέσεως παρασχέσθαι· οἱ γὰρ μετὰ τοῦτο γεγενημένοι οὐ βοηθοῦσιν, ὡς διάταξίς φησιν Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου. Numerum liberorum determinatum constitutionibus esse oportet unicuique, tunc, quum creatur; nam si post creationem generantur, non auxiliantur, ut constitutio inquit Severi et Antonini. *L.* 2, § 8 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Ἔτι μὴν καὶ οἱ τρεῖς ἔχοντες ἐπιτροπὰς ἢ τρεῖς κουρατίονας, ἢ ἀναμεμιγμένας τρεῖς κουρατορίας τε καὶ ἐπιτροπάς, καὶ ἔτι μενούσας, τοῦτ' ἔστιν μήπω ἐκβάντων τὴν ἡλικίαν τῶν ἀφηλίκων, οὗτοι ἀφίενται εἰς τετάρτην ἐπιτροπὴν ἢ κουρατορίαν καλούμενοι. Ἀλλὰ μὴν κἂν κουράτωρ τις ᾖ μὴ ἀφήλικος, ἀλλὰ μαινομένου, εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν κουρατοριῶν καὶ αὕτη ὑπολογισθήσεται ἡ κουρατορία. ὅπερ οὕτως ἔχειν διδάσκει διάταξις Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου. Λέγει καὶ ὁ κράτιστος Οὐλπιανὸς περὶ τῶν τριῶν ἐπιτροπῶν ταῦτα.* Amplius autem et qui habet tres tutelas, aut tres curatorias, aut commixtim tres curatorias et tres tutelas, et adhuc manentes, hoc est nondum excedentibus aetatem minoribus, hi excusantur ad tutelam vel curatoriam vocati. Sed tamen etsi curator quis fuerit non impuberis, sed furiosi, seu prodigi, in numerum curarum et haec computabitur curatoria; quod sic se habere docet constitutio Severi et Antonini. Dicit autem haec et nobilis Ulpianus de tribus tutelis. *L.* 2, § 9 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Ἔφαμεν, τρεῖς ἔχοντας ἐπιτροπὰς εἰς τετάρτην μὴ καλεῖσθαι· ἐζητήθη τοίνυν, ἐάν τις ἐν δύο ὢν ἐπιτροπαῖς, εἶτα εἰς ἐπιτροπὴν τρίτην προβληθεὶς ἐκκαλέσηται, καὶ ἔτι μετεώρου οὔσης τῆς δίκης τῆς ἐπὶ τῇ ἐκκλήτῳ εἰς τετάρτην ἐπιτροπὴν προβληθῇ, πότερον εἰς τὴν τετάρτην δικαιολογούμενος μνησθήσεται καὶ τῆς τρίτης, ἢ παντάπασιν παραλείψει ἐκείνην; Καὶ εὑρίσκω ὑπὸ τῶν θειοτάτων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου διατεταγμένον, μὴ δεῖν εἰς τετάρτην προχειρίζεσθαι τὸν ἀπὸ τῆς τρίτης ἔκκλητον πεποιημένον, ἀλλὰ μετεώρου οὔσης τῆς ἐπὶ τῇ τρίτῃ χειροτονίᾳ δικαιολογίας, τὸ ἐκείνης τέλος περιμένειν, ὅρον ἐσόμενον τῇ τετάρτῃ χειροτονίᾳ.* Diximus, tres habentes tutelas ad quartam non vocari; quaesitum est igitur, si quis duas habens tutelas, deinde ad tutelam tertiam vocatus appellaverit, et adhuc pendente iudicio appellationis ad quartam tutelam promoveatur, utrum a quarta se excusans mentionem faciet et tertiae, an omnino dimittet illam? Et a divo Severo et Antonino constitutum invenio, non oportere ad quartam promoveri a tertia appellantem, sed pendente tertiae creationis excusatione, illius finem exspectare, terminum futurum quartae creationis. *L.* 4 *pr. D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Ἐὰν πατὴρ ἐν τρισὶν ᾖ φρόντισιν ἢ ἐπιτροπῶν ἢ κουρατοριῶν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ οὐκ ἐνοχληθήσεται· καὶ τοῦτο οὕτω διατέτακται ὑπὸ τῶν θειοτάτων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου.* Si pater in tribus fuerit muneribus aut tutelarum aut curatoriarum, filius eius non vexabitur: et ita constitutum est a divo Severo et Antonino. *L.* 4 *D. cit.*, § 1. — Item olim varie observabatur circa numerum tutelarum, sed hodie certo iure utimur, tam ex rescriptis Divorum, quam ex constitutionibus Imperatorum nostrorum, nam si quis tres tutelas vel curas habeat, excusatur. *Vat. Fr.* 125. — * *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Non tantum magnitudo patrimoniorum ineunda est susceptarum trium tutelarum, quaeque suscipienda est, sed etiam aetas pupillorum consideranda est; nam si priorum pupillorum aetas prope pubertatem sit, ita ut tantummodo semestre tempus reliquum fuerit, aut eorum, quorum tutelam suscipere cogitur, non dabitur excusatio, idque principalibus constitutionibus cavetur. *L.* 17 *pr. D. de Excusat.* 27, 1. — *Modestinus Lib. II. de Excusationibus.* Reprobari medicum posse a republica, quamvis semel probatus sit, Imperator noster cum patre Laelio Basso rescripsit. *L.* 6, § 6 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Ἔτι κἀκεῖνο εἰδέναι χρή, ὅτι ὁ ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι διδάσκων ἢ θεραπεύων τὴν ἀλειτουργησίαν ταύτην ἔχει· ἐὰν γὰρ Κομανεὺς ὢν ἐν Νεοκαισαρίᾳ σοφιστεύει, ἢ θεραπεύει ἢ διδάσκει, παρὰ Κομανεῦσιν ἀλειτουργησίαν οὐκ ἔχει· καὶ τοῦτο οὕτω νενομοθέτηται ὑπὸ τῶν θειοτάτων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου.* Amplius et illud scire oportet, et eum, qui in patria propria docet aut medicatur, immunitatem hanc habere: si enim existens Comaneus in Caesarea doceat aut medicetur, apud Comanenses immunitatem non habet, et hoc ita promulgatum est a divo Severo et Antonino. *L.* 6, § 9 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Τὸν ἐν Ῥώμῃ σοφιστεύοντα ἢ σαλαρίῳ ἢ καὶ χωρὶς σαλαρίου, ἄφεσιν ἔχειν νενομοθέτηται ὑπὸ τῶν θειοτάτων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου, οὕτως ὡσανεὶ ἔτυχεν ἐν ἰδίᾳ πατρίδι διδάσκων.* Romae philosophantem cum salario vel sine salario remissionem habere promulgatum est a divo Severo et Antonino, ita ac si in propria patria doceret. *L.* 6, § 11 *D. eod. tit.* — Philosophis quoque et medicis et rhetoribus et grammaticis, quibus per hanc professionem immunitas dari solet, etiam vacatio a tutelis datur tam divorum principum rescriptis, quam Imperatoris nostri. Quod ad medicos uniuscuiusque civitatis pertinet, intra numerum quinque esse debere, sacrae constitutiones docent. *Vat. Fr.* 149. Cf. D. Pius. — *Modestinus Lib. III. Excusationum.* *Ἐζητήθη δὲ πότερον μίαν καὶ ἅπαξ ἐπιτροπὴν ἀναδέχονται οἱ πάλαι στρατιῶται, ἢ ἐνὶ καιρῷ οὐ πλέον τοῦ ἅπαξ. παυομένης δὲ τῆς πρώτης ἐπιτροπῆς πάλιν ἀναλήψονται. ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰδιωτῶν, αἱ παυσάμεναι οὐ βοηθήσουσιν τοῖς ἐσχηκόσι, οὐδὲ εἰς τὰς τρεῖς ψηφίζονται. οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι στρατιωτῶν, οὐκ ὠφελεῖ τὸ γεγενῆσθαι· τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κουρατοριῶν ἔστιν νενομοθετημένον, ὡς δηλοῖ θεία διάταξις Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου.* Quaesitum est autem, utrum unam et semel tutelam recipiunt, qui olim fuerunt milites vel uno tempore non amplius quam semel: quiescente autem prima tutela, rursus privilegium recipiant: aliter atque in privatis, qui quieverunt: non enim auxiliantur his, qui habuerunt, neque inter tres annumerantur, ita et in his, qui olim fuerunt milites, non prodest creatum esse. Hoc autem et in curiis est promulgatum, ut ostendit divi Severi et Antonini constitutio. *L.* 8, § 10 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Ulpianus Lib. Singulari de Officio Praetoris Tutelaris.* Si tribunus in cohortibus praetoriis permilitaverit, etiam collegarum filiorum tutela excusabitur, beneficio divi Severi et Imperatoris nostri. *L.* 9 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. III. Excusationum.* Adversa quoque valetudo excusat, sed ea, quae impedimento est, quominus quis suis rebus superesse possit, ut Imperator noster cum patre rescripsit. *L.* 10 *i. f. D. eod. tit.* — Sed in hoc rescripto adiectum est, solere vel ad tempus vel in perpetuum excusari, prout valetudo, qua afficitur. *L.* 12 *pr. D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. VI. Excusationum.* *Σπάδοντα χειροτονήσουσιν ἐπίτροπον· οὐδεμίαν γὰρ ἔχει παραίτησιν, ὡς δείκνυσιν διάταξις τῶν αὐτοκρατόρων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου.* Spadonem quoque creabunt tutorem; nullam enim habet excusationem, ut constitutio ostendit Imperatorum Severi et Antonini. *L.* 15 *pr. D. eod. tit.* — *Papinianus Lib. V. Responsorum.* Iurisperitos, qui tutelam gerere coeperunt, in consilium principum adsumtos optimi maximique principes nostri constituerunt excusandos, quoniam circa latus eorum agerent, et honor delatus finem certi temporis ac loci non haberet. *L.* 30 *pr. D. eod. tit.* — *Paulus Lib. Singulari de Cognitionibus.* Et hoc genus excusationis est, si quis se dicit ibi domicilium non habere, ubi ad tutelam datus est; idque Imperator Antoninus cum divo patre significavit. *L.* 46, § 2 *D. eod. tit.* — * Is, qui potior nominatus est, si quidem negat se esse in ea coniunctione, amplius nominare potiorem non potest: convictus ne excusare se quidem poterit: et ita est rescripto ad Herodianum de excusatione insertum. *Vat. Fr.* 208. — * Is, qui potior nominatus est, ad omnia haec dies eos habebit, quos habent qui primo loco dati sunt, ut eodem rescripto declaratur. *Vat. Fr.* 209. — Si forte in aliquo horum deliquerit (is, qui potiores nominavit), emendandi ei facultas intra tempus, quo potuit potiorem nominare, conceditur; postea non: idque Imperator noster (cum patre) rescripsit. *Vat. Fr.* 210. — De iis tantum rescriptum est, qui a patre erant designati. *Vat. Fr.* 211. — *Paulus Lib. Singulari de Excusatione Tutorum.* Imperatores nostri Aelio Diodoto suo salutem. Tutores secundum patris voluntatem decreto praetoris, clarissimi viri, quod non iure testamento vel codicillis dati fuerant, confirmatos nominare potiores posse non arbitramur; nam iudicium patris, licet iure deficiat, servandum est. *Vat. Fr.* 159, 246. — *Modestinus Lib. I. Excusationum.* *Οἱ ὁπωσοῦν ἀφεθέντες δι'* excusationως *τῆς ἐπιτροπῆς, ἀνάγκην*

οὐκ ἔχουσιν αἰτεῖν τοῖς ὀρφανοῖς ἐπίτροπον, ὥς φησι Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου διάταξις. Qui qualitercunque dimissi sunt per excusationem a tutela, necesse non habent petere pupillis tutorem, ut ait Severi et Antonini constitutio. *L.* 2, § 6 *D. Qui petant* 26, 6. — Invitum non esse compellendum suscipere (tutelam), Imperator noster cum patre Polo Terentiano rescripsit. *Vat. Fr.* 200. — *Modestinus Lib. IV. Excusationum.* Divus Severus et Antoninus Augusti Narcisso. Ab avo materno tutor datus necesse non habuisti excusari, quum ipso iure non teneris; si igitur administrationi te non miscuisti, potes esse securus. *L.* 13 *i.f. D. de Excusat.* 27, 1. — *Modestinus Lib. III. Excusationum.* Divi Severus et Antoninus Augusti Valerio. Testamento tutor datus, ante praefinitum diem adire debuisti, et postulare, ut ab administratione rerum, quae in alia provincia erant, liberareris. *L.* 10, § 4 *D. eod. tit.* — * *Modestinus Lib. IV. Excusationum. Εἰδέναι χρὴ, ὅτι οὔτε οἱ χειροτονηθέντες ἐπίτροποι, οὔτε οἱ κατὰ διαθήκην δοθέντες ἐκκαλεῖσθαι ἀνάγκην ἔχουσιν, ὡς δηλοῖ διάταξις τῶν θειοτάτων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου. Τοῦτο δὲ παραφυλάττειν δεῖ καὶ ἐπὶ τῶν χειροτονηθέντων κουρατόρων· ἐν ὀλίγοις γὰρ πάνυ διαλλάττουσιν οἱ κουράτορες ἀπὸ τῶν ἐπιτρόπων. κατὰ μέν τοι τῶν ψήφων τῶν ἐκβαλλουσῶν αὐτοῖς τὰς ἐξκουσατίονας ἄδειαν ἕξουσιν ἐκκαλεῖσθαι.* Scire oportet, neque datos tutores, neque testamentarios provocare necesse habere, ut ostendit constitutio divi Veri (Severi) et Antonini. Hoc autem observari oportet et in datis curatoribus; in paucissimis enim distant curatores a tutoribus. Adversus denique sententias auferentes iis excusationes licentiam habebunt appellandi. *L.* 13 *pr. D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. IV. Excusationum. Οὕτως δὲ ἐπαναγκές ἐστιν φυλάττειν τὴν προθεσμίαν, ὅτι κἂν δικαιολογησάμενος ἀφεθῇ, μὴ ἐλευθεροῦσθαι αὐτὸν, οἱ θειότατοι Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος δηλοῦσιν ἐν διατάξει, κελεύσαντες μὴ κρατεῖσθαι τὸν εἰς τόπον αὐτοῦ χειροτονηθέντα, ὡς οὐκ ἐξὸν δεδομένον εἰς τόπον ὄντος ἐπιτρόπου.* Ita vero necesse est custodiri (e?) constitutum tempus, ut et si excusatus fuerit dimissus, non liberari eum divus Verus (Severus) et Antoninus ostendant in constitutione, iubentes non detineri eum, qui in locum eius creatus sit, quasi non liceat alium dari in locum existentis tutoris. *L.* 13 *D. cit.*, § 5. — *Modestinus Lib. IV. Excusationum. Ἀποχρὴ δὲ ἐντὸς τῆς προθεσμίας ἐντυχεῖν μόνον. ἐὰν γὰρ μετὰ ταῦτα μὴ ἑκὼν ἀπολειφθῇ, οὐκ ἔσται παραγράψιμος. Διόπερ ἐὰν ἀφοσιώσεως χάριν μόνον ἐντυχῇ, μὴ ἐπιμείνῃ δὲ μετὰ ταῦτα τῇ δικαιολογίᾳ, μετὰ τὴν προθεσμίαν ὑποπεσεῖται τῇ παραγραφῇ· καὶ λέγει τοῦτο διάταξις τῶν αὐτοκρατόρων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου.* Sufficit autem intra constitutum tempus excusare se solum; si enim postea nolens desierit, non ei nocebit. Ideoque si repraesentaverit quis se solum, non permanserit autem postea, ut se excuset, post constitutum tempus exceptione repelli(e?)tur; et hoc dicit constitutio Imperatorum Veri (Severi) et Antonini. *L.* 13 *cit.*, § 6. — *Modestinus Lib. IV. Excusationum. Ἐὰν γάρ τις διὰ νόσον, ἢ δι' ἄλλην ἀνάγκην, οἷον θαλάσσης ἢ χειμῶνος, ἢ ἐφόδου λῃστῶν, ἤ τινα ἑτέραν παραπλησίαν ἐμπροθέσμως μὴ δύνηται ἐντυχεῖν, συγγνώμης τυγχάνειν· οὗ τὴν πίστιν ἤρκει συστῆσαι καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ φύσει δικαίου, πλὴν ἀλλὰ καὶ διάταξίς ἐστιν τῶν αὐτοκρατόρων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου ταῦτα λέγουσα.* Si enim quis propter aegritudinem, vel aliam necessitatem, puta maris, vel hiemis, vel incursus latronum, aut aliam quam similem constituto tempore non poterit venire, ignoscendum ei est; cuius fidem tametsi sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia, tamen et constitutio Imperatorum Severi et Antonini haec dicit (est dicens). *L.* 13, § 7 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. IV. Excusationum. Χρὴ δὲ μιᾷ μαρτύρασθαι πρὸ βήματος, ἢ ἄλλως ἐπὶ ὑπομνημάτων. Δύναται δὲ καὶ βιβλίδια ἐπιδοῦναι χαμόθεν, ὡς οἱ αὐτοί φασιν αὐτοκράτορες.* Oportet autem una testari ante tribunal, vel aliter in submemorationibus. Potest autem et libellos dare, ut iidem ipsi aiunt Imperatores. *L.* 13 *cit.*, § 10 *D. eod. tit.* — *Item.* Imperatores nostri constituerunt, ne ultra ducentesimum miliarium senator populi Romani cogatur res pupillares administrare. *Vat. Fr.* 147. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Divus Severus et Imperator noster huiusmodi consulum vel praesidum decreta quasi ambitiosa esse interpretati sunt; ipsi autem perraro minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt. *L.* 3 *pr. D. de Minor.* 4, 4. — * *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Permittitur etiam ex constitutione principum debitori compellere adolescentem ad petendos sibi curatores. *L.* 7, § 2 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Si unum pater dederit tutorem, nonnunquam ei adiunguntur curatores; nam Imperator noster cum patre rescripsit, quum duos quis libertos suos tutores dedisset, unum rerum Italicarum, alium rerum Africanarum, curatores iis adiungendos; nec patris secuti sunt voluntatem. *L.* 3, § 4 *D. de Admin. et peric. tut.* 26, 7. — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Imperator Antoninus cum patre honoraria eos (tutores) imputare pupillo prohibuit, si supervacaneam litem instituissent, quum convenirentur a vero creditore; nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere. *L.* 9, § 6 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. I. Excusationum.* Divi Severus et Antoninus Augusti Sergio Iuliano. Forma, qua singuli tutores, prout quisque gessit tutelam, nonnunquam in solidum tenentur, duntaxat intra pubertatis tempora locum habet, non etiam si post pubertatem administraverint. *L.* 31 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Si pecunia alterius pupilli alteri pupillo fundus sit comparatus, isque pupillo vel minori traditus, an pignoris obligationem possit habere is, cuius pecunia fundus sit emtus? Et magis est, ut salvum sit ius pignoris secundum constitutionem Imperatoris nostri et divi patris eius ei pupillo, cuius pecunia comparatus est fundus. *L.* 3 *pr. D. de Rebus eorum* 27, 9. — *Paulus Lib. Singulari ad Orationem Divi Severi.* Si fundus sit sterilis, vel saxosus, vel pestilens, videndum est, an alienare eum non possit; et Imperator Antoninus et divus pater eius in haec verba rescripserunt: „Quod allegastis, infructuosum esse fundum, quem vendere vultis, movere nos non potest, quum utique pro fructuum modo pretium inventurus sit.“ *L.* 13 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. IX. Responsorum.* Paulus respondit, etsi testamentum patris postea irritum esse apparuit, tamen tutores pupilli sive curatores filii nihil contra orationem Divorum Principum fecisse videri, si secundum voluntatem defuncti testamento scriptam praedium rusticum pupillare vendiderunt. *L.* 14 *D. eod. tit.* — *Imp. Alexander A. Auctori.* Si tutor tuus de pecunia tua servos emtos manumisit, quoniam huiusmodi servi, sicuti ceterae res pupillaribus pecuniis emtae, iure pignoris ex constitutione divorum parentum meorum obligati sunt, favore pupillorum liberi facti non sunt. *L.* 6 *C. de Servo pignori* 7, 8. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* In integrum restitutione postulata adversus aditionem a minore factam, si quid legatis expensum est, vel pretia eorum, qui ad libertatem aditione eius pervenerunt, a minore refundenda non sunt; quemadmodum per contrarium, quum minor restituitur ad adeundam hereditatem, quae antea gesta erunt per curatorem bonorum, decreto praetoris ad distrahenda bona secundum iuris formam constitutum, rata esse habenda Calpurnio Flacco Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 22 *D. de Min.* 4, 4. — * *Paulus Lib. Sexto Quaestionum sub Rubrica de Tutelis Legitimis.* Apollinaris Paulo. Duo sunt Titi, pater et filius: datus est tutor Titius, nec apparet, de quo sensit testator; quaero, quid sit iuris? R. Is datus est, quem dare se testator sensit. Si id non apparet, non ius deficit, sed probatio: ergo neuter est tutor. Hoc rescriptum est in Sticho manumisso, si duo sunt Stichi, et incertum, de quo testator senserit, vel si Erotem legaverit, qui plures eodem nomine habet servos. *Vat. Fr.* 227. — *Ulpianus Lib. XL. ad Sabinum.* Si per interpositam personam rem pupilli emerit, in ea causa est, ut emtio nullius momenti sit, quia non bona fide videtur rem gessisse; et ita est rescriptum a divo Severo et Antonino. *L.* 5, § 3 *D. de Auct. et cons. tut.* 26, 8. — *Tryphoninus Lib. II. Disputationum.* Ubi quis eius pecuniam, cuius tutelam negotiave administrat, aut magistratus municipii publicam in usus suos convertit, maximas usuras praestat, ut est constitutum a divis principibus. *L.* 38 *D. de Neg. gest.* 3, 5. — * *Paulus Lib. IX. Quaestionum.* Tutorem, qui pecuniam pupillarem, quamvis suo nomine foenoravit, non videri contra constitutiones fecisse, quae prohibent,

pecuniam pupillarem in usus suos convertere. *L.* 46, § 2 *D. de Admin. et peric. tutor.* 26, 7. — *Modestinus Lib. IV. Pandectarum.* Rescriptum est a divis Severo et Antonino, et usuras peti posse, quoniam eadem in magistratibus actio datur, quae competit in tutores. *L.* 9 *D. de Magistr. conven.* 27, 8. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Divi Severus et Antoninus constituerunt, ut tutores et curatores, et qui officio deposito non restituerunt tutelam vel curationem, cum fisco contrahere non possint, ac si quis adversus hanc legem profectus aerario obrepserit, ut perinde puniatur, ac si falsum commisisset. Sed ad illos hoc non pertinet, ut iidem principes rescripserunt, qui antequam tutelam susciperent, haec gesserunt, nec enim excusationes admisisse, sed fraudes exclusisse. Iidem principes rescripserunt, ita demum eum, qui rationem tutelae vel curae nondum reddidit, cum fisco contrahere non debere, si vivat is, cuius tutela administrata est; nam si decesserit, licet nondum heredi eius rationem reddiderit, iure eum contrahere. *L.* 1, § 9—11 *D. de L. Cornelia de Falsis* 48, 10. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Proconsulis.* Imperatores Severus et Antoninus rescripserunt in haec verba: „Quum hoc ipsum quaeratur, an aliquid tibi a tutoribus vel curatoribus debeatur, non habet rationem postulatio tua, volentis in sumtum litis ab his tibi pecuniam subministrari.“ *L.* 17 *D. de Tutelae* 27, 3. — *Marcianus Lib. IV. Institutionum.* Tutores pupilli nomine sine periculo eius, quod testamento datum est, agere posse de inofficioso vel falso testamento, divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 30, § 1 *D. de Inoff. test.* 5, 2. — *Macer Lib. I. de Officio Praesidis.* Imperatores Severus et Antoninus Braduae proconsuli Africae. Quum propriam iurisdictionem legatis tuis dederis, consequens est, ut etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere. *L.* 4 *pr. D. de Off. eius cui mand.* 1, 21. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* An apud legatum proconsulis suspectus postulari possit, dubium fuit; sed Imperator Antoninus cum divo Severo Braduae Maurico, proconsuli Africae, rescripsit, posse, quia mandata iurisdictione officium ad eum totum iuris dicundi transit. *L.* 1, § 4 *D. de Suspectis tut.* 26, 10. — Mulieres admittuntur (ad postulationem suspecti tutoris), ex rescripto divorum Severi et Antonini, sed hae solae, quae, pietatis necessitudine ductae, ad hoc procedunt, ut puta mater. § 3 *Inst. de Suspect. tut.* 1, 26. — Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare; puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere: et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. § 4 *Inst. eod. tit.* — Si quis tutor copiam sui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur, cavetur epistola divorum Severi et Antonini, ut in possessionem bonorum eius pupillus mittatur; et, quae mora deteriora futura sunt, dato curatore, distrahi iubentur. § 9 *Inst. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Severus et Antoninus rescripserunt Epicurio, tutores, qui res vetitas sine decreto distraxerunt, nihil quidem egisse, verum si per fraudem id fecerunt, removeri eos oportere. *L.* 3, § 13 *D. de Suspect. tutor.* 26, 10. — *Ulpianus Lib. I. de Omnibus Tribunalibus.* Praeterea accesserunt quaedam species ex epistola Imperatoris nostri et divi Severi ad Atrium Clonium. Nam adversus eos, qui, ne alimenta decernantur, sui copiam perseverant non facere, ut suis rebus careant, praecipitur; reique servandae causa pupillus in possessionem mittatur eius, qui suspectus sententia sua factus est, quaeque mora deteriora futura sunt, curatore dato distrahi iubentur. Item si quis tutor datus non compareat, solet edictis evocari, novissimeque, si copiam sui non fecerit, ut suspectus removeri ob hoc ipsum, quod copiam sui non fecit. *L.* 7, § 2 *et* 3 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Si quis sepulcrum habeat, viam autem ad sepulcrum non habeat, et a vicino ire prohibeatur, Imperator Antoninus cum patre rescripsit, iter ad sepulcrum peti precario et concedi solere; ut, quoties non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habeat. *L.* 12 *pr. D. de Religiosis* 11, 7. — Inter venditorem ... et emtorem coniungi tempora, divus Severus et Antoninus rescripserunt. § 13 *Inst. de Usucap.* 2, 6. — *Marcianus Lib. VII. Institutionum.* Quum pecunia erat relicta Titio ita, ut post mortem legatarii ad Maevium rediret, quamquam adscriptum sit, ut usum eius Titius haberet, proprietatem tamen ei legatam, et usus mentionem factam, quia erat restituenda ab eo pecunia post mortem eius, divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 12 *D. de Usufr. earum rerum* 7, 5. — *Marcianus Lib. Singulari ad Formulam Hypothecariam.* Potest ita fieri pignoris datio hypothecaeve, ut, si intra certum tempus non sit soluta pecunia, iure emtoris possideat rem iusto pretio tunc aestimandam; hoc enim casu videtur quodammodo conditionalis esse venditio. Et ita divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 16, § 9 *D. de Pignoribus* 20, 1. — *Ulpianus Lib. I. Fideicommissorum.* A praefectis vero praetorio, vel eo, qui vice praefecti ex mandatis principis cognoscet, item a praefecto urbis deportatos, quia ei quoque epistola D. Severi et Imperatoris nostri ius deportandi datum est, statim amittere civitatem; et ideo nec testamenti faciendi ius, nec fideicommissi constat habere. *L.* 1, § 4 *D. de Legatis III.* — Est casus, in quo nec cum libertate utiliter servus a domina heres instituitur, ut constitutione divorum Severi et Antonini cavetur, cuius verba haec sunt: „servum adulterio maculatum non iure testamento manumissum ante sententiam ab ea muliere videri, quae rea fuerat eiusdem criminis postulata, rationis est; quare sequitur, ut in eundem a domina collata institutio nullius momenti habeatur.“ *Pr. Inst. de Hered. inst.* 2, 14. — *Imp. Gordianus A. Ulpio.* Si pater tuus eum quasi filium suum heredem instituit, quem falsa opinione ductus suum esse credebat, non instituturus, si alienum nosset, isque postea subdititius esse ostensus est, auferendam ei successionem, divi Severi et Antonini placitis continetur. *L.* 4 *C. de Hered. inst.* 6, 24. — Si instituto heredi, et coheredi suo substituto dato, alius institutus fuerit, divi Severus et Antoninus, sine distinctione, rescripserunt, ad utramque partem substitutum admitti. § 3 *Inst. de Vulg. Substit.* 2, 15. — *Imperatores Severus et Antoninus Cocceio Campano.* Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, iure valere perinde, ac si rerum mentio facta non esset, sed teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat his, qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta verba secundo testamento, quibus, ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. § 3 *Inst. Quibus modis* 2, 17. — *Marcianus Lib. IV. Institutionum.* Imperatores Severus et Antoninus Cocceio Campano. Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, iure valere, perinde ac si rerum mentio facta non esset; sed teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat his, qui priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissaria verba, quibus, ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. Et hoc ita intelligendum est, si non aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum. *L.* 29 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — *Modestinus Lib. Singulari de Heurematicis.* Sed si alter pubes, alter impubes, hoc communi verbo: „eosque invicem substituo“, sibi fuerint substituti, in vulgarem tantummodo casum factam videri substitutionem, Severus et Antoninus constituit. *L.* 4, § 2 *D. de Vulg. et pup. subst.* 28, 6. Cf. l. 6 Cod. de Test. mil. 6, 21. — *Paulus Imperialium Sententiarum in Cognitionibus Prolatarum Ex Libris Sex I. Seu Decretorum Lib. II.* Pactumeius Androsthenes Pactumeiam Magnam, filiam Pactumeii Magni, ex asse heredem instituerat, eique patrem eius substituerat. Pactumeio Magno occiso et rumore perlato, quasi filia quoque eius mortua, mutavit testamentum, Noviumque Rufum heredem instituit hac praefatione: „quia heredes, quos volui habere mihi, continere non potui, Novius Rufus heres esto.“ Pactumeia Magna supplicavit Imperatores nostros, et cognitione suscepta, licet modus institutione contineretur, quia falsus non solet obesse, tamen ex voluntate testantis putavit Imperator ei subveniendum; igitur pronuntiavit, hereditatem ad Magnam pertinere, sed legata ex posteriore testamento eam praestare debere, proinde atque si in posterioribus tabulis ipsa fuisset

heres scripta. *L.* 92 *D. de Hered. inst.* 28, 5. — *Ulpianus Lib. IV. Disputationum.* Licet Imperator noster cum patre rescripserit, videri voluntate testatoris repetita a substituto, quae ab instituto fuerant relicta; tamen hoc ita erit accipiendum, si non fuit evidens diversa voluntas, quae ex multis colligetur, an quis ab herede legatum vel fideicommissum relictum noluerit a substituto deberi. *L.* 74 *D. de Legatis I.* — *Ulpianus Lib. XLV. ad Edictum.* Quum miles in testamento suo libertatem dederit, eidemque et a primo et a secundo herede per fideicommissum hereditatem reliquerit, quamvis et primus heres, et substitutus, priusquam adierint hereditatem, mortem obierunt, non debere intestati exitum facere, Imperator noster cum divo Severo rescripsit. *L.* 13, § 4 *D. de Test. mil.* 29, 1.— Divi Severus et Antoninus rescripserunt, ex his codicillis, qui testamentum praecedunt, posse fideicommissum peti, si appareat, eum, qui postea testamentum fecerat, a voluntate, quam codicillis expresserat, non recessisse. § 1 *Inst. de Codicillis* 2, 25.— *Marcianus Lib. VII. Institutionum.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, nihil egisse matrem, quae quum pure liberos suos heredes instituerit, conditionem emancipationis codicillis adiecit, quia neque conditionem heredi instituto codicillis adiicere, neque substituere directo potest. *L.* 6 *pr. D. de Iure codicill.* 29, 7. — Si rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet heres luere. Et hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena, ut ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse; et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. § 5 *Inst. de Legatis* 2, 20. — *Ulpianus Lib. XXI. ad Sabinum.* Movet quaestionem, quod ex senatusconsulto et constitutionibus licet nobis ab aedibus nostris in alias aedes transferre possessoribus earum futuris, id est non distracturis; et ita Imperator noster et divus Severus rescripserunt. *L.* 41, § 3 *D. de Legatis I.* — Si quis ad opus reipublicae faciendum legavit, puto, valere legatum; nam et Papinianus lib. XI. Responsorum refert, Imperatorem nostrum et divum Severum constituisse, eos, qui reipublicae ad opus promiserint, posse detrahere ex aedibus suis urbanis atque rusticis, et id ad opus uti, quia hi quoque non promercii causa id haberent. *L.* 41 *D. cit.*, § 5. — *Marcianus Lib. VI. Institutionum.* Quum quidam decurionibus divisiones dari voluisset die natalis sui, divi Severus et Antoninus rescripserunt, non esse verisimile, testatorem de uno anno sensisse, sed de perpetuo legato. *L.* 23 *D. de Annuis leg.* 33, 1. — *Idem Lib. VIII. Institutionum.* Quum erat certa pecunia, id est centum, reipublicae Sardianorum relicta per quadriennium certaminis Chrysanthiani, divi Severus et Antoninus rescripserunt, videri perpetuam pensitationem reliquisse testatorem per quadriennium, non in primum quadriennium. *L.* 24 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXV. ad Sabinum.* Sicut aes alienum, hoc est, quod debetur domino, minuit legatum peculium, ita per contrarium id, quod dominus debet servo, augere debet. Sed huic sententiae adversatur rescriptum Imperatoris nostri et patris eius, quod ita est: „Quum peculium servo legatur, non etiam id conceditur, ut petitionem habeat pecuniae, quam se in rationem domini impendisse dicit.“ *L.* 6, § 4 *D. de Peculio legato* 33, 8. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Sabinum.* Interdum etsi non sit legatum peculium, velut legatum sic accipitur, id est in huiusmodi specie: quidam servo libertatem, si rationes reddidisset, dederat et si heredibus centum intulisset. Imperator igitur noster cum patre rescripsit, peculium quidem non nisi legatum deberi, verum, inquit, si conditionibus praescriptis paruit servus, testatorem voluisse, eum retinere peculium, interpretamur, videlicet ex eo, quod ex peculio eum iusserat centum inferre. *L.* 8, § 7 *D. eod. tit.* — Peculium, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur, quamvis, si vivus manumiserit, sufficit, si non adimatur; et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt, peculio legato, non videri id relictum, ut petitionem habeat pecuniae, quam in rationes dominicas impendit. Iidem rescripserunt, peculium videri legatum, quum rationibus redditis liber esse iussus est, et ex eo reliquas inferre. § 20 *Inst. de Leg.* 2, 20. — *Marcianus Lib. VIII. Institutionum.* Si quis libertis alimenta reliquerit, etsi legati fuerint servi, et rogati legatarii manumittere, ad fideicommissum admittuntur, ut et divi quoque Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 2 *pr. D. de Alimentis vel cibar. legatis* 34, 1. — *Idem Lib. VII. Institutionum.* Si quis post tempus libertatem servo suo dederit, et interea rogaverit heredem, donec ad libertatem perveniat, cibaria ei dare, testatoris voluntati obtemperandum esse, divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 113, § 1 *D. de Legatis I.* — *Ulpianus Lib. XXI. ad Sabinum.* Legato generaliter relicto, veluti hominis, Caius Cassius scribit, id esse observandum, ne optimus vel pessimus accipiatur; quae sententia rescripto Imperatoris nostri et Severi iuvatur, qui rescripserunt, homine legato actorem non posse eligi. *L.* 37 *pr. D. de Leg. I.* — *Marcianus Lib. VIII. Institutionum.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, eum, qui rogatus est sub conditione fratris sui filiis restituere, ante diem fideicommissi cedentem ne quidem ex voluntate eorum posse restituere his in potestate patris agentibus, quum possit die fideicommissi cedente sui iuris constitutis ipsis debere restitui, vel, si aliquis ex his ante decesserit, non omnibus. *L.* 114, § 11 *D. de Legatis I.* — Iidem principes rescripserunt, filiis ante diem fideicommissi venientem restitui hereditatem maternam necesse non esse, sed praestare heredem posse vulgarem cautionem, aut si praestare eam non poterit, mitti liberos in possessionem fideicommissi servandi causa, ut pro pignore, non ut pro dominis possideant, vel alienandi ius, sed ut pignus habeant, ut filius per patrem fructus consequatur, et servus per dominum. *L.* 114 *D. cit.*, § 12. — Divi Severus et Antoninus rescripserunt, eos, qui testamento vetant quid alienari, nec causam exprimunt, propter quam id fieri velint, nisi invenitur persona, cuius respectu hoc a testatore dispositum est, nullius esse momenti scripturam, quasi nudum praeceptum reliquerint, quia talem legem testamento non possunt dicere. Quod si liberis, aut posteris, aut libertis, aut heredibus, aut aliis quibusdam personis consulentes eiusmodi voluntatem significarent, eam servandam esse; sed haec neque creditoribus neque fisco fraudi esse, nam si heredis, propter testatoris creditores, bona venierunt, fortunam communem fideicommissarii quoque sequuntur. *L.* 114 *D. cit.*, § 14. — Quum pater filio herede instituto, ex quo tres habuerat nepotes, fideicommisit, ne fundum alienaret, et ut in familia relinqueret, et filius decedens duos heredes instituit, tertium exheredavit, eum fundum extraneo legavit, divi Severus et Antoninus rescripserunt, verum esse, non paruisse voluntati defuncti filium. *L.* 114 *D. cit.*, § 15. — *Marcianus Lib. VIII. Institutionum.* Si quis, quum a fideicommissario sibi cavere poterat, non caverit, quasi indebitum plus debito eum solutum repetere posse, divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 39 *D. de Condict. indeb.* 12, 6.— *Marcianus Lib. VII. Institutionum.* Divus Severus et Antoninus rescripserunt, pecuniam relictam ad alimenta puerorum Falcidiae subiectam esse, et, ut idoneis nominibus collocetur pecunia, ad curam suam revocaturum praesidem provinciae. § 1. Divi Severus et Antoninus generaliter rescripserunt Bononio Maximo, usuras praestiturum eum, qui frustrationis causa beneficium legis Falcidiae imploravit. *L.* 89 *D. ad Legem Falcidiam* 35, 2. — Si rem suam legaverit testator, posteaque eam alienaverit, Celsus existimat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi, idque divi Severus et Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt, eum, qui post testamentum factum praedia, quae legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri, et ideo legatarium cum herede agere posse, ut praedia a creditore luantur. § 12 *Inst. de Leg.* 2, 20. — Si, quam non acceperit, dotem legaverit (uxori maritus), divi Severus et Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legaverit, inutile esse legatum; si vero certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumentum dotis in praelegando demonstrata sunt, valere legatum. § 15 *Inst. eod. tit.* — *Marcianus Lib. VI. Institutionum.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, quum testator postrema scriptura quaqua ratione motus pessimum libertum esse adiecisset, ea, quae priori scriptura ei relicta fuerant, ademta vi-

deri. *L.* 13 *D. de Adimendis vel transfer. leg.* 34, 4. — *Marcianus Lib. VI. Institutionum.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, quasi indignum carere legato seu fideicommisso libertum, quae ei testamento patroni relicta erant, quum patronum suum post mortem eius quasi illicitae mercis negotiatorem detulerat, quamvis et praemium meruit. *L.* 1 *pr. D. de His, quae ut indignis* 34, 9. — *Marcianus Lib. VI. Institutionum.* Poenam a conditione voluntas testatoris separat, et an poena, an conditio, an translatio sit, ex voluntate defuncti apparet; idque divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 2 *D. de His, quae poenae* 34, 6. — *Marcianus Lib. VI. Institutionum.* Falsa demonstratio neque legatario, neque fideicommissario nocet, neque heredi instituto, veluti si fratrem dixerit, vel sororem, vel nepotem, vel quodlibet aliud; et hoc ita iuris civilis ratione et constitutionibus Severi et Antonini cautum est. *L.* 33 *pr. D. de Conditionibus* 35, 1. — Si cui quasi liberto, id est inter libertos, legatum fuerit, non idcirco legatum amittit, quia postea anulos ab imperatore acceperit; nam honor eius auctus est, non conditio mutata; et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 33 *D. cit.*, § 2. — *Ulpianus Lib. XII. ad Sabinum.* Si apud hostes conceptus, a captiva procreatus, cum ea rediit, secundum rescriptum Imperatoris nostri et divi patris eius ad Ovinium Tertyllum poterit ex hoc senatusconsulto admitti, quasi vulgo quaesitus. *L.* 1, § 3 *D. ad Senatuscons. Tertull.* 38, 17. — *Hermogenianus Lib. IV. Fideicommissorum.* Qui compulsus adiit hereditatem, sicuti ceteris commodis caret, ita hoc quoque casu careat, ne possit poenitendo quartam retinere; et ita invenio ab Imperatore nostro et divo patre eius rescriptum. *L.* 14, § 4 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Quum ex parte heredi instituto legatum quoque erat, et in ulciscenda morte cessaverat, divi Severus et Antoninus rescripserunt, tam hereditatis portionem, quam legatum ei auferendum. *L.* 15, § 1 *D. de Senatuscons. Silan.* 29, 5. — *Papinianus Lib. VIII. Responsorum.* Quoniam stuprum in ea contrahi non placuit, quae se non patroni concubinam esse patitur, eius, qui concubinam habuit, quod testamento relictum est, actio non denegabitur; idque in testamento Cocceii Cassiani, clarissimi viri, qui Rufinam ingenuam honore pleno dilexerat, optimi maximique principes nostri iudicaverunt, cuius filiam Cassianus nepti coheredem datam appellaverat, vulgo quaesitam apparuit. *L.* 16, § 1 *D. de His, quae ut indignis* 34, 9. — *Paulus Lib. II. Decretorum.* Statius Florus testamento scripto heredis sui Pompeii tacitae fidei commiserat, ut non capienti fundum et certam pecuniae quantitatem daret, et eo nomine cautionem a Pompeio exigi curaverat, se restituturum ea, quae ei per praeceptionem dederat; postea idem Florus facto secundo testamento, et eodem Pompeio et Faustino heredibus institutis, nullas praeceptiones Pompeio dederat; haec persona, quae capere non poterat, se detulerat; consulti Imperatores a procuratoribus rescripserant, si non probaretur, mutatam voluntatem esse, praestandum fideicommissum, atque ita Pompeius condemnatus desiderabat, onus esse id hereditatis oportere, quia praeceptiones non acceperat, nec posse videri pro parte in prima voluntate testatorem perseverasse; sed in universo pronuntiavit, nec testamentum prius exstare, nec si dedisset in primo testamento, ex posteriore peti potuisse, nisi petitum esset; placuit, quia non probabat sibi datas praeceptiones, ex sola sua cautione solum fideicommissum praestare debere. *L.* 48 *pr. D. de Iure fisci* 49, 14. — *Paulus Lib. I. de Iure Fisci.* Aetati eius, qui accusavit, ignoscitur, et maxime si tutor vel curator dicere falsum vel inofficiosum velit; et ita divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 5, § 9 *D. de His, quae ut indignis* 34, 9. — *Marcianus Lib. II. Institutionum.* Etiamsi partis bonorum se excusaverit tutor, puta Italicarum, vel provincialium rerum, totum, quod testamento datum est, ei auferetur; et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 111 *D. de Legatis I.* — *Ulpianus Lib. XIX. ad Edictum.* Sumtuum, quos unus ex heredibus bona fide fecerit, usuras quoque consequi potest a coherede ex die morae, secundum rescriptum Imperatorum Severi et Antonini. *L.* 18, § 3 *D. Famil. ercis.* 10, 2. — *Paulus Lib. Singulari de Iuris et Facti Ignorantia.* Imperatores Severus et Antoninus in haec verba rescripserunt: „Quod ex causa fideicommissi indebitum datum est, si non per errorem solutum est, repeti non potest, quam ob rem Gargiliani heredes, qui, quum ex testamento eius pecuniam ad opus aquaeductus reipublicae Cirtensium relictam solverint, non solum cautiones non exegerunt, quae interponi solent, ut quod amplius cepissent municipes, quam per legem Falcidiam licuisset, redderent, verum etiam stipulati sunt, ne ea summa in alios usus converteretur, et scientes prudentesque passi sunt, eam pecuniam in opus aquaeductus impendi; frustra postulant reddi sibi a republica Cirtensium, quasi plus debito dederint, quum sit utrumque iniquum, pecuniam, quae ad opus aquaeductus data est, repeti, et rempublicam ex corpore patrimonii sui impendere, et in id opus, quod totum alienae liberalitatis gloriam repraesentet. Quod si ideo repetitionem eius pecuniae habere credunt, quod imperitia lapsi legis Falcidiae beneficio usi non sunt, sciant, ignorantiam facti, non iuris prodesse, nec stultis solere succurri, sed errantibus. *L.* 9, § 5 *D. de Iuris et facti ignor.* 22, 6. — *Ulpianus Lib. Singulari de Officio Curatoris Reipublicae.* Si pollicitus quis fuerit reipublicae opus se facturum, vel pecuniam daturum, in usuras non conveniatur; sed si moram coeperit facere, usurae accedunt, ut Imperator noster cum divo patre suo rescripsit. *L.* 1 *pr. D. de Pollic.* 50, 12. — Quum columnas quidam promisisset, Imperator noster cum divo patre suo ita rescripsit: „Qui non ex causa pecuniam reipublicae pollicentur, liberalitatem perficere non coguntur. Sed si columnas Citiensibus (Cirtensibus?) promisisti, et opus ea ratione sumtibus civitatis vel privatorum inchoatum est, deseri, quod gestum est, non oportet. *L.* 1 *D. cit.*, § 5. — *Ulpianus Lib. V. de Officio Proconsulis.* Non tantum masculos, sed etiam feminas, si quid ob honores pollicitatae sunt, debere implere sciendum est; et ita rescripto Imperatoris nostri et divi patris eius continetur. Si cui respublica necessitatem imposuerit statuarum principi ponendarum, qui non promisit, non esse ei necesse obtemperare, rescriptis Imperatoris nostri et divi patris eius continetur. *L.* 6, § 2 *et* 3 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. IV. Differentiarum.* Ex pollicitatione, quam quis ob honorem apud rempublicam fecit, ipsum quidem omnimodo in solidum teneri, heredem vero eius, ob honorem quidem facta promissione in solidum, ob id vero, quod opus promissum coeptum est, si bona liberalitati solvendo non fuerint, extraneum heredem in quintam partem patrimonii defuncti, liberos in decimam teneri, divi Severus et Antoninus rescripserunt; sed et ipsum donatorem pauperem factum, ex promissione operis coepti quintam partem patrimonii sui debere, Divus Pius constituit. *L.* 9 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Post contractum capitale crimen donationes factae non valent ex constitutione divorum Severi et Antonini, si condemnatio secuta sit. *L.* 15 *D. de Donationibus* 39, 5. — *Ulpianus Lib. XLIII. ad Sabinum.* Si post rem iudicatam quis transegerit, et solverit, repetere poterit idcirco, quia placuit, transactionem nullius esse momenti. Hoc enim Imperator Antoninus cum divo patre suo rescripsit. *L.* 23, § 1 *D. de Condict. indeb.* 12, 6. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Nihil interest, quis filiofamilias crediderit, utrum privatus, an civitas; nam in civitate quoque senatusconsultum locum habere divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 15 *D. de Senatuscons. Macedon.* 14, 6. — *Marcianus Lib. Singulari ad Formulam Hypothecariam.* Sane ut divi Severus et Antoninus rescripserunt, sine deminutione mercedis soli obligabitur. *L.* 17 *D. de Pign. act.* 13, 7. — *Ulpianus Lib. III. Disputationum.* Non est mirum, si ex quacunque causa magistratus in possessionem aliquem miserit, pignus constitui, quum testamento quoque pignus constitui posse, Imperator noster cum patre saepissime rescripsit. *L.* 26 *pr. D. eod. tit.* — * *Tryphoninus Lib. VIII. Disputationum.* Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano, creditorem a debitore pignus emere posse. *L.* 12 *pr. D. de Distr. pign.* 20, 5. — *Ulpianus Lib. XLIII. ad Sabinum.* Imperator Antoninus cum divo patre suo rescripsit,

quum distractis pignoribus creditor pecuniam redigit, si sint usurae debitae, et aliae indebitae, quod solvitur in usuras, ad utramque causam usurarum, tam debitarum, quam indebitarum pertinere; puta quaedam earum ex stipulatione, quaedam ex pacto naturaliter debebantur. Si vero summa usurarum debitarum et non debitarum non eadem sit, aequaliter ad utramque causam proficit, quod solutum est, non pro rata, ut verba rescripti ostendunt. Sed si forte usurae non sint debitae, et quis simpliciter solverit, quas omnino non erat stipulatus, Imperator Antoninus cum divo patre suo rescripsit, ut in sortem cedant. Eidem autem rescripto ita subiicitur: „quod generaliter constitutum est, prius in usuras numum solutum accepto ferendum, ad eas usuras videtur pertinere, quas debitor exsolvere cogitur; et, sicut ex pacti conventione datae repeti non possunt, ita proprio titulo non numeratae pro solutis ex arbitrio percipientis non habebuntur." *L.* 5, § 2 *D. de Solut.* 46, 3. — *Ulpianus Lib. LXIV. ad Edictum.* Sciendum est, etiamsi obligata res esse proponatur ab herede iure pignoris vel hypothecae, attamen si hereditaria fuit, iure separationis hypothecario creditore potiorem esse eum, qui separationem impetravit; et ita Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 1, § 3 *D. de Separat.* 42, 6. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Non licet ex officio, quod administrat quis, emere quid vel per se, vel per aliam personam; alioquin non tantum rem amittit, sed et in quadruplum convenitur, secundum constitutionem Severi et Antonini. *L.* 46 *D. de Contr. emt.* 18, 1. — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Si fundus lege commissoria venierit, hoc est, ut, nisi intra certum diem pretium sit exsolutum, inemtus fieret, videamus, quemadmodum venditor agat tam de fundo, quam de his, quae ex fundo percepta sint? Itemque si deterior fundus effectus sit facto emtoris? Et quidem finita est emtio, sed iam decisa quaestio est, ex vendito actionem competere, ut rescriptis Imperatoris Antonini et divi Severi declaratur. *L.* 4 *pr. D. de Lege commiss.* 18, 3. — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Si non quasi fructuarius (fundum) ei locavit, sed si quasi fundi dominus? Videlicet tenebitur, decepit enim conductorem, et ita Imperator Antoninus cum divo Severo rescripsit. In exustis quoque aedibus eius temporis, quo aedificium stetit, mercedem praestandam rescripserunt ... Imperator Antoninus cum patre, quum grex esset abactus, quem quis conduxerat, ita rescripsit: „Si capras latrones citra tuam fraudem abegisse probari potest, iudicio locati casum praestare non cogeris, atque temporis, quod insecutum est, mercedes ut indebitas recuperabis." *L.* 9, § 1 *et* 4 *D. Locati conducti* 19, 2. — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Quum quidam exceptor operas suas locasset, deinde is, qui eas conduxerat, decessisset, Imperator Antoninus cum divo Severo rescripsit ad libellum exceptoris in haec verba: „Quum per te non stetisse proponas, quominus locatas operas Antonio Aquilae solveres, si eodem anno mercedes ab alio non accepisti, fidem contractus impleri aequum est." *L.* 19, § 9 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Si quis professus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal solverit, hoc concedente publicano, ut solent facere, divi Severus et Antoninus rescripserunt, res in commissum non cadere: „quum enim, inquiunt, professiones recitantur, commissum cessat, quum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum vel fideiussorum" ... Si quid indebitum per errorem solventis publicanus accepit, retro eum restituere oportere, divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 16, § 12, 14 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Imp. Iustinianus A. Iuliano PP.* Constitutio divorum Severi et Antonini principum reperta est, ex qua generaliter necessitas imponebatur socio, partem suam socio suo vendere, quatenus libertas servo imponatur, licet nihil lucri ex substantia socii morientis alii socio accedat, pretio videlicet arbitrio praetoris constituendo. *L.* 1 *pr. C. de Comm. Servo manum.* 7, 7. — *Imp. Antoninus A. Augustali.* Fideiussorem magistratuum in his, quae ad reipublicae administrationem pertineant, teneri, non in his, quae ob culpam vel delictum eis poenae nomine irrogentur, tam mihi quam divo Severo patri meo placuit. *L.* 1 *C. de Peric. eor. qui pro mag.* 6, 34. — *Ulpianus Lib. VIII. de Omnibus Tribunalibus.* In honorariis advocatorum ita versari iudex debet, ut pro modo litis, proque advocati facundia, et fori consuetudine, et iudicii, in quo erat acturus, aestimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur; ita enim rescripto Imperatoris nostri et patris eius continetur. Verba rescripti ita se habent: „Si Iulius Maternus, quem patronum causae tuae esse voluisti, fidem susceptam exhibere paratus est, eam duntaxat pecuniam, quae modum legitimum egressa est, repetere debes." *L.* 1, § 10 *D. de Extraord. cogn.* 50, 13. — Si cautum est honorarium, vel si quis de lite pactus est, videamus, an petere possit. Et quidem de pactis ita est rescriptum ab Imperatore nostro et divo patre eius: „Litis causa malo more pecuniam tibi promissam ipse quoque profiteris, sed hoc ita ius est, si suspensa lite societatem futuri emolumenti cautio pollicetur; si vero post causam actam cauta est honoraria summa, peti poterit usque ad probabilem quantitatem, etsi nomine palmarii cautum sit, sic tamen ut computetur id, quod datum est, cum eo, quod debetur, neutrumque compositum licitam quantitatem excedat. Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum aureos." *L.* 1 *D. cit.*, § 12. — *Marcianus Lib. VIII. Institutionum.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, si consenserit fideicommissarius alio loco dare, necesse habere secundum consensum dare, ubi consenserit. *L.* 51 *D. de Iudiciis* 5, 1. — *Paulus Lib. Singulari de Cognitionibus.* Ubi lex duorum mensum fecit mentionem, et qui sexagesimo et primo die venerit, audiendus est; ita enim et Imperator Antoninus cum divo patre suo rescripsit. *L.* 101 *D. de Divers. regul. iur. ant.* 50, 17. — *Marcianus Lib. VI. Institutionum.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, iusiurandum contra vim legum et auctoritatem iuris in testamento scriptum nullius esse momenti. *L.* 112, § 4 *D. de Legatis I.* — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Curatores pupilli vel adolescentis non esse cogendos in litem iurare, rescriptis Imperatoris nostri et divi patris eius continetur. Si tamen tantam affectionem pupillo suo, vel adolescenti tutores vel curatores praestare volunt, auctoritas iuris non refragabitur, quin iudicio, quod inter ipsos acceptum est, finis eiusmodi possit adhiberi; non enim ad suam utilitatem iurisiurandi referenda aestimatio est, sed ad domini, cuius nomine tutelae ratio postulatur; adolescens vero, si velit, iurare potest. *L.* 4 *pr. D. de In litem* 12, 3. — Deferre autem iusiurandum iudicem oportet; ceterum si alius detulerit iusiurandum, vel non delato iuratum sit, nulla erit religio, nec ullum iusiurandum; et ita constitutionibus expressum est Imperatoris nostri et divi patris eius. *L.* 4 *D. cit.*, § 1. — *Ulpianus Lib. XXII. ad Edictum.* Si quis iuraverit in re pecuniaria per genium principis, dare se non oportere, et peieraverit, vel, dari sibi oportere, vel intra certum tempus iuraverit se soluturum, nec solvit, Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigatum dimitti et ita ei superdici: *προπετῶς μὴ ὄμνυε* (temere ne iura). *L.* 13, § 6 *D. de Iureiur.* 12, 2. — *Imp. Alexander A. Felici.* Iurisiurandi contemta religio satis deum ultorem habet. Periculum autem corporis vel maiestatis crimen secundum constituta divorum parentum meorum, etsi per principis venerationem quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet. *L.* 2 *C. de Reb. cred.* 4, 1. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Consulis.* Sententiam Romae dictam etiam in provinciis posse praesides, si hoc iussi fuerint, ad finem persequi, Imperator noster cum patre rescripsit. *L.* 15, § 1 *D. de Re iudic.* 42, 1. — Si pignora, quae capta sunt, emtorem non inveniant, rescriptum est ab Imperatore nostro et divo patre eius, ut addicantur ipsi, cui quis condemnatus est. *L.* 15 *D. cit.*, § 3. — *Macer Lib. II. de Appellationibus.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, non cogendum tutorem, post rationes redditas, causas appellationum reddere. *L.* 1, § 1 *D. Si pendente appell. mors* 49, 13. — *Ulpianus Lib. LXXIII. ad Edictum.* Ita demum revocatur, quod fraudandorum creditorum causa factum est, si eventum fraus habuit, scilicet si hi creditores, quorum fraudandorum causa fecit, bona ipsius vendiderunt. Ceterum si illos

dimisit, quorum fraudandorum causa fecit, et alios sortitus est, si quidem simpliciter dimissis prioribus, quos fraudare voluit, alios postea sortitus est, cessat revocatio; si autem horum pecunia, quos fraudare noluit, priores dimisit, quos fraudare voluit, Marcellus dicit, revocationi locum fore; secundum hanc distinctionem et ab Imperatore Severo et Antonino rescriptum est, eoque iure utimur. *L.* 10, § 1 *D. Quae in fraudem* 42, 8. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Glabrionem Acilium divus Severus et Imperator Antoninus non audierunt incolorate restitui desiderantem adversus fratrem post speciem in auditorio eorum finitam. *L.* 18, § 1 *D. de Minor.* 4, 4. — Sed et Percennio Severo contra res bis iudicatas in integrum restitui desideranti, divus Severus et Imperator Antoninus permiserunt in auditorio suo examinari. *L.* 18 *D. cit.*, § 2. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Licere unicuique naufragium suum impune colligere, constat; idque Imperator Antoninus cum divo patre suo rescripsit. *L.* 12 *pr. D. de Incendio* 47, 9. — *Marcianus Lib. I. Regularum.* Divus Severus et Antoninus rescripserunt, eam, quae data opera abegit, a praeside in temporale exilium dandam; indignum enim videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse. *L.* 4 *D. de Extraord. Crimin.* 47, 11. — *Paulus Lib. Singulari de Iudiciis Publicis.* Ab Imperatore nostro et patre eius rescriptum est, ut in criminibus, quae extra ordinem obiiciuntur, praevaricationes eadem poena afficiantur, qua tenerentur, si ipsi in legem commisissent, qua reus per praevaricationem absolutus est. *L.* 6 *D. de Praevar.* 47, 15. — *Marcianus Lib. II. Publicorum Iudiciorum.* Divus Severus et Antoninus rescripserunt, electionem esse, utrum quis velit crimen expilatae hereditatis extra ordinem apud praefectum urbi vel apud praesides agere, an hereditatem a possessoribus iure ordinario vindicare. *L.* 3 *D. Expil. hered.* 47, 19. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Illud incertum est, utrum ita demum accusare potest, si fuerit liberatus, an et si poenam subierit: est enim constitutum ab Imperatore nostro et divo patre eius, post damnationem accusationem quem inchoare non posse. *L.* 5, § 1 *D. de Publicis iudiciis* 48, 1. — *Marcianus Lib. I. de Iudiciis Publicis.* Mulierem propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem audiri a praefecto annonae deferentem, divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 13 *D. de Accusation.* 48, 2. — *Modestinus Lib. II. de Poenis.* Ex iudiciorum publicorum admissis non alias transeunt adversus heredes poenae bonorum ademtionis, quam si lis contestata et condemnatio fuerit secuta, excepto repetundarum et maiestatis iudicio, quae etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco vindicentur, adeo ut divus Severus et Antoninus rescripserint, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse. Ex ceteris vero delictis poena incipere ab herede ita demum potest, si vivo reo accusatio mota est, licet non fuit condemnatio secuta. *L.* 20 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. I. de Publicis Iudiciis ad Legem Iuliam Maiestatis.* Post D. Marci constitutionem hoc iure uti coepimus, ut etiam post mortem nocentium hoc crimen (maiestatis) inchoari possit, ut, convicto mortuo, memoria eius damnetur, et eius bona successori eius eripiantur ... Sic et D. Severus et Antoninus constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare neque manumittere eum posse; nec ei solvere iure debitorem, magnus Antoninus rescripsit ... Si decesserit quis, propter incertam personam successoris bona observantur, si in causa maiestatis fuisse mortuus arguatur, ut Severus et Antoninus literis ad rationales missis rescripserunt. *L.* 6 *Cod. ad Leg. Iul. maiest.* 9, 8. — *Papinianus Lib. XVI. Responsorum.* Alterius provinciae reus apud eos accusatur et damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur; quod etiam in militibus esse observandum, optimi principes nostri generaliter rescripserunt. *L.* 22 *D. de Accus.* 48, 2. — *Marcianus Lib. V. Regularum.* Nec qui lapide iactato incerto, fortuito statuam attigerit, crimen maiestatis commisit; et ita Severus et Antoninus Iulio Cassiano rescripserunt. *L.* 5, § 1 *D. ad Leg. Iul. maiest.* 48, 4. — Iidem Pontio rescripserunt, non videri contra maiestatem fieri ob imagines Caesaris nondum consecratas venditas. *L.* 5 *D. cit.*, § 2. — In uxorem adulterium vindicatur iure mariti, non etiam in sponsam; Severus quoque et Antoninus ita rescripserunt. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 4, 6. — *Ulpianus Lib. II. de Adulteriis.* Divi Severus et Antoninus rescripserunt, etiam in sponsa hoc idem (stuprum) vindicandum, quia neque matrimonium qualecunque, nec spem matrimonii violare permittitur. *L.* 13, § 3 *D. ad Leg. Iul. de Adult.* 48, 5. — *Imp. Antoninus A. Severino.* Si partus subiecti crimen diversae parti obiicitis, causa capitalis in tempus pubertatis pueri differri non debuit, sicut iam pridem mihi et D. Severo, patri meo, placuit. *L.* 1 *Cod. ad Leg. Cornel. de Fals.* 9, 22. — *Imp. Alexander A. Valerio.* Satis aperte divorum parentum meorum rescriptis declaratum est, quum morandae solutionis gratia a debitore falsi crimen obiicitur, nihilominus, salva exsecutione criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere. *L.* 2 *Cod. eod. tit.* — *Marcianus Lib. V. Regularum.* Divi Severus et Antoninus Cassio Festo rescripserunt, res privatorum, si in aedem sacram depositae surreptae fuerint, furti actionem, non sacrilegii esse. *L.* 5 *D. ad Legem Iuliam Peculatus* 48, 13. — *Marcianus Lib. I. Iudiciorum Publicorum.* Divus Severus et Antoninus quendam clarissimum iuvenem, quum inventus esset arculam in templum ponere, ibique hominem includere, qui post clusum templum de arca exiret, et de templo multa subtraheret, et se in arculam iterum referret, convictum in insulam deportaverunt. *L.* 10, § 1 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. I. Iudiciorum Publicorum.* Saepissime a principibus Severo et Antonino constitutum est, ne bonae fidei possessores hac lege (Fabia de plagiariis) teneantur. Illud non est omittendum, quod exemplo legis Aquiliae, si is, propter quem quis in Fabiam commisit, decesserit, adhuc accusatio et poena legis Fabiae superest, ut et divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 3 *D. de L. Fabia de Plagiariis* 48, 15. — *Macer Lib. II. Publicorum.* Si postea, quam accusator destitit, reus decesserit, non ideo magis delictum accusatoris relevatur; nam eum, qui semel destitit, si postea accusare paratus sit, non esse audiendum, Severus et Antoninus statuerunt. *L.* 15, § 4 *D. ad Senatuscons. Turpill.* 48, 16. — *Marcianus Lib. II. Publicorum.* Divi Severi et Antonini Magni rescriptum est, ne quis absens puniatur. *L.* 1 *pr. D. de Requirendis* 48, 17. — *Marcianus Lib. II. de Publicis Iudiciis.* Quamcunque quaestionem apud fiscum, si non alia sit praescriptio, XX annorum silentio praescribi, divi principes voluerunt. *L.* 3 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. XII. Pandectarum.* Intra annum medio tempore moventia, si qua sunt, ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant, venire debere, pretiumque eorum in deposito esse, divi Severus et Antoninus sanxerunt. *L.* 5, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Si quis dicatur nullo iure emtus, non prius torqueri poterit, quam si constiterit, venditionem non valuisse; et ita Imperator noster cum divo patre suo rescripsit. *L.* 1, § 15 *D. de Quaestion.* 48, 18. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Quum quidam deponere pretium servi paratus esset, et servus torqueretur contra dominum, Imperator noster cum divo patre suo id non admiserunt. *L.* 1 *D. cit.*, § 18. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Nec libertum torqueri in patroni caput constitutum est. Nec fratrem quidem in fratris, Imperator noster cum divo patre suo rescripsit, addita ratione, quod in eum, in quem quis invitus testimonium dicere non cogitur, in eum nec torqueri debet. *L.* 1, § 9, 10 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Libro Singulari de Officio Praefecti Urbi.* Imperatores Severus et Antoninus Iunio Rufino praefecto vigilum ita rescripserunt: „Insularios et eos, qui negligenter ignes apud se habuerint, potes fustibus vel flagellis caedi iubere; eos autem, qui dolo fecisse ignem convincentur, ad Fabium Cilonem praefectum urbi, amicum nostrum, remittes; fugitivos conquirere eosque dominis reddere debes." *L. ult. D. de Off. praef. vig.* 1, 15. — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Neque redire cuiquam permittere possunt (curatores Caesaris), idque Imperatores nostri Severus et Antoninus ad libellum Hermiae rescripserunt. *L.* 3, § 2 *D. de Offic. proc. Caes.* 1, 19. — *Modestinus*

Lib. II. de Poenis. Si multi publicani sint, qui illicite quid exegerunt, non multiplicatur dupli actio, sed omnes partes praestabunt; et quod ab alio praestari non potest, ab altero exigetur, sicut divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 6 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Modestinus Lib. III. de Poenis.* Ex provincia in provinciam traduci damnatos sine permissu principis non licere, divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 31, § 1 *D. de Poenis* 48, 19. — *Tryphoninus Lib. X. Disputationum.* Si qua visceribus suis post divortium, quod praegnans fuit, vim intulerit, ne iam inimico marito filium procrearet, ut temporali exilio coërceatur, ab optimis Imperatoribus nostris rescriptum est. *L.* 39 *D. de Poenis* 48, 19. — *Macer Lib. II. Publicorum.* Imperatores Severus et Antoninus Iulio Iuliano. Eos, qui a latronibus nominati corruptis accusatoribus diem suum obierint, ut confessos de crimine non relinquere defensionem heredibus rationis est. *L.* 2 *pr. D. de Bonis eorum* 48, 21. — *Ulpianus Lib. X. de Officio Proconsulis.* Imperator noster cum divo patre suo ... Maecio Probo, praesidi provinciae Hispaniae, rescripserunt, etiam ea provincia interdici, unde quis oriundus est, ab eo, qui regit eam provinciam, ubi quis domicilium habet. *L.* 7, § 10 *D. de Interdictis* 48, 22. — *Marcianus Lib. II. Publicorum.* Si quis in insulam deportatus vel relegatus fuerit, poena etiam post mortem manet; nec licet eum inde transferre alicubi, et sepelire inconsulto principe, ut saepissime Severus et Antoninus rescripserunt, et multis petentibus hoc ipsum indulserunt. *L.* 2 *D. de Cadaveribus punit.* 48, 24. — *Ulpianus Lib. L. ad Edictum.* Constitutione Imperatoris nostri et divi Severi placuit, plurium servum in nullius caput torqueri posse. *L.* 3 *D. de Quaestion.* 48, 18. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Eos, qui tutores vel curatores fuerunt, non oportere deferre causa pupillorum vel adolescentium suorum, divi Severus et Antoninus rescripserunt ... Iidem decreverunt, nulla constitutione prohibitum esse procuratorem interrogari; sed accusare eum, cuius negotia gessit, et tutorem, qui aut detulit, aut mandavit, severissime puniendum rescripserunt. *L.* 18, § 8 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Res, quae in controversia sunt, non debent a procuratore Caesaris distrahi, sed differenda est earum venditio, ut divus quoque Severus et Antoninus rescripserunt. Et defuncto maiestatis reo, parato herede purgare innocentiam mortui, distractionem bonorum suspendi iusserunt. Et generaliter prohibuerunt, rem distrahi a procuratore, quae esset in controversia. *L.* 22 *pr. D. eod. tit.* — Si superfluum est (in re), permittitur procuratori vendere ea lege, ut inprimis creditoribus praecedentibus satis fiat, et si quid superfluum est, fisco inferatur, aut si acceperit totum fiscus, solvat ipse; vel simpliciter si vendidit procurator, iubebit pecuniam, quam deberi creditori privato fuerit probatum, exsolvi ei; et ita divus Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 22 *D. cit.*, § 1. — Sicut renuntiare causam nemo cogitur, ita liberum arbitrium desistendi ei non datur, qui detulit; et ita divus Severus et Antoninus rescripserunt; et idem esse, licet alieno mandato detulisset. Plane rescripserunt, delatorem audiendum, volentem a lite desistere, si sibi mandatorem subtractum queratur. *L.* 22 *D. cit.*, § 3. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* In eo, qui post aditam hereditatem defuncti mortem non defendit, Imperator noster cum patre rescripsit, obligationes confusas non resuscitari. *L.* 29, § 2 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Ne procuratores Caesaris bonorum actores, quae ad fiscum devoluta sunt, alienent, Imperatores Severus et Antoninus rescripserunt; et si manumissi fuerint, revocantur ad servitutem. *L.* 30 *D. eod. tit.* — *Macer Lib. II. Publicorum.* Imperatores Severus et Antoninus Asclepiadi ita rescripserunt: „Tu, qui defensione omissa redimere sententiam maluisti, quum tibi crimen obiiceretur, non immerito quingentos solidos inferre fisco iussus es; omissa enim ipsius causae inquisitione ipse te huic poenae subdidisti; obtinendum est enim, ut hi, quibus negotia fiscalia moventur, ad defensiones causae bona fide veniant; non adversarios aut iudices redimere tentent.“ *L.* 34 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. VI. Regularum.* Senatorem remotum senatu capite non minui, sed Romae morari, divus Severus et Antoninus permiserunt. *L.* 3 *D. de Senator.* 1, 9. — *Tryphoninus Lib. IV. Disputationum.* De metallo captus redemtus in poenam suam revertetur; nec tamen ut transfuga metalli puniendus erit, sed redemtor a fisco pretium recipiet, quod etiam constitutum est ab Imperatore nostro et divo Severo. *L.* 12, § 17 *D. de Captivis* 49, 15. — *Modestinus Lib. IV. de Poenis.* Ibi eum plecti poena debere, ubi facinus admissum est, divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 3 *pr. D. de Re militari* 49, 16. — *Marcianus Lib. III. Institutionum.* Milites prohibentur praedia comparare in his provinciis, in quibus militant, praeterquam si paterna eorum fiscus distrahat; nam hanc speciem Severus et Antoninus remiserunt. *L.* 9 *pr. D. eod. tit.* — *Macer Lib. II. de Re militari.* Divus Severus et Antoninus eum, qui post quinquennium desertionis se obtulit, deportari iusserunt. *L.* 13, § 6 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. I. de Officio Proconsulis.* Observare proconsulem oportet, ne in hospitiis praebendis oneret provinciam, ut Imperator noster cum patre Aufidio Severiano rescripsit. *L.* 4 *pr. D. de Officio procons.* 1, 16. — *Ulpianus Lib. I. de Officio Proconsulis.* Quam rem divus Severus et Imperator Antoninus elegantissime epistola sunt moderati, cuius epistolae verba haec sunt: „Quantum ad xenia pertinet, audi, quid sentimus. Vetus proverbium est: *οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων* [neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus]; nam valde inhumanum est a nemine accipere, sed passim vilissimum est, et omnia avarissimum.“ *L.* 6, § 3 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. Singulari de Cognitionibus.* Veteranos, divus Magnus Antoninus cum patre suo rescripsit, a navium fabrica excusari. *L.* 5 *pr. D. de Veteranis* 49, 18. — *Paulus Lib. I. Responsorum.* Imperatores Severus et Antoninus Augusti Septimio Zenoni: „Pro infante filio, quem decurionem esse voluisti, quamquam fidem tuam in posterum adstrinxeris, tamen interim onera sustinere non cogeris, quum ad ea, quae mandari possunt, voluntatem dedisse videaris.“ *L.* 21, § 6 *D. ad Municipalem* 50, 1. — * *Imp. Gordianus A. Domitio.* Si in aliquo captum est ius reipublicae, iuxta scita divorum principum defensores reipublicae, (si) modo adesse fiduciam negotio putant, restitutionis auxilium possunt flagitare. *L.* 1 *C. de Officio eius qui vic. al. iud.* 1, 50. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Proconsulis.* Iis, qui Iudaicam superstitionem sequantur, divi Severus et Antoninus honores adipisci permiserunt, sed et necessitates iis imposuerunt, quae superstitionem eorum non laederent. *L.* 3, § 3 *D. de Decurion.* 50, 2. — *Callistratus Lib. I. Cognitionum.* Non tantum qui tenerae aetatis, sed etiam qui grandes natu sunt, decuriones fieri prohibentur; illi quasi inhabiles rempublicam tueri ad tempus excusantur, hi vero in perpetuum amoventur, non alias seniores, ne seniorum excusatione iuniores onerentur, ad omnia munera publica suscipienda soli relicti; neque enim minores XXV annis decuriones allegi, nisi ex causa possunt, neque hi, qui annum LV. excesserunt. Nonnunquam etiam longa consuetudo in ea re observata respicienda erit; quod etiam custodiendum principes nostri, consulti de allegendis in ordine Nicomediensium huius aetatis hominibus, rescripserunt. *L.* 11 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. IV. de Officio Proconsulis.* Si quis accusatorem non habeat, non debeat honoribus prohiberi, quemadmodum non debet is, cuius accusator destiterit; ita enim Imperator noster cum divo patre suo rescripsit. *L.* 6, § 2 *D. de Muneribus* 50, 4. — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* Reprobari posse medicum a republica, quamvis semel probatus sit, divus Magnus Antoninus cum patre rescripsit. *L.* 11, § 3 *D. eod. tit.* — *Marcianus Lib. XII. Institutionum.* Eos, quibus ius postulandi non est, legatione fungi non posse, et ideo arena missum, non iure legatum esse missum, divi Severus et Antoninus rescripserunt. *L.* 4, § 1 *D. de Legationibus* 50, 7. — *Ulpianus Lib. IV. de Officio Proconsulis.* Filio propter patrem legationis vacatio ne concedatur, Imperator noster cum patre Claudio Callisto rescripsit in haec verba: „Quod desideras, ut propter legationem patris tui a legatione tu vaces, in intervallis honorum, qui sumtum habent, recte ob-

servatur; in impendiis legationum, quae solo ministerio obeuntur, diversa causa est.“ *L.* 6 *D. eod. tit.* — *Paulus Lib. I. Responsorum.* Imperatores Antoninus et Severus Augusti Germano Silvano: „Legatione functis biennii vacatio conceditur, nec interest, utrum legatio in urbe, an in provincia agentibus nobis mandata sit.“ *L.* 8, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. I. de Censibus.* Sciendum est, esse quasdam colonias iuris Italici, ut est in Syria Phoenice splendidissima Tyriorum colonia, unde mihi origo est, nobilis regionibus, serie saeculorum antiquissima, armipotens, foederis, quod cum Romanis percussit, tenacissima; huic enim divus Severus et Imperator noster, ob egregiam in rempublicam, imperiumque Romanum insignem fidem, ius Italicum dedit. *L.* 1 *pr. D. de Censibus* 50, 15. — *Paulus Lib. II. de Censibus.* Eiusdem iuris (Italici) et Tyriorum civitas a divis Severo et Antonino facta est. *L.* 8, § 4 *D. eod. tit.* — In Africa Carthago, Utica, Leptis Magna a divis Severo et Antonino iuris Italici factae sunt. *L.* 8, § 11 *D. eod. tit.*

Leges incertorum Imperatorum ante Caracallam.

Marcellus Lib. Singulari Responsorum. Constitutionibus principum non militum testamenta, sed quae a militibus facta sunt, confirmantur. *L.* 25 *D. de Test. mil.* 29, 1. — **Papinianus Lib. VI. Responsorum.* Captatorias institutiones non eas senatus improbavit, quae mutuis affectionibus iudicia provocaverunt, sed quarum conditio confertur ad secretum alienae voluntatis. *L.* 70 *D. de Hered. instit.* 28, 5. — *Papinianus Lib. VI. Responsorum.* Propter veneni quaestionem tempus petendae possessionis non profertur, quum eo quoque suspenso crimine recte petatur. Aliud senatui placuit, quum a familia dominus necatus dicitur, servorum videlicet causa, quorum libertatem quaestionis habendae gratia negligi necesse est. *L.* 21 *pr. D. ad Senatuscons. Silan.* 29, 5. — *Papinianus Lib. VII. Responsorum.* Uxori fructu bonorum legato foenus quoque sortium, quas defunctus collocavit, post impletam ex senatusconsulto cautionem praestabitur. *L.* 24 *pr. D. de Usu* 33, 2. — *Papinianus Lib. XIII. Responsorum.* Quum pater in extremis vitae constitutus emancipato filio quaedam sine ulla conditione redhibendi donasset, ac fratres et coheredes eius bonis contribui donationes Falcidiae causa vellent, ius antiquum servandum esse respondi; non enim ad alia constitutionem pertinere, quam quae lege certa donarentur, et morte insecuta quodammodo bonis auferrentur, spe retinendi peremta. *L.* 42, § 1 *D. de Mort. c. donat.* 39, 6. — *Papinianus Lib.* **XIII. Responsorum.* Excusationes absentium ex senatusconsulto iudicibus allegantur, et, si iustam rationem habeant, sententia differtur. *L.* 13, § 1 *D. de Public. iud.* 48, 1. — *Papinianus Lib. XIII. Responsorum.* Fiscus in quaestione falsi testamenti non obtinuit: priusquam autem ea quaestio decideretur, alio nuntiante bona postea vacare constitit: fructus post primam litem absumi non oportuisse respondi, neque enim ad senatusconsulti beneficium scriptum heredem pertinere controversia mota. *L.* 38 *pr. D. de Iure fisci* 49, 14. — *Papinianus Lib. XVI. Responsorum.* Eos poena delatoris sententia senatusconsulti teneri respondi, qui per suppositam personam delatori causam dederunt. *L.* 34, § 1 *D. de Poenis* 48, 19. — *Papinianus Lib. II. Quaestionum.* Quum ex pluribus tutoribus unus, quod ceteri non sint idonei, convenitur, postulante eo omnes ad eundem iudicem mittuntur; et hoc rescriptis principum continetur. *L.* 2 *D. de Quibus rebus* 11, 2. — *Papinianus Lib. IX. Quaestionum.* Est constitutum, in bonae fidei iudiciis, quod ad usuras attinet, ut tantundem possit officium arbitri, quantum stipulatio. *L.* 24 *i. f. D. Depositi* 16, 3. — *Papinianus Lib. XVII. Quaestionum.* Constitutio principis, qua placuit, eidem saepe legatum corpus non onerare heredem, ad unum heredem pertinet. *L.* 66 *pr. D. de Legat. II.* — *Papinianus Lib. XVIII. Quaestionum.* Quid ergo, si ita rescriptum sit: „Peto, post mortem tuam restituas hereditatem, ita, ne satis fideicommissi petatur, neve ratio exigatur?“ Sine dubio per huiusmodi verba non interponendae quidem cautionis conditio videbitur adscripta, rationi vero non exigendae modus adhibitus, scilicet, ut culpa, non etiam dolus remissus intelligatur: idque in eius persona, qui negotia gesserit, cuique reddendae rationis necessitas fuerat testamento remissa, rescriptum est. *L.* 72, § 3 *D. de Condit. et dem.* 35, 1. — *Papinianus Lib. XX. Quaestionum.* Adeo senatus nihil apud eum ex ea parte, quam dereliquit, voluit relinquere, ut nec Falcidiam exercere possit, nec praeceptio apud eum relinquatur, nec substitutio quoque secundarum tabularum ita facta: „quisquis mihi heres erit, filio meo heres esto,“ eidem daretur. *L.* 55, § 3 *D. ad Senatuscons. Tertull.* 36, 1. — *Papinianus Lib. XXII. Quaestionum.* Senatusconsulto comprehensum est, ne dubium et obscurum esset, cuius libertus fieret, praetorem pronuntiare debere, qui ex iusta causa et qui detractandae libertatis gratia absit. *L.* 22, § 2 *D. de Fideicomm. lib.* 40, 5. — *Papinianus Lib. XXIX. Quaestionum.* Causa cognita impubes arrogatus decesserat. Quemadmodum legitimis heredibus auctoritate principali prospicitur vinculo cautionis, ita si forte substituit naturalis pater impuberi, succurrendum erit substituto; nam et legitimis heredibus futuris non aliae, quam utiles actiones praestari possunt. *L.* 40 *D. de Vulg. subst.* 28, 6. — *Papinianus Lib. I. de Adulteriis.* Certis ex causis concessa est mulieribus publica accusatio, veluti si mortem exsequantur eorum earumque, in quos ex lege publicorum testimonium invitae non dicunt; idem et in lege Cornelia testamentaria senatus statuit. *L.* 2 *pr. D. de Accusationibus* 48, 2. — *Papinianus Lib. I. de Adulteriis.* Qui exhibendi postulati sunt, propter aliam causam alterius criminis, quod ante admissum est, rei non recipiuntur ex senatusconsulto. *L.* 2, § 2 *D. de Custodia* 48, 3. — *Tryphoninus Lib. II. Disputationum.* Rescriptum est, eum, qui tempore, quod intra annum erat, ex quo reipublicae causa abesse desierat, excusatus fuit, praeterito eo, ipsum suo loco dari posse. *L.* 44, § 2 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Tryphoninus Lib.* * *IV. Disputationum.* Nec potest (tutor) se defendere constitutionibus, quae iubent ante conveniri eum, qui gessit. *L.* 56, § 2 *D. de Admin. tut.* 26, 7. — *Tryphoninus Lib. IV. Disputationum.* Si ignorans captivum, existimans vendentis esse, redemit, an quasi usucepisse videatur, scilicet ne post legitimum tempus offerendi pretii priori domino facultas sit, videamus. Nam occurrit, quod constitutio, quae de redemtis lata est, eum redimentis servum facit, et quod meum iam usucapere me intelligi non potest. Rursum quum constitutio non deteriorem causam redimentium, sed si quo meliorem effecerit, perimi ius bonae fidei emtoris vetustissimum et iniquum, et contra mentem constitutionis est; ideoque transacto tempore, quanto, nisi constitutio eum proprium fecisset, usucapi potuisset, nihil ex constitutione domino superesse, recte dicetur. *L.* 12, § 8 *D. de Captivis* 49, 15. — In hostium iure manumissio obesse civi nostro domino servi non potuit. At is, de quo quaeritur, lege nostra, quam constitutio fecit, civem Romanum dominum habuit et an ab eo possit libertatem assequi, tractamus. *L.* 12 *D. cit.*, § 9. — Si pignori servus datus fuerat ante captivitatem, post dimissum redemtorem in veterem obligationem revertitur; et si creditor obtulerit ei, qui redemit, quanto redemtus est, habet obligationem et in propiorem debiti causam et in eam summam, qua eum liberavit, quasi ea obligatione quadam constitutione inducta. *L.* 12 *D. cit.*, § 12. — *Tryphoninus Lib. XVIII. Disputationum.* Filiusfamilias paganus de peculio castrensi fecit testamentum et dum ignorat, patri se suum heredem exstitisse, decessit: non potest videri pro castrensibus bonis testatus, pro paternis intestatus decessisse, quamvis id in milite etiam nunc rescriptum sit, quia miles ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus potuerat mori. *L.* 19, § 2 *D. de Castrens. pecul.* 49, 17.

ANTONINUS CARACALLA.

Conf. Augustus, Traianus, Hadrianus, Divus Pius, Divi Fratres, Marcus Aurelius, Septimius Severus, Septimius Severus et Caracalla, supr. p. 1, 2, 12, *83, *96 *sq.*, *100, 102, 106, 110, 115, *123, 124, 128.

965. p. C. n. 212. DUOBUS ASPRIS COSS.

Πάντες οἱ φυγάδες οἱ καὶ ἐφ᾽ ὁτῳοῦν ἐγκλήματι καὶ ὁπωσοῦν καταδεδικασμένοι, κατελθέτωσαν. Omnes exules rei facti, cuiuscunque sceleris et quomodocunque damnati sint, restituantur. *Dio Cass.* 77, 3. *Zonaras* 12, 12. — Relegatis deportatisque reditum in patriam restituit. *Spartian. Antonin. Carac.* 3. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Proconsulis.* Imperator Antoninus edicto proposito statuit, ut, cuicunque aut quacunque causa ad tempus ordine, vel advocationibus, vel quo alio officio fuisset interdictum, completo tempore nihilominus fungi honore vel officio possit. *L.* 3, § 1 *D. de Decurion.* 50, 2. Cf. Cod. 10, 59, 1. — *Ulpianus Lib. X. ad Edictum.* Constitutio Imperatoris nostri, quae scripta est ad Cassium Sabinum, prohibuit iudici, vel adversario in publicis, vel privatis, vel fiscalibus causis pecuniam dare; et ex hac causa litem perire iussit. *L.* 1, § 3 *D. de Calumn.* 3, 6. Cf. Cod. 7, 49, 1. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Si quis taedio vitae, vel impatientia doloris alicuius, vel alio modo vitam finierit, successorem habere divus Antoninus rescripsit. *L.* 3, § 4 *D. de Bonis eorum* 48, 21. Cf. Cod. 9, 50, 1. — *Ulpianus Lib. XXII. ad Edictum.* In orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt. *L.* 17 *D. de Statu hom.* 1, 5. — *Ἀντωνῖνος … τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας πρότερον παρ᾽ ἑκάστου τῶν ὑπηκόων αἰτούμενον … ἅπασιν ἐν κοινῷ τοῖς ὑπηκόοις δεδώρηται.* Antoninus … ius Romanae civitatis, quod antea ab unoquoque subditorum petendum erat, … in commune omnibus subditis donavit. *Nov. Iust.* 78, 5. — *Postea gratissime atque humanissime factum est, ut omnes ad Romanum imperium pertinentes societatem acciperent civitatis et Romani cives essent, tantum quod plebs illa, quae suos agros non haberet, de publico viveret. *Augustinus de Civitate Dei* 5, 17. Cf. D. Pius, M. Aurelius Ant. — Hodie ex constitutione Imperatoris Antonini omnia caduca fisco vindicantur. *Ulpian.* 17, 2. — *Ulpianus Libro Institutionum II. Sub Titulo De Successionibus Ab Intestato.* Imperator noster in hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, eas solas personas voluit admitti, quibus decimae immunitatem ipse praebuit. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 16, 9 *inf.* — *Χωρὶς τῶν στεφάνων τῶν χρυσῶν, οὓς ὡς καὶ πολεμίους τινὰς ἀεὶ νικῶν πολλάκις ᾔτει … τῶν τε ἐπιτηδείων, ἃ πολλὰ καὶ πανταχόθεν, τὰ μὲν προῖκα, τὰ δὲ καὶ προσαναλίσκοντες εἰσεπρασσόμεθα, ἃ πάντα ἐκεῖνος τοῖς στρατιώταις ἐχαρίζετο, ἢ καὶ ἐκαπήλευε· καὶ τῶν δώρων, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν τῶν πλουσίων καὶ παρὰ τῶν δήμων προσῄτει· τῶν τε τελῶν, τῶν τε ἄλλων ἃ καινὰ προσκατέδειξε, καὶ τοῦ τῆς δεκάτης, ἣν ἀντὶ τῆς εἰκοστῆς ὑπέρ τε τῶν ἀπελευθερουμένων, καὶ ὑπὲρ τῶν καταλειπομένων τισὶ κλήρων, καὶ δωρεᾶς ἐποίησε πάσης, τάς τε διαδοχὰς καὶ τὰς ἀτελείας τὰς ἐπὶ τούτοις, τὰς δεδομένας τοῖς πάνυ προσήκουσι τῶν τελευτώντων, καταλύσας· οὗ ἕνεκα καὶ Ῥωμαίους πάντας τοὺς ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ, λόγῳ μὲν τιμῶν, ἔργῳ δὲ ὅπως πλείω αὐτῷ καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου προσῇ, διὰ τὸ τοὺς ξένους τὰ πολλὰ αὐτῶν μὴ συντελεῖν, ἀπέδειξεν.* Praeter coronas aureas, quas continuo, velut victis quibusdam hostibus, exigebat … praeter commeatus, qui partim sine pretio, partim etiam cum gravissimo sumtu nostro, magno ubivis numero a nobis exigebantur; quae ille cuncta aut donabat militibus, aut cauponum more vendebat: praeter munera, quae quum a privatis opulentioribus, tum a civitatibus flagitabat: postremo praeter vectigalia, quum cetera, quae ab ipso primum reperta sunt, tum vectigal decimae, quam pro vicesima constituit, tam eorum qui manumitterentur, quam hereditatum, quae aliquibus relinquerentur, et omnis donationis; quum succedendi ab intestato ius, et immunitates in huiusmodi successionibus, quae proximis defunctorum concessae legibus erant, sustulisset: cuius rei causa etiam omnibus, qui in orbe Romano erant, civitatem dedit: specie quidem ipsa iis honorem tribuens, sed revera, ut fiscum suum augeret, quippe quum peregrini pleraque horum vectigalium non penderent. *Dio Cass.* 77, 9.

965—967, p. C. n. 212—214.

Imp. Antoninus A. Muciano. Minor quod absque tutore vel curatore vendidit vel obligavit, dum ad legitimam aetatem venerit, restituitur illi. *Ex cod. Vercellensi Iuliani Epit. Novell. Iust.*

966. p. C. n. 213. M. AURELIO ANTONINO A. IV. D. COELIO BALBINO II. COSS.

Germanicum se appellavit. *Spartian. Antonin. Carac.* 5. — *Paulus Libro Responsorum V. Sub Titulo Ex Locato et Conducto.* Imp. Antoninus Iulio Agrippino. Dominus horreorum periculum vis maioris vel effracturae latronum praestare non cogitur. His cessantibus si quid ex depositis rebus, illaesis extrinsecus horreis, periit, damnum depositorum sarciri debet. Prop. IV. Non. Nov. Antonino IV. et Balbino Coss. Paulus respondit. Satis praepositam constitutionem declarare, his, qui horrea locant, maiorem vim imputari non posse. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 10, 8. Cf. l. 1 C. de Locato et Conducto 4, 65.

968. p. C. n. 215. LAETO II. ET CEREALI COSS.

Paulus Lib. II. de Censibus. Divus Antoninus Antiochenses colonos fecit salvis tributis. *L.* 8, § 5 *D. de Censibus* 50, 15. — Antiochensibus et Byzantiis interventu suo iura vetusta restituit, quibus iratus fuit Severus. *Spartian. Anton. Carac.* 1. — *Ulpianus Lib. I. de Censibus.* Emesenae civitati Phoenices Imperator noster ius coloniae dedit, iurisque Italici eam fecit. *L.* 1, § 4 *D. de Censibus* 50, 15. — *Καὶ τοὺς στρατιώτας, τοὺς ὠτακουστοῦντάς τε καὶ διοπτεύοντας αὐτά, προσέταξεν ὑπὸ μηδενὸς πλὴν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κολάζεσθαι.* Vetabat, ne milites auscultatores et inspectores ab alio, quam ab ipso, punirentur. *Dio Cass.* 77, 17.

969. p. C. n. 216. C. ATIO SABINO II. CORNELIO ANULLINO COSS.

[*Ὁ αὐτὸς τοῖς στρατιώταις ἆθλα τῆς στρατείας, τοῖς μὲν ἐν τῷ δορυφορικῷ τεταγμένοις ἐς χιλίας διακοσίας πεντήκοντα, τοῖς δὲ πεντακισχιλίας λαμβάνειν.* Idem militibus praemia militiae constituit, iis quidem, qui in praetoriis cohortibus militant, aureos ducentos, ceteris quinquaginta. *Dio Cass.* 77, 24.] — Parthicus appellatus est. *Spartian. Anton. Carac.* 6. — Quum Germanici, Parthici et Arabici et Alemannici nomen adscriberet. *Spartian. l. c.* 19.

970. p. C. n. 217. C. BRUTTIO PRAESENTI T. MESSIO EXTRICATO II. COSS.

Δόγματι μὲν γὰρ οὐκ ἠτιμώθη, διὰ τὸ τοὺς στρατιώτας τῆς μὲν εἰρήνης, ἧς ἀντήλπισαν παρὰ τοῦ Μακρίνου λήψεσθαι, μὴ τυχεῖν· τῶν δὲ δὴ κερδῶν, ὧν παρ᾽ ἐκείνου ἐλάμβανον, στερομένους, πάλιν αὐτὸν ποθῆσαι· ἀλλὰ καὶ ἐς τοὺς ἥρωας μετὰ τοῦτο, ἐκνικησάντων αὐτῶν, ἐσεγράφη· καὶ τοῦτο καὶ τῇ βουλῇ δηλονότι ἐψηφίσθη. At vero nulla ex senatusconsulto infamia notatus fuit; quod milites, quum pacem, quam se a Macrino speraverant accepturos, consecuti non essent, iis vero praemiis fraudarentur, quae ab illo acceperant, rursus Antoninum desiderarent: qui, militibus postea id evincentibus, inter deos relatus est, accedente nimirum senatusconsulto. *Dio Cass.* 78, 9.

Incert. ann.

Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis. Quum quidam servus in metallum damnatus beneficio principis esset iam poena liberatus, Imperator Antoninus rectissime rescripsit, quia semel domini esse desierat servus poenae factus, non esse eum in potestate domini postea reddendum. *L.* 8, § 12 *D. de Poenis* 48, 19. — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Quid, si fideicommissaria libertas ei (servo in metallum condemnato) relicta sit, et poena metalli indulgentia principis sit liberatus? Et est rescriptum ab Imperatore nostro, hunc in dominium prioris domini non restitui. *L.* 24, § 5 *D. de Fideic. libert.* 40, 5. —

Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum. Quum quasi absente quodam decretum fuisset interpositum, ex iusta causa eum abesse, is autem mortuus iam esset, Imperator noster rescripsit, in heredis personam transferendum decretum, eoque loco ius eius esse, quasi hunc ipsum ex eadem causa abesse pronuntiasset. *L.* 30 *pr. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Imperator noster Antoninus rescripsit, eum, cui fideicommissa libertas debetur, sine libertate aliquid ex testamento heredis accipere posse. *L.* 30 *D. cit.*, § 15. — *Paulus Lib. III. Fideicommissorum.* Quodsi dominus vendere paratus sit, et servus velit manumitti, cogendus est heres redimere et manumittere, nisi dominus velit servum manumittere, ut actio sibi pretii in heredem detur. Idque faciendum est, etiam si heres latitet; et ita Imperator Antoninus rescripsit. *L.* 31, § 4 *D. eod. tit.* — * *Paulus Lib. III. Decretorum.* In testamento, quod perfectum non erat, alumnae suae libertatem et fideicommissa dedit; quum omnia ut ab intestato * filii egissent, quaesiit Imperator, an ut ex causa fideicommissi manumissa fuisset. Et interlocutus est, etiamsi nihil ab intestato pater petiisset, pios tamen filios debuisse manumittere eam, quam pater dilexisset; pronuntiavit igitur, recte eam manumissam, et ideo fideicommissa etiam ei praestanda. *L.* 38 *D. de Fideicomm. libert.* 40, 5. — *Ulpianus Lib. Singulari Pandectarum.* Imperator Antoninus constituit, non alias ad libertatem proclamationem cuiquam permittendam, nisi prius administrationum rationes reddiderit, quas, quum in servitute esset, gessisset. *L.* 34 *D. de Liber. caus.* 40, 12. — * *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Imperatoris nostri rescripto cavetur, ut, si patronus libertum suum non aluerit, ius patroni perdat. *L.* 5, § 1 *D. de Iure patronatus* 37, 14. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Sabinum.* Voluntatem filiae, quum pater agit de dote, utrum sic accipimus, ut consentiat, an vero ne contradicat filia? Et est ab Imperatore Antonino rescriptum, filiam, nisi evidenter contradicat, videri consentire patri. *L.* 2, § 2 *D. Soluto matr.* 24, 3. — *Ulpianus Lib. XIX. ad Edictum.* Si filiusfamilias iussu patris obligatus sit, debebit hoc debitum praecipere; sed et si in rem patris vertit, idem placet, et si de peculio peculium praecipiet; et ita Imperator noster rescripsit. *L.* 20, § 1 *D. Fam. erc.* 10, 2. — *Ulpianus Lib. II. de Censibus.* Nuptae prius consulari viro impetrare solent a principe, quamvis perraro, ut nuptae iterum minoris dignitatis viro nihilominus in consulari maneant dignitate; ut scio Antoninum Augustum Iuliae Mammaeae consobrinae suae indulsisse. *L.* 12 *pr. D. de Senat.* 1, 9. — *Ulpianus de Officio Praetoris Tutelaris.* Observari oportet, ne his pupillis tutorem det, qui patrimonia in his regionibus habent, quae sunt sub iuridicis, ut Cl. Pompeiano praetori Imperator noster rescripsit. *Vat. Fr.* 232. — *Ulpianus Lib. XXXVII. ad Sabinum* ... Et ita definiemus, ei, quem aetas curae vel tutelae subiicit, non esse necesse quasi dementi quaeri curatorem; et ita Imperator Antoninus Augustus rescripsit, quum magis aetati, quam dementiae tantisper sit consulendum. *L.* 3, § 1 *D. de Tutelis* 26, 1. — Imperator noster indulsit, ut a tutelis, quas susceperant, antequam pistores essent, excusarentur, sed hoc ab ipso creatis pistoribus praestitit; et ita Marco Diocae praefecto annonae rescripsit. *Vat. Fr.* 235. — *Item* Furio Epatidae, quum allegasset, se unum oculum amisisse et in alio periclitari, rescripsit, an propter adversam valetudinem oculorum excusari deberet, praetorem aestimaturum. *Vat. Fr.* 239. — *Ulpianus de Officio Praetoris Tutelaris Libro Singulari.* Luminibus captum (a tutela excusari), Portato Faustino rescripsit Imperator noster cum patre. *Vat. Fr.* 238. — * *Modestinus Lib. III. Excusationum.* *Εἰσὶν καὶ ἄλλοι, οἳ, κἂν ἤδη ὦσιν ἐπίτροποι ἢ κουράτορες, διηνεκῶς λοιπὸν ἀπολύονται τῆς φροντίδος· οἷον οἱ τὴν ἑστίαν ἀλλαχοῦ μεταθεῖναι τυχόντες ἐξ ἀντιγραφῆς βασιλέως εἰδότος μὲν αὐτὸν ἐπιτροπεύειν, τὸ δὲ μετοικῆσαι ῥητῶς αὐτῷ φιλοτιμουμένου, καὶ τούτων ἑκάτερον δηλοῦντος τοῖς γράμμασιν.* Sunt et alii, qui, etsi iam sint tutores vel curatores, continuo tamen de reliquo absolvuntur a sollicitudine, puta qui domicilium alio transtulerunt, ex rescripto Imperatoris scientis quidem tutorem esse eum, transmigrare autem expressim ei concedentis, et horum alterutrum literis significantis. *L.* 12, § 1 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Antoninus Granio Firmino Militi.* Ex duobus tutoribus, qui non specialiter in locum excusati dati sunt, sicut precibus tuis allegas, si unus pro tutore res tuas administravit, adversus eum tantum tibi competere actionem ignorare non debes, nec enim mutuo cessationis periculo qui nihil gessit teneri potest, quum simpliciter datus eius, qui administrationi se miscuit, contutor iure fuisse non videatur. *Vat. Fr.* 228. — An is, qui se voluit excusare, nec obtinuit, postea potiores nominare possit, quaeritur, et magis est, ut possit, si dierum tempora patiantur. Vos enim ... us, licet potior nominatus alterutrum debeat eligere, an velit negare se potiorem, an vero magis potiorem nominare, idque Imperator noster Aelio Diodoto praetori rescripsit. *Vat. Fr.* 206. — Ne hi quidem possunt potiores nominare, quos praetor confirmavit, testamento designatos, ut Imperator noster Aelio Diodoto praetori rescripsit. *Vat. Fr.* 211. — Diodoto praetori rescriptum est, potiorem nominare non poterit; n... nominare affinis, qui alterutra lege exceptus. *Vat. Fr.* 215. — *Tryphoninus Lib. V. Disputationum.* A principe nostro rescriptum est, non prohiberi tutorem adesse pupillo in negotio, in quo advocatus contra patrem eius fuisset. Sed et illud permissum ab eo est, agere tutorem pupilli causa adversus fiscum, in qua adversus patrem pupilli antea advocatus fisci fuisset. *L.* 11 *pr. D. de Postulando* 3, 1. — * *Paulus Lib. II. Decretorum.* Romanius Appulus ab iudice appellaverat, dicens, se non debuisse dari in tutela collegam ei, quem ipse, quum magistratus esset, nominasset suo periculo, ne in una tutela duplex periculum sustineret; decrevit Imperator, posse quem et fideiussorem pro tutore esse, et nihilominus tutorem dari. Itaque detentus est in tutela. *L.* 28 *D. de Tutor.* 26, 5. — *Paulus Lib. Singulari de Iure Libellorum.* Qui legationis officio fungitur, licet suum negotium curare non potest, magnus tamen Antoninus permisit ei, pupillae nomine et instruere, et defendere causam, licet legationi, quam suscepit, nondum renuntiaverit, praecipue quum participem officii ipsius absentem esse dicebat. *L.* 11, § 1 *D. de Legation.* 50, 7. — *Ulpianus Lib. XXXVI. ad Edictum.* Usque adeo ad contutores non venitur, si sint solvendo contutores, ut prius ad magistratus, qui eos dederunt, vel ad fideiussores veniatur; et ita Imperator noster Ulpio Proculo rescripsit. *L.* 1, § 15 *D. de Tutelae* 27, 3. — * *Ulpianus Lib. XVII. Institutionum.* De aqua per rotam tollenda ex flumine, vel haurienda, vel si quis servitutem castello imposuerit, quidam dubitaverunt, ne hae servitutes non essent; sed rescripto Imperatoris Antonini ad Tullianum adiicitur, licet servitus iure non valuit, si tamen hac lege comparavit, seu alio quocunque legitimo modo sibi hoc ius acquisivit, tuendum esse eum, qui hoc ius possedit. *L.* 2 *D. Commun. praed.* 8, 4. — * *Ulpianus Lib. XXVIII. ad Edictum.* Per liberam personam pignoris obligatio nobis non acquiritur ... nec mutat, quod constitutum est ab Imperatore nostro, posse per liberam personam possessionem acquiri. *L.* 11, § 6 *D. de Pign. act.* 13, 7. Cf. Cod. 7, 32, 1. — *Marcianus* ... Quum Ulpianus Damascenus rogasset Imperatorem, ut sibi permitteret matri relinquere ad victum necessaria, et mater per libertum, ut quaedam sibi liceret filio deportato relinquere, Imperator Antoninus iis rescripsit in hunc modum: „Neque hereditas, neque legatum, neque fideicommissum contra mores et ius publicum huiusmodi personis relinqui potest, nec conditio harum personarum mutari debet. Quod vero pie rogastis, liceat vobis, ultima voluntate iis ad victum, et alios usus necessarios sufficientia relinquere, iisque ex hac causa relicta capere." *L.* 16 *D. de Interdictis* 48, 22. — *Ulpianus Lib. VI. ad Sabinum.* Prius sibi quis debet heredem scribere, deinde filio substituere, et non convertere ordinem scripturae; et hoc Iulianus putat, prius sibi debere, deinde filio heredem scribere; ceterum si ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valere. Quae sententia rescripto Imperatoris nostri ad Virium Lupum, Britanniae praesidem, probata est. *L.* 2, § 4 *D. de Vulg. et pup. subst.* 28, 6. — *Ulpianus Lib. XIII. ad Sabinum.* Si filius vel filia libertini sint

effecti, mater legitimam hereditatem vindicare non poterit, quoniam mater esse huiusmodi filiorum desiit; idque et Iulianus scripsit, et constitutum est ab Imperatore nostro. *L.* 2, § 2 *D. ad Senatuscons. Tertull.* 38, 17. — * *Ulpianus Lib. I. Fideicommissorum.* Si quis plane in insulam deportatus codicillos ibi fecerit, et indulgentia Imperatoris restitutus iisdem codicillis durantibus decesserit, potest defendi, fideicommissum valere, si modo in eadem voluntate duravit. *L.* 1, § 5 *D. de Legat. III.* — *Iunius Mauricianus Lib. II. ad Legem Iuliam et Papiam.* Licet testatori repetere legatum ususfructus, ut etiam post capitis deminutionem deberetur; et hoc nuper Imperator Antoninus ad libellum rescripsit, tunc tantum esse huic constitutioni locum, quum in annos singulos relegaretur. *L.* 23 *D. de Usu et usufr.* 33, 2. — * *Paulus Lib. II. Decretorum.* Iulianus Severus decedens, institutis quibusdam heredibus, alumno suo quinquaginta legaverat, eaque Iulio Mauro, colono suo, ex pensionibus fundi debitis ab eo praestari voluerat, eidemque Mauro quaedam legaverat; quum de hereditate fiscus quaestionem movisset, iussu procuratoris Maurus pecuniam fisco solverat, postea heres scriptus obtinuerat fiscum, alumno autem mortuo heres eius fideicommissum ab herede Mauri petebat: placuit Imperatori, non videri eius fidei commissum, sed demonstratum, unde accipere posset; et ideo heres Severi haec praestare debet. *L.* 27, § 2 *D. de Legat. III.* — *Ulpianus Lib. III. Fideicommissorum.* Quidam liberis suis ex disparibus partibus institutis, datis praeceptionibus, ut ipse maximam partem patrimonii inter liberos ita divisisset, rogavit eum, qui sine liberis decederet, portionem suam fratribus restituere. Imperator noster rescripsit, praeceptiones quoque fideicommisso contineri, quia non portionem hereditariam testator commemoravit, sed simpliciter portionem, in portionem autem et praeceptionem videri cecidisse. *L.* 3, § 4 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — * *Paulus Lib. II. Decretorum.* Qui filium et filiam habebat, testamentum fecit, et ita de filia sua caverat: Ἐντέλλομαί σοι μὴ διατίθεσθαι, πρὶν τέκνα σοι γενέσθαι [Mando tibi, non testari, donec liberi tibi sint]; pronuntiavit Imperator, fideicommissum ex hac scriptura deberi, quasi per hoc, quod prohibuisset eam testari, petiisset, ut fratrem suum heredem faceret; sic enim accipiendam eam scripturam, ac si hereditatem suam rogasset eam restituere. *L.* 74 *pr. D. eod. tit.* — * *Paulus Lib. II. Decretorum.* Fabius Antoninus impuberem filium Antoninum et filiam Honoratam relinquens, exheredatis his, matrem eorum Iuniam Valerianam heredem instituit, et ab ea trecenta, et quasdam res filiae reliquit, reliquam omnem hereditatem filio Antonino, quum ad annum vicesimum aetatis pervenisset, voluit restitui; quodsi ante annum vicesimum decessisset filius, eam hereditatem Honoratae restitui praecepit; mater intestata decessit, utrisque liberis legitimis heredibus relictis; postea filius annum agens plenum nonumdecimum, et ingressus vicesimum, necdum tamen eo expleto decessit, filia herede Favia Valeriana sua relicta, a qua amita fideicommissum et ex testamento patris portionem hereditatis petebat, et apud praesidem obtinuerat; tutores Valerianae, filiae Antonini, egestatem eius praetendebant, et recitabant divi Hadriani constitutionem, in qua, quantum ad munera municipalia, iusserat, eum annum, quem quis ingressus esset, pro impleto numerari. Imperator autem noster motus et aequitate rei, et verbis testamenti: „Si ad annum vicesimum aetatis", quamvis scire se diceret, a Divo Marco non excusatum a tutela eum, qui septuagesimum annum aetatis ingressus fuisset, nobis et legis Aeliae Sentiae argumenta proferentibus, et alia quaedam, contra petitricem pronuntiavit. *L.* 74 *D. cit.*, § 1. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Quintianae* ... Quum D. Antonino, parenti nostro, deberi etiam a substitutis fideicommissum contemplatione iudicii testatoris, quasi tacite ab his repetitum, iamdudum placuerit. *L.* 4 *C. ad Senatuscons. Trebell.* 6, 49. — *Paulus Libro Singulari de Tacitis Fideicommissis.* Imperator Antoninus Iulio Rufo: „Qui tacitam fidem accommodavit, ut non capienti restitueret hereditatem, si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet; quadrans autem, qui heredi imponitur ipsius, eripiatur, et ad fiscum transferatur; unde dodrantis semissem solum capit, qui se detulit." *L.* 49 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Ulpianus Lib. LII. ad Edictum.* Imperator Antoninus Augustus rescripsit, certis ex causis etiam in propria bona heredis legatarios et fideicommissarios esse mittendos; si post sex menses, quum aditi pro tribunali fuerint hi, quorum de ea re notio est, in satisfactione cessatum est, inde fructus percepturos, quoad voluntati defunctorum satisfiat. Quod remedium servaretur et adversus eos, qui ex qua causa fideicommisso moram faciunt. *L.* 5, § 16 *D. Ut in possessione* 36, 4. Cf. l. 5 cit., § 21, 23, 25. — *Imp. Alexander A. Donato.* Certa est forma iurisdictionis, qua fideicommissi servandi causa in possessionem rerum, quae in causa hereditaria sunt aut dolo malo esse desierunt, is, cui legati vel fideicommissi nomine satis non datur, mittitur, vel in proprias res heredis, si fideicommisso satis non fit post sex menses, quam peti coeperit secundum divi Antonini patris mei constitutionem. *L.* 6 *Cod. Ut in poss. legat.* 6, 54. — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PO* ... Filia praeterita ius accrescendi ex vetera iure accipiebat ... ex praetore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem. Constitutio magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum ius accrescendi competebat. *L.* 4 *C. de Liberis et postumis* 6, 28. — *Ulpianus Lib. VI. Fideicommissorum.* Imperator noster rescripsit, fiscum in rem habere actiones ex tacito fideicommisso. *L.* 43 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Si quis certam quantitatem cui reliquerit, et addiderit, facilius hanc summam posse compensari, quum debitor sit fideicommissarius ex causa hereditatis Caii Seii, nec velit ille hereditatem adire Caii Seii, sed petat fideicommissum, Imperator noster, contra voluntatem eum testantis petere fideicommissum, rescripsit, quum in fideicommissis praecipue spectanda servandaque sit testatoris voluntas. *L.* 11, § 19 *D. de Legat. III.* — *Paulus Lib. II. ad Plautium.* Imperator Antoninus rescripsit, ei, qui legatum ex testamento abstulisset, causa cognita hereditatis petitionem negandam esse, scilicet, si manifesta calumnia sit. *L.* 43 *D. de Her. pet.* 5, 3. — *Ulpianus Libro Singulari de Officio Curatoris Reipublicae.* Si quis opus, quod perfecit, assignavit, deinde id fortuito casu aliquo passum sit, periculum ad eum, qui fecit, non pertinere Imperator noster rescripsit. *L.* 1, § 6 *D. de Pollicit.* 50, 12. — *Ulpianus Lib. V. de Officio Proconsulis.* Si quis pecuniam ob honorem promiserit, coeperitque solvere, eum debere quasi coepto opere, Imperator noster Antoninus rescripsit. *L.* 6, § 1 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* Quum quidam, ne honoribus fungeretur, opus promisisset, tam honores subire cogendum, quam operis instructionem, divus Antoninus rescripsit. *L.* 12, § 1 *D. eod. tit.* — * *Ulpianus Lib. XXX. ad Edictum.* Quaeritur, utrum ordo spectetur eorum, qui deposuerunt, an vero simul omnium depositariorum ratio habeatur? Et constat, simul admittendos; hoc enim rescripto principali significatur. *L.* 7, § 3 *D. Depositi* 16, 3. — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Quum quidam de fructuum exiguitate quereretur, non esse rationem eius habendam, rescripto D. Antonini continetur. Item alio rescripto ita continetur: „Novam rem desideras, ut propter vetustatem vinearum remissio tibi detur." Item quum quidam nave amissa vecturam, quam pro mutua acceperat, repeteret(ur), rescriptum est ab Antonino Augusto, non immerito procuratorem Caesaris ab eo vecturam repetere, quum munere vehendi functus non sit; quod in omnibus personis similiter observandum est. *L.* 15, § 5, 6 *D. Locati, conducti* 19, 2. — * *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Quum quidam incendium fundi allegaret, et remissionem desideraret, ita ei rescriptum est: „Si praedium coluisti, propter casum incendii repentini non immerito subveniendum tibi est." *L.* 15, § 3 *D. eod. tit.* — * *Paulus Lib. VI. ad Sabinum.* Non ob eam rem minus ad periculum socii pertinet, quod negligentia eius periisset, quod in plerisque aliis industria eius societas aucta fuisset; et hoc ex appellatione Imperator pronuntiavit. *L.* 25 *D. Pro socio* 17, 2. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Interdum is, qui sumtum in funus fecit, sumtum non

recipit, si pietatis gratia fecit, non hoc animo, quasi recepturus sumtum, quem fecit; et ita Imperator noster rescripsit. *L.* 14, § 7 *D. de Religiosis* 11, 7. — *Heres eius (qui non excepto donavit et solvit), nisi forte durante voluntate decessit donator, (semper exceptione Cinciae uti potest): etenim doli replicationem locum habere Imperator noster rescripsit in haec verba... *Vat. Fr.* 266. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Ex facto scio, quum Campani metu cuidam illato extorsissent cautionem pollicitationis, rescriptum esse ab Imperatore nostro, posse eum a praetore in integrum restitutionem postulare; et praetorem me assidente interlocutum esse, ut sive actione vellet adversus Campanos experiri, esse propositam, sive exceptione adversus petentes, non deesse exceptionem. Ex qua constitutione colligitur, ut, sive perfecta sive imperfecta res sit, et actio, et exceptio detur. *L.* 9, § 3 *D. Quod metus causa* 4, 2. — *Imp. Alexander A. Floro.* Et quae a D. Antonino, patre meo, et quae a me rescripta sunt, cum iuris et aequitatis rationibus congruunt. *L.* 8 *C. de Edendo* 2, 2. Cf. l. 4—6 C. eod. tit. — *Paulus Lib. XIII. ad Edictum.* Quum quidam arbiter ex aliis causis inimicus manifeste apparuisset, testationibus etiam conventus, ne sententiam diceret, nihilominus nullo cogente dicere perseverasset, libello cuiusdam id querentis, Imperator Antoninus subscripsit, posse eum uti doli mali exceptione. Et idem, quum a iudice consuleretur, apud quem poena petebatur, rescripsit, etiamsi appellari non potest, doli mali exceptionem in poenae petitione obstaturam. *L.* 32, § 14 *D. de Recept.* 4, 8. — * *Ulpianus Lib. IX. ad Edictum.* Ubicunque absens quis damnari potest, ibi quemvis verba pro eo facientem et innocentiam excusantem audiri aequum est, et ordinarium admittere; quod et ex rescripto Imperatoris nostri apparet. *L.* 33, § 2 *D. de Procurat.* 3, 3. — *Ulpianus Lib. XXVI. ad Edictum.* Si dedi, ut secundum me in bona causa iudex pronuntiaret, est quidem relatum, condictioni locum esse; sed hic quoque crimen contrahit, iudicem enim corrumpere videtur; et non ita pridem Imperator noster constituit, litem eum perdere. *L.* 2, § 2 *D. de Cond. ob turp. vel iniust. caus.* 12, 5. Cf. l. 1 C. de Poen. iud. 7, 49. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Consulis.* Si rerum, quae pignoris iure captae sunt, controversia fiat, constitutum est ab Imperatore nostro, ipsos, qui rem iudicatam exsequuntur, cognoscere debere de proprietate; et si cognoverint eius fuisse, qui condemnatus est, rem iudicatam exsequentur. *L.* 15, § 4 *D. de Re iud.* 42, 1. — *Ulpianus Lib. III. de Officio Consulis.* Sic quoque iudices exsequentur iudicatum, ut nomina iure pignoris capiant, si nihil aliud sit, quod capi possit; posse enim nomen iure pignoris capi, Imperator noster rescripsit. *L.* 15 *D. cit.*, § 8. — * *Ulpianus Lib. LXVIII. ad Edictum.* Constitutum est ab Antonino, ut etiam in bona heredis quis admittatur certis modis. *L.* 3, § 1 *D. Ne vis fiat ei* 43, 4. — *Macer Lib. I. de Appellationibus.* Ab eo, qui sententiam male interpretari dicitur, appellare licet, si tamen is interpretandi potestatem habuit, velut praeses provinciae, aut procurator Caesaris; ita tamen, ut in causis appellationis reddendis hoc solum quaeratur, an iure interpretatus sit; idque etiam divus Antoninus rescripsit. *L.* 4, § 1 *D. de Appell.* 49, 1. — *Ulpianus Lib. IV. de Appellationibus.* Plane si appellatione non recepta non ipsum adierit, quem debuit, sed principem, pro eo habebitur, atque si is aditus est (esset?), qui adiri debuit, idque rescriptis Imperatoris nostri Antonini declaratur. *L.* 5, § 3 *D. de Appell. recipiend.* 49, 5. — *Paulus Lib. III. Decretorum.* Iussit Imperator audiri approbantem, sibi a fisco deberi, quod ipse conveniretur. *L.* 24 *D. de Compens.* 16, 2. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Idem Imperator Licinio Frontoni rescripsit, insolitum esse, post sententiam vice sua ex appellatione dictam alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum principem. *L.* 18, § 3 *D. de Min.* 4, 4. — *Paulus Lib. LIV. ad Edictum.* Divus Antoninus de his, qui praedam ex naufragio diripuissent, ita rescripsit: „Quod de naufragiis navis et ratis scripsisti mihi, eo pertinet, ut explores, qua poena afficiendos eos putem, qui diripuisse aliqua ex illo probantur; et facile, ut opinor, constitui potest. Nam plurimum interest, peritura collegerint, an, quae servari possint, flagitiose invaserint; ideoque si gravior praeda vi appetita videbitur, liberos quidem fustibus caesos in triennium relegabis, aut si sordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis dabis, servos flagellis caesos in metallum damnabis; si non magnae pecuniae res fuerint, liberos fustibus, servos flagellis caesos, dimittere poteris. Et omnino, ut in ceteris, ita huiusmodi causis, ex personarum conditione et rerum qualitate diligenter sunt aestimandae, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa postulabit.“ *L.* 4 *D. de Incendio* 47, 9. — * *Marcianus Libro Singulari de Delatoribus.* Magnus Antoninus rescripsit, si colonus vel servi domini praedii ferrum (furtum) illicite in praedio fecerint ignorante domino, nulla poena teneri dominum. *L.* 16, § 11 *D. de Public.* 39, 4. — * *Ulpianus Lib. LVII. ad Edictum.* Posse hodie de omni iniuria, sed et de atroci civiliter agi, Imperator noster rescripsit. *L.* 7, § 6 *D. de Iniuriis* 47, 10. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum Praetoris.* Si quis in hereditarium sepulcrum inferat, quamvis heres, tamen potest sepulcri violati teneri, si forte contra voluntatem testatoris intulit; licet enim cavere testatori, ne quis eo inferatur, ut rescripto Imperatoris Antonini cavetur. *L.* 3, § 3 *D. de Sepulcr. viol.* 47, 12. — *Arrius Menander Lib. I. de Re militari.* Qui post desertionem in aliam militiam nomen dederunt, legive passi sunt, Imperator noster rescripsit, et hos militariter puniendos. *L.* 4, § 9 *D. de Re militari* 49, 16. — *Arrius Menander Lib. II. de Re Militari.* Qui in desertione fuit, si se obtulerit, ex indulgentia Imperatoris nostri in insulam deportatus est. *L.* 5, § 4 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis Sub Titulo Ad Legem Fabiam.* Eo perventum est constitutionibus, ut Romae quidem praefectus urbis solus super ea re cognoscat, si intra milliarium centesimum sit in via (**Italia* s. **Fabiam*) commissa (*um*). Enimvero si ultra centesimum, praefectorum praetorio erit cognitio; in provincia enim (est) praesidum provinciarum, nec aliter procuratori Caesaris haec cognitio iniungitur, quam (si) praesidis partibus in provincia fungatur. Plane post sententiam de Fabia latam procuratoris partes succedunt. Vice praesidis provinciam regit, licet de capitalibus causis cognoscere nec soleat, tamen ut de lege Fabia possit cognoscere, Imperator Antoninus constituit. Item legis Iuliae de adulteriis coercendis constitutione Imperatoris Antonini quaestionem accepit. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 14, 3, 2 et 3. — *Paulus Lib. I. Responsorum.* Imperator Antoninus Aurelio Atiliano rescripsit: „Praeses ultra administrationis suae tempus interdicere alicui arte sua uti non potest.“ Idem respondit, eum, qui suo admisso decurionum honorem amisit, non posse in poenis evitandis decurionis filii honorem vindicare. *L.* 43 *D. de Poenis* 48, 19. — *Ulpianus Lib. II. de Censibus.* Rebus concessam immunitatem non*habere intercidere, rescripto Imperatoris nostri ad Pelignianum recte expressum est. *L.* 3, § 1 *D. de Censibus* 50, 15. — *Modestinus Lib. XI. Pandectarum.* Eos, qui primis literis pueros induunt, non habere vacationem, divus magnus Antoninus rescripsit. *L.* 11, § 4 *D. de Muner.* 50, 4. — *Ulpianus Lib. I. de Officio Proconsulis.* Imperator noster Antoninus Augustus ad desideria Asianorum rescripsit, proconsuli necessitatem impositam per mare Asiam applicare, *καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον* (et inter matrices urbes Ephesum) primam attingere. *L.* 4, § 5 *D. de Off. procons.* 1, 16. — Aegypti sacra per eum deportata Romam, atque aucta urbs magno accessu viae novae. *Aurel. Vict. de Caes.* 21. — Sacra Isidis Romam deportavit ... In quo quidem mihi mirum videtur, quemadmodum sacra Isidis primum per hunc Romam venisse dicantur, quum Antoninus Commodus ea celebraverit. *Spartian. Anton. Carac.* 9. — Multa contra iura civitatum fecit ... Damnati sunt, qui urinam in eo loco fecerunt, in quo statuae aut imagines erant principis et qui coronas imaginibus eius detraxerant, ut alias ponerent. Damnati sunt et qui remedia quartanis tertianisve collo annexa gestarent. *Spartian. Anton. Carac.* 5. — *Καί τι αὐτοὺς, καὶ ἡ τῶν ἐπί τε τῶν ὑπ᾽ ἐκείνου καταδειχθέντων κατάλυσις· πάντα γὰρ, ὅσα ποτὲ παρὰ τὸ καθεστηκὸς, οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ δημοσίου τοῦ τῶν Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ οἴκοθέν τισιν, καὶ ἐξ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ πρός*

τινων δήμων ἀνηλίσκετο, ἀνετάχη. Movebat eos quoque nonnihil earum rerum, quae sub illo instituta fuerant, abrogatio; nam omnia, quaecunque aliquando praeter morem, non tantum ab aerario Romano, verum etiam a privatis nonnullis et per procuratores eius, a quibusdam populis solebant exigi, abolita fuerant. *Dio Cass.* 78, 18. — In annonis tribuendis largissimus fuit, in auro parcissimus. *Capitolini Macrinus* 13. — In conspectu eius Papinianus securi percussus est et a militibus occisus ... Filium Papiniani, qui ante triduum quaestor opulentum munus ediderat, interemit ... Saepe in senatum, saepe in populum superbe invectus est, aut edictis propositis aut orationibus editis. *Spartian. Anton. Carac.* 4. — *Καὶ ἐπήγγελλε μὲν ὡς πρωϊαίτερον δικάσων ἢ ἄλλο τι δημόσιον πράξων, παρέτεινε δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν μεσημβρίαν ἢ καὶ εἰς ἑσπέραν αὐτήν.* Iudicia et alias publicas actiones mane denuntiabat, sed ultra meridiem aut in ipsam vesperam differebat. *Zonaras* 12, 12. — *Ἐδίκαζε μὲν οὖν ἤ τι, ἢ οὐδέν.* Raro aut nunquam potius ius reddidit. *Dio Cass.* 77, 17. — Congiaria data. *Capitolini Macrinus* 5.

tur, quae ad gratiam composita viderentur. *Capitolini Macrinus* 13. — *Ἐμοὶ δὲ σκοπὸς, μηδέν τι πράττειν ἄνευ τῆς ὑμετέρας γνώμης, κοινωνοὺς τε καὶ συμβούλους ἔχειν τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως. Ὑμεῖς δὲ ἐν ἀδείᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ βιώσεσθε, ὧν ἀφῃρέθητε μὲν ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν βασιλέων, ἀποδοῦναι δὲ ὑμῖν ἐπειράθησαν, πρότερον μὲν Μάρκος, ὕστερον δὲ Περτίναξ.* Mihi sane decretum est, nihil sine auctoritate vestra gerere ac vos participes consiliariosque habere. Vivetisque pro arbitrio vestro in libertate illa, quam vobis antehac a patriciis imperatoribus ereptam Marcus, deinde Pertinax restituere conati sunt. *Herodian. Hist.* 5, 1. — *Συκοφάνται τε ἢ δοῦλοι, ὅσοι δεσπότας κατήγγελον, ἀνεσκολοπίσθησαν. Ἥ τε Ῥωμαίων πόλις καὶ σχεδὸν πᾶσα ἡ ὑπὸ Ῥωμαίους οἰκουμένη, καθαρθεῖσα πονηρῶν ἀνθρώπων, τῶν μὲν κολασθέντων, τῶν δὲ ἐξωσθέντων.* Delatores autem et servi omnes, quicunque dominos detulerant, patibulo suffixi totaque urbs atque adeo Romanum imperium sceleratis hominibus perpurgatum, partim supplicio affectis, partim eiectis. *Herodian. Hist.* 5, 2.

MACRINUS.

970. p. C. n. 217. C. BRUTTIO PRAESENTE II. MESSIO EXTRICATO II.

Se nunc Severum, nunc Antoninum appellavit. *Capitolini Macrinus* 2. Cf. Capitolin. l. c. 3. — Filio Diadumeno in principatum adscito, quem continuo Antoninum a militibus appellari iussit. *Capitolini Macrinus* 5 *et* 2, 6, 7. *Lampridii Antonin. Diadum.* 1, 2, 6. — *Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τῷ τῆς ἐπιστολῆς προοιμίῳ, καίτοι καὶ Καίσαρα καὶ αὐτοκράτορα αὐτὸν ὀνομάσας.* Atque ille ne filii quidem nomen in prooemio literarum inscripsit, etsi Caesarem et Imperatorem eum vocasset. *Dio Cass.* 78, 37. — Sciendum, quod Caesar fuisse dicatur, non Augustus Diadumenus puer. *Capitolin. l. c.* 10. — Felicis nomen accepit (Macrinus). *Capitolin. Macrinus* 11. Cf. Lampridii Antonin. Diadum. 2. — Herodianus ... Diadumenum tantum Caesarem dicit puerum a militibus nuncupatum ... Congiarium etiam per edictum Antoninianum promisit, ut ipsum edictum poterit indicare. Verba edicti: „Vellem, Quirites, iam praesentes essemus. Antoninus vester vobis congiarium sui nominis daret. Daret praeterea et pueros Antoninianos et puellas Antoninianas, quae tam grati nominis gloriam propagarent. *Lamprid. Diadum.* 2. — *Τά τε περὶ τοὺς κλήρους, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐλευθερίας, καταδειχθέντα ὑπὸ τοῦ Καρακάλλου παύσας ... καὶ μηδεμίαν εἰκόνα αὐτοῦ, μήτε ἀργυρᾶν ὑπὲρ πέντε λίτρας, μήτε χρυσῆν ὑπὲρ τρεῖς, γίγνεσθαι ἐκέλευσε.* At haec, quae circa hereditates et manumissiones a Caracallo fuerant constituta, abolevit ... nullam sibi quoque statuam, neque argenteam, ultra libras quinque, neque ultra tres, auream fieri iussit. *Dio Cass.* 78, 12. — * *Καὶ μετὰ τοῦτο τό τε διαδίδοσθαί τινα ἐν ταῖς τῶν στρατηγῶν τῶν πάνυ θέαις, πλὴν τῶν τῇ Φλώρᾳ τελουμένων, οἵ τε δικαιονόμοι τὴν Ἰταλίαν διοικοῦντες ἐπαύσαντο, ὑπὲρ τὰ νομισθέντα ὑπὸ τοῦ Μάρκου δικάζοντες.* At postea mos ille distribuendi quaedam in ludis, quos praetores maiores curarent, (exceptis, qui Florae fiunt) desiit, et iuridicis cura Italiam administrandi adempta est, quod praeter statuta a Marco, ius dicerent. *Dio Cass.* 78, 22. — Adulterii reos semper vivos simul incendit, iunctis corporibus. Servos, qui a dominis fugissent, repertos ad gladium ludi deputabat. Delatores, si non probarent, capite affecit, si probarent, delato pecuniae praemio infames dimisit. In crucem milites tulit, et servilibus suppliciis semper affecit: et quum seditiones militares pateretur, milites saepius decumavit, aliquando etiam centesimavit. *Capitolini Macrinus* 12. — Fuit in iure non incallidus, adeo ut statuisset omnia rescripta veterum principum tollere, ut iure, non rescriptis ageretur, nefas esse dicens, leges videri Commodi et Caracalli et hominum imperitorum voluntates, quum Traianus nunquam libellis responderit, ne ad alias causas facta praeferren-

HELIOGABALUS.

Cf. Severus Alexander.

971—975. p. C. n. 218—222.

* His consulibus (Antonino et Advento 218) instrumenta debitorum fisco in foro Romano arserunt. *Idat. Descr. Cons.* — Hic quidem prius dictus est Varius, post Heliogabalus a sacerdotio dei Heliogabali, cui templum Romae in eo loco constituit, in quo prius aedes Horci fuit, quem e Syria secum advexit. Postremo quum accepit imperium, Antoninus appellatus est. *Lamprid. Heliogabalus* 1. — Id egit, ne quis Romae deus nisi Heliogabalus coleretur. Dicebat praeterea, Iudaeorum et Samaritanorum religiones et Christianam religionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret. *Lamprid. Heliog.* 3. — Heliogabalae templum Romae aedificatum. *Euseb. Chron. int. Hier. ad a.* 223. *Cassiod. Chron. ad a.* 221. — Translato Romam dei simulacro in palatii penetralibus constituit. *Aurel. Vict. de Caes.* 23. — *Οὐχ ὅτι θεόν τινα ξενικὸν ἐς τὴν Ῥώμην εἰσήγαγεν, οὐδ᾽ ὅτι καινοπρεπέστατα αὐτὸν ἐμεγάλυνεν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ πρὸ τοῦ Διὸς αὐτοῦ ἤγαγεν αὐτὸν, καὶ ὅτι καὶ ἱερέα αὐτοῦ ἑαυτὸν ψηφισθῆναι ἐποίησεν.* Non solum quod peregrinum deum introduxit in urbem, aut quod novis eum et magnis honoribus affecit; sed quod ipsi praeposuit Iovi, seque eius sacerdotem creari, decreto senatus curavit. *Dio Cass.* 79, 11. — *Προσέταξέ τε, πάντας τοὺς Ῥωμαίων ἄρχοντας, καὶ εἴ τινες δημοσίας θυσίας ἐπιτελοῦσι, πρὸ τῶν ἄλλων θεῶν οὓς δὴ καλοῦσιν ἱερουργοῦντες, ὀνομάζειν τὸν νέον θεὸν Ἐλαιαγάβαλον.* Edixit item, ut omnes Romani magistratus, quique publice sacra facerent, ante alios deos, quorum meminisse inter sacrificandum solent, novum illum deum Helaeagabalum nuncuparent. *Herodian.* 5, 5. — *Ὅ τε Ἐλεγάβαλος αὐτὸς ἐκ τῆς Ῥώμης παντάπασιν ἐξέπεσε.* Tum (interfecto Heliogabalo) et deus ipse Elegabalus Roma penitus est exactus. *Dio Cass.* 79, 21. — Ubi primum diem senatus habuit, matrem suam in senatum rogari iussit. Quae quum venisset, vocata ad consulum subsellia scribendo affuit, id est, senatusconsulti conficiendi testis solusque Imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissima, loco viri senatum ingressa est. Fecit et in colle Quirinali senaculum, id est mulierum senatum, in quo antea fuerat conventus matronalis, solennibus duntaxat diebus, et si unquam aliqua matrona consularis, coniugii ornamentis esset donata, quod veteres Imperatores affinibus detulerunt, et his maxime, quae nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatae remanerent. Sed Semiamirica facta sunt senatusconsulta ridicula de legibus matronalibus; quae quo vestitu incederent, quae cui cederet, quae ad eius osculum veniret, quae pilento, quae equo sagmario, quae asino veheretur, quae carpento mulari, quae boum; quae sella

veheretur et utrum pellicea, an ossea, an eborata, an argentata; et quae aurum vel gemmas in calciamentis haberent. *Lamprid. Heliog.* 4. — Vendidit et honores et dignitates et potestatem tam per se quam per omnes servos ac libidinum magistros. In senatum legit sine discrimine aetatis, census, generis, pecuniae merito, militaribus etiam praeposituris et tribunatibus et legationibus et ducatibus venditis; etiam procurationibus et palatinis officiis. *Lamprid. Heliog.* 6. — Fecit libertos praesides, legatos, consules, duces, omnesque dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum. *Lamprid. Heliog.* 11. — Ad praefecturam praetorii saltatorem, qui histrionicam Romae fecerat, ascivit; praefectum vigilum Gordium aurigam fecit; praefectum annonae Claudium censorem; ad honores reliquos promovit commendatos sibi pudibilium enormitate membrorum; vicesimam hereditatium mulionem curare iussit; iussit et cursorem et cocum et claustrarium artificem. *Lamprid. Heliog.* 12. — Voluit et per singulas urbes lenones praefectos urbi facere, ut essent in urbe XIV. *Lamprid. Heliog.* 19. — *Ἐς τοσοῦτον δὲ ἐξώκειλεν, ὡς δὴ πάντα τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῶν δημοσίων θεάτρων μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τὰς μεγίστας.* Tandem vero eo vecordiae profectus est, ut omnes scenicos artifices ad summos magistratus extolleret. *Suidas v. Ἀλέξανδρος ὁ Μαμ.* — Sabinum, consularem virum, ad quem libros Ulpianus scripsit, quod in urbe remansisset, vocato centurione mollioribus verbis iussit occidi. Sed centurio, aure surdior, imperari sibi credidit, ut urbe pelleretur; itaque fecit. Sic vitium centurionis Sabino saluti fuit. Removit et Ulpianum, iurisconsultum, ut bonum virum; et Silvinum rhetorem, quem magistrum Caesaris fecerat. Et Silvinus quidem occisus est, Ulpianus vero reservatus. *Lamprid. Heliog.* 16. — Iusserat et canonem P. R. unius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promisso, quum eo tempore iuxta provisionem Severi et Traiani septem annorum canon frumentarius Romae esset. *Lamprid. Heliog.* 26. — Primus Romanorum holoserica veste usus fertur, quum iam subserica in usu essent. *Lamprid. Heliog.* 25. — *Paulus Lib. II. de Censibus.* Imperator noster Antoninus civitatem Emesenorum coloniam et iuris Italici fecit. *L.* 8, § 6 *D. de Censibus* 50, 15. — In Palaestina Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Iulio Africano, scriptore temporum. *Euseb. Chron. int. Hieron. ad a.* 224. *Cassiodor. Chron. ad a.* 222. — *Παλαιστίνης Νικόπολις, ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς, ἐκτίσθη πόλις, πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς καὶ προισταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ τοῦ τὰ χρονικὰ συγγραψαμένου.* Nicopolis, Palaestinae urbs, Emmaus prius nuncupata, condita est, legationem pro ea obeunte illius praefecto, Iulio Africano, chronicorum scriptore. *Chron. Pasch. p.* 499. *Syncell.* 676. — *Αὐτὸς μὲν, ἐν τῷ δικάζειν τινὰ, ἀνήρ πως εἶναι ἐδόκει.* In iure quidem reddendo aliquatenus vir esse videbatur. *Dio Cass.* 79, 14. — Hic ultimus Antoninorum fuit, quamvis cognomine postea Gordianos multi Antoninos putent, qui Antonii dicti sunt, non Antonini. *Lamprid. Heliog.* 18. — Ipse in imperio Romano ultimus Antoninorum fuit. *Lamprid. Heliog.* 1.

Ante a. 981, p. C. n. 228.

Imp. Alexander A. Decimio PO. Procuratores meos vel rationales multae indicendae ius non habere, saepe rescriptum est. *L.* 2 *C. de Modo mulct.* 1, 54.

SEVERUS ALEXANDER.

975. p. C. n. 222. M. AURELIO ANTONINO IV. M. AURELIO SEVERO ALEXANDRO CAES. COSS.

Gratias vobis P. C. non nunc primum, sed et de Caesareo nomine et de vita servata et Augusti nomine addito et de pontificatu maximo et de tribunicia potestate et proconsulari imperio, quae omnia novo exemplo uno die in me contulistis. Et quum diceret (Alexander in senatu), acclamatum etc. *Lampridii Alexander Severus* 8.

981. p. C. n. 228. T. MANILIO MODESTO SERGIO CALPURNIO PROBO COSS.

Ulpianus Lib. I. ad Edictum. Cui rei (investigandi fugitivi) etiam lex Favia prospexerat et senatusconsultum Modesto consule factum, ut fugitivos inquirere volentibus literae ad magistratus dentur; mulcta etiam centum solidorum in magistratus statuta, si literis acceptis inquirentes non adiuvent. Sed et in eum, qui quaeri apud se prohibuit, eadem poena statuta. *L.* 1, § 2 *D. de Fugitivis* 11, 4. Cf. Marc. Anton. p. 122.

982. p. C. n. 229. M. AUR. SEVERO ALEXANDRO A. III. CASSIO DIONE II. COSS.

....m Fortunatum militem ... e controversia moveri consti... ipso Aug. III. consule. *Vat. Fr.* 27.

983. p. C. n. 230. L. VIRIO AGRICOLA SEX. CATIO CLEMENTINO COSS.

Alexander A..... vendendarum possessionum ....i neque alienare eas neque .... Agricola et Clementino Coss. *Vat. Fr.* 28. — Tabula missionis. Cf. *Vesme l. c. p.* 23. — Cautum post Antoninum Heliogabalum, nunquam mulier senatum ingrederetur, utque inferis eius caput dicaretur devoveretureque, per quem id esset factum. *Lamprid. Heliog.* 18. — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* Imperatoris nostri rescripto cavetur, ut, si patronus libertum suum non aluerit, ius patroni perdat. *L.* 5, § 1 *D. de Iure patron.* 37, 14.

* **986.** p. C. n. 233. MAXIMO ET PATERNO COSS.

...... Fundos et mancipia dona .... interveniente recepit stipulatione ...... utendi fruendique partis .... in diem vitae suae ex voluntate .... a habuerit usque in ....os partis alterius approbat ...... et Paterno Coss. *Vat. Fr.* 73.

Incert. ann.

Severi nomen a militibus ei inditum est. *Lamprid. Sever. Alexand.* 11. — *Paulus Lib. XIV. Responsorum.* Imperator Alexander Augustus Claudiano Iuliano Praefecto urbi. Si liquet tibi, Iuliane carissime, aviam intervertendae inofficiosi querelae patrimonium suum donationibus in nepotem factis exinanisse, ratio deposcit, id, quod donatum est, pro dimidia parte revocari. *L.* 87, § 3 *D. de Legatis II.* — Lucius Titius, quum haberet quinque liberos, universos emancipavit, et in unum filium Caium Seium amplissimas facultates donationibus contulit, et modicum sibi residuum servavit, et universos liberos cum uxore scripsit heredes; in eodem testamento duas possessiones, quas retinuerat, eidem Caio Seio praelegavit, et ab eo petiit, ut ex reditibus praediorum, quae vivus ei donaverat, Maeviae filiae tot aureos daret, item alteri fratri alios tot; conventus a Maevia, sorore sua, legem Falcidiam implorat. Quaero, quum sanctissimus Imperator, ut supra scriptum est, contra voluntatem donantis ea, quae donata sunt, revocari praeceperit, an Caius Seius compellendus sit, secundum voluntatem patris ex donationibus fideicommissum praestare heredi sororis? Paulus respondit, post literas Imperatoris nostri dubitari non oportere, quin in hac quoque specie, de qua quaeritur, subveniendum sit liberis, quorum portio, in unum filium donationibus collatis, imminuta est, praesertim quum Imperator noster contra voluntatem patris subvenerit; in proposita autem causa etiam voluntas patris pro his, qui fideicommissum petunt, intercedit; sed si Falcidia lex intercedit, fideicommissa in solidum esse praestanda propter immodicarum donationum rationem. *L.* 87 *D. cit.*, § 4. — *Retro principum constitutiones insinuari eas (donationes) actis intervenientibus volebant, si maiores ducentorum fuerant solidorum. § 2 *Inst. de Donat.* 2, 7. — *Imp. Gordianus A. Fabiano.* In insulam deportato filio, hacque ratione vinculo paternae potestatis exemto, si postea indulgentia D. Alexandri, ut proponis,

reditus in patrium solum praecedensque dignitas restituta sit, potestas tamen patria repetita non videtur. *L. 6 C. de Sentent. pass.* 9, 51. — *Macer Lib. II. de Appellationibus.* Imperator noster Alexander Pletorio militi ita rescripsit: „Quamvis pendente appellatione morte rei crimen exstinctum sit, data tamen etiam de parte bonorum eius sententia proponitur, adversus quam non aliter is, qui emolumentum successionis habet, obtinere potest, quam si in reddendis causis appellationis iniquitatem sententiae detexerit.“ *L. 1 pr. D. Si pendente appell.* 49, 13. — *Paulus Lib. XX. Responsorum. Αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων. Ἐκκαλεῖσθαι μὲν πῶς ἄν τις κωλύοιτο ὑπὸ τῶν δικαζόντων, οὐχ ὁρῶ, ὁπότε ἔξεστιν τὴν ἑτέραν ὁδὸν τρεπόμενον, ταὐτὸ ποιεῖν, καὶ θᾶττον πρός με ἀφικνεῖσθαι· ὕβρει δὲ καὶ βίᾳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἐκκαλουμένους, καὶ φρουρὰν στρατιωτικὴν περιστᾶν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀποφράττειν αὐτοῖς τὴν δεῦρο ἄνοδον, ἀπαγορεύομεν τοῖς ἐπιτρόποις καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν ἐθνῶν· καὶ πισθήσονται ταύτῃ μου τῇ προῤῥήσει, εἰδότες, ὅτι τοσοῦτόν μοι μέλει τῆς τῶν ἀρχομένων ἐλευθερίας, ὅσον καὶ τῆς εὐνοίας αὐτῶν καὶ πειθοῦς.* Imperator Alexander communi eorum, qui in Bithynia sunt, Graecorum. Provocare quidem qualiter utique quis prohibeatur a discernentibus, non video, quum possibile sit alteram viam tenentem idem facere et citius ad me devenire; iniuria autem et vi uti adversus provocantes et custodiam militarem circumstare, et simpliciter dicendo obstruere iis eam, quae est, viam prohibemus curatoribus et magistratibus gentium; et fidem adhibebunt huic meae praedictioni, scientes, quod tantum mihi curae est eorum, qui reguntur, libertatis, quantum et bonae voluntatis eorum et obedientiae. *L. 25 D. de Appell.* 49, 1. — *Modestinus Libro Singulari de Enucleatis Casibus.* Alexander Augustus Iulio Maryllo: „Si libello dato adversarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adiecit, subscriptione uti non potest, immo si accusatus fuerit, et poenam inferre debet.“ *L. 29 D. ad L. Cornel. de Falsis* 48, 10. — Severissimus iudex contra fures. *Lamprid. Alexander* 27. — Fures iudicare iussit in civitatibus ullis nunquam videri; et si essent visi, iussit deportari per rectores provinciarum. Annonam militum diligenter inspexit; tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid tulissent, capitali poena affecit. *Lamprid. Alexand.* 14. — Per praeconem edixit, ut nemo salutaret principem, qui se furem esse nosset, ne aliquando detectus capitali supplicio subderetur. *Lamprid. Alexand.* 17. — Ipse adorari se vetuit. *Lamprid. Alexand.* 17. — Praefectum praetorii sibi ex senatus auctoritate constituit; praefectum urbis a senatu accepit, alterum praefectum praetorii fecit ... Senatorem nunquam sine omnium senatorum, qui aderant, consilio fecit, ita ut per sententias omnium crearetur, testimonia dicerent summi viri ac si fefellissent vel testes vel ii, qui sententias dicebant, postea in ultimum reiicerentur locum, civium condemnatione adhibita, quasi falsi rei approbati sine ullius indulgentiae proposito. Idem senatores nonnisi ad summorum in palatio virorum suffragium fecit ... Idem libertinos nunquam in equestrem locum redegit, asserens seminarium senatorum equestrem locum esse. *Lamprid. Alexand.* 18. — Removit iudices omnes a republica et ministeriis et muneribus, quos ... Heliogabalus ex genere hominum turpissimo provexerat. Senatum et equestrem ordinem purgavit. Ipsas deinde tribus et eos, qui militaribus nituntur praerogativis, purgavit. *Lamprid. Alexand.* 14. — Condemnationes raras esse iussit; et quae factae fuerant, non indulsit. Vectigalia civitatibus ad proprias fabricas deputavit. Foenus publicum trientarium exercuit, ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias dederit ad agros emendos, reddendas de fructibus. Praefectis praetorio suis senatoriam addidit dignitatem ... Alexander autem idcirco senatores esse voluit praefectos praetorii, ne quis non senator de Romano senatore iudicaret. *Lamprid. Alexand.* 20. — Negotiatoribus, ut Romam volentes concurrerent, maximam immunitatem dedit. Oleum, quod Severus populo dederat, quodque Heliogabalus imminuerat ... integrum restituit. Ius conferendi rationes, quod impurus ille sustulerat, hic omnibus reddidit ... Pontificibus tantum detulit et quindecim viris atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum a se finitas iterari et aliter distingui pateretur. Praesides provinciarum, quos vere, non factionibus laudari comperit, et in itineribus secum semper in vehiculo habuit et muneribus adiuvit ... Iussit, ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, nec quis vaccam, ne quis damalionem. *Lamprid. Alexand.* 21. — Causas militum contra tribunos sic audivit, ut si aliquem reperisset tribunorum in crimine, pro facti qualitate sine indulgentiae proposito puniret ... Eunuchos de ministerio suo abiecit ... ad certum numerum eos redegit ... illis et veteres sustulit dignitates. *Lamprid. Alexand.* 22. — Provincias praetorias, praesidiales plurimas fecit; proconsulares ex senatus voluntate ordinavit. Balnea mixta Romae exhiberi prohibuit, quod quidem iam ante prohibitum, Heliogabalus fieri permiserat. Lenonum vectigal et meretricum et exoletorum in sacrum aerarium inferri vetuit, sed sumtibus publicis ad instaurationem theatri, circi, amphitheatri, et aerarii deputavit. *Lamprid. Alexand.* 23. — Braccariorum, linteonum, vitreariorum, pellionum, plaustrariorum, argentariorum, aurificum et ceterarum artium vectigal pulcherrimum instituit: ex eoque iussit thermas et quas ipse fundaverat, et superiores populi usibus exhiberi, sylvas etiam thermis publicis deputavit. Addidit et oleum luminibus thermarum. *Lamprid. Alexand.* 23. — A mulieribus famosis matrem et uxorem suam salutari vetuit. *Lamprid. Alexand.* 24. — Congiarium populo ter dedit, donativum militibus ter, carnem populo addidit. *Lamprid. Alexand.* 25. — Usuras foeneratorum traxit ad trientes pensiones, etiam pauperibus consulens. Senatores si foenerarentur, usuras accipere primo vetuit, nisi aliquid muneris causa acciperent: postea tamen iussit, in semisses acciperent donum, munus tamen sustulit. *Lamprid. l. c.* 25. — In animo habuit omnibus officiis genus vestium proprium dare, et omnibus dignitatibus, ut a vestitu dignoscerentur; et omnibus servis, ut in populo possent agnosci, ne quis seditiosus esset, simul ne servi ingenuis miscerentur. Sed hoc Ulpiano Pauloque displicuit, dicentibus, plurimum rixarum fore, si faciles essent homines ad iniurias. Tum satis esse constituit, ut equites Romani a senatoribus clavi qualitate discernerentur. Penulis intra urbem frigoris causa ut senes uterentur permisit, quum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviae fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti vetuit, in itinere permisit ... Matheseos peritus (fuit): et ita quidem, ut ex eius iussu mathematici publice proposuerint Romae, ac sint professi, ut docerent. *Lamprid. Alexand.* 26. — Consulatum ter tantum iniit ordinarium ac primo nundino sibi alios semper fecit. *Lamprid. Alexand.* 27. — Aurum negotiatorium et coronarium Romae remisit. *Lamprid. Alexand.* 31. — Fecit Romae curatores urbis quatuordecim; sed ex consularibus viris, quos audire negotia urbana cum praefecto urbis iussit, ita ut omnes aut magna pars adesset, quum acta fierent. Corpora omnium constituit vinariorum, lupinariorum (*lupanariorum), caligariorum, et omnino omnium artium: hisque ex sese defensores dedit, et iussit, quid ad quos iudices pertineret. *Lamprid. Alexand.* 32. — Eunuchos ... donavit amicis, addito elogio, ut si non rediissent ad bonos mores, eosdem liceret occidi sine auctoritate iudicii. Mulieres infames ... publicari iussit, exoletis omnibus deportatis. *Lamprid. Alexand.* 33. — Vectigalia publica in id contraxit, ut qui X aureos sub Heliogabalo praestiterant, tertiam partem auri praestarent, hoc est, XXX. partem. Tuncque primum semisses aureorum formati sunt; tunc etiam, quum ad tertiam partem auri vectigal decidisset, trimesses, dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quod minus non posset. Quos quidem iam formatos in moneta detinuit, exspectans, ut si vectigal contrahere potuisset, et eosdem ederet. Sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, et tremisses tantum solidosque formari. Formas binarias, ternarias et quaternarias, et denarias etiam atque amplius usque ad bilibres quoque et centenarias, quas Heliogabalus invenerat, resolvi praecepit, neque in usu cuiusquam versari. *Lamprid. Alexand.* 38. — Rhetoribus, grammaticis, medicis, haruspicibus,

mathematicis, mechanicis, architectis salaria instituit, et auditoria decrevit, et discipulos cum annonis pauperum filios modo ingenuos dari iussit. Etiam in provinciis oratoribus forensibus multum detulit, plerisque etiam annonas dedit, quos constitisset gratis agere. Leges in annos firmavit easque etiam ipse diligentissime servavit. *Lamprid. Alexand.* 43. — Assessoribus salaria instituit ... Thesauros repertos iis, qui repererant, donavit, et si multi essent, addidit his eos, quos in suis habebat officiis ... Dabat ... bona punitorum, sed nunquam cum auro, argento, vel gemmis (nam id omne in aerarium reponebat), dabat praeposituras locorum civilium, non militum, dabat eas administrationes, quae ad procurationes pertinerent. Rationales cito mutabat, ita ut nemo nisi annum compleret ... Praesides vero, proconsules et legatos nunquam fecit ad beneficium, sed ad iudicium vel suum, vel senatus. *Lamprid. Alexand.* 45. — Ubi aliquos voluisset vel rectores provinciis dare vel praepositos facere, vel procuratores, id est rationales, ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus; si non probasset, subiret poenam capitis. *Lamprid. Alexand.* 44. — Quum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarii |dicerent, sibi eum deberi, rescripsit, melius esse, ut quomodocunque illic deus colatur, quam popinariis dedatur. *Lamprid. Alexand.* 48. — Praeter condemnationem aut peculatus aut repetundarum, leges innumeras sanxit. *Lamprid. Alexand.* 41. — Carrucas Romae et rhedas senatoribus omnibus ut argentatas haberent, permisit ... Consules quoscunque vel ordinarios, vel suffectos creavit, ex senatus sententia nominavit, sumtum eorum contrahens: et nundina vetera ex ordine instituit, vel dies vel tempora. Quaestores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed ut post quaesturam praeturas acciperent, et inde provincias regerent; arcarios vero instituit, qui de arca fisci ederent munera, eademque parciora ... Christo templum facere voluit, eumque inter deos recipere. Quod et Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris iusserat fieri. *Lamprid. Alexand.* 42. — Iudaeis privilegia reservavit. Christianos esse passus est. *Lamprid. Alex.* 21. — Honores iuris gladii nunquam vendi passus est ... Pontificatus et quindecimviratus et auguratus codicillares fecit, ita ut in senatu allegerentur. *Lamprid. Alexand.* 48. — Apparitores nullos esse passus est: tribunis aut ducibus nisi milites anteire voluit; iussitque ut ante tribunum quatuor milites ambularent; ante ducem, sex; ante legatum, decem; hique ad domos suas reciperentur. *Lamprid. Alexand.* 51. — Puellas et pueros, quemadmodum Antoninus Faustinianas instituerat, Mammaeanas et Mammaeanos instituit. *Lamprid. Alexand.* 56. — Negotia et causas prius a scriniorum principibus, et doctissimis iuris peritis et sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita referri ad se praecepit. *Lamprid. l. c.* 14. — Leges de iure populi et fisci moderatas et infinitas sanxit, neque ullam constitutionem sancivit sine viginti iuris peritis et doctissimis ac sapientibus viris, iisdemque disertissimis non minus quinquaginta, ut non minus in consilio essent sententiae, quam senatusconsultum conficerent: et id quidem ita, ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur, quid quisque dixisset, dato tamen spatio ad disquirendum cogitandumque, priusquam dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus. Fuit praeterea illi consuetudo, ut si de iure aut de negotiis tractaret, solos doctos ac disertos adhiberet, si vero de re militari, milites veteres et senes ac bene meritos, et locorum peritos ac bellorum et castrorum, et omnes literatos; et maxime eos, qui historiam norant, requirens, quid in talibus causis, quales in discrepatione versabantur, veteres Imperatores vel Romani vel exterarum gentium fecissent. *Lamprid. l. c.* 15. — *In eius consilio fuerunt: Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius, Cato temporis sui, Domitius Ulpianus iuris peritissimus, Aelius Gordianus Gordiani Imperatoris pater et ipse re vera vir insignis, Iulius Paulus iuris peritissimus, Claudius Venatus orator amplissimus, Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius (Tryphoninus), Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus; hi omnes iuris professores discipuli fuere splendidissimi Papiniani, et Alexandri Imperatoris familiares et socii, ut scribit Acholius et Marius Maximus, Catilius Severus cognatus eius vir omnium doctissimus, Aelius Serenianus omnium vir sanctissimus, Quintilius Marcellus, quo meliorem ne historiae quidem continent. *Lamprid. l. c.* 67. — Paulum et Ulpianum in magno honore habuit, quos praefectos ab Heliogabalo alii dicunt factos, alii ab ipso. Nam et consiliarius Alexandri et magister scrinii Ulpianus fuisse perhibetur, qui tamen ambo assessores Papiniani fuisse dicuntur. *Lamprid. l. c.* 25. — Quum inter suos convivaretur, Ulpianum aut doctos homines adhibebat. *Lamprid. l. c.* 33. — *Μαμαίας δὲ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς ἐπιστησάσης αὐτοῖς Οὐλπιανὸν ἐπιγνώμονα, καὶ ὥσπερ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, ἐπειδὴ καὶ νομοθέτης ἦν ἄριστος καὶ τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι, καὶ τὸ μέλλον εὐστόχως συνιδεῖν δυνατός· ἐπὶ τούτῳ δυσχεράναντες, ἀναίρεσιν αὐτῷ μηχανῶνται λαθραίαν οἱ στρατιῶται. αἰσθομένης δὲ τούτου Μαμαίας, καὶ, ἅμα τῷ φθάσαι τὴν ἐπίθεσιν, τοὺς ταῦτα βουλεύσαντας ἀνελούσης, κύριος τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς Οὐλπιανὸς καθίσταται μόνος.* Verum ubi Mamaea, mater Imperatoris, Ulpianum eis arbitrum, quasique consortem officii praefecisset, quod et iurisconsultus esset praestantissimus et recte res disponere praesentes ac futura prospicere posset: offensi milites mortem homini clandestinam moliuntur. Id quum animadvertisset Mamaea, statimque detectis insidiis, horum consiliorum auctores e medio sustulisset: Ulpiano soli praefectorum praetorii munus committitur. *Zosimus* 1, 11. — Ulpianum pro tutore habuit ... atque ideo summus imperator fuit, quod eius consiliis praecipue rempublicam rexit. *Lamprid. Alexand.* 50. — Assessorem habuit, vel scrinii magistrum, Ulpianum, iuris conditorem. *Eutrop.* 8, 14. — Ulpiano usus assessore summam reipublicae moderationem exhibuit. *Orosius* 7, 18. — Domitium Ulpianum, quem Heliogabalus praetorianis praefecerat, eodem honore retinens, Pauloque inter exordia patriae reddito, iuris auctoribus, quantus erga optimos atque aequi studio esset, edocuit. *Aurel. Vict. de Caes.* 24. — Ulpianus iurisconsultus, assessor Alexandri insignis habetur. *Hieron. Chron. a.* 228 *et Cassiodor. Chron. p.* 209. — *Οὐλπιανὸς νομοθέτης (ἐγνωρίζετο).* Ulpianus iurisconsultus (insignis fuit). * *Syncell. p.* 285. — *Ἀλέξανδρος μετ᾽ ἐκεῖνον εὐθὺς αὐταρχήσας, [αὐτίκα τὴν οἰκείαν μητέρα Μαμαίαν, Αὐγούσταν ἀνεῖπεν, ᾗ τὴν τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν μετακεχείριστο, καὶ περὶ τὸν υἱὸν σοφοὺς ἄνδρας συνήγαγεν, ἵνα δι᾽ ἐκείνων αὐτῷ τὰ ἤθη ῥυθμίζοιτο· κἀκ τῆς γερουσίας, τοὺς ἀμείνονας συμβούλους προσείλετο, ἅπαν πρακτέον κοινουμένη αὐτοῖς·] Δομιτίῳ δέ τινι Οὐλπιανῷ τήν τε τῶν δορυφόρων προστασίαν, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς ἐπέτρεψε πράγματα.* Alexander, qui statim post Pseudantoninum imperavit, [Mamaeam illico, matrem suam, renunciavit Augustam. Quae ubi rerum accepisset administrationem, viros sapientes circa filium collegit, qui mores eius rite componerent; e senatu autem praestantissimos sibi selegit a consiliis, cum quibus res omnes agendas communicaret.] Domitio Ulpiano Alexander praetorianorum praefecturam, et reliqua, quae ad summam rerum gerendarum pertinent, commisit. *Dio Cass.* 80, 1. — *Ὁ Οὐλπιανὸς πολλὰ μὲν τῶν οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ τοῦ Σαρδαναπάλου πραχθέντων, ἐπηνώρθωσε.* Ulpianus multa, quae haud recte a Sardanapalo instituta fuerant, correxit. *Dio Cass.* 80, 2. — Post meridianas horas subscriptioni et lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis et libellis et a memoria semper assisterent. Nonnunquam etiam, si stare per valetudinem non possent, sederent, relegentibus cuncta librariis et iis, qui scrinium gerebant, ita ut Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum: sed ex eius sententia qui disertior haberetur. Post epistolas, omnes amicos simul admisit, cum omnibus pariter est locutus, neque unquam solum quemquam, nisi praefectum suum, vidit, et quidem Ulpianum, ex assessore semper suo, causa iustitiae singularis. Quum autem alterum adhibuit, et Ulpianum rogari iussit. *Lamprid. Alexand.* 30. — Audivit

forenses oratores causas recitantes, quas vel apud ipsum vel apud praefectos urbis egerant. *Lamprid. Alexand.* 34. — *Καὶ πρῶτον μὲν τῆς συγκλήτου βουλῆς τοὺς δοκοῦντας καὶ ἡλικίᾳ σεμνοτάτους, καὶ βίῳ σωφρονεστάτους, ἑκκαίδεκα ἐπελέξαντο, συνέδρους εἶναι καὶ συμβούλους τοῦ βασιλέως· οὐδέ τι ἐλέγετο ἢ ἐπράττετο, εἰ μὴ κἀκεῖνοι αὐτὸ ἐπικρίναντες, σύμψηφοι ἐγένοντο ... Τάς τε πράξεις ἁπάσας καὶ τὰς διοικήσεις, τὰς μὲν πολιτικὰς καὶ ἀγοραίους, ἐνεχείρισαν τοῖς ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμωτάτοις καὶ νόμων ἐμπείροις· τὰς δὲ στρατιωτικὰς, τοῖς ἐξετασθεῖσί τε καὶ εὐδοκιμήσασιν ἐν εὐτάκτοις τε καὶ πολεμικαῖς πράξεσιν.* Quippe primum sedecim ordinis senatorii viros aetatis gravitate vitaeque sanctimonia praecellentes, assessores principis et consiliarios delegerunt, nihilque aut dicebatur aut agebatur, nisi illi id approbatum suo suffragio confirmarent ... Res autem cunctas atque administrationes, civiles quidem et forenses, insignibus doctrina viris legumque peritissimis, militares autem claris bellica virtute hominibus commendabant. *Herodian. Hist.* 6, 1. — Militarem disciplinam severissime rexit; quasdam tumultuantes legiones integras exauctoravit. *Eutrop.* 8, 14. — Tacebantur secreta bellorum. Itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, et si dii voluerint, in prima mansione mansurus; deinde per ordinem mansiones, deinde stativae, deinde, ubi annona esset excipienda, et id quidem eo usque, quamdiu ad fines barbaricos veniretur. *Lamprid. Alexand.* 44. — Senatus eum in deos retulit ... Dati sunt et sodales, qui Alexandrini appellati sunt. *Lamprid. l. c.* 62.

Leges incertorum principum ante Maximinum.

Tutores aut legitimi sunt, aut senatusconsultis constituti aut moribus introducti. *Ulpian.* 11, 2. — Latini ius Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, nave, aedificio, pistrino, praeterea ex senatusconsulto vulgo quae sit ter enixa. *Ulpian.* 3, 1. — *Ulpianus Lib. I. Opinionum.* De inofficioso patris testamento acturis, ut iis certa quantitas, quoad viveret heres, praestaretur, pactus est; produci ad perpetuam praestationem id pactum postulabatur; rescriptum est, neque iure ullo, neque aequitate tale desiderium admitti. *L.* 52, § 3 *D. de Pactis* 2, 14. — *Ulpianus Lib. I. Opinionum.* De usu aquae, de rivis novis inciviliter institutis, item de equis alienis a sciente possessis fetuque earum, et de damno dato per immissos in praedium suum universos homines eos, qui in plurium praedia distribui debuerunt, si modo id non ex auctoritate eius, qui iubere potuit, factum est, praesidem provinciae doceri oportere responsum est, ut is secundum rei aequitatem et iurisdictionis ordinem convenientem formam rei det. *L.* 2 *D. de Extraord. cognit.* 50, 13. — *Ulpianus Lib. V. Opinionum.* Si suspecta collusio sit legatariis inter scriptos heredes et eum, qui de inofficioso testamento agit, adesse etiam legatarios et voluntatem defuncti tueri constitutum est. *L.* 29 *pr. D. de Inoff. test.* 5, 2. — *Ulpianus Lib. I. Disputationum.* Si filius tutores dare non curaverit, vel minus idoneos elegerit, nec satis exegerit, vel non idoneum acceperit, ipse quidem quin sit obstrictus, nulla dubitatio est; pater vero ita demum obligatur, si et fideiussores solent hoc nomine obligari: sed non solent, hoc enim et relatum et rescriptum est, quia fideiussores rempublicam salvam fore promittunt, reipublicae autem nihil, quod ad rem pecuniariam attinet, interest, pupillis tutores dari. *L.* 2, § 5 *D. ad Municipalem* 50, 1. — *Ulpianus Lib. I. Disputationum.* Maiores annis quinquaginta quinque ad decurionatus honorem inviti vocari, constitutionibus prohibentur, sed si ei rei consenserint, etsi maiores LXX sint, munera quidem civilia obire non coguntur, honores autem gerere debent. *L.* 2, § 8 *D. de Decurionibus* 50, 2. — *Ulpianus Lib. III. Disputationum.* In incesto, ut Papinianus respondit, et est rescriptum, servorum tormenta cessant, quia et lex Iulia cessat de adulteriis. *L.* 4 *D. de Quaestion.* 48, 18. — *Ulpianus Lib. IV. Disputationum.* Saepissime rescriptum et constitutum est, eum qui testamentum facere opinatus est, nec voluit quasi codicillos id valere, videri nec codicillos fecisse; ideoque quod in illo testamento scriptum est, licet quasi in codicillis poterit valere, tamen non debetur. *L.* 1 *D. de Iure codic.* 29, 7. — *Ulpianus Lib. IV. Disputationum.* Quum uxori suae quis ea, quae eius causa parata sunt, legasset, dehinc vivus purpuras comparasset in provincia, necdum tamen advexisset, rescriptum est, ad mulierem purpuras pertinere. *L.* 58 *D. de Leg. III.* — *Ulpianus Lib. IV. Disputationum.* Pactum est duorum consensus atque conventio: pollicitatio vero offerentis solius promissum: et ideo illud est constitutum, ut, si ob honorem pollicitatio fuerit facta, quasi debitum exigatur: sed et coeptum opus, licet non ob honorem promissum, perficere promissor eo cogetur, et est constitutum. *L.* 3 *pr. D. de Pollicit.* 50, 12. — *Ulpianus Lib. VI. Disputationum.* Quis se dicit suis numis redemtum, si hoc probaverit, exinde liber erit, ex quo redemtus est, quia constitutio non liberum pronuntiari praecipit, sed restitui ei libertatem iubet. *L.* 67 *D. de Iudiciis* 5, 1. — *Ulpianus Lib. VI. Disputationum.* Plane si quid sit praeterea legatum ipsi servo, Falcidiae locum fore senatus declaravit. Unde Scaevola ait in eo, quod praeterea servo legatum est, ita Falcidiam admittendam, ut inde, et quod pro servo praestandum est, sumatur. *L.* 35 *D. ad Leg. Falcid.* 35, 2. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Constitutionibus observatur, ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur. *L.* 5 *pr. D. de Publicis Iudiciis* 48, 1. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* In capitalibus criminibus a principibus decretum est, non nocere ei, qui adversarium corrupit, sed in his demum, quae poenam mortis continent, nam ignoscendum censuerunt iis, qui sanguinem suum qualiter redemtum voluerunt. *L.* 1 *D. de Bonis eorum* 48, 21. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Quod est rescriptum, in communi causa quotiens alter appellat, alter non, alterius victoriam ei proficere, qui non provocavit, hoc ita demum probandum est, si una eademque causa fuit defensionis. *L.* 10, § 4 *D. de Appellat.* 49, 1. — *Ulpianus Lib. VIII. Disputationum.* Eius, qui delatorem corrupit, ea conditio est, ut pro victo habeatur; nam in fiscalibus causis id constitutum est. *L.* 29 *pr. D. de Iure fisci* 49, 14. — *Ulpianus Lib. de Officio Proconsulis.* (Iusta causa manumissionis est) si matrimonii causa virgo vel mulier manumittatur, exacto prius iureiurando, ut intra sex menses uxorem eam duci oporteat; ita enim senatus censuit. *L.* 13 *D. de Manumiss. vind.* 40, 2. — *Ulpianus Lib. IV. de Officio Proconsulis.* Viae sternendae immunitatem veteranos non habere, Iulio Sossiano veterano rescriptum est ... Sed et naves eorum angariari posse, Aelio Firmo et Antonino Claro veteranis rescriptum est. *L.* 4 *pr. et* § 1 *D. de Veteran.* 49, 18. — *Ulpianus Lib. IV. de Officio Proconsulis.* Impuberes, quamvis necessitas penuriae hominum cogat, ad honores non esse admittendos, rescripto ad Venidium Rufum, legatum Ciliciae, declaratur. *L.* 2, § 1 *D. de Iure immunitatis* 50, 6. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Quaestioni fidem non semper, nec tamen nunquam non habendam, constitutionibus declaratur. *L.* 1, § 23 *D. de Quaestion.* 48, 18. — *Ulpianus Lib. VIII. de Officio Proconsulis.* Quum quis latrones tradidit, quibusdam rescriptis continetur, non debere fidem haberi iis in eos, qui eos tradiderunt; quibusdam vero, quae sunt pleniora, hoc cavetur, ut ne districte non habeatur, ut in ceterorum persona solet, sed causa cognita aestimetur, habenda fides sit nec ne. *L.* 1 *D. cit.*, § 26. — *Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconsulis.* Amplius dicendum est, et si quis Titio mandaverit servum fugitivum apprehendendum, ut, si apprehendisset, eum emtum haberet, cessare senatusconsultum. *L.* 2, § 2 *D. de Lege Fabia* 48, 15. — Hoc autem senatusconsulto domini quoque continentur, qui fugam servorum suorum vendiderunt. *L.* 2 *D. cit.*, § 3. Cf. Cod. Iust. eod. tit. 9, 20, 6. — *Ulpianus Lib. X. de Officio Proconsulis.* Ad tempus relegatis neque tota bona, neque partem adimi debere, rescriptis quibusdam manifestatur; reprehensaeque sunt sententiae eorum, qui ad tempus relegatis ademerunt partem bonorum, vel bona, sic tamen, ut non infirmarentur sententiae, quae ita sunt prolatae. *L.* 7, § 4 *D. de Interdictis* 48, 22. — Quibusdam praesidibus, ut multis pro-

vinciis interdicere possint, indultum est, ut praesidibus Syriarum, sed et Daciarum. *L.* 7, § 14 *D. eod. tit.* — Constitutum, eum, cui patria interdictum est, etiam urbe abstinere debere, contra autem si cui urbe fuerit interdictum, patria sua interdictum non videtur; et ita multis constitutionibus cavetur. *L.* 7 *D. cit.*, § 15. — *Ulpianus Libro Singulari de Officio Curatoris Reipublicae.* Non semper obligari eum, qui pollicitus est, sciendum est: si quidem ob honorem promiserit decretum sibi, vel decernendum, vel ob aliam iustam causam, tenebitur ex pollicitatione: sin vero sine causa promiserit, non erit obligatus; et ita multis constitutionibus et veteribus et novis continetur. *L.* 1, § 1 *D. de Pollicit.* 50, 12. — *Ulpianus Libro Singulari de Officio Praetoris Tutelaris.* Tria onera in domo una esse sufficit; proinde si pater alicuius, vel filius, vel frater, qui est in eiusdem potestate, tria onera sustineat, quae ad periculum patris sui spectent, quia voluntate eius administrant, omnibus excusatio a tutela competit. Sed si non patris voluntate administrent, non prodesse saepe rescriptum est. *L.* 5 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Ulpianus Lib. II. Fideicommissorum.* Si quis illicite aedificasset, id est, hoc, quod dirui constitutiones iubent, an fideicommissum relinquere ex eo quis possit, videamus. Et puto posse: quum enim dirui necesse sit, nulla dubitatio est, quin senatusconsultum impedimento non sit. *L.* 11, § 14 *D. de Legatis III.* — *Ulpianus Lib. V. Fideicommissorum.* Si infans sit inter eos, qui manumittere debent, senatus censuit, quum unius aetas impedierit, ut liberi liberaeque sint hi, quibus libertates ex causa fideicommissi praestari oportet. *L.* 30, § 1 *D. de Fideicomm. lib.* 40, 5. — Quicunque igitur casus inciderit, quo is, qui fari non potest, fideicommissae libertati subiectus est, accommodabimus mentem senatusconsulti, quae etiam ad heredem infantem rogati trahenda est. *L.* 30 *D. cit.*, § 4. — Si quis sine herede vel alio successore decesserit, qui fideicommissam libertatem praestare debebat, adito praetore libertatem praestandam esse, censuit senatus. *L.* 30 *D. cit.*, § 9. — Sed et si suus heres se abstinuerit, libertati fideicommissariae per senatusconsultum subventum est, tametsi non est sine herede, qui suum heredem habet, licet abstinentem se. *L.* 30 *D. cit.*, § 10. (post a. 16 p. C. n.) — *Ulpianus Lib. VI. Fideicommissorum.* Multis constitutionibus cavetur, ut ibi petatur fideicommissum, ubi maior pars hereditatis est, nisi si probetur, eo loco voluisse testatorem fideicommissum praestari, ubi petitur. *L.* 50 *pr. D. de Iudiciis* 5, 1. — Rescriptum est, ut illic fideicommissum petatur, ubi domicilium heres habet. Quoties autem coepit quis fideicommissum solvere, non potest hac praescriptione uti. *L.* 50 *D. cit.*, § 2. — *Ulpianus Lib. I. de Appellationibus.* Si quis in appellatione erraverit, ut puta quum alium appellare deberet, alium appellaverit, videndum, an error ei nihil officit? Et si quidem, quum maiorem iudicem appellare deberet, ita erravit, ut minorem appellet, error ei nocebit; si vero maiorem iudicem provocavit, error ei nihil oberit; et ita multis constitutionibus continetur. *L.* 1, § 3 *D. de Appellat.* 49, 1. — *Ulpianus Lib. IV. de Omnibus Tribunalibus.* Amplius est rescriptum, etsi in sententia non sit summa adiecta, si tamen is, qui petit, summam expresserit, et iudex ait: „solve, quod petitum est", vel: „quantum petitum est", valere sententiam. *L.* 59, § 1 *D. de Re iudic.* 42, 1. — *Ulpianus Lib. IV. de Adulteriis.* Hoc amplius senatusconsulto adiectum est, ut, si plures eundem postulaverint, eius, qui perseveraverit reum reamve facere, postulationis dies prima exigatur, scilicet, ut, qui accusat, suos libellos accusatorios exspectet, non alienos. *L.* 29, § 8 *D. ad L. Iuliam de Adult.* 48, 5. — *Ulpianus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Plane, si filiusfamilias miles esse proponatur, non dubitamus, si castrensis peculii ancillam manumiserit, competere ei hoc ius; est enim patronus secundum constitutiones, nec patri eius hoc ius competit. *L.* 45, § 3 *D. de Ritu nupt.* 23, 2. — *Ulpianus Lib. IX. ad Sabinum.* Est et illud commodum (in dote relegata), quod ob res donatas hodie post senatusconsultum nulla fit exactio, si modo voluntatem non mutavit testator. *L.* 1, § 3 *D. de Dote praeleg.* 33, 4. — *Ulpianus Lib. X. ad Sabinum.* Omnes, quorum testamenta irrita damnatione fieri diximus, si provocaverint, capite non minuuntur: atque ideo neque testamenta, quae antea fecerunt, irrita fient, et tunc testari poterunt: hoc enim saepissime est constitutum. *L.* 6, § 8 *D. de Iniusto* 28, 3. — *Ulpianus Lib. XV. ad Sabinum.* Plane fructus in quartam imputantur, ut est et rescriptum. *L.* 18, § 1 *D. ad Senatuscons. Trebell.* 36, 1. — *Ulpianus Lib. XVI. ad Sabinum.* Nec novum, ut, quod alius solverit, alius repetat. Nam et quum minor vigintiquinque annis inconsulte adita hereditate solutis legatis in integrum restituitur, non ipsi repetitionem competere, sed ei, ad quem bona pertinent, Arrio Titiano rescriptum est. *L.* 5 *D. de Cond. ind.* 12, 6. — *Ulpianus Lib. XVIII. ad Sabinum.* Si vasorum ipsorum ususfructus relictus sit, non erit cautio senatusconsulti necessaria, sed illa sola, boni viri arbitratu usurum fructurum. *L.* 12 *D. Usufruct. q. cav.* 7, 9. — *Ulpianus Lib. XXIV. ad Sabinum.* Quod constitutum est, vetitum in testamento ad libertatem perduci, non posse manumitti, hoc ad eos pertinere puto, qui testatoris fuerunt, vel heredis; servo enim alieno id irrogari non poterit. *L.* 9, § 1 *D. de Manum. test.* 40, 4. — *Ulpianus Lib. I. ad Edictum Aedilium.* Si quis talis sit servus, qui omnino manumitti non possit ex constitutionibus, vel si sub poena vinculorum distractus sit a domino, vel ab aliqua potestate damnatus, vel si exportandus, aequissimum erit, hoc etiam praedici. *L.* 17, § 19 *D. de Aedil. ed.* 21, 1. — *Ulpianus Lib. VI. ad Edictum.* Senatusconsulto etiam apud iudices pedaneos postulare prohibetur calumniae publico iudicio damnatus. Et qui operas suas, ut cum bestiis depugnaret, locaverit. *L.* 1, § 6 *D. de Postul.* 3, 1. — *Ulpianus Lib. X. ad Edictum.* Est constitutum, turpia lucra heredibus quoque extorqueri, licet crimina exstinguantur. *L.* 5 *pr. D. de Calumn.* 3, 6. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Quod turpiter vel scelere quaesitum est, ut est et rescriptum, ad compendium heredis non debet pertinere. *L.* 16, § 2 *D. Quod metus causa* 4, 2. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Si quis cum minore contraxerit, et contractus inciderit in tempus, quo maior efficitur, utrum initium spectamus an finem? Et placet, ut est et constitutum, si quis maior factus comprobaverit, quod minor gesserat, restitutionem cessare. *L.* 3, § 1 *D. de Minor.* 4, 4. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Restitutus autem, quum se hereditati misceat, vel eam adeat, quam repudiavit, rursus restitui poterit, ut se abstineat; et hoc et rescriptum, et responsum est. *L.* 7, § 9 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Plane si minor annis cum filiofamilias maiore contraxerit, et Iulianus libro IV. Digestorum, et Marcellus libro II. Digestorum scribit, posse in integrum restitui, ut magis aetatis ratio, quam senatusconsulti habeatur. *L.* 11, § 7 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Si quis in pignore pro auro aes subiecisset creditori, qualiter teneatur, quaesitum est … et extra ordinem stellionatus nomine plectetur, ut est saepissime rescriptum. *L.* 36 *pr. D. de Pign. act.* 13, 7. — *Ulpianus Lib. XI. ad Edictum.* Est in Semestribus Vibiis Soteri et Victorino rescriptum, non esse necesse pupillis in integrum restitui ex avito contractu, quorum pater constituerat non agnoscere hereditatem, neque quicquam amoverat, vel pro herede gesserat. *L.* 12 *D. de Acquir. her.* 29, 2. — Si fisci servus sit, iussu procuratoris Caesaris adibit hereditatem, ut est saepe rescriptum. *L.* 25, § 2 *D. de Acquir. her.* 29, 2. — *Ulpianus Lib. XII. ad Edictum.* In integrum restituam, quod eius per leges, plebisscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum licebit. *L.* 1, § 1; *l.* 28, § 2 *D. Ex quib. caus. ann. maior. viginti quinque* 4, 6. — *Ulpianus Lib. XII. ad Edictum.* Ut puta legatione quis pro civitate functus est, aequissimum est, eum restitui, licet reipublicae causa non absit; et saepissime constitutum est, adiuvari eum debere, sive habuit procuratorem, sive non. Item puto, et si testimonii causa sit evocatus ex qualibet provincia vel in urbem, vel ad principem; nam et hic saepissime est rescriptum subveniri. *L.* 26, § *ult. D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Si quis instituta accusatione inofficiosi decesserit, an ad heredem suum querelam

transferat? Papinianus respondit, quod et quibusdam rescriptis significatur, si post agnitam bonorum possessionem decesserit, esse successionem accusationis. *L.* 6, § 2 *D. de Inoff. test.* 5, 2. — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Si imperator sit heres institutus, posse inofficiosum dici testamentum, saepissime rescriptum est. *L.* 8, § 2 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XIV. ad Edictum.* Si quis libertatem ex testamento sibi competiisse dicat, non debebit iudex de libertate sententiam dicere, ne praeiudicium de testamento cognituro faciat; et ita senatus censuit. *L.* 7 *pr. D. de Hered. petit.* 5, 3. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Liberti autem nec sepeliri, nec alios inferre poterunt, nisi heredes exstiterint patrono, quamvis quidam inscripserint, monumentum sibi libertisque suis fecisse; et ita Papinianus respondit et saepissime idem constitutum est. *L.* 6 *pr. D. de Religiosis* 11, 7. — *Ulpianus Lib. XXV. ad Edictum.* Senatusconsulto cavetur, ne usus sepulcrorum permutationibus polluatur. *L.* 12, § 1 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum.* Iulianus libro XII. in eo, qui vectigalia conducta habebat, scribit, et est saepe constitutum, cessare senatusconsultum. *L.* 3, § 1 *D. de Senatuscons. Maced.* 14, 6. — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Sententiam Iuliani verissimam esse arbitror in pignoribus; nam si iure creditoris vendiderit, deinde haec fuerint evicta, non tenetur nec ad pretium restituendum ex emto actione creditor; hoc enim multis constitutionibus effectum est. *L.* 11, § 16 *D. de Action. emt.* 19, 1. — *Ulpianus Lib. XXXII. ad Edictum.* Ibidem (libro III. Responsorum) Papinianus respondisse se refert, si convenerit, ut ad diem pretio non soluto venditori duplum praestaretur, in fraudem constitutionum videri adiectum, quod usuram legitimam excedit, diversamque causam commissoriae esse ait, quum ea specie, inquit, non foenus illicitum contrahatur, sed lex contractui non improbata dicatur. *L.* 13, § 26 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Si tutor pupillum suum puberem factum non admonuerit, ut sibi curatores peteret (sacris enim constitutionibus hoc facere iubetur, qui tutelam administravit), an tutelae iudicio teneatur? *L.* 5, § 5 *D. de Administr. et peric. tut.* 26, 7. — *Ulpianus Lib. XXXV. ad Edictum.* Si tutor pro contutore condemnetur, an etiam in usuras condemnandus sit, quaeritur. Et placet, ut multis rescriptis continetur et Papinianus lib. XII. Quaestionum ait, etiam in usuras eum condemnandum, si suspectum facere supersedit. *L.* 7, § 14 *D. eod. tit.* — *Ulpianus Lib.* * *XXXVI. ad Edictum.* Contra senatusconsulti Macedoniani exceptionem de dolo dandam replicationem, ambigendum non esse, eamque nocere debere, etiam constitutionibus et sententiis auctorum cavetur. *L.* 4, § 14 *D. de Doli mali exc.* 44, 4. — *Ulpianus Lib. XL. ad Edictum.* Nec castrense, nec quasi castrense peculium fratribus confertur; hoc enim praecipuum esse oportere, multis constitutionibus continetur. *L.* 1, § 15 *D. de Collatione* 37, 6. — *Ulpianus Lib. XLV. ad Edictum.* Rescripta principum ostendunt, omnes omnino, qui eius sunt gradus, ut iure militari testari non possint, si in hostico deprehendantur et illic decedant, quomodo velint, et quomodo possint, testari, sive praeses sit provinciae, sive quis alius, qui iure militari testari non potest. *L.* 44 *D. de Testam. milit.* 29, 1. — *Ulpianus Lib. XLVIII. ad Edictum.* Ubicunque lex vel senatus vel constitutio capere hereditatem prohibet, et bonorum possessio cessat. *L.* 12, § 1 *D. de Bon. poss.* 37, 1. — *Ulpianus Lib. XLIX. ad Edictum.* Qua ratione senatus censuit, ut restitui eis (municipibus) ex Trebelliano hereditas possit, et qua ratione alio senatusconsulto, heredibus iis institutis a liberto, acquirere hereditatem permissum est, ita bonorum quoque possessionem petere dicendum est. *L.* 1 *D. de Libertis univers.* 38, 3. — *Ulpianus Lib. LV. ad Edictum.* Si plures sibi dominium servi vindicant, dicentes esse communem, ad eundem iudicem mittendi erunt, et ita senatus censuit. Ceterum si unusquisque suum esse in solidum, non in partem dicat, cessat senatusconsultum. *L.* 8, § 1 *D. de Liber. caus.* 40, 12. — *Ulpianus Lib. LVI. ad Edictum.* Item alio senatusconsulto cavetur, eos, quorum fraude aut consilio naufragi suppressi per vim fuissent, ne navi vel ibi periclitantibus opitulentur, legis Corneliae, quae de sicariis lata est, poenis afficiendos, eos autem, qui quid ex miserrima naufragiorum fortuna rapuissent, lucrative fuissent dolo malo, in quantum edicto praetoris actio daretur, tantum et fisco dare debere. *L.* 3, § 8 *D. de Incendio* 47, 9. — *Ulpianus Lib. LVI. ad Edictum.* Eadem poena ex senatusconsulto tenetur etiam is, qui ἐπιγράμματα (inscriptiones) aliudve quid sine scriptura in notam aliquorum produxerit; item qui emendum vendendumve curaverit. *L.* 5, § 10 *D. de Iniuriis* 47, 10. — *Ulpianus Lib. LXXVII. ad Edictum.* Si quis astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat, iniuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eos tenent. *L.* 15, § 13 *D. de Iniuriis* 47, 10. — *Paulus Lib. IV. Quaestionum.* Ex facto quaeritur, qui tutelam, quasi liber, administrabat, servus pronuntiatus est, an, si conveniatur eius dominus a pupillo, cuius quidem potiorem causam, quam creditorum ceterorum servi habendam rescriptum est, an vel id deducatur ex peculio, quod domino debetur; et, si putaveris posse deduci, an intersit, utrum, quum adhuc in libertate ageret, domini debitor factus est, an postea, et an de peculio impuberi competat? Respondi, nullum privilegium praeponi patri vel domino potest, quum ex persona filii vel servi de peculio conveniuntur; plane in ceteris creditoribus habenda est ratio privilegiorum. Quid enim, si filius dotem accepit, tutelam administravit? Merito igitur et in servo, qui pro tutore egit, id rescriptum est; et quia occupantis melior solet esse conditio, quam ceterorum, inhibebitur actio. *L.* 52 *pr. D. de Peculio* 15, 1. — *Paulus Lib. V. Quaestionum.* Titius, quum decederet, Seiae Stichum, Pamphilum, Arescusam per fideicommissum reliquit, eiusque fidei commisit, ut omnes ad libertatem post annum perduceret; quum legataria fideicommissum ad se pertinere noluisset, nec tamen heredem a sua petitione liberasset, heres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla commemoratione fideicommissae libertatis facta; emtor, quum pluribus annis mancipia suprascripta sibi servissent, Arescusam manumisit … Arescusa quoque nolle se emtorem patronum habere, responderat: quum emtor pretium a venditore emti iudicio, Arescusae … nomine repeteret, lectum est responsum Domitii Ulpiani, quo continebatur, Arescusam pertinere ad rescriptum sacrarum constitutionum, si nollet emtorem patronum habere. *L.* 43 *D. de Action. emt.* 19, 1. — *Paulus Lib. V. Quaestionum.* Latinus Largus vendidit ancillam ita, ut manumitteretur, non addito tempore. Quaero, quando ex constitutione incipit ei libertas competere, cessante emtore in manumittendo? Respondi: inspiciendum est, quid actum sit, utrum, quum primum potuisset, ut manumitteret, an ut in potestate esset emtoris, quando vellet manumittere. Priore casu facile tempus deprehendi poterit, posteriore, utique moriente emtore competit libertas. Si non appareat, quid convenerit, favor priorem inducet opinionem, id est, ut intra duos menses, si ambo praesto sunt, tam servus, quam emtor eius; servo enim absente, nisi emtor intra quatuor menses imposuerit libertatem, ex constitutionibus ad libertatem eripitur. *L.* 9 *D. Qui sine manumiss.* 40, 8. — **Paulus Lib. Sexto Quaestionum Sub Rubrica (de) Legitimis Tutelis.* Apollinaris Paulo. Duo sunt Titi, pater et filius: datus est tutor Titius, nec apparet, de quo sensit testator; quaero, quid sit iuris? R. Is datus est, quem dare se testator sensit; si id non apparet, non ius deficit, sed probatio, ergo neuter est tutor. Hoc rescriptum est in Sticho manumisso. *Vat. Fr.* 227. Vid. p. 144. — *Paulus Lib. VI. ad Sabinum.* Iudex communi dividundo, item familiae erciscundae de servo, qui in fuga est, iubere debet, liceri eos, inter quos iudex est, et tunc eum adiudicare, penes quem licitatio remansit; nec erit periculum, ne ex senatusconsulto poena legis Faviae committatur. *L.* 19, § 3 *D. Comm. divid.* 10, 3. — *Paulus Lib. VIII. ad Sabinum.* Complura senatusconsulta facta sunt, ut in locum furiosi et muti et surdi tutoris alii tutores dentur. *L.* 17 *D. de Tutelis* 26, 1. — *Paulus Lib. V. Responsorum.* Quaero, an fideiussor conductionis etiam in usuras non illatarum pensionum nomine teneatur, nec prosint ei constitutiones, quibus

cavetur, eos, qui pro aliis pecuniam exsolvunt, sortis solummodo damnum agnoscere oportere? *L.* 54 *pr. D. Locati* 19, 2.— *Paulus Lib. VI. Responsorum.* Eum, qui in locum emtoris successit, iisdem defensionibus uti posse, quibus venditor eius uti potuisset, sed et longae possessionis praescriptione, si utriusque possessio impleat tempora constitutionibus statuta. *L.* 76, § 1 *D. de Contrah. emt.* 18, 1. — *Paulus Lib. IX. Responsorum.* Constitutionibus subventum est ignorantiae heredum (tutoris). *L.* 8, § 1 *D. de Fideiussor. tut.* 27, 7. — *Paulus Lib. XI. ad Edictum.* Tutelas etiam non amittit capitis minutio, exceptis his, quae in iure alieno personis positis deferuntur. Igitur testamento dati vel ex lege, vel ex senatusconsulto erunt nihilominus tutores. *L.* 7 *pr. D. de Capite min.* 4, 5. — *Paulus Lib. XVII. ad Edictum.* Iudicem dare possunt, quibus hoc lege, vel constitutione, vel senatusconsulto conceditur. *L.* 12, § 1 *D. de Iudiciis* 5, 1. — *Paulus Lib. XIX. ad Edictum.* Si res talis sit, ut eam lex aut constitutio alienari prohibeat, eo casu Publiciana non competit. *L.* 12, § 4 *D. de Publ. in rem act.* 6, 2. — *Paulus Lib. XIX. ad Edictum.* Senatusconsultum vetuit in pecuniam ludere, praeterquam si quis certet hasta, vel pilo iaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugnando, quod virtutis causa fiat. *L.* 2, § 1 *D. de Aleatoribus* 11, 5. — *Paulus Lib. XXIII. ad Edictum.* Si miles alium castrensium, alium ceterorum bonorum heredem fecerit, non est locus familiae herciscundae iudicio; divisum est enim per constitutiones inter eos patrimonium. *L.* 25, § 1 *D. Famil. herc.* 10, 2. — *Paulus Lib. LII. ad Edictum.* In omnibus vectigalibus fere consuetudo spectari solet, idque etiam principalibus constitutionibus cavetur. *L.* 4, § 2 *D. de Publicanis* 39, 4. — *Paulus Lib. LV. ad Edictum.* Quod senatusconsultum necessarium est, quum nomen adiectum non est eius, in quem factum est; tunc ei, quia difficilis probatio est, voluit senatus publica quaestione rem vindicari. *L.* 6 *D. de Iniuriis* 47, 10. — Contra decretum amplissimi ordinis fugitivum in fuga constitutum nec emere nec vendere permissum est, irrogata poena in utrumque sestertiorum D millium. *Paul. Sent.* 1, 6ª, 2. — Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit, et ideo, quamvis sit rescriptis variatum, tamen a praesentibus intra triduum vel quinque dies aperiendae sunt tabulae; ab absentibus quoque intra eos dies, quum supervenerint. *Paul. Sent.* 4, 6, 3, cf. p. 28.—*Paulus Lib. IV. Sententiarum.* Columnis aedium vel tignis per fideicommissum relictis, ea tantummodo amplissimus ordo praestari voluit, nulla aestimationis facta mentione, quae sine domus iniuria auferri possunt. *L.* 21, § 2 *D. de Legatis III.* — *Paulus Lib. Singulari de Iure Patronatus.* In bonis superstitum libertorum nullum omnino ius patroni liberive patronorum habent, nisi si tam esse se infirmos tamque pauperes praesidibus probaverint, ut merito menstruis alimentis a libertis suis adiuvari debeant. Idque ius ita plurimis principum constitutionibus manifestatur. *L.* 9 *D. de Agnoscendis et alend. lib.* 25, 3. — *Paulus Lib. Singulari de Iuris et Facti Ignorantia.* Si filiusfamilias miles a commilitone heres institutus nesciat sibi etiam sine patre licere adire, per constitutiones principales ius ignorare potest. *L.* 9, § 1 *D. de Iuris et facti ign.* 22, 6. — *Paulus Lib. Singulari de Iudiciis Publicis.* Senatus iussit, lege peculatus teneri eos, qui iniussu eius, qui ei rei praeerit, tabularum publicarum inspiciendarum describendarumque potestatem fecerint. *L.* 9, § 5 *D. ad L. Iul. peculat.* 48, 13. — *Paulus Lib. III. de Adulteriis.* Si accusator decesserit, aliave quae causa eum impedierit, quominus accusare possit, et si quid simile nomen rei aboletur, postulante reo, idque et lege Iulia de vi, et senatusconsulto cautum est, ita ut liceat alii ex integro repetere reum: sed intra quod tempus, videbimus, et utique triginta dies utiles observandi sunt. *L.* 3, § 4 *D. de Accusat.* 48, 10. — *Paulus Lib. III. ad Legem Iuliam et Papiam.* Hi, qui in provincia sua ultra tempus a constitutionibus concessum assident, publica causa abesse non intelliguntur. *L.* 37 *D. Ex quib. caus.* 4, 6. — *Paulus Lib. V. ad Legem Iuliam et Papiam.* Illud quaeri potest, an idem servandum sit, quod senatus censuit, etiamsi in aliam personam captionem direxerit, veluti si ita scripserit: Titius, si Maevium tabulis testamenti sui heredem a se scriptum ostenderit probaveritque, heres esto. Quod in sententiam senatusconsulti incidere non dubium est. *L.* 71, § 1 *D. de Hered. instit.* 28, 5.— *Paulus Lib. III. Fideicommissorum.* Si servus tibi legatus sit, eumque rogatus sis manumittere, nec praeterea capias, unde quartam, quae per Falcidiam retinetur, recipere possis, senatus censuit, cessare Falcidiam. *L.* 33 *D. ad L. Falcidiam* 35, 2. — *Paulus Lib. III. Decretorum.* Constitutionibus, quibus ostenditur, heredes poena non teneri, placuit, si vivus conventus fuerat, etiam poenae persecutionem transmissam videri, quasi lite contestata cum mortuo. *L.* 33 *D. de Oblig. et act.* 44, 7. — *Paulus Lib. VI. Regularum.* De bonis eorum, qui ex servitute aut libertinitate in ingenuitatem vindicati sunt, senatusconsultum factum est, quo cavetur, de his quidem, qui ex servitute defensi essent, ut id duntaxat ferrent, quod in domo cuiusque intulissent; in eorum autem bonis, qui post manumissionem repetere originem suam voluissent, hoc amplius, ut, quod post manumissionem quoque acquisiissent, non ex re manumissoris, secum ferant, cetera bona relinquerent illi, ex cuius familia exiissent. *L.* 32 *D. de Lib. causa* 40, 12. — * *Tertullianus Lib. Singulari de Castrensi Peculio.* Si paterfamilias militiae tempore vel post missionem, arrogandum se praebuerit, videndum erit, ne huic quoque permissa intelligatur earum rerum administratio, quas ante arrogationem in castris acquisierit, quamvis constitutiones principales de his loquantur, qui ab initio, quum essent filiifamilias, militaverint. *L.* 4, § 2 *D. de Castrensi peculio* 49, 17. — *Callistratus Lib. II. de Iure Fisci.* Ex quibusdam causis delationes suscipientium fama non laeditur, veluti eorum, qui non praemii consequendi, item eorum, qui ulciscendi gratia adversarium suum deferunt, vel quod nomine reipublicae suae quis exsequitur causas: et haec ita observari, plurifariam principalibus constitutionibus praecipitur. *L.* 2 *pr. D. de Iure fisci* 49, 14. — Senatus censuit, ut, si neque delator, neque possessor, tribus edictis evocati adfuerunt, delatoris quidem fideiussores teneantur, et ei postea publicam causam deferendi ius adimatur; possessoris autem ius idem esset, quod si delatus omnino non esset. *L.* 2 *D. cit.*, § 3. — Complura sunt rescripta principalia, quibus cavetur, non obesse errorem cuiquam, quod ignotus iuris sui ipse se detulerit. Sed exstat eorundem principum rescriptum, ex quo videtur posse defendi, ita demum non nocere cuiquam se detulisse, si ex persona sit, quae ignorare propter rusticitatem vel propter sexum femininum ius suum possit. *L.* 2 *D. cit.*, § 7. — *Callistratus Lib. III. de Iure Fisci.* Quum quinquennium, in quo quis pro publico conductore se obligavit, excessit, sequentis temporis nomine non tenetur; idque principalibus rescriptis exprimitur. *L.* 3, § 6 *D. eod. tit.* — Multa principalia sunt rescripta, quibus cavetur, non aliter fiscum debitorum suorum debitores convenire, nisi principales debitores defecerint, vel ex ratione fisci nomina facta liquido probentur, vel ex contractu fiscali debitores conveniantur. *L.* 3 *D. cit.*, § 8. — *Callistratus Lib. II. Edicti Monitorii.* Hoc edictum, quod ad eos pertinet, qui ei continentur, minus in usu frequentatur; huiusmodi enim personis extra ordinem ius dicitur ex senatusconsultis et principalibus constitutionibus. *L.* 2 *pr. D. Ex quib. caus.* 4, 6. — *Callistratus Lib. I. Quaestionum.* Constitutionibus principalibus cavetur, ut, si testator specialiter subscriptione sua declaraverit, dictasse servo alicuius, ut domino eius legatum ab heredibus suis daretur, id valere, nec generalem subscriptionem testatoris valere adversus senatusconsulti auctoritatem. *L.* 15, § 1 *D. ad L. Cornel. de Falsis* 48, 10. — *Callistratus Lib. I. de Cognitionibus.* Immunitati, quae naviculariis praestatur, certa forma data est; quam immunitatem ipsi duntaxat habent, non etiam liberis aut libertis eorum praestatur; idque principalibus constitutionibus declaratur. *L.* 5, § 4 *D. de Iure immun.* 50, 6. — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Principalibus constitutionibus declaratur, sumtuum, qui bona fide in tutelam, non qui in ipsos tutores fiunt, ratio haberi solet, nisi ab eo, qui eum dat, certum solatium ei constitutum est. *L.* 33, § 3 *D. de Admin*

tut. 26, 7. — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Si priorum pupillorum actas prope pubertatem sit, ita ut tantummodo semestre tempus reliquum fuerit, aut eorum, quorum suscipere tutelam cogitur, non dabitur excusatio, idque principalibus constitutionibus cavetur. *L.* 17 *pr. D. de Excus.* 27, 1. — *Callistratus Lib. IV. de Cognitionibus.* Quum non iusto contradictore quis ingenuus pronuntiatus est, perinde inefficax est decretum, atque si nulla iudicata res intervenisset; idque principalibus constitutionibus cavetur. *L.* 3 *D. de Collus. deteg.* 40, 16. — *Callistratus Lib. VI. de Cognitionibus.* Non omnes fustibus caedi solent, sed hi duntaxat, qui liberi sunt, et quidem tenuiores homines, honestiores vero fustibus non subiiciuntur; idque principalibus rescriptis specialiter exprimitur. *L.* 28, § 2 *D. de Poenis* 48, 19. — Est inconstans dicere, eum, quem principales constitutiones fustibus subiici prohibuerunt, in metallum dari posse. *L.* 28 *D. cit.*, § 5. — Ne ad statuas vel imagines quis confugiat, senatus censuit. *L.* 28 *D. cit.*, § 7. — *Marcianus Lib. IV. Regularum.* Si quis rogatus ancillam manumittere, moram fecerit, si interea enixa fuerit, constitutum est, huiusmodi partum liberum nasci, et quidem ingenuum; sed sunt constitutiones, quibus cavetur, statim ex quo libertas deberi coeperit, ingenuum nasci. *L.* 53 *pr. D. de Fideicomm. lib.* 40, 5. — *Marcianus Lib. I. de Iudiciis Publicis.* Infames licet non prohibeantur legibus assidere, attamen arbitror, ut aliquo quoque decreto principali refertur constitutum, non posse officio assessoris fungi. *L.* 2 *D. de Off. assessor.* 1, 22. — *Marcianus Lib. II. Publicorum.* An ad eos, qui hodie de iudiciis publicis extra ordinem cognoscunt, senatusconsultum pertineat, quaeritur. Sed iam hoc iure ex sacris constitutionibus utimur, ut pertineat. *L.* 15, § 1 *D. ad Senatuscons. Turpill.* 48, 16. — *Marcianus Lib. II. Publicorum.* Reus delatus etiam ante sententiam honores petere, principalibus constitutionibus prohibetur. *L.* 7 *pr. D. de Muneribus* 50, 4. — *Marcianus Lib. VIII. Institutionum.* Ut quis heredem instituat aliquem, rogari non potest; plane senatus censuit, perinde habendum, atque si rogasset hereditatem restitui. *L.* 114, § 6 *D. de Legatis I.* — Aedes destruendae neque legari neque per fideicommissum relinqui possunt: et ita senatus censuit. *L.* 114 *D. cit.*, § 9. — *Marcianus Lib. XIII. Institutionum.* In fraudem civitatum manumissi ad libertatem non veniunt, ut senatus censuit. *L.* 11 *pr. D. Qui et a quibus* 40, 9. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Constitutionibus principalibus cavetur, ea, quae infamandi alterius causa in monumenta publica posita sunt, tolli de medio. *L.* 37 *pr. D. de Iniuriis* 47, 10. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* De vi privata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur et cautum est, ne senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat, neve iudex sit; et videlicet omni honore, quasi infamis, ex senatusconsulto carebit. *L.* 1 *pr. D. ad Legem Iuliam de Vi priv.* 48, 7. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Ex senatusconsulto relegari iussa est ea, quae non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quae acceperat, decesserit. *L.* 3, § 2 *D. ad L. Corn. de Sic.* 48, 8. — Alio senatusconsulto effectum est, ut pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas aut buprestim, mandragoram et id, quod lustramenti causa, dederint cantharidas, poena teneantur huius legis. *L.* 3 *D. cit.*, § 3. — Item is, cuius familia sciente eo adipiscendae, recuperandae possessionis causa arma sumserit; item qui auctor seditionis fuerit et qui naufragium suppresserit, et qui falsa indicia confessus fuerit, confitendave curaverit, quo quis innocens circumveniretur, et qui hominem libidinis vel promercii causa castraverit, senatusconsulto poena legis Corneliae punitur. *L.* 3 *D. cit.*, § 4. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Si iudex constitutiones principum neglexerit, punitur. *L.* 1, § 3 *D. de Lege Cornelia de Falsis* 48, 10. — *Marcianus Lib. XIV. Institutionum.* Constitutionibus cavetur, ut sacrilegi extra ordinem digna poena puniantur. *L.* 4, § 2 *D. ad L. Iuliam peculatus* 48, 13. — *Marcianus Lib. Singulari de Delatoribus.* Constitutionibus principum prohibentur deferre illi, qui in metallum dati sunt … Sed eas causas, quas ante damnationem coeperunt deferre, posse eos etiam post damnationem exsequi, rescriptum est. Veterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur propter honorem utique et merita militiae. *L.* 18, § 3—5 *D. de Iure fisci* 49, 14. — Ne quidem is, qui aliquam vendidit rem, eandem deferre debet vel per se vel per subiectam personam, ne alioquin poenam patiatur dignam suae personae, ut et constitutum esse refertur. *L.* 18 *D. cit.*, § 9. — Placet omnimodo ei pecuniam (publicam) auferendam esse, etiamsi ignoravit, quum consumeret; et postea quidam principes directam actionem competere ablata pecunia rescripserunt. *L.* 18 *D. cit.*, § 10. — *Macer Lib. I. de Officio Praesidis.* Senatusconsulto cavetur, ut de his, quae provincias regentes comites aut libertini eorum, antequam in provinciam venerint, contraxerunt, parcissime ius dicatur, ita ut actiones, quae ob eam causam institutae non essent, posteaquam quis eorum ea provincia excesserit, restituantur. Si quid tamen invito accidit, veluti si iniuriam aut furtum passus est, hactenus ei ius dicendum est, ut litem contestetur, resque ablata exhibeatur et deponatur, aut sisti exhiberive satisdato promittatur. *L.* 16 *D. de Off. praes.* 1, 18. — *Macer Lib. II. de Officio Praesidis.* Solent praesides provinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur et desiderare, ut cum prosecutoribus ad se remittantur, et id quoque quibusdam rescriptis declaratur. *L.* 7 *D. de Custod. reor.* 48, 3. — *Macer Lib. II. de Officio Praesidis.* Publico sumtu opus novum sine principis auctoritate fieri non licere, constitutionibus declaratur. *L.* 3, § 1 *D. de Operibus publicis* 50, 10. — *Macer Lib. I. Publicorum Iudiciorum.* Concussionis iudicium publicum non est; sed si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest iudicium publicum esse ex senatusconsultis, quibus poena legis Corneliae teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint quive ob accusandum vel non accusandum, denuntiandum vel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperit. *L.* 2 *D. de Concuss.* 47, 13. — *Macer Lib. II. Publicorum.* Senatusconsultum, quod factum est de his, qui Romam transmissi ante sententiam decessissent, cuius verba haec sunt: „Quum damnatus nemo videri possit in hunc annum, antequam de eo forte iudicium Romae redditum et pronuntiatum esset, neque cuiusquam mortui bona, antequam de eo Romae pronuntiatum sit, publicata sunt, eaque bona heredes possidere debent.“ *L.* 2, § 1 *D. de Bonis eorum* 48, 21. — *Macer Lib. I. de Appellationibus.* Eius, qui ideo causam agere frustratur, quod dicit se libellum principi dedisse et sacrum rescriptum exspectare, audiri desiderium prohibetur; et si ob eam causam provocaverit, appellatio eius recipi sacris constitutionibus vetatur. *L.* 4 *D. de Appellat. recip.* 49, 5. — *Macer Lib. I. de Appellationibus.* Si auctor appellaverit, deinde in causae defensione suspectus visus sit, perinde defensio causae emtori committenda est, atque si ipse appellasset. Idque ita constitutum est in persona creditoris, quum debitor victus appellasset, nec ex fide causam defenderet. Quae constitutio ita accipienda est, si interveniente creditore debitor de pignore victus provocaverit: nam absenti creditori nullum praeiudicium debitor facit; idque statutum est. *L.* 4 *D. cit.*, § 3, 4. — *Macer Lib. II. Militarium.* Ius testandi de castrensi peculio, quod filiisfamilias militantibus concessum est, ad eos, qui ignominiae causa missi sunt, non pertinet. *L.* 26 *D. de Test. mil.* 29, 1. — *Modestinus Lib. I. Excusationum.* *Οὐκ ἔξεστιν κουρατορεύειν μνηστῆρα μνηστῆς, ὡς ἡ σύγκλητος λέγει· χειροτονηθεὶς δὲ ὁ τοιοῦτος ἀπολυθήσεται.* Non potest curator esse sponsae sponsus, ut senatus dicit: creatus autem talis, absolvetur. *L.* 1, § 5 *D. de Excusat.* 27, 1. — *Modestinus Lib. II. Excusationum.* *Οὐ μόνον δὲ υἱοὶ ἄφεσιν ἐπιτροπῆς διδόασιν καὶ θυγατέρες, ἀλλὰ καὶ ἔγγονοι ἐξ υἱῶν ἀῤῥένων τεχθέντες, ἄῤῥενές τε καὶ θήλειαι. Βοηθοῦσιν δὲ τότε, ὁπόταν τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἀποθανόντος, τὸν ἐκείνου τόπον πληρώσουσιν τῷ πάππῳ. Ὅσοι δ᾽ ἂν ὦσιν ἔγγονοι ἐξ ἑνὸς υἱοῦ, ἀντὶ ἑνὸς τέκνου ἀριθμοῦνται. Ταῦτα δὲ καὶ ἐκ διατάξεων, αἳ περὶ τῶν τέκνων διαλέγονται, ἔστιν συναγαγεῖν· οὐδαμοῦ γὰρ ἐστὶν ῥαδίως εὑρεῖν, ὅτι περὶ υἱῶν διαλέγεται διάταξις, ἀλλὰ περὶ*

τέκνων· ἡ δὲ προσηγορία αὕτη καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. Non solum autem filii remissionem tutelae tribuunt et filiae, sed etiam nepotes ex filiis masculis nati, masculi et feminae. Auxiliantur autem tum, quando patre eorum mortuo illius locum supplent avo. Quotcunque autem nepotes fuerint ex uno filio, pro uno filio numerantur. Haec autem ex constitutionibus, quae de liberis loquuntur, possunt colligi; nusquam enim facile est invenire, ubi de filiis loquatur constitutio, sed de liberis: appellatio autem haec et ad nepotes extenditur. *L.* 2, § 7 *D. eod. tit.* — *Modestinus Lib. VI. Excusationum.* Ulpianus libro singulari de Excusationibus ita scribit: Si quis inter tres tutelas emancipati filii sui tutelam administret, an ei haec in numerum procedit, scio dubitatum; invenio tamen rescriptum, emancipatae filiae tutelam numerari inter onera oportere. *L.* 15, § 16 *D. eod. tit.* Cf. Vat. Fr. 189. — *Modestinus Lib. VI. Excusationum.* Si dixerit (qui non est paterfamilias): „precor te curam habere rerum", aut in codicillis non confirmatis dederit tutorem aut curatorem, tunc quod deficit, repleri a consulari potestate constitutiones concesserunt, et secundum mentem confirmari tutores. *L.* 1, § 1 *D. de Confirm. tut.* 26, 3. — *Modestinus Lib. IX. Pandectarum.* Si quis ob honorem vel sacerdotium pecuniam promiserit, et antequam honorem vel magistratum ineat, decedet, non oportere heredes eius conveniri in pecuniam, quam is ob honorem vel magistratum promiserat, principalibus constitutionibus cavetur. *L.* 11 *D. de Pollicit.* 50, 12. — *Modestinus Lib. X. Pandectarum.* Principalibus constitutionibus cavetur, ne hi, qui provinciam regunt, quive circa eos sunt, negotientur, mutuamve pecuniam dent, foenusve exerceant. *L.* 33 *D. de Reb. cred.* 12, 1. — *Modestinus Lib. XII. Pandectarum.* Ex senatusconsulto eius legis poena damnari iubetur, qui mala sacrificia fecerit, habuerit. *L.* 13 *D. ad L. Cornel. de Sicar.* 48, 8. — *Modestinus Lib. XII. Pandectarum.* Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus poena eius sublevanda erit: sic etiam constitutum est, non eo modo puniendos eos, qui longo tempore in reatu agunt, quam eos, qui in recenti sententiam excipiunt. *L.* 25 *pr. D. de Poenis* 48, 19. — *Modestinus Lib. XIII. Responsorum.* Quum et principalibus constitutionibus manifeste cavetur, etsi res iudicata esset ex falsis instrumentis, si postea falsa inveniantur, nec rei iudicatae praescriptionem opponi. *L.* 11 *D. de Except., Praescr. et Praeiud.* 44, 1. — *Modestinus Lib. II. de Poenis.* Quod si in municipio contra hanc legem (Iuliam ambitus) magistratum aut sacerdotium quis petierit, per senatusconsultum centum aureis cum infamia punitur ... Item is, qui novum vectigal instituerit, ex senatusconsulto hac poena plectitur. *L.* 1, § 1, 3 *D. de Lege Iulia Ambitus* 48, 14. — *Item.* Sic autem interpretantur prudentes has constitutiones, ut unum libertum procuratorem in quaqua domo senatoris voluerint vacare, non quotquot erunt, si plures fuerint. *Vat. Fr.* 132. — *Item.* Arcari Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes, ex sacris constitutionibus multifariam emissis habent immunitatem. *Vat. Fr.* 134. — De litibus, quas tutor cum pupillo habet, an propterea excusetur? Et dicit (* Ulpianus), propterea non excusandum et exstant rescripta. *Vat. Fr.* 139. — * *Idem Aur. Anniae.* In q....lum non venit adversus enormes donationes, quae ita in quosdam liberos vacuefactis facultatibus in filiorum perniciem conferuntur, iam dudum divorum principum statutis provisum est. *Vat. Fr.* 280. — *Eodem * Libro Eodem Tit. Idem Iuliae Marcellae.* Quoties donatio ita conficitur, ut post tempus id, quod donatum est, alii restituatur, veteris iuris auctoritate rescriptum est, si is, in quem liberalitatis compendium conferebatur, stipulatus non sit, placiti fide non servata ei, qui liberalitatis auctor fuit, vel heredibus eius condicticiae actionis persecutionem competere; sed quum postea benigna iuris interpretatione divi principes ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem iuxta donatoris voluntatem decernendam esse admiserint, actio, quae sorori tuae, si in rebus humanis ageret, potuit decerni s..... tibi accommodabitur. PP. Sirmii. *Vat. Fr.* 287. Cf. Cod. Greg. 13, 3, 1 s. Cod. Iust. 8, 55, 3. — In tribus non imputabitur tutela vel cura, quae affectata est ... Creditur affectasse, qui onus, quum posset declinare, non recusavit, et id saepe decretum est in tutore, qui non potuit invitus dari tutor, vel curatore, qui, cuius fuerat tutor, curator est nominatus. *Vat. Fr.* 188. — *Item.* Si quis inter tres emancipati filii sui tutelam administret, an ei haec in numero cedat, scio dubitatum; invenio tamen Fulvio Aemiliano in persona Manili Optivi rescriptum, emancipatae filiae tutelam numerari ei inter onera oportere. *Vat. Fr.* 189. Cf. l. 15, § 16 D. de Excus. cit. — Quod principi placuit, legis habet vigorem, quum lege regia, quae de eius imperio lata est, populus ei et in eum omne imperium suum et potestatem concessit. § 6 *Inst. de Iure nat.* 1, 2. *L.* 1 *pr. D. de Const. princ.* 1, 4. — Iubemus vobis, antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes praebuerunt, libros ... legere. *L.* 1, § 4 *C. de Vet. iure enucl.* 1, 17. Quae quidem (actio subsidiaria adversus magistratus) tam ex prudentium responsis, quam ex constitutionibus imperialibus et in heredes ... extenditur, quibus constitutionibus et illud exprimitur, ut, nisi caveant tutores vel curatores, pignoribus captis coerceantur. § 2, 3 *Inst. de Satisdat. tut.* 1, 24. Cf. Antoninus P., Alexander, Cod. Iust. 5, 75, 2. — Suspectus est, qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo est, ut Iulianus quoque rescripsit. Sed et ante, quam incipiat gerere tutelam tutor, posse eum quasi suspectum removeri, idem Iulianus rescripsit et secundum eum constitutum est. § 5 *Inst. de Suspect. tut.* 1, 26. Cf. Cod. Iust. 5, 42, 2 et 5, 43, 2 et 3. — Cuius (libertatis) favore et antiquos legislatores multa et contra communes regulas statuisse manifestum est. § 4 *Inst. de Donat.* 2, 7. — Nec huiusmodi veterem constitutionem (de repellendis a testimonio testamentario personis cum familiae emtore coniunctis) nostro Codici inseri permisimus. § 10 *Inst. de Testam.* 2, 10. — Perquam pluribus principalibus constitutionibus significatur, nec principem quidem agnoscere, quod ei poenae nomine legatum sit. § 36 *Inst. de Legat.* 2, 20. Cf. Antoninus P. — * Observare debet iudex, ne aliter iudicet, quam legibus aut constitutionibus aut moribus proditum est. *Pr. Inst. de Offic. iud.* 4, 17. — Domitius de Officio proconsulis libro septimo rescripta principum nefaria collegit, ut doceret, quibus poenis affici oporteret eos, qui se cultores dei confiterentur. *Lactant. Instit. lib. V. (de Iustitia) c.* 11 *in f.*

MAXIMINUS.

988—991. p. C. n. 235—238.

Maximinus primus ex corpore militari, sine senatus auctoritate ab exercitu imperator electus est. *Euseb. Chron. int. Hieron.* — Maximinus ... primus ex militari corpore absque decreto senatus imperator efficitur et Christianos persequitur. *Isidor. Chron.* — (Μαξιμῖνος) κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐγείρας, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, ἀναιρεῖσθαι προστάττει. (Maximinus) gravi odio succensus adversus familiam Alexandri, in qua plerique erant Christiani, persecutione excitata solos ecclesiarum antistites, utpote evangelicae praedicationis auctores, interfici iussit. *Eusebii Hist. Eccl.* 6, 28. — Maximinus adversus ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit. *Euseb. Chron. int. Hieron. ad a. secundum imp. Maxim.* — Sexta persecutio. Maximinus adversus ecclesiarum sacerdotes persecutionem movet. *Prosper Aquit.* — Ὁ Μαξιμῖνος τὴν ἀρχὴν διεδέξατο. ὃς αὐτίκα καὶ διωγμὸν κατὰ τῶν χριστωνύμων ἐπήγειρε, καὶ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας ἀναιρεῖσθαι κεκέλευκεν ὡς διδασκάλους τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου καὶ κήρυκας. Maximinus statim suscepto imperio persecutionem contra Christianos movit, et ecclesiarum gubernatores, ut doctores christianorum arcanorum ac praecones, tolli iussit. *Zonaras* 12, 16. — Μαξιμῖνος κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν ἐκίνησεν. Maximinus persecutionem in Christianos movit. *Syncellus p.* 680.

991. p. C. n. 238. PIO ET PONTIANO COSS.

Senatus populusque Romanus, per Gordianos principes ab illa tristissima bellua liberari coeptus, proconsulibus, praesidibus, legatis, ducibus, tribunis, magistratibus, ac singulis civitatibus et municipiis et oppidis et vicis et castellis salutem, quam nunc primum recipere coepit, dicit. Diis faventibus Gordianum proconsulem, virum sanctissimum et gravissimum senatorem, principem meruimus, Augustum appellavimus. Nec solum illum, sed etiam in subsidium reipublicae filium eius Gordianum, nobilem iuvenem. Vestrum est consentire ad salutem reipublicae obtinendam, et ad scelera defendenda et ad illam belluam Maximinum atque illius amicos, ubicunque fuerint, persequendos. A nobis etiam Maximinus cum filio suo hostis est iudicatus. *Capitolini Maximini Duo* 15.

MAXIMUS PUPIENUS ET BALBINUS.

Decretis omnibus imperatoriis honoribus et insignibus, percepta tribunicia potestate, iure proconsulari, pontificatu maximo, patris etiam patriae nomine, meruerunt imperium. *Capitolini Maximus et Balbinus* 8. — Senatui plurimum deferebatur; leges optimas dabant moderate, causas audiebant, res bellicas pulcherrime disponebant. *Capitolin. l. c.* 13.

GORDIANUS III.

Cf. p. 157, 159.

991—997. p. C. n. 238—244.

Αὐτός τε πᾶσαν πρᾳότητα ὑπισχνεῖτο συκοφάντας τε πάντας φυγαδεύων, καὶ παλινδικίαν διδοὺς τοῖς ἀδίκως κατακριθεῖσι, τούς τε φυγάδας εἰς τὰς πατρίδας ἐπανάγων. Ipse omnem prae se mansuetudinem ferebat; nam et delatores omnes exilio affecit, et iis, qui parum iusto iudicio damnati fuerant, iterum defendendi sui potestatem indulsit, quin exules quoque in patriam restituebat. *Herodian. Hist.* 7, 6. — *Imp. Iustinianus A. ad Senatum.* Etiam veterem constitutionem non ignoramus, quam D. Gordianus ad Platonem scripsit de militibus, qui per ignorantiam hereditatem adierunt, quatenus pro his tantummodo rebus conveniantur, quas in hereditate defuncti invenerint, ipsorum autem bona a creditoribus hereditariis non inquietentur. Arma etenim magis, quam iura scire milites sacratissimus legislator existimavit. *L.* 22 *pr. Cod. de Iure delib.* 6, 30. — Notissimum autem est, ex hac constitutione ... nostris constitutionibus iam pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum altera et Gordianae constitutionis sensus continebatur. *L.* 22 *Cod. cit.*, § 15. — Divus Gordianus postea in militibus tantummodo hoc (beneficium Hadriani) extendit. § 6 *Inst. de Hered. qual.* 2, 19. — * *Γορδιανὸς Αὔγουστος ἐποίησεν ἀριθμὸν τῶν λεγομένων κανδιδάτων, ἐπάρας αὐτοὺς κατ᾽ ἐπιλογὴν, ὡς τελείους καὶ εὐσθενεῖς καὶ μεγάλης ὄντας θέας, ἀπὸ τοῦ τάγματος τῶν λεγομένων σχολαρίων, καλέσας τὴν σχολὴν τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ εἰς τὸ ἴδιον ἐπώνυμον σενιώρων. Οὗτοί εἰσιν οἱ τῆς ἕκτης σχολῆς.* Gordianus Augustus candidatorum cohortem instituit, selectis potissimum qui florenti essent aetate ac validi et qui magna essent corporis specie, ex eorum legione, qui scholarii vocantur, ipsamque scholam cohortis istius de suo nomine Seniorum vocavit; ii vero sunt ex sexta schola. *Chron. Pasch. ad a.* 243, *p.* 501.

* **991—1002.** p. C. n. 238—249.

*Militibus, qui in potestate parentum sunt, permissum est de eo, quod in castris acquisierint, ex constitutionibus principum testamentum facere. *Pr. Inst. Quibus non est perm. f. t.* 2, 12. — *Sed si in expeditione occupatus miles testamentum faciat et liberos suos iam natos vel postumos nominatim non exheredaverit, sed silentio praeterierit, non ignorans, an habeat liberos, silentium eius pro exheredatione nominatim facta constitutionibus principum (Gordiani et Philippi) cautum est. § 6 *Inst. de Exhered. lib.* 2, 13. Cf. Dig. 29, 1, 7. Cod. Iust. 6, 21, 9 et 10.

992. p. C. n. 239. M. ANTONIO GORDIANO A. ET AVIOLA COSS.

Imp. Gordianus A. Rationalibus. Manifestum est, nuptiis contra mandata contractis dotem, quae data illo tempore, quum traducta est, fuerat, iuxta sententiam D. Severi fieri caducam, nec si consensu postea coepisse videatur matrimonium, in praeteritum commisso vitio potuit mederi. Dat. Kal. April. Antiochiae Gordiano A. et Aviola Coss. *Ex P. Pithoei Bibl. Par. F.* 6. — *Imp. Gordianus Rufino A.* Actione competenti experiri debueras. Causis (enim) privatorum (privata actio), commoda vero fisci nostri vel publica crimina plerumque prosequentibus actio publica datur. *Ex cod. Montispessulan. H.* 82.

996. p. C. n. 243. ARRIANO ET PAPO COSS.

Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 23.

997. p. C. n. 244. PEREGRINO ET AEMILIANO COSS.

Familiae Gordiani hoc senatus decrevit, ut a tutelis atque legationibus et a publicis necessitatibus, nisi si vellent, posteri eius semper vacarent. *Capitolini Gordian.* 32.

PHILIPPUS.

997—1002. p. C. n. 244—249.

Usum virilis scorti removendum honestissime consultavit, verum tamen manet. *Aurel. Vict. de Caes.* 28. — Philippus urbem nominis sui in Thracia construxit. *Cassiodor. Chron. p.* 224. *Hieron. Chron. ad a.* 2263. — Condito apud Arabiam Philippopoli oppido. *Aurel. Vict. l. c.* — *Ὁ βασιλεὺς Φίλιππος ἅμα τῷ υἱῷ αὐτοῦ Φιλίππῳ ἀριθμὸν συνεστήσαντο τῶν λεγομένων κανδιδάτων, ἐπάραντες κατ᾽ ἐπιλογὴν νεανίσκους ἄνδρας ἀπὸ τῶν σχολαρίων, καλέσαντες τὴν σχολὴν τοῦ παρ᾽ αὐτῶν συστάντος τάγματος εἰς τὸ ἐπώνυμον Φιλίππου τοῦ πατρὸς ἰουνιώρων· οὗτοί εἰσιν οἱ τῆς ἑβδόμης σχολῆς.* Philippus Imperator cum filio suo cohortem instituit candidatorum, in eam adscitis selectis viris iuvenibus ex scholariis, scholae legionis ab iis institutae de Philippi patris nomine iuniorum indita appellatione; atque hi sunt e septima schola. *Chron. Pasch. p.* 502.

1000. p. C. n. 247. M. IULIO PHILIPPO A. II. M. IULIO PHILIPPO A. COSS.

Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 23, et altera tabula post a. 248. *Vesme l. c. p.* 24.

1001. p. C. n. 248. M. IULIO PHILIPPO A. III. M. IULIO PHILIPPO A. II. COSS.

Has omnes feras ... Gordianus parabat ad triumphum Persicum, sed votum nihil valuit, nam omnia haec Philippus exhibuit saecularibus ludis et muneribus ac circensibus, quum millesimum ab urbe condita annum in consulatu suo et filii sui celebravit. *Capitolin. Gordianus Tertius* 33. — His imperantibus millesimus annus Romae urbis ingenti ludorum apparatu spectaculorumque celebratus est. *Eutrop.* 9, 3. — Annum urbis millesimum ludis omnium generum celebrant. *Aurel. Vict. de Caes.* 28. — * Anno Philippi primo sub primordiis cum filio imperantis annus Romae millesimus expletus est ... ludi in Martio campo celebrati tribus continenter diebus totidemque noctibus. *Euseb. Chron. ad a.* 1000. — Anno Philippi secundo, regnantibus Philippis millesimus annus ... Anno III. agon mille annorum actus. *Hieron. Chron. ad a.* 1001. *Orosius* 7, 20. — * Aemilianus

et Aquilinus. His Coss. millesimus annus urbis (Romae) expletus est: ob quam solennitatem Philippus ... ludos in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo pervigilante celebravit (cf. Zosimus 2, 5). Agon mille annorum actus. *Cassiodor. Chron. p.* 211.

DECIUS.

1002. p. C. n. 249. AEMILIANO II. ET AQUILINO COSS.

Tabula missionis. *Vesme l. c. p.* 24.

1002—1004. p. C. n. 249—251.

Ἐθέσπισεν ἐν Ῥώμῃ τὰς Χριστιανὰς γυναῖκας μὴ ἐξεῖναι κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν. Edixit, ne Romae mulieres Christianae caput velarent. *Cedrenus p.* 453. — *Ὅτι βασιλεύοντος Ῥωμαίων Δεκίου καὶ Οὐαληριανοῦ Περέννιος Δουκηνάριος πρόσταγμα λαβὼν παρ' αὐτῶν, πάντας τοὺς ἀνὰ τὴν Ῥώμην καὶ τὰς πέριξ ἐπαρχίας Χριστιανοὺς βαρυτάταις βασάνοις καὶ πικραῖς τιμωρίαις εἰδωλολατρεῖν ἐβιάζετο.* Imperantibus Romae Decio et Valeriano Perennium ducenarium, accepto ab ipsis mandato, omnes Romanae urbis et circumcirca ditionis Christianos, exquisitis cruciatibus poenisque acerbis ad idolorum cultum per vim compulisse. *Photius Biblioth.* 182, *t.* 1, *p.* 127. — In Christianos persecutionem movet. *Hieron. Chron. ad a.* 254. — *Δέκιος ... πικρὸν ἤγειρε κατὰ Χριστιανῶν διωγμόν.* Decius ... acerbam in Christianos persecutionem movit. *Syncell. p.* 683. — Edicta contra Christianos emissa Decii et Valeriani nomine subscripta fuere. *Acta Sanctor. ad diem* 24. *Nov. ed. Surii.* — Septima persecutio. In etc. ut Hier. *Prosper Aquit.* — Decio imperante, iam tum septima persecutione saevitum in Christianos. *Sulpit. Hist. S.* 2, 32. Cf. Zonaras 12, 20. Chron. Pasch. p. 503. Idat. Descript. cons. ad a. 251. — *Epistola Decii de Claudio:* „Decius Messalae, Praesidi Achaiae salutem. Inter cetera. Tribunum vero Claudium, optimum iuvenem, fortissimum militem, constantissimum civem, castris, senatui et reipublicae necessarium, in Thermopylas ire praecepimus: mandata eidem cura Peloponnensium, scientes neminem melius omnia, quae iniungimus, esse curaturum. Huic ex regione Dardania dabis milites ducentos, ex cataphractariis centum, ex equitibus centum et sexaginta, ex sagittariis Creticis sexaginta, ex tironibus bene armatos mille. Nam bene illi novi creduntur exercitus. Neque enim illo quisquam devotior, fortior, gravior invenitur.“ *Trebellii Pollionis Claudius* 16.

1004. p. C. n. 251. *C. M. Q. TRAIANO DECIO A. III. Q. HERENNIO ETRUSCO MESSIO DECIO CAES. COSS.

S. C. de Valeriano censore eligendo. Duobus Deciis Coss. VI. Kal. Novbr. die, quum ob imperatorias literas in aede Castrorum senatus haberetur, ireturque per sententias singulorum, cui deberet censura deferri (nam id Decii posuerant in senatus amplissimi potestate), ubi primum praetor edixit, „Quid vobis videtur P.C. de censore deligendo?“ atque eum, qui erat princeps, quum senatus sententiam rogasset, absente Valeriano ... omnes una voce dixerunt, interrupto more dicendae sententiae: „Valeriani vita censura est. Ille de omnibus iudicet, qui est omnibus melior. Ille de senatu iudicet, qui nullum habet crimen. Ille de vita nostra sententiam ferat, cui nihil potest obiici. Valerianus a prima pueritia censor fuit. Valerianus in tota vita sua fuit censor. Prudens senator, modestus senator, gravis senator. Amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis vitiorum. Hunc censorem omnes accipimus, hunc imitari omnes volumus. Primus genere, nobilis sanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus singularis, exemplum antiquitatis“ ... Hoc senatusconsultum ubi Decius accepit, omnes aulicos convocavit, ipsum etiam Valerianum praecepit rogari: atque in conventu summorum virorum, recitato senatusconsulto, „Felicem te, inquit, Valeriane, senatus sententia, imo animis atque pectoribus: totius orbis humani suscipe censuram: quam tibi detulit Romana respublica, quam solus mereris, iudicaturus de moribus nostris. Tu aestimabis, qui manere in curia debeant, tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges, tu censibus modum pones, tu vectigalia firmabis, divides statum, res publicas recensebis; tibi legum scribendarum auctoritas dabitur; tibi de ordinibus militum iudicandum est; tu arma respicies; tu de nostro palatio, tu de iudicibus, tu de praefectis eminentissimis iudicabis. Excepto denique praefecto urbis Romae, exceptis consulibus ordinariis, et sacrorum rege ac maxima virgine Vestalium (si tamen incorrupta permanebit), de omnibus sententias feras. Laborabunt etiam illi, ut tibi placeant, de quibus non potes iudicare.“ Haec Decius. Sed Valeriano sententia huiusmodi fuit: „Quaeso, sanctissime Imperator, ne ad hanc me necessitatem alliges, ut ego iudicem de populo, de militibus, de senatu, de omni penitus orbe, iudicibus, et tribunis, ac ducibus. Haec sunt, propter quae Augustum nomen tenetis, apud vos censura desedit, non potest hoc implere privatus. Veniam igitur eius honoris peto, cui vita impar est confidentia, cui tempora sic repugnant, ut censuram hominum natura non quaerat.“ *Trebellii Pollionis Valerianus pater et filius* 1, 2. Iisdem vv. *Anon. de Valeriano Imp. p.* 455 *sq.*

GALLUS.

1004—1005. p. C. n. 251—252.

Βαρὺς δὲ καὶ οὗτος γέγονε τοῖς Χριστιανοῖς, καὶ οὐχ ἧττον Δεκίου, διωγμὸν κατ' αὐτῶν ἐγείρας. Fuit et hic Christianis gravis non minus quam Decius, persecutione inchoata. *Zonaras* 12, 21. Cf. Syncellus p. 718.

VALERIANUS ET GALLIENUS.

1008. p. C. n. 255. P. LICINIO VALERIANO A. III. P. LICINIO GALLIENO A. II. COSS.

Secundum ius in faci ..... emto res inquietari, sed actione fiduciae ..... Valerio III. et Gallieno II. Coss. *Vat. Fr.* 18.

1011. p. C. n. 258. MEMMIO TUSCO ET BASSO COSS.

Cyprianus Successo fratri Salutem. Sciatis eos venisse, quos ad urbem propter hoc miseram, ut quomodocunque de vobis rescriptum fuisset, exploratam sibi veritatem ad nos referrent ... Quae autem sunt in vero, ita se habent. Rescripsisse Valerianum ad senatum, ut episcopi, et presbyteri, et diaconi in continenti animadvertantur, senatores vero et viri egregii, et equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spolientur, et, si ademtis facultatibus Christiani esse perseveraverint, capite quoque mulctentur, matronae ademtis bonis in exilium relegentur. Caesariani quicunque vel prius confessi fuerant, vel nunc confessi fuerint, confiscentur, et vincti in Caesarianas possessiones descripti mittantur. Subiecit etiam Valerianus Imperator orationi suae exemplum literarum, quas ad praesides provinciarum de nobis fecit, quas literas quotidie speramus venire. *Cypriani Ep.* 80, p. 237, 238. — Valerianus octavus sanctorum hostis fuit. *Sulpit. Hist. S.* 2, 32. — *Οὐαλεριανὸς δὲ σὺν Γαλιήνῳ τῷ υἱῷ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας δραξάμενος, καὶ οὗτος σφοδρότατον ἐκίνησε κατὰ Χριστιανῶν διωγμόν.* Valerianus autem cum filio suo rerum potitus et ipse Christianos vehementissime persecutus est. *Zonaras* 12, 23. — Valerianus persecutione in Christianos commota protinus a barbaris captus est. *Euseb. Chron. Hier. int. ad a.* 2273. — Octava persecutio. Valerianus in Christianos persecutionem movet. *Prosper Aquit.* — Et quoniam etiam de arrogatione aliqua me dixeram positurum, quae ad tantum principem pertinerent, quaeso ne odiosior verbosiorve ea re videar; quam fidei causa inserendam credidi ex libris Acholii, qui magister admissionum Valeriani principis fuit, libro actorum eius nono. *Flavii Vopisci Aurelianus* 12. —

Quum consedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium praesente exercitu, praesente etiam officio palatino, assidentibus Fusco (Tusco?) consule ordinario, Bebio Macro praefecto praetorii, Quinto Ancario praeside Orientis: assidentibus etiam a parte laeva Avulnio Saturnino Scythici limitis duce, Murentio ad Aegyptum destinato, Iulio Tryphone orientalis limitis duce, et Mecco Brundusino praefecto annonae Orientis, et Ulpio Crinito duce Illyriciani limitis et Thracii, et Fulvio Boio duce Rhaetici limitis: Valerianus Augustus dixit: Gratias tibi agit, Aureliane, respublica, quod eam Gothorum potestate liberasti. Abundamus per te praeda, abundamus gloria, et his omnibus, quibus Romana felicitas crescit. Cape igitur tibi pro rebus gestis tuis murales quatuor, coronas vallares quinque, coronas navales duas, coronas civicas duas, hastas puras decem, vexilla bicolora quatuor, tunicas ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo, togam pictam, subarmalem profundum, sellam eboratam. Nam te consulem hodie designo, scripturus ad senatum, ut tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces. Haec enim Imperator non solet dare, sed a senatu, quando fit consul, accipere. *Flavius Vopisc. Aurelian.* 13. — Post haec Valeriani dicta Aurelianus surrexit, atque ad manus accessit, agens gratias militaribus verbis, quae propria et ipsa apponenda decrevi. Aurelianus dixit: „Et ego, domine Valeriane Imperator Auguste, ideo cuncta feci, ideo vulnera patienter excepi, ideo et equos et cantherios meos lassavi, ut mihi gratias ageret respublica et conscientia mea. At tu plus fecisti: ago ergo gratias bonitati tuae, et accipio consulatum, quem das. Dii faciant et deus certus Sol, ut et senatus de me sic iudicet.“ Agentibus igitur gratias omnibus circumstantibus, Ulpius Crinitus surrexit, atque hac oratione usus est: Apud maiores nostros, Valeriane Auguste, quod et familiae meae amicum ac proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum locum fortissimi viri semper electi sunt, ut vel senescentes familias, vel foetus matrimoniis iam caducos substituta foecunditas prolis ornaret. Hoc igitur quod Cocceius Nerva in Traiano adoptando, quod Ulpius Traianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino, et ceteri deinceps proposita suggestione fecerunt, iam in arrogando Aureliano, quem mihi vicarium iudicii tui auctoritate fecisti, censui esse referendum. Iube igitur, ut lege agatur, sitque Aurelianus heres sacrorum, nominis et bonorum, totiusque iuris, Ulpio Crinito iam consulari viro, actutum te iudice consularis. Actae sunt Crinito et Valeriano gratiae et adoptio, ut solebat, impleta. *Flav. Vopisc. l. c.* 14. 15.

1012. p. C. n. 259. AEMILIANO ET BASSO COSS.

* Per iūlm in Ofilium spe ..... auxilium non potest denegari ...... pecuniam creditoribus s....... habere non potuit in poss....... et usurarum, quia in commun..... Kal. Iuliis Viminaci .... *Vat. Fr.* 20.

1010—1013. p. C. n. 257—260.

Imp. Caesar Publius Licinnius Valerianus Pius Felix Aug. et Imp. Caesar Publius Licinnius Gallienus Pius Felix Aug. Et Licinnius Cornelius Saloninus Valerianus Nobilissimus Caesar Aurelio Marea Et Aliis. Regum Antiqua Beneficia Consuetudine Et Etiam Insecuti Temporis Adprobata Is Qui Provinciam Regit. Remota Violentia Partis Adversae Incolumia Vobis Manere Curabit. *Inscr. ap. Orell.* 3657. — *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούβλιος Λικίννιος Οὐαλεριανὸς εὐσεβὴς εὐτυχὴς σεβαστὸς καὶ αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούβλιος Λικίννιος Γαλλιῆνος εὐτυχὴς σεβαστὸς καὶ Λικίννιος ... ἐπιφανέστατος Καῖσαρ Ἰουλίῳ Ἀπέλλᾳ ἰδίῳ χαίρειν· Ἀμφίβολόν ἐστιν καὶ ἐν τούτῳ τὰ Ὁρι(α)έντα τηρεισ.. γνώμῃ ... καὶ ὀνητὰς συγκλητικαὶ οἰκίας ζ ἐν ταῖς ἐνοχλει.. αἴδιοι ἀρχ. τούτων τῶν πόλεων ἐν αἷς ... αὐτὸν κεκτη ... ης φροντίζουσιν ινα ... ἄριστα ἀρεσ ... τῳ παραφυλάσσηται· ἔῤῥωσο Ἀπέλλα* .... Magistratus harum civita ... Quibus te suggeris possidere agere curam ... qui quod optime placuisse perspicitur perpetua observatione teneatur. Vale Appella carissime nobis. Data V. Kal. Iun. *Smyrnae in lapid. ap. Spon. Miscell. p.* 355. — *Impp. Valerianus et Gallienus AA. Theodorae.* Adolescentiae tempus non imputari in id quinquennium liberis, cuius praescriptio seram inofficiosi quaestionem moventibus opponi solet, manifeste ante rescripsimus. *L.* 2 *C. In quib. caus.* 2, 41. — * *Imp. Val. Probo.* Ubi iuris auctoritas desit, ibi nullum videri matrimonium contractum saepe rescriptum est. *Est in nonnullis Cod. Iust. libris manuscr. Valerianus Ragonio Claro, Praefecto Illyrici et Galliarum.* Si quid in te bonae frugis est, quam esse scio, parens Clare, dispositionem Balistae prosequere. Hac in forma rempublicam vides, ut nec ille provinciales gravet, ut illic equos contineat, ubi sunt pabula, illic annonas militum mandet, ubi sunt frumenta: non provincialem, non possessorem cogat, illic frumenta, ubi non habet, dare, illic equum, ubi non potest, pascere: nec est ulla alia provisio melior, quam ut in locis suis erogentur, quae nascuntur, ne aut vehiculis aut sumtibus rempublicam gravent. Galatia frumentis abundat, referta est Thracia, plenum est Illyricum: illic pedites collocentur, quamquam in Thracia etiam equites sine noxa provincialium hiemare possint. Multum enim ex campis foeni colligitur. Iam ubi laridum, iam ceterae species in his dandae sunt locis, in quibus affatim redundant. Quae omnia sunt Balistae consilia, qui ex quaque provincia unam tantum speciem praeberi iussit, quod ea redundaret, atque ab ea milites submoveri: id quod publicitus est decretum. *Trebellii Pollionis Triginta Tyranni* (*de Balista XVII.*) *XVIII.* — *Epistola Valeriani ad Zosimionem, Procuratorem Syriae.* Claudium Illyricianae gentis virum, tribunum Martiae quintae legioni fortissimae dedimus, virum devotissimis quibusque ac fortissimis veterum praeferendum. Huic salarium de nostro privato aerario dabis annuos frumenti modios tria millia, hordei sex millia, laridi libras duo millia, vini veteris sextarios tria millia quingentos, olei boni sextarios centum quinquaginta, olei secundi sextarios sexcentos, salis modios viginti, cerae pondo centum quinquaginta, foeni, paleae, acetae, oleris, herbarum, quantum satis est, pellium tentoriarum decurias triginta, mulos annuos sex, equos annuos tres, camelos annuas decem, mulas annuas novem: argenti in opere annua pondo quinquaginta, philippeos nostri vultus annuos centum quinquaginta et in strenis quadraginta septem et trientes centum sexaginta. Item in caveos et scyphos pondo undecim, item in caveos et scyphos et zuma pondo undecim. Tunicas russas militares annuas, sagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas, fibulam auream cum acu Cyprea unam. Balteum argenteum inauratum unum, annulum bigemmem uncialem, brachialem unum unciarum septem. Torquem libralem unum, cassidem inauratam unam. Scuta chrysographata duo, loricam unam, quam refundat. Lanceas Herculeanas duas, aclydes duas, falces duas, falces foenarias quatuor. Cocum, quem refundat, unum: mulionem, quem refundat, unum. Mulieres speciosas ex captivis duas. Albam subsericam unam cum purpura Girbitana: subarmale unum cum purpura Maura. Notarium, quem refundat, unum: structorem, quem refundat, unum. Accubitalium Cypriorum pavia duo. Interulas puras duas: fascias viriles duas, togam quam refundat, unam. Latum clavum, quem refundat, unum. Venatores qui obsequantur, duos: carpentarium unum. Curam praetorii unum. Aquarium unum. Piscatorem unum. Dulciarium unum. Ligni quotidiani pondo mille, si est copia: sin minus, quantum fuerit, et ubi fuerit: coctilium quotidiana batilla quatuor. Balneatorem unum, et ad balneas ligna: sin minus, lavetur in publico. Iam caetera quae propter minutias suas scribi nequeunt, pro moderatione praestabis, sed ita ut nihil adaeretur. Et si alicubi aliquid defuerit, non praestetur, nec in nummo exigatur. Haec autem omnia idcirco specialiter non quasi tribuno, sed quasi duci detuli, quia vir talis est, ut ei plura etiam deferenda sint ... *Item ex epistola eiusdem alia inter caetera ad Ablavium Muraenam, Praefectum praetorii.* Desine autem conqueri quod adhuc Claudius est tribunus, nec exercitus ducem loco accipit: unde etiam senatum et populum conqueri iactabas. Dux factus est et dux totius

Illyrici: habet in potestatem Thracias, Moesias, Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus: vir ille summus nostro quoque iudicio speret consulatum, si eius animo accommodum est, quando voluerit, accipiat praetorianam, accipiat praefecturam. Sane scias, tantum ei a nobis decretum salarii, quantum habet Aegypti praefectura, tantum vestium, quantum proconsulatui Africano detulimus: tantum argenti, quantum accipit curator Illyrici Metatius: tantum ministeriorum, quantum nos ipsi nobis per singulas quasque decernimus civitates: ut intelligant omnes, quae sit nostra de viro tali sententia. *Trebellii Pollionis Divus Claudius* 14, 15. — *Valerianus Augustus Ceionio Albino Praefecto urbi.* Vellemus quidem singulis quibusque devotissimis reipublicae viris multo maiora deferre compendia, quam eorum dignitas postulat, maxime ubi honorem vita commendat. Debet enim quid praeter dignitatem pretium esse meritorum. Sed facit rigor publicus, ut accipere de provinciarum oblationibus ultra ordinis sui gradum nemo plus possit. Aurelianum fortissimum virum ad inspicienda et ordinanda castra omnia destinavimus: cui tantum a nobis atque ab omni republica, communi totius exercitus confessione, debetur, ut digna illo vix aliqua vel nimis magna sint munera. Quid enim in illo non clarum? Quid non Corvinis et Scipionibus conferendum? Ille liberator Illyrici, ille Galliarum restitutor, ille dux magni totius exempli. Et tamen nihil praeterea possum addere tanto viro ad muneris gratiam, quam patitur sobria et bene gerenda respublica. Quare sinceritas tua, mi parens carissime, supradicto viro efficiet, quamdiu Romae fuerit, panes militares mundos sedecim, panes militares castrenses quadraginta, vini mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duos, porcinae pondo triginta, bubulae pondo quadraginta, olei sextarium unum, et item olei secundi sextarium unum, liquaminis sextarium unum, herbarum, olerum, quantum satis est. Sane quoniam ei aliquid praecipue decernendum est, quamdiu Romae fuerit, pabula extra ordinem decernes. Ipsi autem ad sumtus, aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, aeris denarios centum, reliqua per praefectos aerarii praebebuntur. *Flavii Vopisci Syracusii D. Aurelianus* 9. — *Epistola Valeriani ad Aurelianum*: Si esset alius, Aureliane iucundissime, qui Ulpii Criniti vicem posset implere, tecum de eius virtute ac sedulitate conferrem, nunc tecum requirere potuissem. Suscipe bellum a parte Nicopolis, ne nobis aegritudo Criniti obsit. Fac quicquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate militiae magisterium. Habes sagittarios Ityreos trecentos, Armenios sexcentos, Arabes centum quinquaginta, Saracenos ducentos, Mesopotamios auxiliares quadringentos: habes legionem tertiam Felicem, et equites cataphractarios octingentos. Tecum erit Hartomundus, Carioviscus. Commeatus a praefectis necessarius in omnibus castris est constitutus. *Flav. Vopisc. l. c.* 11. — *Valerianus Augustus Aelio Xifidio Praefecto aerarii.* Aureliano, cui consulatum detulimus, ob paupertatem, qua ille magnus est, ceteris maior, dabis ad editionem circensium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in aere HS. quinquagies, tunicas multicias viriles decem, lineas Aegyptias viginti, mantelia Cypria paria duo, tapetia Afra decem, stragula Maura decem, porcos centum, oves centum: convivium autem publicum edi iubebis senatoribus, equitibus Romanis: hostias maiores duas, minores quatuor. *Flav. Vopisc. l. c.* 12. — *Valerianus Augustus Mulvio Gallicano Praefecto praetorii.* Miraris fortassis, quod ego imberbem tribunum fecerim contra constitutum D. Hadriani. Sed non multum miraberis, si Probum cogitas adolescentem vere probum. Nunquam enim aliud mihi, quum eum cogito, nomen occurrit. Quod nisi nomen haberet, potuit habere cognomen. Huic igitur dari iubebis (quoniam mediocris fortunae est), ut eius dignitas incrementis iuvetur, tunicas russulas duas, pallia Gallica duo fibulata, interulas paragaudias duas, patinam argenteam librarum decem specillatam, aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianos mille, aereos Philippeos decem millia. Item in salario diurno, bubulae pondo, porcinae pondo sex, caprinae pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum sextarium unum, vini veteris diurnos sextarios decem, cum larido bubulino: salis, olerum, lignorum, quantum satis est. Hospitia praeterea eidem ut tribunis legionum praeberi iubebis. *Flavii Vopisci Probus* 4. — *Epistola de legione tertia.* Res gestae tuae, Probe clarissime, faciunt, ut et serius tibi tradere maiores exercitus videar, et cito tamen tradam. Recipe in fidem tuam legionem tertiam Felicem, quam ego adhuc nulli nisi provecto iam credidi: mihi autem eo tempore credita est, quo et me canosum, qui credebat, cum gratulatione vidit. Sed ego in te non exspecto aetatem, quum et virtutibus fulgeas, et moribus polleas. Vestes tibi triplices dari iussi, salarium duplex feci, vexillarium deputavi. *Flav. Vopisc. l. c.* 5.

GALLIENUS.

Cf. Aurelianus.

1013. p. C. n. 260. SAECULARI II. ET DONATO COSS.

*Proconsul dixit: Iussum est (de Christianis), ut nulla conciliabula faciant, neque coemeteria ingrediantur; quod qui facere comprehensus fuerit, capite plectatur. *Ex Pontio in Act. pass. S. Cypriani apud Baronium ad a.* 260, *n.* 17, *tom.* 2, *p.* 544. — Gallienus Aug....... pupillorum a creditoribus .... revocari nullo possunt. Si igitur abs........nita contra venditionem a creditor. qui inquietari te in possessione .... Saeculari II. et Donato Coss. *Vat. Fr.* 19.

1015. p. C. n. 262. P. LICINIO GALLIENO A. V. ET FAUSTINO COSS.

**Gallienus Aug*... alienandae non sunt. Aditus itaque .... cedente e iussione qui ... PP. VIIII. Kal. Nov. Patavii. *Vat. Fr.* 21. — *Gallienus A*..... tico possessionem paternam .... ab aliquo directi iuris emtore .... Gallieno V. et Faustino Coss. *Vat. Fr.* 25. — „*Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίννιος Γαλληνὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Σεβαστὸς, Διονυσίῳ καὶ Πίννᾳ καὶ Δημητρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις· τὴν εὐεργεσίαν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκβιβασθῆναι προσέταξα· ὅπως ἀπὸ τῶν τόπων τῶν θρησκευσίμων ἀποχωρήσωσι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς τῆς ἀντιγραφῆς τῆς ἐμῆς τῷ τύπῳ χρῆσθαι δύνασθε, ὥστε μηδένα ὑμῖν ἐνοχλεῖν. καὶ τοῦτο ὅπερ κατὰ τὸ ἐξὸν δύναται ὑφ᾽ ὑμῶν ἀναπληροῦσθαι, ἤδη πρὸ πολλοῦ ὑπ᾽ ἐμοῦ συγκεχώρηται· καὶ διὰ τοῦτο Αὐρήλιος Κυρήνιος, ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων, τὸν τύπον τὸν ὑπ᾽ ἐμοῦ δοθέντα διαφυλάξει.*“ *Καὶ ἄλλη τοῦ αὐτοῦ διάταξις φέρεται, ἣν πρὸς ἑτέρους ἐπισκόπους πεποίηται, τὰ τῶν καλουμένων κοιμητηρίων ἀπολαμβάνειν ἐπιτρέπων χωρία.* „Imperator Caesar P. Licinius Gallienus, Pius, Felix, Augustus, Dionysio, Pinnae, Demetrio et reliquis episcopis. Indulgentiam beneficii nostri per universum orbem diffundi praecepimus, ut cuncti (ethnici) a religiosis locis abscedant. Quocirca et vos rescripti nostri forma uti potestis, ut nullus vobis deinceps molestiam facessat. Atque id quod vobis exsequi licet, iamdudum a me concessum est. Proinde Aurelius Cyrenius procurator summae rei, dati a nobis rescripti formam sequetur.“ Est et alia eiusdem Imperatoris constitutio ad alios episcopos data, qua iis permisit, ut coemeteriorum suorum loca recuperarent. *Eusebii Hist. Eccl.* 7, 13.

1013—1021. p. C. n. 260—268.

Πρῶτος (Γαλληνὸς) ἱππικὰ τάγματα κατέστησε· πεζοὶ γὰρ κατὰ τὸ πολὺ οἱ στρατιῶται τῶν Ῥωμαίων ὑπῆρχον. Primus (Gallienus) equitum turmas instituit, quum hactenus Romani milites fere pedites fuissent. *Cedren. p.* 454. — Senatum militia vetuit; etiam adire exercitum. *Aurel. Vict. de Caes.* 33. — Amisso Gallieni edicto (de militia). *Aurel. Vict. de Caes.* 37. — Epistola Gallieni, quum nuntiatum esset per frumentarios, Claudium irasci, quod ille mollius viveret: Nihil me gravius accepit, quam quod notoria tua intimasti, Claudium parentem amicumque nostrum in-

sinuatis sibi falsis plerisque graviter irasci. Quaeso igitur, mi Venuste, si mihi fidem exhibes, ut eum facias a Grato et Herenniano placari, nescientibus hoc militibus Dacisianis, qui iam saeviunt, ne graviter ferant. Ipse ad eum dona misi, quae ut libenter accipiat, tu facias. Curandum praeterea est, ne me hoc scire intelligat, ac sibi succensere iudicet, et pro necessitate ultimum consilium capiat. Misi autem ad eum pateras gemmatas trilibres duas. Scyphos aureos gemmatos trilibres duos: discum corymbiatum argenteum librarum viginti. Lancem argenteam pampinatam librarum triginta. Patinam argenteam hederatam librarum XX et III. Boletar halieuticum argenteum librarum XX. Urceos duos auro inclusos, argenteos librarum sex, et in vasis minoribus argenti libras XXV. Calices Aegyptios, operisque diversi, decem. Chlamydes veri luminis limbatas duas. Vestes diversas XVI. Albam subsericam, paragaudem triuncem unam. Zanchas de nostris Parthicas paria tria. Singiliones Dalmatenses X. Chlamydem Dardanicam mantuelem unam. Penulam Illyricianam unam. Bardocucullum unum. Cucutia villosa duo. Oraria Saraptena quatuor. Aureos Valerianos CL. Trientes Saloninianos CCC. *Trebell. Pollion. Divus Claudius* 17.

CLAUDIUS.

1021—1023. p. C. n. 268—270.

Tyrannum (Aureolum) missis ad populum edictis, datis etiam ad senatum orationibus iudicavit. *Trebell. Pollion. Claudius* 5. — Malos persecutus est. Fures iudices palam aperteque damnavit. Stultis, quasi negligeret, indulsit. Leges optimas dedit. *Trebell. Pollio l. c.* 1. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aristobolo S.* Divine admodum constituit D. Claudius, consultissimus princeps, parens noster, ut iactura causae afficerentur hi, qui sibi potentiorum patrocinium advocassent. *L.* 1 *C. Ne liceat pot.* 2, 14. — *Κλαύδιος χρηστὸς τυγχάνων ἀνὴρ καὶ δικαιοσύνη στοιχῶν, ἀπηγόρευσε πᾶσι ζητεῖν ἐκ βασιλέως ἀλλότρια πράγματα. νενόμιστο γὰρ τοὺς βασιλεῖς δύνασθαι δωρεῖσθαι καὶ τὰ ἀλλότρια· ὅθεν καὶ οἱ ἔτι κείμενοι νόμοι παρὰ τῇ πολιτείᾳ ἐσχήκασι τὴν ἀρχήν.* Claudius, quum vir bonus iustitiaeque sectator esset, interdixit, ne quis bona aliena ab imperatore peteret: receptum id enim moribus erat, ut imperatores etiam aliena donare possent: unde etiam leges, quae adhuc in re publica obtinent, originem duxerunt. *Zonaras* 12, 26. — Imperii solutam et perditam disciplinam primus reformavit. *Eumenii Paneg. Constantin. A.* 2. — Plurimis senatusconsultis fratres populi Romani appellati sunt (Aedui) ... Divum Claudium, parentem tuum ad recuperandas Gallias soli vocaverunt ... Divus pater tuus civitatem Aeduorum voluit iacentem erigere perditamque recreare, non solum pecuniis ad calendaria largiendis et lavacris, quae corruerant, exstruendis, sed et metoecis undique transferendis. *Eumenii Gratiarum Actio Constantin. A.* 2, 4. — *Flavius Claudius Valerio Aureliano suo salutem.* Expetit a te munus solitum nostra respublica. Aggredere: quid moraris? Tuo magisterio milites uti volo, tuo ductu tribunos. Gothi oppugnandi sunt, Gothi a Thraciis amovendi. Eorum enim plerique Haemimontum Europamque vexant, qui te pugnante fugerunt. Omnes exercitus Thracios, omnes Illyricianos, totumque limitem in tua potestate constituo, solitam en nobis ede virtutem. Tecum erit etiam frater Quintillus, quum occurrerit. Ego aliis rebus occupatus summam belli illius virtutibus tuis credo. Misi sane equos decem, loricas duas et cetera, quibus munire ad bellum euntem necessitas cogit. *Flavii Vopisc. D. Aurelianus* 17.

AURELIANUS.

1024. p. C. n. 271. L. DOMITIO VALERIO AURELIANO A. M. CEIONIO VIRIO BASSO COSS.

...... posita in possessione fuisti ...... eiectus inveniris, is erit ...... v. c. pro sua aequitate ad effectum ...... Aureliano et Basso Coss. *Vat. Fr.* 30. — *Est epistola Aureliani de libris Sibyllinis*: „Miror vos, patres sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium, tractaretis. Agite igitur et castimonia pontificum, ceremoniisque solennibus iuvate principem necessitate publica laborantem. Inspiciantur libri: quae facienda fuerint celebrentur: quemlibet sumtum, cuiuslibet gentis captivos, quaelibet animalia regia non abnuo, sed libens offero: neque enim indecorum est diis iuvantibus vincere: sic apud maiores nostros multa finita sunt bella, sic coepta. Si quid est sumtuum, datis ad praefectum aerarii literis decerni iussi; est praeterea vestrae auctoritatis arca publica, quam magis refertam esse reperio quam cupio." *Vopisc. Aurelianus* 20.

1026. p. C. n. 273. M. CLAUDIO TACITO ET PLACIDIANO COSS.

Aurelianus Imp. Administris Rectoribus Provinciarum. Comperimus ab his, qui se nostris temporibus Christianos dicunt, legum praecepta violari. Hos ergo comprehensos, nisi diis nostris sacrificaverint, diversis poenis subdite: ut habeat et districtio prolata iustitiam, et in resecandis criminibus ultio terminata iam finem. *Ex actis Symphoriani mart. ad d.* 22. *Aug. ed. Surii. Baron. ad a.* 273, *n.* 7.

1027. p. C. n. 274. L. DOMITIO VALERIO AURELIANO II. C. IULIO CAPITOLINO COSS.

Sacerdotia composuit, templum solis fundavit et pontifices roboravit. Decrevit etiam emolumenta sartis tectis et ministris. *Vopisc. Aurelian.* 35. — Quum ad templum solis venissemus ab Aureliano principe consecratum. *Vopisc. Aurelian.* 1. — In templo solis multum auri gemmarumque constituit. *Vopisc. Aurelian.* 39. — Templum soli aedificat ... Primus agon solis ab Aureliano constitutus. *Euseb. Chron. int. Hier. ad a.* 277 *et Cassiodor. ad a.* 275. — Fanum Romae soli magnificum constituit. *Aurel. Vict. de Caes.* 35. — Templum soli aedificavit, in quo infinitum auri gemmarumque constituit. *Eutrop.* 9, 9. — *Τὸ τοῦ ἡλίου δειμάμενος ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς τοῖς ἀπὸ Παλμύρας ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν, ἡλίου τε καὶ Βήλου καθιδρύσας ἀγάλματα.* Templum solis magnifice exstructum donariis, quae Palmyra secum advexerat, ornavit, collocatis in eodem solis et Beli simulacris. *Zosimus* 1, 61. — *Ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ ἡλίου ναὸν ἐν Ῥώμῃ κατεσκεύασε χρυσῷ καὶ λίθοις ἀξιάγαστον.* Idem solis templum auro lapidibusque ornatum Romae construxit. *Syncellus p.* 721. Cf. Iuliani Or. 4. — *Aurelianus Augustus Ceionio Basso.* Non oportet ulterius progredi militum gladios: iam satis Palmyrenorum caesum atque concisum est. Mulieribus non pepercimus, infantes occidimus, senes iugulavimus, rusticos interemimus: cui terras, cui urbem deinceps relinquemus? Parcendum est iis, qui remanserunt. Credimus enim tam paucos tam multorum suppliciis esse correctos. Templum sane solis, quod apud Palmyram aquilifer legionis tertiae cum vexilliferis et draconario et cornicinibus atque liticinibus diripuerunt, ad eam formam volo, quae fuit, reddi. Habes trecentas auri libras e Zenobiae capsulis: habes argenti mille octingenta pondo. De Palmyrenorum bonis habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohonestari templum: mihi et diis immortalibus gratissimum feceris. Ego ad senatum scribam, petens, ut mittat pontificem, qui dedicet templum. *Vopisc. Aurelian.* 31. — *Ἐφόρει διάδημα ἔχον ἀστέρα. ἢ μόνον δὲ ἐβασίλευσεν, ἤρξατο τὰ τείχη Ῥώμης κτίζειν γενναῖα· ἦν γὰρ τῷ χρόνῳ φθαρέντα. αὐτὸς δὲ ἐφέστηκε τῷ ἔργῳ, καὶ ἠνάγκαζε τὰ συνέργεια Ῥώμης ὑπουργεῖν τῷ κτίσματι, καὶ πληρώσας τὰ τείχη ἐν ὀλίγῳ πάνυ χρόνῳ .. Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Αὐρηλιανὸς καὶ τὴν Ἀραβίαν, κατεχομένην*

ὑπὸ βαρβάρων Σαρακηνῶν ... ἐποίησεν αὐτὴν ὑπὸ Ῥωμαίους εἶναι ἐπαρχίαν. Diadema stella adornatum gestavit. Hic quamprimum imperare coepit, moenia urbis Romae vetustate collapsa instauravit, munitissimaque fecit. Operi autem ipse institit; quaeque in Roma erant operariorum sodalitia, in structura hac operam suam navare coegit. Muro itaque exiguo temporis spatio ad exitum perducto ... Porro Imperator Aurelianus Arabiam Romano imperio rursus asseruit. *Malalas* 12, *p.* 299, 300. — Ipse primus apud Romanos diadema capiti innexuit, gemmisque et aurata omni veste, quod adhuc fere incognitum Romanis moribus visebatur, usus est. *Aurel. Vict. Epit.* 35. — Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit. *Vopisc. Aurelian.* 45.

1023—1028. p. C. n. 270—275.

Porcinam carnem populo Romano distribuit, quae hodieque dividitur, leges plurimas sanxit et quidem salutares. *Vopisc. Aurelian.* 35. — Porcinae carnis usum populo instituit. *Aurel. Vict. Epit.* 35. — Quadruplatores ac delatores ingenti severitate persecutus est: tabulas publicas ad privatorum securitatem exuri in foro Traiani semel iussit. Amnestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Atheniensium ... Fures provinciales repetundarum ac peculatus reos ultra militarem modum est persecutus, ut eos ingentibus suppliciis cruciatibusque puniret. *Vopisc. Aurelian.* 39. — Usus porcinae carnis, quo plebi Romanae affatim cederet, prudenter magnificeque prospectavit, deletaeque fiscales et quadruplatorum, quae urbem miserabiliter affecerant, calumniae, consumtis igni tabulis monumentisque huiusmodi negotiorum; atque ad Graeciae morem decreta abolitione, inter quae avaritiae peculatum, provinciarum praedatores, contra morem militarium immane quantum insectabatur. *Aurel. Vict. de Caes.* 35. — Huius (Aureliani) epistola militaris est ad vicarium suum data huiusmodi: Si vis tribunus esse, imo si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat. Uvam nullus auferat, segetem nemo deterat: oleum, sal, lignum nemo exigat: annona sua contentus sit. De praeda hostis, non de lacrymis provincialium, habeat: arma tersa sint: ferramenta samiata, calceamenta fortia. Vestis nova vestem veterem excludat. Stipendium in balteo, non in popina habeat. Torquem brachialem et annulum apponat, equum sagmarium suum defricet, capitum animalis non vendat, mulum centuriatum communiter curet. Alter alteri quasi servus obsequatur: a medicis gratis curentur, haruspicibus nihil dent: in hospitiis caste se agant: qui litem fecerit, vapulet. *Vopisc. Aurelian.* 7. — Thermas in Transtiberina regione Aurelianus facere paravit hiemales. *Vopisc. Aurelian.* 45. — Balneum Aurelianum ex liberalitate Imp. Caes. M. Aurelii Pii Felicis Aug. servata indulgentia pecuniae eius, quam D. Aurelianus concesserat, facta usurarum exactione curante Statio Iuliano V. E. curatore refecit et perfecit. *Inscr. Caesen. ap. Murat. p.* 485. — Forum nominis sui in Hostiensi a mare fundare coepit, in quo postea praetorium publicum constitutum est. *Vopisc. Aurelian.* 45. — Multos servos e familia propria, qui peccaverant, legibus audiendos iudiciis publicis dedit ... Calceos mulleos et cereos et albos et hederacios viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. Cursores eo habitu, quo ipse habebat, senatoribus concessit. Concubinas ingenuas haberi vetuit. Eunuchorum modum pro senatoriis professionibus statuit. *Vopisc. Aurelian.* 49. — Congiaria ter dedit. *Vopisc. Aurelian.* 48. — Dederat facultatem, ut aureis qui vellent et vasis uterentur et poculis. Dedit praeterea potestatem, ut argentatas privati carrucas haberent; quum antea aerata et eborata vehicula fuissent. Idem concessit, ut blatteas matronae tunicas haberent et ceteras vestes, quum antea coloreas habuissent et ut multum oxypaederotinas. Et ut fibulas aureas gregarii milites haberent, idem primus concessit, quum antea argenteas habuissent. Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum antea non nisi rectas purpureas accepissent et quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis et usque ad pentelores, quales hodie lineae sunt. *Vopisc. Aurelian.* 45. — *Aurelianus Augustus Gallonio Avito S.* Superioribus literis scripseram, ut optimates Gothicas apud Perinthum collocares, decretis salariis, non ut singulae acciperent, sed ut septem simul unum convivium haberent. Quum enim divisae accipiunt, et illae parum sumunt, et respublica plurimum perdit. Nunc tamen quoniam placuit Bonoso Hunilam dari, dabis ei iuxta breve infra scriptum omnia, quae praecepimus: sumtu etiam publico nuptias celebrabis. „Brevis munerum fuit:“ Tunicas palliolatas hyacinthinas subsericas: tunicam auro clavatam subsericam librilem unam, interulas dilores duas, et reliqua quae matronae conveniunt. Ipsi dabis aureos Philippeos centum, argenteos Antoninianos mille, aeris HS. decies. *Vopisc. Bonosus* 15. — Vectigal ex Aegypto urbi Romae Aurelianus vitri, chartae, lini, stupae atque anabolicas species aeternas constituit. *Vopisc. Aurelian.* 45. — Panibus urbis Romae unciam de Aegyptio vectigali auxit, ut quadam epistola data ad praefectum annonae ipse gloriatur: „*Aurelianus Augustus Flavio Arabiano praefecto annonae.* Inter cetera, quibus diis faventibus Romanam rempublicam iuvimus, nihil mihi est magnificentius, quam quod additamento unciae omne annonarum urbicarum genus iuvi; quod ut esset perpetuum, navicularios Niliacos apud Aegyptum novos et Romae amnicos posui. Tiberinas exstruxi ripas, vadum alvei tumentis effodi, diis et perennitati vota constitui, almam Cererem consecravi. Nunc tuum est officium, Arabiane iucundissime, elaborare, ne meae dispositiones in irritum veniant. Neque enim populo Romano saturo quicquam potest esse laetius.“ *Vopisc. Aurelian.* 47. — *Ἤδη δὲ καὶ ἀργύριον νέον δημοσίᾳ διέδωκε, τὸ κίβδηλον ἀποδόσθαι τοὺς ἀπὸ τοῦ δήμου παρασκευάσας, τούτῳ τε τὰ συμβόλαια συγχύσεως ἀπαλλάξας. Ἐπὶ τούτοις καὶ ἄρτων δωρεᾷ τὸν Ῥωμαίων ἐτίμησε δῆμον.* Itidem novam monetam publice distribuit, quum plebem, quicquid haberet adulterinae monetae, tradere iussisset, commerciis hoc modo ab omni confusione vindicatis. Praeter haec et panium honorario munere populum Romanum donavit. *Zosimus Hist.* 1, 61. — Neque secus intra urbem monetae opifices deleti; qui quum auctore Felicissimo rationali nummariam notam corrosissent, poenae metu bellum fecerant. *Aurel. Vict. de Caes.* 35. — Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bellum, Felicissimo rationali auctore, quod acerrime severissimeque compescuit, septem tamen millibus suorum militum interemtis, ut epistola docet missa ad Ulpium Crinitum ter consulem, qui eum ante adoptaverat. *Aurelianus Augustus Ulpio patri.* Quasi fatale quiddam incessit, ut omnia quaecunque gessero, omnes motus ingravescant. Ita enim seditio intramurana bellum mihi gravissimum peperit; monetarii auctore Felicissimo, ultimo servorum, cui procurationem fisci mandaveram, rebelles spiritus extulerunt. Hi compressi sunt, septem millibus Hiberorum, Ripariensium et Castrianorum et Daciscorum interemtis. Unde apparet, nullam mihi a diis immortalibus datam sine difficultate victoriam. *Vopisc. Aurelian.* 38. — Hoc imperante etiam monetarii in urbe rebellaverunt, vitiatis pecuniis, et Felicissimo rationali interfecto, quos Aurelianus victos ultima crudelitate compescuit. Plurimos nobiles capite damnavit ... Disciplinae militaris et morum dissolutorum magna ex parte corrector. *Eutrop.* 9, 9. — *Οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται· οἳ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ διέφθειραν τὸ νόμισμα, καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα Φηλικίσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον· οὓς μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος, ὑπερβαλλούσῃ κολάσεων ὠμότητι κατειργάσατο.* Monetarii. Hi sub Aureliano monetam corruperunt et Felicissimo praefecto suo interfecto bellum intestinum excitarunt; quos Aurelianus vix tandem victos atrocissimis suppliciis consumsit. *Suidas v. Μονιτάριοι.* — *Ἐν δὲ τῷ μέλλειν αὐτὸν ἐξιέναι ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἐστασίασαν οἱ λεγόμενοι μονητάριοι Ἀντιοχείας ἐπὶ αὐτοῦ, κράζοντες διὰ συνηθείας τινάς. καὶ ἀγανακτήσας κατ᾽ αὐτῶν ἐτιμωρήσατο αὐτούς.* Imperatore autem ab Antiochia magna discessuro, monetarii Antiochenses, qui dicuntur, tumultuantes, veteres quasdam consuetudines reposcebant sibi. His vero infensus Aurelianus, poenis eos compescuit. *Malalas* 12, *p.* 301. — *Imp. Constantinus A. Campesti.* Quum D. Aurelianus, parens

noster, civitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conveniri et pro his fundis, qui invenire dominos non potuerunt, quos praeceperat (amus?) earundem possessionum (triennii immunitate percepta) solennibus satis facere, servato hoc tenore praecipimus. *L.* 1 *Cod. De omni agro* 11, 58. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Dionysio.* Quum ex sola primipili causa liberos, etiam si patribus heredes non existant, teneri D. Aurelianus sanxerit, si neque successistis patri vestro, nec quicquam ex bonis eius tenetis, consequens est, a paternis creditoribus vos non conveniri. *L.* 4 *Cod. de Primipilo* 12, 63. — *Ἐποίησε θείαν αὐτοῦ κέλευσιν, ἵνα ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου οἱ τῆς πόλεως πάσης ἐργαστηριακοὶ Αὐρηλιανοὶ χρηματίζουσι, τοῦ βασιλικοῦ ὀνόματος λαβόντες τὴν ἀξίαν ὑπὲρ τιμῆς καὶ κόπων.* Edicto suo imperatorio decrevit, ut, quotquot Romae erant operariorum in mechanicis hisce sodalitiis, ab Imperatore nomine Aureliani exinde vocarentur. *Malalas* 12, *p.* 300. — *Ὁ δὲ αὐτὸς Αὐρηλιανὸς καὶ Δακίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν τὴν παραποταμίαν.* Idem Aurelianus Daciam quoque Parapotamiam in provinciae formam redegit. *Malalas* 12, *p.* 301. — *Τὴν Τραϊανοῦ δὲ Δακίαν βαρβάροις ἀφεὶς ἄνδρας καὶ γυναῖκας εἰς τὸ μεσαίτατον τῆς Μυσίας στήσας ἑκατέρωθεν, Δακίαν δὲ μέσην νομίζεσθαι.* Dacia porro Traiani nomine barbaris relicta, viros ac mulieres sinum Mysiae medium iussit incolere, Mysias nimirum eos hinc inde ambientibus, spatioque medio recenti dictione Dacia vocato. *Syncellus p.* 721 *sq.* — Provinciam Daciam, quam Traianus ultra Danubium fecerat, intermisit ... abductosque Romanos ex urbibus et agris Daciae, in media Moesia collocavit. *Eutrop.* 9, 9. — Provinciam trans Danubium Daciam a Traiano constitutam sublato exercitu et provincialibus reliquit desperans posse eam retineri, abductosque ex ea populos in Moesiam collocavit, appellavitque suam Daciam, quae nunc duas Moesias dividit. *Vopisc. Aurelian.* 39. — Sed sub Gallieno Imperatore amissa est et per Aurelianum translatis exinde Romanis duae Daciae in regionibus Moesiae factae sunt. *Rufus Brev.* 8. — Daces autem iam sub imperio suo Traianus ... in provinciam redegit. Sed Gallienus eas, dum regnaret, amisit, Aurelianusque Imperator evocatis exinde legionibus in Moesia collocavit ibique aliquam partem Daciam mediterraneam Daciamque Ripensem constituit et Dardaniam coniunxit. *Iornandes de Regn. succ.* 51. — *Ἦν ὁ Τραϊανὸς ἐν τοῖς πέραν τοῦ Ἴστρου χωρίοις κατῴκισε. καὶ ταύτην Αὐρηλιανὸς ἀπέλιπε, κεκακωμένης τῆς Ἰλλυριῶν τε καὶ Μυσῶν χώρας, ἡγούμενος ἀδυνάτως ἔσεσθαι τὴν πέραν ἐν μέσοις τοῖς ποταμοῖς ἀπειλημμένην διασώζεσθαι. ἐξαγαγὼν οὖν τοὺς ἐκεῖσε Ῥωμαίους ἀπῳκισμένους ἔκ τε τῶν πόλεων καὶ τῶν ἀγρῶν, ἐν μέσῃ τῇ Μυσίᾳ καθίδρυσε, τὴν χώραν ὀνομάσας Δακίαν.* Daciam regionem Traianus trans Istrum sitam coloniis habitandam concessit; sed Aurelianus eandem omisit, vastato Illyrico et Moesia, desperans eam retineri posse, utpote trans Istrum sitam et fluviis interclusam. Romanos igitur illic habitantes ex urbibus et agris eduxit, et in media Moesia collocavit, eamque regionem Daciam appellavit. *Suidas v. Δακία χώρα.* — *Τοῦ Παύλου σὺν καὶ τῇ τῆς πίστεως ὀρθοδοξίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐκπεπτωκότος, Δόμνος τὴν λειτουργίαν τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας διεδέξατο, ἀλλὰ γὰρ μηδαμῶς ἐκστῆναι τοῦ Παύλου τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου θέλοντος, βασιλεὺς ἐντευχθεὶς Αὐρηλιανὸς, αἰσιώτατα περὶ τοῦ πρακτέου διείληφε· τούτοις νεῖμαι προστάττων τὸν οἶκον, οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τοῦ δόγματος ἐπιστέλλοιεν ... Προϊούσης δ᾽ αὐτῷ τῆς ἀρχῆς, ἀλλοῖόν τι περὶ ἡμῶν φρονήσας, ἤδη τισὶ βουλαῖς, ὡς ἂν διωγμὸν καθ᾽ ἡμῶν ἐγείρειεν ἀνεκινεῖτο· πολύς τε ἦν ὁ παρὰ πᾶσι περὶ τούτου λόγος. Μέλλοντα δὲ ἤδη καὶ σχεδὸν εἰπεῖν τοῖς καθ᾽ ἡμῶν γράμμασιν ὑποσημειούμενον, θεία μέτεισιν δίκη.* Quum Paulus a recta fide simul et episcopatu excidisset, Domnus administrationem Antiochensis ecclesiae suscepit. Sed quum Paulus e domo ecclesiae nullatenus excedere vellet, interpellatus Imp. Aurelianus rectissime hoc negotium diiudicavit, iis domum tradi praecipiens, quibus Italici Christianae religionis antistites et Romanus episcopus scriberent ... Processu vero temporis aliter de nobis sentiens, quorumdam consiliis coepit impelli, ut persecutionem adversus nostros commoveret. Iamque ea de re multus ubique rumor spargebatur. Sed eum paratum iam et compositis contra nos edictis, ut ita dixerim, subscribentem ulta est divina iustitia. *Eusebii Hist. Eccles.* 7, 30. — Adhibito consilio senatus, muros urbis Romae dilatavit, nec tamen pomoerio addidit. *Vopisc. Aurelian.* 21. — Muris urbem validissimis laxiore ambitu circumsepsit. *Aurel. Vict. de Caes.* 35. — Romam firmioribus muris vallat. *Euseb. Chron. int. Hier. ad a.* 277 *et Cassiodor. ad a.* 275. — Hic muris validioribus et laxioribus urbem sepsit. — *Aurel. Vict. Epit.* 35. — Urbem Romam muris firmioribus cinxit. *Eutrop.* 9, 9. *Orosius* 7, 23. — *Ἐτειχίσθη δὲ τότε ἡ Ῥώμη, πρότερον ἀτείχιστος οὖσα, καὶ λαβὸν τὴν ἀρχὴν ἐξ Αὐρηλιανοῦ, συνεπληρώθη βασιλεύοντος Πρόβου τὸ τεῖχος.* Tunc et moenibus cincta fuit Roma, quibus antea carebat et coeptus ab Aureliano murus, Probo imperante perfectus fuit. *Zosimus* 1, 49.

TACITUS.

1028—1029. p. C. n. 275—276.

* Diu senatusconsulta, quae ad principes pertinebant, libris elephantinis scribebantur. *Vopisc. Tacit.* 8. — *Tacitus Augustus Probo.* „Me quidem senatus principem fecit de prudentis exercitus voluntate. Attamen sciendum tibi est, tuis nunc humeris magis incubuisse rempublicam, qui et quantus sis, omnes novimus, scit senatus. Adesto igitur nostris necessitatibus: tuae familiae assere, ut soles, rempublicam. Nos tibi decreto totius Orientis ducatu, salarium quintuplex fecimus, ornamenta militaria geminavimus, consulatum in annum proximum nobiscum decrevimus: te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata.“ *Vopisc. Probus* 7. — *Epistolae publicae. Senatus amplissimus curiae Carthaginiensi S. D.* Quod bonum, faustum, felix salutareque sit reipublicae orbique Romano: dandi ius imperii, appellandi principis, nuncupandi Augusti, ad nos revertit. Ad nos igitur referte, quae magna sunt. Omnis provocatio praefecti urbis erit: quae tamen a proconsulibus et ab ordinariis iudicibus emerserit, in quo quidem etiam vestram in antiquum statum redisse credimus dignitatem, si quidem primus hic ordo est, qui recipiendo vim suam, ius suum ceteris servat. — *Alia epistola. Senatus amplissimus curiae Trevirorum.* Ut estis liberi et semper fuistis, laetari vos credimus. Creandi principis iudicium ad senatum redit, simul etiam praefecturae urbanae appellatio universa decreta est. Eodem modo scriptum est Antiochensibus, Aquileiensibus, Mediolanensibus, Alexandrinis, Thessalonicensibus, Corinthiis et Atheniensibus. *Vopisc. Florianus* 5. — Post hoc stipendium et donativum ex more promisit ... In eadem oratione cavit, ut si quis argento publice privatimque aes miscuisset, si quis auro argentum, si quis aeri plumbum, capital esset cum bonorum proscriptione. In eadem oratione cavit, ut servi in dominorum capita non interrogarentur, ne in causa maiestatis quidem. Addidit, ut Aurelianum omnes pictum haberent. Divorum templum fieri iussit, ita ut iisdem natalibus suis, et Parilibus, et Calend. Ianuar. et Votis, libamina ponerentur. *Vopisc. Tacit.* 9. — Meritoria intra urbem stare vetuit, quod quidem diu tenere non potuit. Thermas omnes ante lucernam claudi iussit, ne quid per noctem seditionis oriretur. Cornelium Tacitum scriptorem historiae Augustae ... in omnibus bibliothecis collocari iussit: et ne lectorum incuria deperiret, librum per annos singulos decies scribi publicitus in * evicis archiis iussit, et in bibliothecis poni. Holosericam vestem viris omnibus interdixit. Domum suam destrui praecepit, atque in eo loco thermas publicas fieri privato sumtu iussit ... Servos urbanos omnes manumisit, intra centum tamen, ne Caniniam transire videretur. *Vopisc. Tacit.* 10. — Hostias suas semper domum revocavit, iisdemque suos vesci iussit ... Auroclavatis vestibus idem interdixit. *Vopisc. l. c.* 11. — Mensem Septembrem Tacitum appellari iussit, idcirco, quod eo in mense et natus et factus est imperator. *Vopisc. Tacit.* 13.

PROBUS.

1029. p. C. n. 276. M. CLAUDIO TACITO A. II. ET AEMILIANO COSS.

Decerno igitur (Manlius Statianus, qui primae tunc sententiae in senatu erat), P. C. votis omnium concinentibus, nomen Caesareum, nomen Augustum (Probo), addo proconsulare imperium, patris patriae reverentiam, pontificatum maximum, ius tertiae relationis, tribuniciam potestatem. *Vopisc. Probus* 12. — Accepto igitur hoc senatusconsulto secundum orationem permisit patribus, ut ex magnorum iudicum appellationibus ipsi cognoscerent, proconsules crearent, legatos consulibus darent, ius praetorium praesidibus darent, leges, quas Probus ederet, senatusconsultis propriis consecrarent. *Vopisc. Tacit.* 13.

1029—1035. p. C. n. 276—282.

Veteranis omnia illa, quae anguste adeuntur, loca privata donavit, addens, ut eorum filii ab anno octavo decimo mares duntaxat ad militiam mitterentur, nec ante latrocinari quam militare discerent. *Vopisc. Probus* 16. — Gallis omnibus et Hispanis ac Britannis permisit, ut vites haberent vinumque conficerent. *Vopisc. l. c.* 18. — Vineas Gallos et Pannonios habere permisit; opere militari Almum montem apud Sirmium, et Aureum apud Moesiam Superiorem, vineis consevit, et provincialibus colendos dedit. *Eutrop.* 9, 11. — Probus Gallos et Pannonios vineas habere permisit, Almumque et Aureum montem militari manu consitos provincialibus colendos dedit. *Eusebii Chron. interp. Hieron. ad a.* 282. — Galliam Pannoniasque et Moesorum colles vinetis replevit. *Aurel. Vict. de Caes* 37. — Vineas Gallos et Pannonios habere permisit. *Aurel. Vict. Epit.* 37. — Dedit Romae etiam voluptates et quidem insignes, delatis etiam congiariis. *Vopisc. Probus* 19. — *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς* (*Ἥλιος Πρόβος*) *καὶ τὰς σιτήσεις τῆς αὐτῆς πόλεως Ἀντιοχείας ἐκ τοῦ δημοσίου ἔταξεν, ἵνα δωρεὰν παιδεύωσι διὰ θείας αὐτοῦ προστάξεως θεσπίσας.* Insuper etiam (Aelius Probus) edicto imperatorio iussit, uti ex aerario publico Antiochensi stipendia annua, pro iuventute urbis literis gratis instituenda, exhiberentur. *Malalas Chron.* 12, *p.* 302. — *Imp. Probus A. Octavio.* Saepe rescriptum est, ante sententiam signa rebus, quas aliquis tenebat, imprimi non oportere. *L.* 1 *C. Ut nemini lic.* 2, 17. — *Probus Augustus amantissimo senatui suo salutem dicit.* Inter cetera: Felix esset nostra respublica, si qualis Carus est, aut plerique vestrum, plures haberem in actibus collocatos. Quare equestrem statuam viro morum veterum (si vobis placet) decernendam censeo: addito eo, ut publico sumtu, vel eidem exaedificetur domus, marmoribus a me delatis. Decet enim nos talis integritatem remunerari viri, et reliqua. *Vopisc. Carus* 6. — Abhinc (a Probo interfecto) militaris potentia convaluit, ac senatui imperium creandique ius principis ereptum ad nostram memoriam. *Aurel. Vict. de Caes.* 37.

CARUS.

1035—1036. p. C. n. 282—283.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὑπέταξε χώραν, ἥντινα ἐκάλεσε Καρίαν, ποιήσας αὐτὴν ἐπαρχίαν … Ἐτείχισε δὲ ἐν τῷ λιμίτῳ κάστρον, ὅπερ ἐποίησε πόλιν, δοὺς αὐτῇ καὶ δίκαιον πόλεως, ὃ ἐκάλεσεν εἰς ἴδιον ὄνομα Κάρας. Imperator iste quandam regionem subiugavit, quam in provinciae formam redactam Cariam vocavit … Inde vero (Ctesiphonte) reversurus castrum ibi in limitibus situm muro cinxit, datoque eidem civitatis iure, a nomine suo Caras vocavit. *Malalas* 12, *p.* 303.

CARINUS.

1036—1037. p. C. n. 283—284.

Ἐποίησεν (*Καρῖνος*) *εὐθέως θείαν αὐτοῦ διάταξιν εἰς πᾶσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν, ὥστε μηδένα τῶν λεγομένων Χριστιανῶν ὑπομεῖναί τι κακὸν, μήτε δὲ κωλύεσθαι θρησκεύειν ὡς βούλονται.* Divino suo edicto per totum imperium Romanum protinus prom ulgato, cavebat (Carinus Imperator), ne quis deinceps Christianos, quos vocant, violaret, aut a cultu suo prohiberet. *Malalas Chron.* 12, *p.* 305. — Fastidium subscribendi habuit. *Vopisc. Carinus* 1.

*284—294.

…. necessitatibus urgentibus pater …….. vivis parentibus placuit ……. familia longa aetate …. e Pf. urbi V. C. PP. II. Kal… Coss. *Vat. Fr.* 26. — .. Sabiniani non oportuit post interpo...... cari praeponere igitur procurator ..... rationis meae possessiones ….ium nec emtor ignora…. ordine audietur. PP. Kal. … *Vat. Fr.* 29.

DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS.

1038. p. C. n. 285. C. AURELIO VALERIO DIOCLETIANO AUGUSTO II. ET ARISTOBULO COSS.

* *Diocletianus et Aurelius Maximianus AA. Leontio.* Quum speciem venditam violentia ignis, qui nunc perpoc…. absumtam dicas, si venditionem nulla conditio suspenderat, amissae rei periculum te non adstringet. PP. *Vat. Fr.* 23. *Cod. Iust.* 4, 48, 5. — Diocletianus Claudia ……. emtori indemnita …… possessionem venditam esse coe…. ex qualitate rei perdoc…. Diocletiano et Aristobolo Coss. *Vat. Fr.* 24. — *Divi Diocletianus et Constantius Clodiae Iuliae Ptolemaidi.* Quum matrem tuam donationis instrumenta in neptem suam fecisse, nec ea tradidisse dicas, in dubium non venit, liberalitatem, quoniam assignatis instrumentis minime coepta est, invalidam esse. Igitur ut querela, quae inter nos orta est, cognita causa comprimatur, a viva matre tua neque instrumenta neque possessionem traditam esse ostende. PP. IIII. Non. Nov. Suneata, Diocletiano A. II. et Aristobolo Coss. *Vat. Fr.* 297. — * …. donationem in te collatam, licet in potestate … in diem novissimum vitae voluntas ……. are: nam tu eorum, quae praetulisti …… fiat contra voluntatem defuncti ……. arbitrum divisioni dabit, qui in …. tare debebit, ut tibi istae res ….. portio ex legibus ab intestato debita ……. PP. V. Kal. Ian. Treveris ……. II. Coss. *Vat. Fr.* 291. — * …..a fides adiuvet. Ceterum …….lem declarat voluntatem ….onem ab eo perfecisti, si quidem feminis …. in familia degentibus pater don……..s adeo emolumenti tribuat …….les, quod tibi ex patris rebus iure ……. res tuorum inquietudinem, si qua ……. portionem, quae tibi ex bonis patris ......um voluntas perseverans ......t, vel etiam fundi ex pecunia a patre ....m tibi tradita, ac postmodum ....tit facta numerans, quod penes ……… Dat. III. Kal. Oct. Verona …. *Vat. Fr.* 290.

1039. p. C. n. 286. M. IUNIO MAXIMO II. VETTIO AQUILINO COSS.

Idem Calpurniae Aristenetae. Quoniam non contenta rescripto, quod ad primas preces acceperas, iterato supplicare voluisti, ex iure rescriptum reportabis: Communes res in solidum donari nequeunt, sed portiones eorum, qui donant, ad eos, qui dono accipiunt, transitum faciunt. Nec ambigi oportet donationes etiam inter absentes, si ex voluntate donantium possessionem ii, quibus donatum est, nanciscantur, validas esse. Restat, ut si filius tuus immoderatae liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit, iuxta legum placita praesidis provinciae auxilio utaris; qui discussa fide veri si integri restitutionem ex filii persona competere tibi ob improbabilem donationis enormitatem animadverterit, in removendis his, quae perperam gesta sunt, tibi subveniet. PP. III. Id. Febr. Mediolani, Maximo et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 282. *Cod. Iust.* 8, 54, 6; 3, 29, 4. — *Divi Diocletianus et Constantius Sabinae et Diodulae.* Perfectam donationem mutata voluntate donatoris, etsi parum gratus existet, cui dono res data est, minime contendi posse,

saepe rescriptum est. PP. V. Non. Mart. Maximo et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 275. — *Idem Aurelio Carrenoni.* Si stipendiariorum proprietatem dono dedisti, ita ut post mortem eius, qui accepit, ad te rediret, donatio irrita est, quum ad tempus proprietas transferri nequiverit: si vero usumfructum in eam, contra quam supplicas, contulisti, usumfructum a proprietate alienare non potuisti. PP. V. Id. Mart. Maximo et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 283. *Cod. Iust.* 8, 55, 2. — *Idem Aurelio Severo Alexandro.* Pater in filium, quem in potestate habet, conferens ipso iure donationem non facit, sed ex praeceptis statutorum recepta humanitate placuit, si in eodem iudicio perseverans in fatum concesserit, liberalitatem eius salva lege Falcidia probari. Proinde si pater, qui per epistolam res tibi dono dedit, non revocata liberalitate, nec mutata voluntate fatalem diem intestato obiit, illibata donatio permanet, nisi tamen legis Falcidiae ratio comminui eam exegerit; quod si locum habet, eatenus ex donatione fratres tui deducent, quatenus id fieri indemnitas et iuris ratio (et) in obtinendis portionibus, quas eos habere necesse est, exigunt. Iuxta hanc iuris formam praeses provinciae ad vicem familiae herciscundae officium sententiae suae legibus temperabit. PP. Byzanthio XI. Kal. April. Maximo et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 281. — *Idem Boncio Secundo.* Praeses provinciae, amicus noster, notionem suam impertiet, non ignorans pro sua auctoritate atque experientia, si docebitur immoderatis donationibus, non retenta quarta ad excludendam inofficiosi querelam nepotis ex filio nati, patrimonium suum avum exhausisse postque constitutiones huiusmodi commentis ad exemplum inofficiosi querelae esse occursum. PP. Moguntiaci XI. Kal. Iul. Maximo et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 271. — *Idem A...* contulit donationem et decedens supremo iudicio non revocavit, scilicet manente potestate, praeses provinciae iuxta divorum principum constitutiones super hac re factas vim prohibebit, de ceteris inter vos disceptaturus. PP. IV. Kal. Sept. Maximo et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 277. — *Idem Alexandriae.* Ea quidem, quae iure donationis a socru tua in te collata sunt, manere inconcussa rector provinciae efficiet. In matrimonio vero retinendo tui arbitrii est, an velis et filiis communibus intervenientibus in eodem proposito perseverare. PP. III. Id. Oct. Heraclia Thracum, Maximo et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 284. — *Idem Aurelio Zoilo.* Quum affirmas patrem tuum donationes perfectas in te contulisse et supremis iudiciis eas non revocasse, poteris iure constituto, praesertim quum honori primipilari sis adstrictus, securo animo ea, quae donata sunt, possidere. PP. VIII. Kal. Nov. Maximo et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 278. — *Idem Benignae Superlatae.* In filiam post emancipationem a patre collatam (donationem) postea auferri ab ea non potuisse, dubitari non oportet. Si igitur nihil aliud tibi de iure adversatur, praeses provinciae, ne qua tibi legitime possidenti fiat iniuria, intercessu auctoritatis suae providebit. PP. IV. Kal. Dec. Maximino et Aquilino Coss. *Vat. Fr.* 279.

1040. p. C. n. 287. C. AUR. VAL. DIOCLETIANO A. III. M. AUR. VAL. MAXIMIANO A. COSS.

* *Idem Aureliae Anniae.* In q...lum non venit adversus enormes donationes, quae ita in quosdam liberos vacuefactis facultatibus in filiorum pernicie conferuntur, iam dudum divorum principum statutis esse provisum. Si igitur mater tua ita patrimonium suum profunda liberalitate in fratrem tuum evisceratis opibus suis exhausit, ut quartae partis dimidiam, quam ad excludendum inofficiosi querelam adversum au... habes, praeses provinciae quod immoderate gestum est revocabit, eamque aeris alieni solutionem, si ab intestato cum fratre tuo matri heres extitisti, revocare non potes. Dat. Nicomediae V. Non. Mart. Augg. III. et II. Coss. *Vat. Fr.* 280. *Cod. Iust.* 3, 29, 1. — * *Τούτῳ τῷ ἔτει Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος διωγμὸν μέγαν καὶ φρικωδέστατον κατὰ Χριστιανῶν ἀνήγειραν.* Hoc anno Diocletianus et Maximianus Herculius vehementi et horrenda in Christianos persecutione suscitata. *Theophanes p.* 9.

1040—1056. p. C. n. 287—296.

* *Idem A. Homoneae.* Si non est in vacuam possessionem ex causa donationis inductus is, contra quem supplicas, nulla ratione tributarii praedii dominus constitutus extraneus vindicationem habere potest.... *Vat. Fr.* 316. — * *Divi Diocletianus et Constantius* ...... citra mandatum domini .... domino a procuratoribus distra..... ex superfluo autem ea, quae procurator ...... confirmare desideras. nam prin........... temporis terminos perpe.......... Mart. Nicomediae .... *Vat. Fr.* 338.

1044. p. C. n. 291. TIBERIANO ET DIONE COSS.

Idem Ulpiae Rufinae. Quum ex causa donationis uterque dominium rei tributariae vindicetis, eum, cui priori possessio vel soli tradita est, haberi potiorem convenit. Dat. XII. Kal. Mart. Dorocortoro, Tiberiano et Dione Coss. *Vat. Fr.* 315. *Cod. Iust.* 3, 32, 15.

1046. p. C. n. 293. C. AUR. VAL. DIOCLETIANO A. V. M. AUR. VAL. MAXIMIANO AUG. IV. COSS.

Iidem Aur. Agemacae. Actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur. Unde perspicis non eiusdem provinciae praesidem adeundum, ubi res, de quibus rebus agitur, sitae sunt, sed in qua is, qui possidet, sedes ac domicilium habet. In rem actio privati iudicii quaestionem continet. Dominae praesentia si procurator agat vel defendat, satisdationem recte postulat; nam procuratorem tam puellam tutore auctore, quam adultam posse facere nulli dubium est. PP. Sersum XVIII. Kal. Feb. Coss. ss. *Vat. Fr.* 326. — *Aurelio Loreo cui* (cl. v.) *et Enucentrio.* Fructuario superstite licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius utendi fruendi non tollitur. Subscripta V. Id. Feb. Sirmi, Augg. V. et IIII. Coss. *Vat. Fr.* 42. — *Divi Diocletianus et Constantius Aurelio Onesimo.* Successoribus donatoris perfectam donationem revocare non permittitur; quum imperfectam perseverans voluntas per doli mali replicationem confirmet. Unde aditus praeses provinciae si de possessione te pulsum animadvertit, nec annus excessit, ex interdicto Unde vi restitui rem cum sua causa providebit, vel si hoc tempus finitum est, (per) formulam promissam, quasi nullas vires donationem habuisse dicatur, quaestione facti examinata iure praeses provinciae sententiam ferre curabit. PP. IX. Kal. Mart. Diocletiano V. et Maximiano IV. Coss. *Vat. Fr.* 312. — *Idem Aur. Luciano.* In donatione rei tributariae circa exceptam et non exceptam personam legis Cinciae nulla differentia est; quum et vacuae possessionis inductione celebrata in utriusque persona perficiatur, et si hanc secutam post huiusmodi placitum non constet, manifeste nec coepta videatur. Quapropter in his quidem, quae solo tributario consistunt, a maiore V et XX annis in vacuam inductos possessionem ostendi convenit; rerum autem mobilium sive moventium, si (non) excepti fuistis, quae mancipi sunt, usucapta vel mancipata post vel antea maiore tempore a vobis anni possessa avocari non possunt; nec mancipi vero, traditione facta, propter eiusdem interdicti potestatem similis possessionis probatio necessaria est. Nam si exceptus fuisti, privignus tum constitutus, sola traditio sufficit. Quod autem res tibi ab herede donatricis distractas esse proponis, duplicari tibi titulum possessionis non potuisse constat; sed ex perfecta donatione dominum factum frustra emisse, quum rei propriae emtio non possit consistere; actum demum tibi profuerit, si ex donatione te non fuisse dominum monstretur. Sane quoniam omnia vobis ab eo donata et tradita dicitis, ad hoc a filio facta venditione rerum maternarum afferre perfecta etiam donatione poterit defensionem, ne vel exemplo inofficiosi testamenti possit haec avocare. Quibus omnibus praeses provinciae suam notionem praebebit. PP. IV. Kal. Iun. Diocletiano et Maximiano V. et IV. Coss. *Vat. Fr.* 293. *Cod. Iust.* 4, 38, 4. — *Divi Diocletianus et Constantius Aur. Pantiae.* Actor rei forum sequi debet, et mulier quidem facere procuratorem sine tutoris auctoritate non prohibebitur. Si quam itaque habes actionem, experiri magis iure,

quam adversus ea, quae pro tuo statuta sunt, quaecunque postulare debes. PP. V. Id. Nov. Heracliae, AA. V. et IV. Coss. *Vat. Fr.* 325. — *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Diogeni Praesidi Insularum.* Iam dudum a nobis statutum est, ut, si quae causae libertinitatis et servitutis in provinciis inter fiscum et privatum exorirentur, ad rationalem vel magistrum rei privatae, hoc est, unde motae essent quaestiones, remitterentur; si quae vero ingenuitatis essent, a rectore provinciae examinarentur. Dat. IV. Non. Aug. Caess. Coss. *L.* 5 *C. Ubi causa status* 3, 22.

1047. p. C. n. 294. FL. VAL. CONSTANTIO CAES. C. GALERIO MAXIMIANO C. COSS.

Cl. Theodoto. Habitatio morte finitur; nec proprietatem ea, quae habitationem habuit, legando rei vindicationem, nec debitum negando in testamento creditoris actionem excludit. Subscripta IV. Kal. Oct. Viminaci, Caess. Coss. *Vat. Fr.* 43. *Cod. Iust.* 3, 33, 11. — *Idem Aureliae Apollonidae.* In filium a patre donationum conscriptis instrumentis, eum in vacuam inductum possessionem horum lectio manifestat. Ceterum sine dubia facti quaestione D. Titus Antoninus, parens noster, necessariis angustis rationem eius consortii, quod nascendi tempore liberis et parentibus datur, cogitans non admitti scrupulosam inquisitionem statuit; nec idcirco patris indignatione posse donationem iustam unquam rescindi summa cum ratione placuit. PP. V. Id. Nov. Melantia, Caess. Coss. *Vat. Fr.* 314.

1048. p. C. n. 295. TUSCO ET ANULLINO COSS.

..... donatio quidem a patre in filium ..... si in eadem voluntate pater ...... novissimam voluntas quam in extrem .... portio, quae ab intestato debetur, illibata servetur. Iuxta quae adi correctorem virum clarissimum, amicum nostrum, et ea, quae in precem contulisti, allega; qui in examinationibus eam sententiam promet, quam iuris atque aequitatis ratio dictaverit. PP. Mediolano VII. Kal. Ian., Tusco et Anullino Coss. *Vat. Fr.* 292. — * *Τούτῳ τῷ ἔτει προστάγματα βασιλικὰ ἐδόθη, τὰς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἐδαφίζεσθαι, καὶ τὰς θείας βίβλους κατακαίεσθαι.* Hoc anno, ut Christi ecclesiae subverterentur sacrique libri traderentur igni, imperiali sancitum est edicto. *Theophanes p.* 13. Cf. a. 303.

1049. p. C. n. 296. C. AUR. VAL. DIOCLETIANO A. VI. FL. VAL. CONSTANTIO CAESARE II. COSS.

Idem Laelio Sempronio Laeporio. Donatio praedii, quod mancipi est, inter non exceptas personas traditione atque mancipatione perficitur; eius vero, quod nec mancipi est, traditione sola. Si igitur patrona tua in rebus humanis agens supradicto iure ex causa donationis, retento sibi usufructu, ad te eundem fundum transtulit, intelligis ius tuum satis esse munitum; si tamen, quum moreretur patrona, quam praedium donasse commemoras, possessionem rei donatae non revocavit. Iuxta quae aditus is, cuius de ea re notio est, auctoritatem suam interponet. Dat. prid. Kal. April. Diocletiano A. VI. et Constantio II. Coss. *Vat. Fr.* 313.

1050. p. C. n. 297. M. AUR. VAL. MAXIMIANO A. V. C. GALERIO VAL. MAXIMIANO C. II. COSS.

Victoria acerbe usus est: totam Aegyptum gravibus proscriptionibus caedibusque foedavit. Ea tamen occasione ordinavit provide multa, et disposuit, quae ad nostram aetatem manent. *Eutrop.* 9, 15.

1051. p. C. n. 298. FAUSTO II. ET GALLO COSS.

Diocletianus et Max. Constantius Tannoniae Iuliae. Usumfructum locari et venundari posse a fructuario, nulli dubium est. Proinde si vendente filio tuo possessionem etiam tu certo pretio usufructu proprio cessisti, quem testamento mariti tui relictum esse proponis, quandoquidem emtorem contractus fidem commemores minime custodire, aditus Aelius Dionysius, vir clarissimus, amicus noster, id tibi faciet repraesentari, quod te constiterit iure deposcere. PP. VI. Id. Mart. Carthagine, Fausto II. et Gallo Coss. *Vat. Fr.* 41. — Primus ex auro veste quaesita, serici ac purpurae gemmarumque vim plantis concupivit ... se primus omnium, Caligulam post Domitianumque, Dominum palam dici passus et adorari appellarique uti Deum. *Aurel. Vict. de Caes.* 39. — Diligentissimus et sollertissimus princeps, et qui imperio Romano primus regiae consuetudinis formam magis, quam Romanae libertatis, invexit, adorarique se iussit, quum ante eum cuncti salutarentur; ornamenta gemmarum vestibus calceamentisque indidit. Nam prius imperii insigne in chlamyde purpurea tantum erat. *Eutrop.* 9, 16. — *Οἷς ἐπαρθεὶς ὁ Διοκλητιανὸς καὶ μέγα φρονήσας οὐκέτι προσαγορεύεσθαι παρὰ τῆς γερουσίας ὡς πρώην ἠνείχετο, ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι ἐθέσπισε, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἑαυτοῦ καὶ τὰ ὑποδήματα χρυσῷ καὶ λίθοις καὶ μαργάροις ἐκόσμησε, καὶ πλείονα πολυτέλειαν τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις ἐνέθετο· οἱ πρώην γὰρ βασιλεῖς κατὰ τοὺς ὑπάτους τετίμηντο, καὶ τῆς βασιλείας παράσημον μόνον εἶχον πορφυροῦν περιβόλαιον.* Quibus victoriis elatus Diocletianus se non amplius ut prius a senatu salutari, sed adorari voluit: vestes suas et calceos auro, gemmis, margaritis exornavit, et imperatoria insignia maioribus sumtibus decoravit: superiores enim Imperatores consulari duntaxat honore afficiebantur, et imperii insigne purpuram tantum gestabant. *Zonaras* 12, 31. — Primus Diocletianus adorari se ut Deum iussit et gemmas vestibus calceamentisque inseri, quum ante eum omnes Imperatores in modum iudicum salutarentur et chlamydem tantum purpuream a privato habitu plus haberent. *Euseb. Chron. int. Hieron. Prosper Aquit. Isidor. Chron.* — His Coss. primus Diocletianus adorari se iussit ut Deum, et gemmas vestibus calceamentisque conseruit; quum ante eum omnes Imperatores in modum iudicum salutarentur, et tantum chlamydem purpuream a privato habitu plus haberent. *Cassiod. Chron.* Cf. Malalas 12, p. 310.

1054. p. C. n. 301. TITIANO II. ET NEPOTIANO COSS.

*Edictum Diocletiani de Pretiis Rerum. Imp. Caesar C. Aurel. Val. Diocletianus p. f. inv. aug. po*nt. max. Germ. max. VI Sarm. max. IIII Persic. max. II Britt. max. Carpic. max. Armen. max. Medic. max. Adiabenic. max. trib. p. XVIII coss. VII imp. XVIII p. p. procoss. et imp. Caesa*r* M. Aurel. Val. Maximianus p. f. inv. aug. pont. max. Germ. max. V Sarm. *max. iiii. persic. max. ii Britt. max. Carpic. max. Armen. max. Medic. max. Adiabenic. max. tri*|b. p. XVII coss. VI imp. XVII p. p. procoss. et Fla. Val. Constantius Germ. max. II Sarm. max. II Persic. max. II Britt. max. Carpic. max. Armenic. max. Medic. max. Adiaben. max. trib. p. VIIII coss. III nobil. Caes. et G. Val. Maximianus Germ. max. II Sarm. *max. ii Persic. max. ii Britt. max. Carpic. max. Armenic. max. Medic. max. Adia*|b. max. trib. p. VIIII coss. III nobil. Caes. dicunt: || (Fortunam rei publicae nostrae, c[ui iuxta inmortales deo*s* bellorum me]moria, quae feliciter gessimus, gratulari lice)t *t*ranquillo orbis statu et in *gre*mio altissim*ae* | quietis locato, etiam pacis bonis, p*r*([obter quam sudore largo lauorat]um est, disponi fideliter adque ornari decenter honestum publicum et Romana dignitas| maiestasque desiderant, ut no[s, qui benigno fauore numinum aest]uantes de praeterito rapinas gentium barbararum ipsarum nationum clade) conpres|simus, in aeternum fundatam qui*etem ab intestinis quoque malis* saepiamus. Ete(nim si ea, quibus nullo sibi fine proposito ardet auaritia desaeuiens, quae sine res|pectu generis humani, non annis [modo uel mensibus aut diebus] set paene horis ipsisque momentis ad incrementa sui et augmenta festinat, aliqua continentiae | ratio frenaret, uel si fortuna[e commun*e*s aequ*o* animo pe]rp)eti possent hanc debachandi licentiam, qua pessime in di*es* eiusmodi sorte lacer(antur: dissimulandi | forsitam adque reticendi relictu[s locus uideretur, cum de]testandam inmanitatem condicionemque miserandam communis animorum patientia temperaret. | Sed quia una est cupido furoris i[ndomiti nullum comm]unis necessitudinis habere dilectum, et gliscentis auaritiae ac ra)pidis aestuantis ardori-

Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας … ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης, ἥπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα, τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα· καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμένους, ἀτίμους· τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἐπιμένοιεν ἐν τῇ τοῦ Χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερεῖσθαι προαγορεύοντα. καὶ ἡ μὲν πρώτη καθ᾽ ἡμῶν γραφὴ τοιαύτη τις ἦν. μετουπολὺ δὲ ἑτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετάττετο τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας τοὺς κατὰ πάντα τόπον, πρῶτα μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι, εἶθ᾽ ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι. Nonus decimus agebatur annus imperii Diocletiani, quum … appetente die festo dominicae passionis, proposita sunt ubique imperialia edicta, quibus ecclesiae quidem ad solum usque dirui, sacri vero codices flammis absumi iubebantur, utque honorati quidem infamia notarentur, liberti vero libertate spoliarentur, si in Christianae fidei proposito permansissent. Et primum quidem contra nos edictum huiusmodi fuit. Sed non multo post aliae rursus literae supervenerunt, quibus mandabatur, ut omnes ubicunque ecclesiarum antistites, primum quidem coniicerentur in vincula, deinde vero diis sacrificare omnibus modis cogerentur. *Eusebii Hist.* 8, 2. Cf. Theodoretus 5, 39. — *Ἣν (πυρκαϊὰν) καθ᾽ ὑπόνοιαν ψευδῆ πρὸς τῶν ἡμετέρων ἐπιχειρηθῆναι λόγου διαδοθέντος· παγγενῆ σωρηδὸν βασιλικῷ νεύματι τῶν τῇδε θεοσεβῶν, οἱ μὲν ξίφει κατεσφάττοντο, οἱ δὲ διὰ πυρὸς ἐτελειοῦντο … Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ ἑτέρων κατὰ τὴν Μελιτινὴν οὕτω καλουμένην χώραν, καὶ αὖ πάλιν ἄλλων ἀμφὶ τὴν Συρίαν ἐπιφυῆναι τῇ βασιλείᾳ πεπειραμένων· τοὺς πανταχόσε τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας εἱρκταῖς καὶ δεσμοῖς ἐνεῖραι πρόσταγμα ἐφοίτα βασιλικόν … Αὖθις δ᾽ ἑτέρων τὰ πρῶτα γράμματα ἐπικατειληφότων, ἐν οἷς τοὺς κατακλείστους, θύσαντας μὲν, ἐᾶν βαδίζειν ἐπ᾽ ἐλευθερίας, ἐνισταμένους δὲ μυρίαις καταξαίνειν προστέτακτο βασάνοις* … Cuius (incendii) quum nostros auctores fuisse publicus rumor falsa suspicione iactasset, imperiali iussu, quotquot illic (Nicomediae) erant dei cultores, acervatim cum suis famulis, alii gladio, flammis alii consumti periere … Ceterum paulo post quum alii in Melitina Armeniae regione, alii in Syria imperium arripere conati essent: promulgatum est Imperatoris edictum, ut omnes ubique ecclesiarum antistites vincti in carcerem traderentur … Rursus vero quum aliud edictum priora illa subsecutum fuisset, quo praecipiebatur, ut carceribus inclusi, si quidem sacrificassent, liberi abire sinerentur, si vero id renuerent, tormentis gravissimis cruciarentur … *Euseb. Hist.* 8, 6. — Post eum interiectis annis fere quinquaginta, Diocletiano et Maximiano imperantibus acerbissima persecutio exorta. *Sulpit. Sever. Hist. S.* 2, 32. Cf. a. 295. — Ira furens, sacrificare non eos tantum, qui sacris ministrabant, sed universos, qui erant in palatio, iussit; et in eos, si detrectassent, verberibus animadverti, datisque ad praepositos literis, etiam milites cogi ad nefanda sacrificia praecepit, ut, qui non paruissent, militia solverentur. *Lactantius de Morte Persecut.* 10. — His Coss. ecclesiae demolitae sunt et libri dominici combusti. *Cuspiniani Anon. Chron. p.* 117 *ad a.* 299. — His Coss. persecutio Christianorum. *Idat. Descr. Consul.* — Decimo nono anno Diocletiani, mense Martio, in diebus Paschae, ecclesiae subversae sunt. Persecutio Christiana. *Euseb. Chron. int. Hieron. ad a.* 306 (2320). — Nona persecutio. Decimo nono anno etc. ut Hieron. *Prosper Aquit. ad a.* 299. — Diocletianus divinis libris adustis Christianos toto orbe persequitur. *Isidor. Chron.* — Inquiritur peragendae rei dies aptus et felix; ac potissimum terminalia deliguntur, quae sunt ad VII. Kal. Mart.; ut quasi terminus imponeretur huic religioni. Ille dies primus leti, primusque malorum causa fuit. Qui dies, quum illuxisset, agentibus consulatum senibus ambobus octavum et septimum, repente adhuc dubia luce, ad ecclesiam Nicomediae profectus, cum ducibus et tribunis … Postridie propositum est edictum, quo cavebatur, ut religionis illius homines (Christiani) carerent omni honore ac dignitate, tormentis subiecti essent, ex quocunque ordine ac gradu venirent, adversus eos omnis actio valeret; ipsi non de iniuria, non de adulterio, non de rebus ablatis agere possent; libertatem denique ac vocem non haberent. *Lactantius de Morte Pers.* 12, 13. — Excarnificari omnes suos protinus praecepit. *Lactantius l. c.* 14. — Diocletianus in secretariis et pro tribunali, ne cui temere ius diceretur, posuerat aras, ut litigatores prius sacrificarent, atque ita causas dicerent: sic ergo ad iudices, tanquam ad deos adiretur. *Lactantius l. c.* 15. — Dignitatem non habentibus poena ignis fuit. Id exitii primo adversus Christianos permiserat, datis legibus, ut post tormenta damnati lentis ignibus urerentur. *Lactantius l. c.* 21. — *Ἐκμανέντες οἱ τύραννοι οὗτοι περὶ τὸ ἐννεακαιδέκατον ἔτος τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας θεσπίσματα πανταχοῦ διεπέμψαντο, καθαιρεῖσθαι καὶ κατασκάπτεσθαι τὰς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας κελεύοντα, καὶ τὰς βίβλους αὐτῶν κατακαίεσθαι, καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν ὡς διδασκάλους καὶ κήρυκας τῆς πίστεως ἀσυμπαθῶς προσαπόλλυσθαι, τῶν δ᾽ ἄλλων τοὺς ἀξίαις ἢ στρατείαις κατειλεγμένους ἀτίμως ἐξελαύνεσθαι καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῆς στρατείας, τοὺς δὲ τύχης ἰδιώτιδος ὄντας δουλοῦσθαι.* Tyranni (Diocletianus et Maximianus) furore correpti sub annum undevigesimum imperii Diocletiani edicta quovis terrarum miserunt, quibus ecclesiae Christianorum dirui, libri cremari iubebantur, et sacerdotes eorum, ut doctores et praecones fidei, crudeliter interfici, ceteri, qui aut dignitatibus praediti aut in militiam adscripti essent, ignominiose eiici atque exauctorari, privatae vero conditionis homines in servitutem rapi. *Zonaras* 12, 32. Cf. Suidas v. *Διοκλητιανός.* — *Ὑφ᾽ ὧν μέγας διωγμὸς κατὰ Χριστιανῶν ἐκινήθη. προσέταξαν γὰρ κατὰ πόλιν καὶ κατὰ χώραν τὰς μὲν Χριστοῦ ἐκκλησίας καταστρέφεσθαι καὶ τὰς θείας αὐτῶν γραφὰς κατακαίεσθαι, τοὺς δὲ Χριστιανοὺς εὑρισκομένους ἀναγκάζεσθαι θύειν τοῖς δαίμοσι … δόγμα ἐξέθεντο ὥστε τοὺς εὑρισκομένους Χριστιανοὺς ἐξορύττεσθαι τὸν δεξιὸν τῶν ὀφθαλμῶν … Τῷ ιθ᾽ ἔτει πρόσταγμα ἐδόθη βασιλικὸν, τὰς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἐδαφίζεσθαι καὶ τὰς θείας βίβλους κατακαίεσθαι, καὶ πάντα Χριστιανὸν ἢ θύειν τοῖς εἰδώλοις ἢ ἐν βασάνοις ἀνυποστάτοις ἀποθνήσκειν.* His imperantibus ingens Christianorum persecutio fuit; nam per regiones atque urbes iusserunt Christi templa destrui, sacras quae penes ipsos essent scripturas comburi, et qui Christiani deprehenderentur, vi ad divinum daemonibus praestandum cultum adigi … Edixerunt, ut Christianus si quis esset inventus, ei oculus dexter erueretur … Decimo nono (anno) edixerunt Imperatores, ut templa Christianorum solo aequarentur, libri sacri comburerentur, Christianique aut simulacris sacrificarent, aut tormentis intolerabilibus enecarentur. *Cedren. Hist. p.* 464, 467, 471. — *Ὁ δὲ αὐτὸς Διοκλητιανὸς βασιλεὺς ἐποίησε διωγμὸν Χριστιανῶν· καὶ ἐτιμωρήθησαν πολλοὶ μαρτυρήσαντες· … καὶ αἱ ἐκκλησίαι δὲ καθηρέθησαν, καὶ ἀπειλαὶ δὲ καὶ φόβος ἦν πολύς.* Idem Diocletianus Imp. Christianos persecutus est; quorum multi martyrio coronati sunt … Quin et templa eorum a fundamentis eversa sunt: graves insuper minae, terroresque Christianis incussi. *Malalas* 12, *p.* 310. Cf. Manasses v. 2285, Nicephor. Call. 7, 3. Ioel p. 38. — Congregari (mendicos) omnes iussit (Maximianus) et exportatos naviculis in mare mergi. *Lactantius de Morte Persecut.* 23. — In diebus illis Diocletiano octies et Maximiano septies consulibus Augustis exivit edictum eorundem Caesarum vel Imperatorum super omnem faciem terrae et propositum est per colonias et civitates principibus et magistratibus suo cuique loco, ut libros deificos extorquerent de manibus episcoporum et presbyterorum. Tunc programma positum est in civitate Tubycense die Nonarum Ianuariarum. *Passio S. Felicis, episcopi Tubyzanensis.* — Quum Maximianus Herculius Romae esset et decimo quinto Kal. Maias in Circo Maximo spectaret Circenses ludos; Sexto misso Veneto vincente, acclamatum est in Circo: Christiani tollantur: dictum est duodecies. Iteratumque: Auguste,

Christiani non sint, clamatum decies. Ex quo factum est, ut Eugenius Hermogenianus Praefectus Praetorio retulerit in senatu de persecutione in Christianos decernenda ... Decernitur in senatu persecutio, rescriptumque dedit Maximianus ad Venustianum Augustalem Tusciae his verbis: Ex suggestione patris nostri Hermogeniani P. P. apud nos claruisse cognosce etc. (desunt in nostro exemplari cetera, quae sequuntur usque ad haec verba): Ideo monemus, ut, ubicunque Christiani inventi fuerint superstitionem colentes, aut sacrificare cogantur diis, aut certe poenis intereant; facultatibusque nudati eadem fisco cum tributis publicis socientur. Vale parens karissime. Dat. prid. Kal. Maias. *Ex act. S. Sabini episc. Spoletin. mart. apud Baron. ad a.* 301, *n.* 18.

285—305.

Quid ea memorem, adscivisse consortio multos externosque tuendi prolatandive gratia iuris Romani? ... Hinc parti Italiae invectum tributorum ingens malum. Nam quum omnis eadem functione moderataque ageret, quo exercitus atque imperator, qui semper aut maxima parte aderant, ali possent, pensionibus inducta lex nova. Quae sane illorum temporum modestia tolerabilis in perniciem processit his tempestatibus ... Neque minore studio pacis officia vincta legibus aequissimis, ac remoto pestilenti frumentariorum genere, quorum nunc agentes rerum simillimi sunt ... Annona urbis ac stipendiariorum salus anxie solliciteque habita ... Veterrimae religiones castissime curatae ... Hinc etiam quasi truncatae vires urbis, imminuto praetoriarum cohortium atque in armis vulgi numero. *Aurel. Vict. de Caes.* 39. — Tres participes regni sui fecit (Diocletianus), in quatuor partes orbe diviso et multiplicatis exercitibus ... Adeo maior esse coeperat numerus accipientium, quam dantium, ut enormitate indictionum consumtis viribus colonorum, desererentur agri, et culturae verterentur in silvam. Et ut omnia terrore complerentur, provinciae quoque in frusta concisae, multi praesides et plura officia singulis regionibus ac paene iam civitatibus incubare, item rationales multi, et magistri, et vicarii praefectorum, quibus omnibus civiles actus admodum rari, sed condemnationes tantum et proscriptiones frequentes, exactiones rerum innumerabilium ... perpetuae ... semper extraordinarias opes ac largitiones congerebat. *Lactantius de Morte Persec.* 7. — Ordinabantur censitores, qui Romam missi describerent plebem. Castra praetoria sustulerat. *Lactantius de Morte Persecut.* 26. — Provincias afflixerat (Maximianus alter) auri argentique indictionibus factis. *Lactantius de Morte Persec.* 31. —Provinciam uxoris nomine Valeriam appellavit. *Aurel. Vict. de Caes.* 40. — *Imp. Constantinus A. ad Dulcitium Eusebium V. P. Praesidem Lyciae et Pamphiliae* ... Sicuti etiam sub domino nostro Diocletiano seniore A. eadem plebs urbana immunis fuerat. *Cod. Theod.* 13, 10, 2. — Itaque sicuti pridem tuo, Diocletiane Auguste, iussu supplevit deserta Thraciae translatis incolis Asia, sicut postea tuo, Maximiane Auguste, nutu Nerviorum et Treverorum arva iacentia laetus postliminio restitutus et receptus in leges Francus excoluit, ita nunc etc. *Eumenius Panegyr. Constantio C. dict.* 21. — *Diocletianus et Maximianus AA.* ... cessationem collationum ...... vera fide comparasti et venditio ... facta convelli non debet. *Vat. Fr.* 22. — *Imppp. Valentinianus et Valens AA. Festo Consulari Syriae.* Solita cohortalibus Syriae privilegia, quae a D. Diocletiano porrecta sunt atque concessa. *L.* 11 *C. Th. de Cohort.* 8, 4 *s. l.* 3 *C. Iust. eod. tit.* — * *Imp. Iustinianus A.* *Τοῦτο δὲ εὖ μὲν ἀρξάμενος ὁ φιλοσοφώτατος ἐθέσπισε Μάρκος, Διοκλητιανὸς δὲ τούτῳ κατηκολούθησεν, ἡμεῖς δὲ ὁμοίως ἀπεδεξάμεθα.* Hoc quidem bene inchoans sancivit Marcus, philosophus summus, quem Diocletianus secutus est, nos autem similiter approbavimus (ut neque in potestate neque sui iuris constituti liberi, neque masculi neque feminae, possint dissolvere matrimonia sua in detrimentum patrum suorum vel matrum, qui dotes vel ante nuptias donationes dederunt vel susceperunt). *Nov. Iust.* 22, *c.* 19. C. 5, 17. — *Proculi sententia dicentis permutationem propriam esse speciem contractus praevaluit, quum et ipsa aliis Homericis versibus adiuvatur et validioribus rationibus argumentatur, quod et anteriores principes admiserunt. § 2 *Inst. de Emtione* 3, 23. Cf. Cod. Iust. 4, 64, 7. — Per hos (Martiobarbulos) longo tempore strenuissime constat omnia bella confecta: usque eo, ut Diocletianus et Maximianus, quum ad imperium pervenissent, pro merito virtutis hos Martiobarbulos, Iovianos atque Herculianos censuerint appellandos, eosque cunctis legionibus praetulisse doceantur. *Vegetius* 1, 17. — * *Ἐγεγόνει δὲ αὐτῷ πάππος, Ἰνοκέντιός τις, εἴς τε πλοῦτον ἐλθὼν οὐκ ὀλίγον, καὶ δόξαν ὑπὲρ ἰδιώτην τινὰ λαχὼν, ὅς γε νομοθετικὴν εἶχε δύναμιν παρὰ τῶν τότε βασιλευόντων ἐπιτετραμμένος.* Avus autem (Chrysanthio) fuit Innocentius, vir copiosus et locuples, existimatione quam privati hominis superiore et cui condendarum legum arbitrium et auctoritas Imperatorum consensu commissa fuerat. *Eunapii Vita Chrysanth. ed. Commel. p.* 186 sq.

FL. VAL. CONSTANTIUS CHLORUS C. GALERIUS MAXIMIANUS AA.

1058. p. C. n. 305. FL. VALERIO CONSTANTIO C. V. C. GALERIO VAL. MAXIMIANO C. V. COSS.

* *Imp. Constantinus A. ad Rufinum PO.* Pater noster nullam voluit liberalitatem valere, si actis inserta non esset. *L.* 1 *C. Th. de Sponsal.* 3, 5. — * *Idem A. ad Cassium PU.* Promulgatum dudum est, donationes nullo alio modo firmas posse detineri, nisi apud actorum contestationem confectae fuerint. *L.* 3 *C. Th. de Donat.* 8, 12. — (*Ῥωμανὸς μ.*) *τῆς ἀρχικῆς εἰκοσαετηρίδος ἐπιστάσης ... μαρτυρίῳ κατεκοσμήθη. Δευτέρου δ᾽ ἔτους διαλαβόντος ... τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένου τηνικάδε Οὐρβανοῦ, γραμμάτων τούτῳ πρῶτον βασιλικῶν πεφοιτηκότων, ἐν οἷς καθολικῷ προστάγματι πάντας πανδημεὶ τοὺς κατὰ πόλιν θύειν τε καὶ σπένδειν τοῖς εἰδώλοις ἐκελεύετο.* (Romanus M.) quum Imperatoris vicennalia iam adessent, ... martyrio exornatus est. Secundo dehinc anno ... Urbano tunc provinciam regente, primum Imperatoris missae sunt literae, quibus generali praecepto iubebatur, ut omnes ubique locorum ac gentium publice idolis sacrificia ac libationes offerrent. *Euseb. de Martyr. Pal.* 2 et 3.

1058—1059. p. C. n. 305—306.

(Constantius) vir egregius et praestantissimae civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum studens, fisci commoda non admodum affectans: ducensque melius, publicas opes a privatis haberi, quam intra unum claustrum reservari. *Eutrop.* 10, 1. — Ne dissentire a maiorum praeceptis videretur, conventicula, id est parietes, qui restitui poterant, dirui passus est, verum autem dei templum servavit. *Lactantius de Morte Pers.* 15.

1059—1061. p. C. n. 306—308.

Relevaturus censum definisti numerum ... septem millia capitum remisisti (Flaviensibus), quartam amplius partem nostrorum censuum ... Remissione ista septem millium capitum viginti quinque millibus dedisti vires ... Nescit taxare indulgentiam tuam, qui te putat septem millia capitum sola donasse. Donasti omnia, quae stare fecisti ... Quinque annorum nobis reliqua remisisti. *Eumenii Gratiarum actio Constantino A.* 10—13.

1060—1076. p. C. n. 307—323.

(Licinius) agraribus plane ac rusticantibus ... satis utilis, ac militiae custos ad veterum instituta severissimus, spadonum et aulicorum omnium vehemens domitor. *Aurel. Vict. Epit.* 41. — *Μόνῳ Κωνσταντίῳ σοφία τις ὑπεισῄει λογισμοῦ ... τοῖς γὰρ ὑπ᾽ αὐτῷ βασιλικοῖς ἅπασι μέχρι καὶ τῶν ἐπ᾽ ἐξουσίας ἀρχόντων αἱρέσεως προταθείσης, σύνθημα δίδωσιν· ἢ θύσασι τοῖς δαίμοσιν, ἐξεῖναι παρ᾽ αὐτῷ μένειν καὶ τῶν συνήθων μεταλαγχάνειν τιμῶν· ἢ μὴ τοῦτο πράξασι, τῶν πρὸς ἑαυτὸν ἀποκεκλεῖσθαι παρόδων, ἐξωθεῖσθαί τε καὶ*

ἀποχωρεῖν τῆς αὐτοῦ γνώσεώς τε καὶ οἰκειότητος. Ἐπειδὴ οὖν διεκρίνοντο εἰς ἀμφότερα, οἱ μὲν ὡς τούςδε, οἱ δ᾿ ὡς ἐκείνους μεριζόμενοι … ἐνταῦθα λοιπὸν ὁ θαυμάσιος τὸ λεληθὸς τοῦ σοφίσματος ἀποκαλύψας, τῶν μὲν δειλίαν καὶ φιλαυτίαν κατεγίνωσκε, τοὺς δὲ τῆς πρὸς τὸν θεὸν συνειδήσεως εὖ μάλα ἀπεδέχετο. Soli Constantio sapiens quoddam consilium venit in mentem … Palatinis omnibus, qui in ipsius aula militabant, ad ipsos usque iudices in summis potestatibus constitutos, data eligendi, utrum mallent, facultate, hanc conditionem detulit, ut si quidem daemonibus sacrificassent, manere ipsis in palatio et consuetis honoribus frui liceret: si vero id facere renuissent, ab ipsius aditu excluderentur, et ab ipsius notitia ac familiaritate remoti discederent. Quum ergo universi bifariam diremti essent, aliusque in hanc, alius in illam partem discessisset … tunc eximius princeps consilium suum, quod hactenus latuerat, detegens, illorum quidem timiditatem ac nimium sui ipsorum amorem condemnavit: hos vero ob devotam divino numini conscientiam magnopere probavit. *Eusebii Vita Constantini* 1, 16.

IMPPP. GALERIUS, LICINIUS, MAXENTIUS, CONSTANTINUS, MAXIMINUS AAA.

1062. p. C. n. 309. POST CONSULATUM VAL. MAXIMIANI A. X. GALERII MAXIMIANI A. VII.

* *Δευτέρας καθ᾿ ἡμῶν γενομένης ἐπαναστάσεως ὑπὸ Μαξιμίνου, τρίτῳ τοῦ καθ᾿ ἡμᾶς ἔτει διωγμοῦ, γραμμάτων τε τοῦ τυράννου τοῦτο πρῶτον διαπεφοιτηκότων, ὡς ἂν πανδημεὶ πάντες ἁπαξαπλῶς μετ᾿ ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς τῶν κατὰ πόλεις ἀρχόντων θύοιεν.* Quum Maximinus secundum adversus nostros bellum excitasset, anno tertio persecutionis Diocletiani, et per omnes provincias missa essent tyranni edicta, quibus rectores iubebantur operam dare, ut omnes omnium urbium incolae diis publice sacrificarent. *Euseb. de Mart. Pal.* 4. Cf. Eusebii Chron. a. 309. — * *Ἡγεμόνες … τοὺς ἐν ἁπάσαις πόλεσι λογιστὰς ἅμα στρατηγοῖς καὶ ταβουλαρίοις ἐπέσπερχον, τὸ βασιλικὸν εἰς πέρας ἄγειν πρόσταγμα, κελεῦον, ὡς ἂν μετὰ σπουδῆς πάσης τῶν μὲν εἰδώλων ἀνοικοδομοῖεν τὰ πεπτωκότα, πανδημεὶ δὲ πάντας ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ οἰκέταις καὶ αὐτοῖς ὑπομαζίοις παισὶ θύειν καὶ σπένδειν, αὐτῶν τε ἀκριβῶς τῶν ἐναγῶν ἀπογεύεσθαι θυσιῶν ἐπιμελὲς ποιοῖντο, καὶ τὰ μὲν κατ᾿ ἀγορὰν ὤνια ταῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν σπονδαῖς καταμολύνοιτο, πρόσθεν δὲ τῶν λουτρῶν ἔφεδροι κατατάσσοιντο, ὡς ἂν τοὺς ἐν τούτοις ἀποκαθαιρομένους ταῖς παμμιάροις μολύνοιεν θυσίαις.* Praesides … instabant curatoribus civitatum et magistratibus et tabulariis, ut Imperatoris praeceptum executioni mandarent, quo iussum erat, ut idolorum quidem delubra, quae vetustate collapsa erant, omni cura ac studio instaurarent, cunctos vero tam viros quam mulieres una cum servulis et infantibus sacrificare et libare diis immortalibus cogerent, et immolatis hostiarum carnibus vesci, utque cuncta in foro venalia sacrificiorum libationibus inquinarentur, et ante publicas balneas, quasi in insidiis, collocarentur custodes, qui lavantes illic homines sordesque corporis expurgantes exsecrandis sacrificiis macularent. *Euseb. de Mart. Pal.* 9. Cf. Euseb. Hist. Eccl. 9, 4, 5. — * *Οὗ χάριν καὶ τῷ καθ᾿ ἡμῶν σφοδρότερον ἢ οἱ πρόσθεν καὶ πυκνότερον ἐπετίθετο διωγμῷ· νεώς τε κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐγείρειν, καὶ τὰ χρόνου μήκει καθῃρημένα τεμένη, διὰ σπουδῆς ἀνανεοῦσθαι προστάττων· ἱερέας τε εἰδώλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν· καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα.* Quam ob causam Maximinus acerbius ac vehementius quam superiores principes persequi nostros instituit: deorum templa in singulis urbibus erigi praecipiens, et si quae essent temporis vetustate collapsa, reparari. Ad haec flamines in singulis locis atque urbibus constituit; iisdem sacerdotem cuiusque provinciae praefecit. *Euseb. Hist. Eccl.* 8, 14. — * Quumque persecutionem a Diocletiano et Maximiano missam ipse atrocioribus edictis accumulavisset. Omnes Christianos e palatio suo iussit expelli. *Orosius* 7, 28. — * Indulgentiam Christianis communi titulo datam tollit … Sacerdotes maximos per singulas civitates singulos ex primoribus fecit; qui et sacrificia per omnes deos suos quotidie facerent, et veterum sacerdotum ministerio subnisi darent operam, [ut] Christiani neque fabricarent, neque publice aut privatim colerent, sed comprehensos suo iure ad sacrificia cogerent, vel iudicibus offerrent. Parumque hoc fuit, nisi etiam provinciis ex altiore dignitatis gradu singulos quasi pontifices superponeret; et eos utrosque candidis chlamydibus ornatos iussit incedere … Occidi servos dei vetuit, debilitari iussit. *Lactantius de Morte Persecut.* 36.

1062—1065. p. C. n. 309—312.

* *Μαξιμῖνος … ἀντὶ τοῦ προτεθέντος γράμματος, λόγῳ προστάττει τοῖς ὑπ᾿ αὐτὸν ἄρχουσι, τὸν καθ᾿ ἡμῶν ἀνεῖναι πόλεμον … Ὁ γοῦν παρ᾿ αὐτοῖς τῷ τῶν ἐξοχωτάτων ἐπάρχων ἀξιώματι τετιμημένος Σαβῖνος, πρὸς τοὺς κατ᾿ ἔθνος ἡγουμένους τὴν βασιλέως ἐμφαίνει γνώμην διὰ Ῥωμαϊκῆς ἐπιστολῆς· ἧς καὶ αὐτῆς ἡ ἑρμηνεία τοῦτον περιέχει τὸν τρόπον· „Λιπαρωτάτῃ καὶ καθωσιωμένῃ σπουδῇ ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν θειοτάτων αὐτοκρατόρων, πάντων τῶν ἀνθρώπων τὰς διανοίας πρὸς τὴν ὁσίαν καὶ ὀρθὴν τοῦ ζῆν ὁδὸν περιαγαγεῖν ἔτι πάλαι ὥρισεν· ὅπως καὶ ἀλλοτρίᾳ Ῥωμαίων συνηθείᾳ ἀκολουθεῖν δοκοῦντες, τὰς ὀφειλομένας θρησκείας τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς ἐπιτελοῖεν. ἀλλ᾿ ἡ τινῶν ἔνστασις καὶ τραχυτάτη βουλὴ εἰς τοσοῦτον περιέστη, ὡς μήτε λογισμῷ δικαίῳ τῆς κελεύσεως δύνασθαι ἐκ τῆς ἰδίας προθέσεως ἀναχωρεῖν, μήτε τὴν ἐπικειμένην τιμωρίαν αὐτοὺς ἐκφοβεῖν. Ἐπειδὴ τοίνυν συνέβαινεν ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου πολλοὺς εἰς κίνδυνον ἑαυτοὺς περιβάλλειν, κατὰ τὴν προσοῦσαν εὐγένειαν τῆς εὐσεβείας ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν δυνατωτάτων αὐτοκρατόρων, ἀλλότριον εἶναι τῆς προθέσεως τῆς θειοτάτης τῆς ἰδίας δοκιμάζουσα τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας εἰς τοσοῦτον κίνδυνον τοὺς ἀνθρώπους περιβάλλειν, ἐκέλευσε διὰ τῆς ἐμῆς καθοσιώσεως τῇ σῇ ἀγχινοίᾳ διαχαράξαι· ἵν᾿ εἴ τις τῶν Χριστιανῶν τοῦ ἰδίου ἔθνους τὴν θρησκείαν μετιὼν εὑρεθείη, τῆς κατ᾿ αὐτοῦ ἐνοχλήσεως καὶ τοῦ κινδύνου αὐτὸν ἀποστήσειας, καὶ μή τινα ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως τιμωρίᾳ κολαστέον νομίσειας· ὁπότε τῇ τοσούτου χρόνου συνελεύσει συνέστη, αὐτοὺς μηδενὶ τρόπῳ πεπεῖσθαι δεδυνῆσθαι, ὅπως ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐνστάσεων ἀναχωρήσαιεν. ἐγγράψαι τοιγαροῦν πρὸς τοὺς λογιστὰς καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πραιποσίτους τοῦ πάγου ἑκάστης πόλεως ἡ σὴ ἐπιστρέφεια ὀφείλει· ἵνα γνῷεν περαιτέρω αὐτοῖς τούτου τοῦ γράμματος φροντίδα ποιεῖσθαι μὴ προσήκειν.“* Maximinus … suppresso edicto illo, ipse nuda voce rectoribus imperio suo subiectis praecepit, ut persecutionem adversus nostros inhiberent. Sabinus quidem, qui praefecturae praetorianae dignitatem, quae apud illos summa habetur, tunc temporis obtinebat, singularum provinciarum praesidibus voluntatem Imperatoris per epistolam latino sermone conscriptam insinuavit. Eam epistolam graece nos interpretati sumus hunc in modum: „Iampridem maiestas dominorum nostrorum sacratissimorum principum assidua ac devota sollicitudine omnium mortalium mentes ad piam rectamque vivendi rationem traducere instituerat, ut et ii, qui peregrinas et ab institutis Romanorum alienas ceremonias amplecti videbantur, debitos cultus diis immortalibus exhiberent. Verum pertinacia quorundam et obstinata mentis duritia eo usque processit, ut neque ipsa imperialis praecepti iustitia eos a proposito revocare, nec imminentis supplicii gravitas deterrere potuerit. Quum igitur acciderit, ut ea de causa plurimi sese in abrupta pericula coniicerent, maiestas dominorum nostrorum fortissimorum principum pro insita sibi pietate atque clementia, alienum a sanctissimo suo proposito esse iudicans, ut ex eiusmodi occasione in tanta discrimina homines adducantur, nostrae devotioni praecepit, ut ad tuam solertiam literas darem: quo si quis forte Christianorum gentis suae religionem observare deprehensus fuerit, eum omni molestia ac discrimine liberes, neque ob hanc causam ulla poena afficiendum censeas; quippe quum tam longo iam temporis tractu compertum fuerit, eos nulla ratione adduci posse, ut ab huiusmodi pertinacia abscedant. Scribere igitur ad curatores, et magistratus, et praepositos pagi singularum

civitatum tua debet industria, ut sciant, sibi in posterum huius negotii amplius curam agere non licere." *Euseb. Hist. Eccl.* 9, 1. — Edictis late missis, Christianos de exsiliis revocavit. *Orosius* 7, 28. — Ingressus Bithyniam cum magna omnium laetitia sustollit censum. *Lactantius de Morte Persecut.* 36. — *Ἀντίγραφον ἑρμηνείας τῆς Μαξιμίνου πρὸς τὰ καθ᾽ ἡμῶν ψηφίσματα ἀντιγραφῆς, ἀπὸ τῆς ἐν Τύρῳ στήλης μεταληφθείσης. „Ἤδη ποτὲ ἡ ἀσθενὴς θρασύτης τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας ἴσχυσε, πᾶσαν πλάνης ἀμαυρότητα καὶ ὀμίχλην ἀποσεισαμένη καὶ ἀνασκεδάσασα, ἥτις πρὸ τούτου, οὐ τοσοῦτον τῶν ἀσεβῶν, ὅσον τῶν ἀθλίων ἀνθρώπων τὰς αἰσθήσεις ὀλεθρίῳ ἀγνοίας σκότῳ ἐνειληθείσας ἐπολιόρκει, ἐπιγνῶναι, ὡς τῇ τῶν ἀθανάτων θεῶν φιλαγάθῳ προνοίᾳ διοικεῖται καὶ σταθεροποιεῖται· ὅπερ πρᾶγμα ἄπιστόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅπως κεχαρισμένον, ὅπως τε ἥδιστον καὶ προσφιλὲς ἡμῖν γέγονεν, ὡς μέγιστον δεῖγμα τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν προαιρέσεως δεδωκέναι· ὁπότε καὶ πρὸ τούτου οὐδενὶ ἄγνωστον ἦν, ὁποίας παρατηρήσεως καὶ θεοσεβείας πρὸς τοὺς ἀθανάτους θεοὺς ἐτυγχάνετε ὄντες· οἷς οὐ ψιλῶν καὶ ὑποκένων ῥημάτων πίστις, ἀλλὰ συνεχῆ καὶ παράδοξα ἔργων ἐπισήμων γνωρίζεται. διόπερ ἐπαξίως ἡ ὑμετέρα πόλις θεῶν ἀθανάτων ἵδρυμά τε καὶ οἰκητήριον ἐπικαλοῖτο. πολλοῖς γοῦν παραδείγμασι καταφαίνεται, τῇ τῶν οὐρανίων θεῶν αὐτὴν ἐπιδημίᾳ ἀνθεῖν. Ἰδοὺ τοίνυν ἡ ὑμετέρα πόλις πάντων τῶν ἰδίᾳ διαφερόντων αὐτῇ ἀμελήσασα, καὶ τὰς πρότερον τῶν ὑπὲρ αὐτῆς πραγμάτων δεήσεις παριδοῦσα, ὅτε πάλιν ᾔσθετο τοὺς τῆς ἐπαράτου ματαιότητος ἀρχηγοὺς γεγονότας ἕρπειν ἄρχεσθαι, καὶ ὥσπερ ἀμεληθεῖσαν καὶ κεκοιμημένην πυρὰν, ἀναζωπυρουμένων τῶν πυρσῶν μεγίστας πυρκαϊὰς ἀναπληροῦσαν· εὐθέως πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, ὥσπερ πρὸς μητρόπολιν πασῶν θεοσεβειῶν, χωρίς τινος μελλήσεως κατέφυγεν, ἴασίν τινα καὶ βοήθειαν ἀπαιτοῦσα. ἥν τινα διάνοιαν σωτηριώδη, διὰ τὴν πίστιν τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας τοὺς θεοὺς ὑμῖν ἐμβεβληκέναι δῆλόν ἐστιν· ἐκεῖνος τοιγαροῦν ὁ ὕψιστος καὶ μέγιστος Ζεὺς, ὁ προκαθήμενος τῆς λαμπροτάτης ὑμῶν πόλεως, ὁ τοὺς πατρῴους ὑμῶν θεοὺς, καὶ γυναῖκας καὶ τέκνα, καὶ ἑστίαν καὶ οἴκους ἀπὸ πάσης ὀλεθρίου φθορᾶς ῥυόμενος, ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς τὸ σωτήριον ἐνέπνευσε βούλημα· ἐπιδεικνὺς καὶ ἐμφαίνων, ὅπως ἐξαίρετόν ἐστι καὶ λαμπρὸν καὶ σωτηριῶδες, μετὰ τοῦ ὀφειλομένου σεβάσματος τῇ θρησκείᾳ καὶ ταῖς ἱεροθρησκίαις τῶν ἀθανάτων θεῶν προσιέναι. Τίς γὰρ οὕτως ἀνόητος ἢ νοῦ παντὸς ἀλλότριος εὑρεθῆναι δύναται, ὃς οὐκ αἰσθάνεται, τῇ φιλαγάθῳ τῶν θεῶν σπουδῇ συμβαίνειν, μήτε τὴν γῆν τὰ παραδιδόμενα αὐτῇ σπέρματα ἀρνεῖσθαι, τὴν τῶν γεωργῶν ἐλπίδα κενῇ προσδοκίᾳ σφάλλουσαν· μηδ᾽ αὖ ἀσεβοῦς πολέμου πρόσοψιν ἀνεπικωλύτως ἐπὶ γῆς στηρίζεσθαι· καὶ φθαρείσης τῆς τοῦ οὐρανοῦ εὐκρασίας αὐχμῶντα τὰ σώματα εἰς θάνατον κατασύρεσθαι· μηδὲ μὴν ἀμέτρων ἀνέμων πνεύμασι τὴν θάλασσαν κυμαίνουσαν κορυφοῦσθαι· μηδέ γε καταιγίδας ἀπροσδοκήτους καταῤῥηγνυμένας ὀλέθριον χειμῶνα ἐπεγείρειν· ἔτι τοίνυν μήτε τὴν τροφὸν ἁπάντων καὶ μητέρα γῆν, ἀπὸ τῶν κατωτάτω λαγόνων ἑαυτῆς ἐν φοβερῷ τρόμῳ καταδυομένην, μηδέ γε τὰ ἐπικείμενα ὄρη χασμάτων γινομένων καταδύεσθαι· ἅπερ πάντα καὶ τούτων ἔτι χαλεπώτερα κακὰ πρὸ τούτου πολλάκις γεγονέναι, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. καὶ ταῦτα σύμπαντα διὰ τὴν ὀλέθριον πλάνην τῆς ὑποκένου ματαιότητος τῶν ἀθεμίτων ἀνθρώπων ἐκείνων ἐγίνετο, ἡνίκα κατὰ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐπεπόλαζε, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν τὰ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης αἰσχύναις ἐπίεζε."* Τούτοις μεθ᾽ ἕτερα ἐπιλέγει· *„Ἐφοράτωσαν ἐν τοῖς πλατέσιν ἤδη πεδίοις ἀνθοῦντα τὰ λήϊα, καὶ τοῖς ἀστάχυσιν ἐπικυμαίνοντα· καὶ τοὺς λειμῶνας δι᾽ εὐομβρίαν, φυτοῖς καὶ ἄνθεσι λαμπομένους, καὶ τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν εὔκρατον καὶ πρᾳοτάτην ἀποδοθεῖσαν· χαιρέτωσαν λοιπὸν ἅπαντες, διὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, ἱερουργίας τε καὶ τιμῆς, τῆς τοῦ δυνατωτάτου καὶ στεῤῥοτάτου Ἄρεος δυνάμεως ἐξευμενισθείσης, καὶ διὰ τοῦτο τῆς εὐδινωτάτης εἰρήνης βεβαίως μεθ᾽ ἡσυχίας ἀπολαύοντες, ἡδυνέσθωσαν· καὶ ὅσοι τῆς τυφλῆς ἐκείνης πλάνης καὶ περιόδου παντάπασιν ἀποστάντες, εἰς ὀρθὴν καὶ καλλίστην διάνοιαν ἐπανῆλθον, μειζόνως μὲν οὖν χαιρέτωσαν, ὡς ἂν ἐκ χειμῶνος ἀπροσδοκήτου ἢ νόσου βαρείας ἀποσπασθέντες, καὶ ἡδεῖαν εἰς τοὐπιὸν ζωῆς ἀπόλαυσιν καρπωσάμενοι. εἰ δὲ τῇ ἐπαράτῳ αὐτῶν ματαιότητι ἐπιμένοιεν, ἐν πολλῷ πόῤῥωθεν τῆς ὑμετέρας πόλεως καὶ περιχώρου, καθὼς ἠξιώσατε, ᾽πογωρισθέντες ἐξελαθήτωσαν· ἵν᾽ οὕτως κατ᾽ ἀκολουθίαν τῆς ἀξιεπαίνου ὑμῶν περὶ τοῦτο σπουδῆς, παντὸς μιάσματος καὶ ᾽σεβείας ᾽πογωρισθεῖσα ἡ ὑμετέρα πόλις, κατὰ τὴν ἔμφυτον αὐτῇ πρόθεσιν μετὰ τοῦ ὀφειλομένου σεβάσματος, ταῖς τῶν ἀθανάτων θεῶν ἱερουργίαις ὑπακούοι. ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅσῳ προσφιλὴς ἡμῖν γέγονεν ἡ περὶ τούτου ἀξίωσις ὑμῶν, καὶ χωρὶς ψηφισμάτων καὶ χωρὶς δεήσεως αὐθαιρέτῳ βουλήσει ἡ ἡμετέρα προθυμοτάτη φιλαγαθίαις ψυχὴ, ἐπιτρέπομεν τῇ ὑμετέρᾳ καθοσιώσει, ὁποίαν δ᾽ ἂν βουληθῆτε μεγαλοδωρεὰν, ἀντὶ ταύτης ὑμῶν τῆς φιλοθέου προθέσεως αἰτῆσαι. Καὶ ἤδη μὲν τοῦτο ποιεῖν καὶ λαβεῖν ἀξιώσατε· τεύξεσθε γὰρ αὐτῆς χωρίς τινος ὑπερθέσεως· ἥτις παρασχεθεῖσα τῇ ὑμετέρᾳ πόλει, εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα τῆς περὶ τοὺς ἀθανάτους θεοὺς φιλοθέου εὐσεβείας παρέξει μαρτυρίαν· τοῦ δὲ ὑμᾶς ἀξίων ἐπάθλων τετυχηκέναι παρὰ τῆς ἡμετέρας φιλαγαθίας, ταύτης ὑμῶν ἕνεκεν τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως, υἱοῖς τε καὶ ἐκγόνοις ὑμετέροις ἐπιδειχθήσεται."*
Exemplum interpretationis epistolae, qua Maximinus respondit decretis civitatum adversus Christianos, ex tabula aenea Tyri descriptae: „Tandem aliquando infirma humanae mentis audacia, abiectis ac discussis erroris tenebris, quae miserorum verius quam impiorum hominum sensus exitiali ignorantiae caligine involutos antehac obsederant, perspicere potuit, se prolixa erga omnes bonos deorum immortalium providentia regi et confirmari. Quae res incredibile dictu est, quam grata quamque iucunda nobis fuerit et accepta; quod religiosi vestri erga deos propositi illustrissimum specimen dederitis. Nam antea quidem nemini erat obscurum, quanta observantia ac religione deos immortales colueritis: quippe quibus non nudorum et inanium verborum fides, sed continua et stupenda illustrium facinorum miracula innotuissent. Unde et civitas vestra deorum immortalium sedes ac domicilium iure merito appelletur. Multis certe argumentis evidentissime apparet, eam coelestium numinum adventu ac praesentia florere. Nunc vero civitas vestra, neglectis omnibus, quae ipsius interesse videbantur, et omissis precibus, quas pro reipublicae suae negotiis antehac nobis offerre consueverat, ubi primum sensit auctores detestandae vanitatis iterum serpere coepisse, et quasi neglectum ac sopitum quendam rogum redivivis fomitibus ingentes ignium globos denuo excitare: confestim ad nostram pietatem tanquam ad totius religionis metropolim confugit, remedium aliquod et subsidium efflagitans. Quod quidem salubre consilium vobis ob fidem pietatis vestrae a diis immortalibus suggestum esse, non dubium est. Scilicet altissimus ille et maximus Iupiter, qui clarissimae civitati vestrae praesidet, qui patrios vestros deos, qui uxores et liberos, qui penates et domos ab omni peste atque exitio servat incolumes, vestris mentibus hanc salutarem iniecit cogitationem; aperte indicans atque ostendens, quam eximium quamque praeclarum et salutare sit, ad cultum ipsius et ad sacras deorum immortalium ceremonias cum debita veneratione accedere. Quis enim tam demens, tamque omnis sensus expers reperiri potest, qui non intelligat, propitia deorum in nos benevolentia fieri, quod nec terra credita sibi abnegat semina, spem agricolarum vana exspectatione deludens; nec impii belli aspectus impraepedite defixus haeret in terris; nec corrupta coeli temperie arentia pereunt corpora; nec immoderatis ventorum flatibus agitatum pelagus intumescit; nec subitae et praeter exspectationem ingruentes procellae perniciosam excitant tempestatem; quodque parens omnium et nutrix terra, nec ab imis sedibus horrendo tremore concussa emergit; nec rursus montes eidem superpositi hiatu subito absorbentur. Quas quidem omnes calamitates, iisque adhuc acerbiores alias, antehac saepius contigisse, nemo est qui ignoret. Haec porro omnia ob pestiferum errorem inanissimae vanitatis sceleratorum illorum hominum evenerunt, quo tempore error ille in animis eorum pullulavit, et universum propemodum terrarum orbem probro ac dedecore opplevit." Deinde paucis interiectis haec subiungit: „Aspiciant in aperta camporum planitie florentes segetes et spicis quodammodo fluctuantes: prata considerent plantis et floribus collucentia propter opportunam imbrium irrigationem: coeli statum intueantur in placidissimam temperiem restitutum. Laetentur in posterum cuncti, quod per vestram pietatem et sacrificia et cultum deorum, numen fortissimi et potentissimi Martis placatum est; atque idcirco tranquillissima pace quietius perfruentes

sese oblectent. Sed et quicunque caeco illo errore et ambage liberati ad rectam sanamque sententiam redierunt, eo magis gaudeant; tanquam ex inopinata tempestate aut ex gravissimo morbo servati, et iucundissima in posterum vita fruituri. Quod si qui in detestando suae vanitatis errore adhuc perstant, ii quam longissime a vestra urbe et territorio seclusi, sicut petiistis, abigantur: ut hoc pacto civitas vestra iuxta laudabile studium vestrum ac desiderium, omni piaculo ac scelere liberata, pro insito sibi affectu cum debita veneratione deorum immortalium sacrificiis inserviat. Porro, ut intelligatis, quam grata nobis fuerit vestra haec postulatio, et qualiter animus noster etiam absque decretis ullis ac petitionibus ultro sua sponte ad beneficia viris bonis largienda promtissimus est: devotioni vestrae concedimus, ut quodcunque et quam maximum volueritis beneficium pro hoc pio ac religioso vestro proposito postuletis. Iam ergo ut id faciatis, utque accipiatis, operam date. Etenim illud absque ulla mora consecuturi estis. Quod quidem vestrae civitati praestitum beneficium, quum religiosissimae vestrae erga deos immortales pietatis perpetuum deinceps erit testimonium; tum vestris liberis ac nepotibus declarabit, vos pro huiusmodi vivendi ratione atque instituto digna praemia a benignitate nostra retulisse." *Euseb. Hist. Eccl.* 9, 7. — * .... carissime nobis. Tenes tu quidem ...... iucundissime et lites dirimis ...... um statutis tuis non cu.......e incipient discedere .... versum eventum sae...... litigabatur insidunt par.......u et interpretationem diversam .... est non censui quasi vero in ea .... *Vat. Fr.* 31.

1064. p. C. n. 311. C. GAL. VAL. MAXIMIANO VIII. C. COS.

(*Μαξέντιος*) *τοῖς ὑπηκόοις τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνεῖναι προστάττει διωγμὸν, εὐσέβειαν ἐπιμορφάζων.* (Maxentius) subditis suis praecepit, ut a persecutione Christianorum desisterent; fictam scilicet pietatis speciem prae se ferens. *Euseb. Hist. Eccl.* 8, 14.— *Imp. Caesar Galerius Valerius Maximinus Invictus Augustus Pontifex Max. Germanicus Maximus Aegyptiacus Maximus Thebaicus Maximus Sarmaticus Maximus Quint. Persicus Maximus Secund. Carpicus Maximus Sext. Armeniacus Maximus Medicus Maximus Tribunitiae Potestatis XX. Imperator XIX. Consul VIII. Pater Patriae Proconsul Et Imperator Caesar Flavius Valerius Constantinus Pius Felix Invictus Augustus Pontifex Maximus Tribunitiae Potestatis Imperator V. Consul Pater Patriae Proconsul Et Imperator Caesar Valerius Licinianus Pius Felix Invictus Augustus Pontifex Max. Tribunitiae Potestatis IV. Imperator III. Consul Pater Patriae Proconsul: Provincialibus suis salutem.* Inter cetera, quae pro reipublicae semper commodis atque utilitate disposuimus, nos quidem volueramus antehac, iuxta leges veteres et publicam disciplinam Romanorum cuncta corrigere; atque id providere, ut etiam Christiani, qui parentum suorum reliquerant sectam, ad bonas mentes redirent. Siquidem quadam ratione tanta eosdem Christianos voluntas invasisset, et tanta stultitia occupasset, ut non illa vetera instituta sequerentur, quae forsitan primum parentes eorundem constituerant; sed pro arbitrio suo, atque ut iisdem erat libitum, ita sibimet leges facerent, quas observarent, et per diversa varios populos congregarent. Denique quum eiusmodi nostra iussio exstitisset, ut ad veterum se instituta conferrent; multi periculo subiugati, multi etiam deturbati sunt, atque quum plurimi in proposito perseverarent, ac videremus, nec diis eosdem cultum ac religionem debitam exhibere, nec Christianorum deum observare; contemplatione mitissimae nostrae clementiae, intuentes et consuetudinem sempiternam, qua solemus cunctis hominibus veniam indulgere, promtissimam in his quoque indulgentiam nostram credidimus porrigendam; ut denuo sint Christiani, et conventicula sua componant, ita ut ne quid contra disciplinam agant. Alia autem epistola iudicibus significaturi sumus, quid debeant observare. Unde iuxta hanc indulgentiam nostram, debebunt deum suum orare pro salute nostra, et reipublicae, ac sua, ut undiqueversum respublica praestetur incolumis, et securi vivere in sedibus suis possint. PP. Nicom. prid. Kal. Mai. *Lactant. de Morte Persec.* 34. — *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γαλέριος Οὐαλέριος Μαξιμῖνος, Ἀνίκητος, Σεβαστὸς, Ἀρχιερεὺς Μέγιστος, Γερμανικὸς Μέγιστος, Αἰγυπτιακὸς Μέγιστος, Θηβαϊκὸς Μέγιστος, Σαρματικὸς Μέγιστος, πεντάκις Περσῶν Μέγιστος, δὶς Καρπῶν Μέγιστος, ἑξάκις Ἀρμενίων Μέγιστος, Μήδων Μέγιστος, Ἀδιαβηνῶν Μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ εἰκοστὸν, Αὐτοκράτωρ ἐννεακαιδέκατον, Ὕπατος τὸ ὄγδοον, Πατὴρ πατρίδος, Ἀνθύπατος, καὶ Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλαύιος Οὐαλέριος Κωνσταντῖνος, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Ἀνίκητος, Σεβαστὸς, Ἀρχιερεὺς Μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας, Αὐτοκράτωρ τὸ πέμπτον, Ὕπατος, Πατὴρ πατρίδος, Ἀνθύπατος, καὶ Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Οὐαλέριος Λικιννιανὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Ἀνίκητος, Σεβαστὸς, Ἀρχιερεὺς Μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τέταρτον, Αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, Ὕπατος, Πατὴρ πατρίδος, Ἀνθύπατος, ἐπαρχιώταις ἰδίοις χαίρειν. μεταξὺ τῶν λοιπῶν ἅπερ ὑπὲρ τοῦ χρησίμου καὶ λυσιτελοῦς τοῖς δημοσίοις διατυπούμεθα, ἡμεῖς μὲν βεβουλήμεθα πρότερον κατὰ τοὺς ἀρχαίους νόμους καὶ τὴν δημοσίαν ἐπιστήμην τὴν τῶν Ῥωμαίων, ἅπαντας ἐπανορθώσασθαι. καὶ τούτου πρόνοιαν ποιήσασθαι, ἵνα καὶ οἱ χριστιανοὶ, οἵ τινες τῶν γονέων τῶν ἑαυτῶν καταλελοίπασι τὴν αἵρεσιν, εἰς ἀγαθὴν πρόθεσιν ἐπανέλθοιεν· ἐπείπερ τίνι λογισμῷ τοσαύτη αὐτοὺς πλεονεξία κατεσχήκει καὶ ἄνοια κατειλήφει, ὡς μὴ ἕπεσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν πάλαι καταδειχθεῖσιν, ἅπερ ἴσως πρότερον καὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν ἦσαν καταστήσαντες, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτῶν πρόθεσιν καὶ ὡς ἕκαστος ἐβούλετο, οὕτως ἑαυτοῖς καὶ νόμους ποιῆσαι, καὶ τούτους παραφυλάττειν, καὶ ἐν διαφόροις διάφορα πλήθη συνάγειν. τοιγαροῦν τοιούτου ὑφ᾽ ἡμῶν προστάγματος παρακολουθήσαντος, ὥστε ἐπὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων κατασταθέντα ἑαυτοὺς μεταστήσαιεν· πλεῖστοι μὲν κινδύνῳ ὑποβληθέντες, πλεῖστοι δὲ ταραχθέντες, παντοίους θανάτους ὑπέφερον· καὶ ἐπειδὴ τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ ἀπονοίᾳ διαμενόντων, ἑωρῶμεν μήτε τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπουρανίοις τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτοὺς μήτε τῶν χριστιανῶν προσέχειν, ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν διηνεκῆ συνήθειαν, δι᾽ ἧς εἰώθαμεν ἅπασιν ἀνθρώποις συγγνώμην ἀπονέμειν· προθυμότατα καὶ ἐν τούτῳ τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ἐπεκτεῖναι δεῖν ἐνομίσαμεν, ἵνα αὖθις ὦσι χριστιανοὶ, καὶ τοὺς οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο συνθῶσιν οὕτως, ὥστε μηδὲν ὑπεναντίον τῆς ἐπιστήμης αὐτοὺς πράττειν· δι᾽ ἑτέρας δὲ ἐπιστολῆς τοῖς δικασταῖς δηλώσομεν, τί αὐτοὺς παραφυλάξασθαι δεήσει. ὅθεν κατὰ ταύτην τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν, ὀφείλουσι τὸν ἑαυτῶν θεὸν ἱκετεύειν περὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ τῶν δημοσίων, καὶ τῶν ἑαυτῶν, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καὶ τὰ δημόσια παρασχεθῇ ὑγιῆ καὶ ἀμέριμνοι ζῆν ἐν τῇ ἑαυτῶν ἑστίᾳ δυνηθῶσι. Euseb. Hist. Eccl.* 8, 17. *Nicephorus* 7, 22. — (*Ἱστόρησαν τὸν Μαξιμῖνον*) *ἐκθέσθαι θεσπίσματα πανταχοῦ κελεύοντα παυθῆναι τὸν κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν, καὶ ζῆν ἐκείνους καὶ θρησκεύειν ὡς βούλοιντο, εὔχεσθαί τε ὑπὲρ αὐτοῦ.* (Tradunt Maximinum) ubique edictis propositis persecutionem Christianorum inhiberi atque illos vivere ac deum suo arbitratu colere et pro ipsius salute vota facere iussisse. *Zonaras* 12, 34. — Eodem tempore senis Maximiani statuae Constantini iussu revellebantur. *Lactantius de Morte Persec.* 42.

CONSTANTINUS, LICINIUS (MAXENTIUS, MAXIMINUS) AA(A).

1065. p. C. n. 312. FL. VALERIO CONSTANTINO A. II. P. VALERIO LICINIANO LICINIO A. II. COSS.

.... aditus competens iudex considerato tutelae iudicio eam curabit ferre sententiam, quam agnitam legibus esse providerit. PP. IIII. Kal. Sept. Constantino et Licinio Augg. II. Coss. *Vat. Fr.* 32. — Te divina praecepta, te abolitarum calumniarum, te prohibitarum delationum, te conservatio atque homicidarum gratulatio (sequebantur). *Incerti Panegyr. Constantino A. dict.* 4. — * Veterum calumniosae ambages recisae captandae simplicitatis laqueos perdiderunt. Pudor tutus, munita coniugia. Securae facultates ambitione sui gaudent, nec aliquis habendi quam plurimum metus. *Nazarii Panegyric. Constantino A. dict.*

35. — Nam quid ego de tuis in curia sententiis atque actis loquar, quibus senatui auctoritatem pristinam reddidisti. *Incerti Panegyr. Constantino A. dict.* 20.

Ante ann. 1066, p. C. n. 313.

Secundum statuta priorum principum si quis infantem quoquomodo legitime comparaverit vel nutriendum putaverit, obtinendi eius servitii habeat potestatem. *L. un. C. Th. de His qui sanguinolentos* 5, 8. Cf. infr. Vat. Fr. 34 a. 313.

CONSTANTINUS ET LICINIUS AA.

1066. p. C. n. 313. FL. VALERIO CONSTANTINO A. III. P. VAL. LICINIANO LICINIO A. III. COSS.

Aug. et Caes. Fl. Aprillae. Quum profitearis te certa quantitate mancipium ex sanguine comparasse, cuius pretium te exsolvisse dicis et instrumentis esse firmatum: hoc a nobis iam olim praescriptum est, quod, si voluerit liberum suum legitimum reciperare, tunc in eius locum mancipium domino daret, aut pretium quo valuisset numeraret; etiam nunc si a suis parentibus certo pretio comparasti, ius dominii te possidere existimamus. Nullum autem ex gentilibus liberum approbari licet. Subscripta XII. Kal. Aug. Constantino A. III. Cos. *Vat. Fr.* 34. — *Aug. et Caes.* Nulla verecundiae vel quietis mora vel quolibet intervallo cunctandi passim, nunc singuli, modo populi, proruentes in nostros obtutus, sic uniformes querelas iisdem fere sermocinationibus volutarunt, ut nec interpellantium credulitati valeret occurri, nec allegationum qualitas disparari, parens carissime atque amantissime. Pari siquidem exemplo vociferationibus consules, multitudines memorarunt, non iuste res suas esse divenditas; aliis possidentibus se fiscalia luere: frequenti denique obsecratione delata remedium cupiverunt. His sumus valde permoti, verentes ne alicuius calliditatibus adversabili emolumento persuasi res suas venderent sine censu, ac post subsidia nostrae mansuetudinis precarentur; itaque versutiis calliditatis commenta miscentibus, dum insidiarum fallentium non suspicamur arcana, pro innocentiae nostrae natura ceteros aestimantes, detrimento census nocentis levaremus. Has fraudes, hos dolos, istas argutias lege prohibemus, constitutione excludimus: et idcirco iustae providentiae consulta deliberatione sancimus, ut omnino qui comparat rei comparatae ius cognoscat et censum, neque liceat alicui rem sine censu comparare vel vendere. Inspectio autem publica vel fiscalis esse debebit hac lege, ut si aliquid sine censu venierit, et post ab aliquo deferretur, venditor quidem possessionem, comparator vero id quod dedit pretium, fisco vindicante deperdat. Id etiam volumus omnibus intimari nostrae clementiae placuisse neminem debere ad venditionem rei cuiuslibet affectare et accedere nisi eo tempore, quo inter venditorem et emtorem contractus sollenniter explicatur, certa et vera proprietas vicinis praesentibus demonstretur; usque eo legis istius cautione currente, ut etiamsi subsellia vel, ut vulgo aiunt, scamna vendantur, ostendendae proprietatis probatio compleatur. Hinc etenim iurgia multa nascuntur, hinc proprietatis iura temerantur, hinc dominiis vetustissimis molestia comparatur, quum caecitate praepropera, et rei inquisitione neglecta, luce veritatis omissa, nec perpetuitate cogitata dominii, iuris ratione postposita, ad rei comparationem accedunt, omissis omnibus, dissimulatis atque neglectis, id properant atque festinant, ut quoquo modo cuniculis nescio quibus inter emtorem et venditorem sollennia celebrentur: quum longe sit melius, sicuti diximus, ut lucem veritatis fidei testimonio, publica voce, subclamationibus populi, idoneus venditor approbet, quo sic felix comparator atque securus aevo diuturno persistat, quod pro quiete totius successionis eloquimur, ne forte aliquis venditor suum esse dicat quod esse constat alienum. Ita comparator, malo venditore deterior, incautus et credulus, quum testificantibus vicinis omnia debeat quaerere, ab universorum disquisitione dissimulet, quoniam sic oporteat agere, ut nec illud debeat requiri, quod ex iure dicitur „si a domino res vendita sit“. Ita ergo venditionum omnium est tractanda sollennitas, ut fallax illa et fraudulenta venditio penitus sepulta depereat. Cui legi deinceps cuncti parere debebunt, ut omnia diligenti circumspectione quaesita per universas successiones tuto decurrant: neque aliquem ex improvidentia casum malignae captiones obruant. Dat. IIII. Kal. Sept. ap. FF. ad correctorem Piceni, Aquileia. Accepta XIIII. Kal. Oct. Albae. Constantino Aug. III. Cos. *Vat. Fr.* 35. — * „*Ἰόβιος Μαξιμῖνος Σεβαστὸς Σαβίνῳ. Καὶ παρὰ τῇ σῇ στιβαρότητι καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις φανερὸν εἶναι πέποιθα, τοὺς δεσπότας ἡμῶν Διοκλητιανὸν καὶ Μαξιμιανὸν τοὺς ἡμετέρους πατέρας, ἡνίκα συνεῖδον σχεδὸν ἅπαντας ἀνθρώπους, καταλειφθείσης τῆς τῶν θεῶν θρησκείας, τῷ ἔθνει τῶν Χριστιανῶν ἑαυτοὺς συμμεμιχότας, ὀρθῶς διατεταχέναι, πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἀπὸ τῆς τῶν αὐτῶν θεῶν τῶν ἀθανάτων θρησκείας ἀναχωρήσαντας, προδήλῳ κολάσει καὶ τιμωρίᾳ εἰς τὴν θρησκείαν τῶν θεῶν ἀνακληθῆναι. ἀλλ' ὅτε ἐγὼ εὐτυχῶς τὸ πρῶτον εἰς τὴν ἀνατολὴν παρεγενόμην, καὶ ἔγνων εἴς τινας τόπους πλείστους τῶν ἀνθρώπων τὰ δημόσια ὠφελεῖν δυναμένους, ὑπὸ τῶν δικαστῶν διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν ἐξορίζεσθαι· ἑκάστῳ τῶν δικαστῶν ἐντολὰς δέδωκα, ὥστε μηδένα τούτων τοῦ λοιποῦ προσφέρεσθαι τοῖς ἐπαρχιώταις ἀπηνῶς, ἀλλὰ μᾶλλον κολακείαις καὶ προτροπαῖς πρὸς τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν αὐτοὺς ἀνακαλεῖν. Τηνικαῦτα οὖν ὅτε ἀκολούθως τῇ κελεύσει τῇ ἐμῇ ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἐφυλάττετο τὰ προστεταγμένα, συνέβαινε μηδένα ἐκ τῶν τῆς ἀνατολῆς μερῶν, μήτε ἐξόριστον μήτε ἐνύβριστον γενέσθαι· ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τοῦ μὴ βαρέως κατ' αὐτῶν τι γίνεσθαι, εἰς τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν ἀνακεκλῆσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα ὅτε τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ εὐτυχῶς ἐπέβην εἰς τὴν Νικομήδειαν κἀκεῖ διετέλουν, παρεγένοντο πολῖται τῆς αὐτῆς πόλεως πρός με ἅμα μετὰ τῶν ξοάνων τῶν θεῶν, μειζόνως δεόμενοι, ἵνα παντὶ τρόπῳ τὸ τοιοῦτον ἔθνος μηδαμῶς ἐπιτρέποιτο ἐν τῇ αὐτῶν πατρίδι οἰκεῖν. ἀλλ' ὅτε ἔγνων πλείστους τῆς αὐτῆς θρησκείας ἄνδρας ἐν αὐτοῖς τοῖς μέρεσιν οἰκεῖν, οὕτως αὐτοῖς τὰς ἀποκρίσεις ἀπένειμον· ὅτι τῇ μὲν αἰτήσει αὐτῶν ἀσμένως χάριν ἔσχηκα, ἀλλ' οὐ παρὰ πάντων τοῦτο αἰτηθὲν κατεῖδον· εἰ μὲν οὖν τινὲς εἶεν τῇ αὐτῇ δεισιδαιμονίᾳ διαμένοντες, οὕτως ἕνα ἕκαστον ἐν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει τὴν βούλησιν ἔχειν καὶ εἰ βούλοιντο τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν ἐπιγινώσκειν. ὅμως καὶ τοῖς τῆς αὐτῆς πόλεως Νικομηδεῦσι, καὶ ταῖς λοιπαῖς πόλεσιν, αἳ καὶ αὐταὶ εἰς τοσοῦτον τὴν ὁμοίαν αἴτησιν περισπουδάστως πρός με πεποιήκασιν, δῆλον ὅτι ἵνα μηδὲ εἷς τῶν Χριστιανῶν ταῖς πόλεσιν ἐνοικοίη, ἀνάγκην ἔσχον προσφιλῶς ἀποκρίνασθαι, ὅτι δὴ αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ ἀρχαῖοι αὐτοκράτορες πάντες διεφύλαξαν, καὶ αὐτοῖς τοῖς θεοῖς, δι' οὓς πάντες ἄνθρωποι καὶ αὐτὴ ἡ τῶν δημοσίων διοίκησις συνίσταται, ἤρεσεν οὖν, ὥστε τὴν τοσαύτην αἴτησιν, ἣν ὑπὲρ τῆς θρησκείας τοῦ θείου αὐτῶν ἀναφέρουσι, βεβαιώσαιμι. Τοιγαροῦν εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ τῇ σῇ καθοσιώσει πρὸ τούτου τοῦ χρόνου διὰ γραμμάτων ἐπέσταλται, καὶ δι' ἐντολῶν ὁμοίως κεκέλευσται, ἵνα μὴ κατὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν τὸ τοιοῦτον ἔθος διαφυλάξαι ἐπιμεληθέντων, μηδὲν τραχέως, ἀλλὰ ἀνεξικάκως καὶ συμμέτρως συμπεριφέροιντο αὐτοῖς· ὅμως ἵνα μήτε ὑπὸ τῶν βενεφικαλίων, μήτε ὑπ' ἄλλων τῶν τυχόντων, ὕβρεις μήτε σεισμοὺς ὑπομένοιεν, ἀκόλουθον ἐνόμισα, καὶ τούτοις τοῖς γράμμασι τὴν σὴν στιβαρότητα ὑπομνῆσαι, ὅπως ταῖς κολακείαις καὶ ταῖς προτροπαῖς μᾶλλον τὴν τῶν θεῶν ἐπιμέλειαν τοὺς ἡμετέρους ἐπαρχιώτας ποιήσειας ἐπιγινώσκειν. ὅθεν εἴ τις τῇ αὐτοῦ προαιρέσει τὴν θρησκείαν τῶν θεῶν ἐπιγνωστέον προσλάβοι, τούτους ὑποδέξασθαι προσήκει· εἰ δέ τινες τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ ἀκολουθεῖν βούλοιντο, ἐν τῇ αὐτῶν ἐξουσίᾳ καταλίποις· διόπερ ἡ σὴ καθοσίωσις τὸ ἐπιτραπέν σοι διαφυλάττειν ὀφείλει. καὶ μηδενὶ ἐξουσία δοθῇ, ὥστε τοὺς ἡμετέρους ἐπαρχιώτας ὕβρεσι καὶ σεισμοῖς ἐπιτρίψαι· ὁπότε, ὥσπερ προγέγραπται, ταῖς προτροπαῖς μᾶλλον καὶ ταῖς κολακείαις πρὸς τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν τοὺς ἡμετέρους ἐπαρχιώτας προσήκει ἀνακαλεῖν. ἵνα δὲ αὕτη ἡμῶν ἡ κέλευσις εἰς γνῶσιν πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων ἔλθῃ, διατάγματι ὑπὸ σοῦ προτεθέντι τὸ κεκελευσμένον ὀφείλεις δηλῶσαι.*“ „*Iovius Maximinus Augustus Sabino.* Et gravitati tuae et cunctis mortalibus notum esse arbitror, qualiter domini ac parentes nostri Diocletianus

et Maximianus, quum cunctos fere homines relicto deorum immortalium cultu ad Christianorum sectam se applicuisse cernerent, recte atque ordine constituerunt, ut quicunque a deorum suorum religione descivissent, publica animadversione et supplicio ad eorundem cultum revocarentur. Ego vero quum in Orientis provincias felicibus auspiciis primum venissem, comperissemque quamplurimos homines, qui reipublicae usui esse possent, ob eam, quam dixi, causam a iudicibus in certa loca relegari; singulis iudicibus in mandatis dedi, ne quis eorum deinceps adversus provinciales atrociter saeviret, sed ut potius blanditiis et adhortationibus ad deorum cultum eos revocare conarentur. Quamdiu igitur iuxta mandatum maiestatis nostrae haec a iudicibus, prout iusseram, observata sunt, nemo ex partibus Orientis aut relegatus, aut contumelia affectus est; quin potius provinciales nostri, eo quod clementius cum ipsis agebatur, ad numinum cultum redierunt. Postea vero quum anno praeterito Nicomediam feliciter essem ingressus, cives eius urbis me illic degentem adierunt cum deorum simulacris, obnixe orantes, ne huiusmodi hominum genus in sua civitate habitare omnino sineretur. Sed quoniam complures huius religionis viros illis in partibus degere cognoveram, hoc eis responsum dedi, me quidem eorum petitioni libenter gratificaturum, sed non animadvertere, id ipsum ex aequo ab omnibus postulari. Quodsi qui sint, qui in Christianorum superstitione permaneant, unumquemque pro arbitratu ac mentis suae proposito eligere, quod vellet, et si deorum religionem amplecti vellent, perinde id licere. Sed tamen et Nicomediensibus, et reliquis civitatibus, quae eandem ad me petitionem cum summa contentione detulerant, ut videlicet nullus Christianorum in suis urbibus habitaret, necesse habui benigne respondere, ita semper observatum fuisse a cunctis retro Imperatoribus; diis quoque immortalibus, per quos genus humanum et reipublicae permanet status, id ipsum placuisse, ut huiusmodi petitionem, quam de cultu deorum suorum ad me detulissent, confirmarem. Quamobrem etsi iam antea saepe devotioni tuae partim per literas scripsi, partim coram in mandatis dedi, ut adversus provinciales, qui hunc Christianae religionis ritum retinere voluerint, provinciarum rectores nihil acerbe statuant, sed potius clementer et moderate indulgeant, seque illis accommodent: tamen ne forte a beneficiariis aut quibuscunque aliis iniurias et concussiones patiantur, his etiam literis gravitatem tuam admonendam esse existimavi, ut provinciales nostros blanditiis potius et exhortationibus ad deorum curam ac providentiam agnoscendam allicias. Itaque si quis sua sponte deorum cultum suscipiendum agnoverit, hunc ambabus ulnis amplecti oportet. Quodsi qui religioni suae inhaerere maluerint, arbitrio ac potestati suae sunt permittendi. Debet igitur devotio tua quod ipsi mandatum est sedulo observare, nec provinciales nostros iniuriis aut concussionibus opprimendi licentia cuiquam concedatur: quum potius, uti iam dictum est, cohortationibus blandisque illecebris ad deorum cultum revocandi sint. Porro ut hoc praeceptum maiestatis nostrae universis provincialibus nostris innotescat, edicto abs te proposito iussionem nostram publicari curabis.“ *Euseb. Hist. Eccl.* 9, 9. — * *„Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γάϊος Οὐαλέριος Μαξιμῖνος, Γερμανικὸς, Σαρματικὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Ἀνίκητος, Σεβαστός. Κατὰ πάντα τρόπον ἡμᾶς διηνεκῶς τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων τοῦ χρησίμου προνοεῖσθαι, καὶ ταῦτα αὐτοῖς βούλεσθαι παρέχειν, οἷς τὰ λυσιτελῆ πάντων μάλιστα κατορθοῦται, καὶ ὅσα τῆς λυσιτελείας καὶ τῆς χρησιμότητός ἐστι τῆς κοινῆς αὐτῶν, καὶ ὁποῖα πρὸς τὴν δημοσίαν λυσιτέλειαν ἁρμόζει, καὶ ταῖς ἑκάστων διανοίαις προσφιλῆ τυγχάνει· οὐδένα ἀγνοεῖν, ἀλλ᾽ ἕκαστον ἀνατρέχειν ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ γινόμενον, γινώσκειν τε ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, δῆλον εἶναι πιστεύομεν. ὁπότε τοίνυν πρὸ τούτου δῆλον γέγονε τῇ γνώσει τῇ ἡμετέρᾳ, ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως, ἐξ ἧς κεκελευσμένον ἦν ὑπὸ τῶν θειοτάτων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν γονέων τῶν ἡμετέρων, τὰς συνόδους τῶν Χριστιανῶν ἐξῃρῆσθαι, πολλοὺς σεισμοὺς καὶ ἀποστερήσεις ὑπὸ τῶν ὀφφικιαλίων γεγενῆσθαι, καὶ εἰς τοὐπιὸν δὲ τοῦτο προχωρεῖν κατὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων, ὧν μάλιστα πρόνοιαν τὴν προσήκουσαν γίνεσθαι σπουδάζομεν, τῶν οὐσιῶν τῶν ἰδίων αὐτῶν κατατριβομένων· δοθέντων γραμμάτων πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἑκάστης ἐπαρχίας τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ, ἐνομοθετήσαμεν, ἵν᾽ ἐάν τις βούλοιτο τῷ τοιούτῳ ἔθει, ἢ τῇ αὐτῇ φυλακῇ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἕπεσθαι, τοῦτον ἀνεμποδίστως ἔχεσθαι τῆς προθέσεως τῆς ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἐμποδίζεσθαι μηδὲ κωλύεσθαι· καὶ εἶναι αὐτοῖς εὐχέρειαν, ἄνευ τινὸς φόβου καὶ ὑποψίας, τοῦθ᾽ ὅπερ ἑκάστῳ ἀρέσκει ποιεῖν. Πλὴν οὐδὲ νῦν λαθεῖν ἡμᾶς ἐδυνήθη, ὅτι τινὲς τῶν δικαστῶν παρενεθυμοῦντο τὰς ἡμετέρας κελεύσεις, καὶ διστάζειν τοὺς ἡμετέρους ἀνθρώπους περὶ τὰ προστάγματα τὰ ἡμέτερα παρεσκεύασαν, καὶ ὀκνηρότερον προσιέναι ταύταις ταῖς θρησκείαις, αἷς ἦν ἀρεστὸν αὐτοῖς, ἐποίησαν. ἵνα τοίνυν εἰς τὸ ἑξῆς πᾶσα ὑποψία ἀμφιβολίας τοῦ φόβου περιαιρεθῇ, τοῦτο τὸ διάταγμα προτεθῆναι ἐνομοθετήσαμεν· ἵνα πᾶσι δῆλον γένηται, ἐξεῖναι τούτοις, οἵτινες ταύτην τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν θρησκείαν μετιέναι βούλονται, ἐκ ταύτης τῆς δωρεᾶς τῆς ἡμετέρας καθὼς ἕκαστος βούλεται ἢ δέον αὐτῷ ἐστιν, οὕτως προσιέναι τῇ θρησκείᾳ ταύτῃ, ἣν ἐξ ἔθους θρησκεύειν εἵλετο· καὶ τὰ κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται· ἵνα μέντοι καὶ μείζων γένηται ἡ ἡμετέρα δωρεὰ, καὶ τοῦτο νομοθετῆσαι κατηξιώσαμεν· ἵν᾽, εἴ τινες οἰκίαι καὶ χωρία τοῦ δικαίου τῶν Χριστιανῶν πρὸ τούτου ἐτύγχανον ὄντα, ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν γονέων τῶν ἡμετέρων εἰς τὸ δίκαιον μετέπεσε τοῦ φίσκου, ἢ ὑπό τινος κατελήφθη πόλεως, εἴτε διάπρασις τούτων γεγένηται, εἴτε εἰς χάρισμα δέδοταί τινι, ταῦτα πάντα εἰς τὸ ἀρχαῖον δίκαιον τῶν Χριστιανῶν ἀνακληθῆναι ἐκελεύσαμεν· ἵνα καὶ ἐν τούτῳ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας καὶ τῆς προνοίας αἴσθησιν πάντες λάβωσιν.“* *„Imperator Caesar Caius Valerius Maximinus, Germanicus, Sarmaticus, Pius, Felix, Invictus, Augustus.* Provincialium nostrorum utilitati omnibus modis nos perpetuo consulere, eaque ipsis libenter praestare, quae omnibus maxime fructuosa sint, et quaecunque ad communem ipsorum utilitatem et commodum spectent, et reipublicae inprimis conducant, quaeque singulis grata sint et accepta: neminem ignorare, sed unumquemque res ipsas animo revolventem nosse ac persuasum habere confidimus. Certe quum antea nobis compertum fuisset, occasione legis illius, quae a divis Diocletiano et Maximiano parentibus nostris lata erat, ut Christianorum conventus penitus abolerentur, multas concussiones praedasque ab officialibus factas esse, atque hoc malum in dies longius serpere adversus provinciales nostros, quibus maxime consultum volumus, quorum facultates hoc praetextu graviter atteruntur: superiore anno datis ad singulos provinciarum praesides literis statuimus, ut, si quis adhaerere huic sectae, et religionis illius observantiam sequi vellet, ei liceret absque ullo impedimento in proposito suo permanere, nec ullus eum impedire aut prohibere auderet: sed ut quisque eorum id, quod sibi libitum esset, sine ullo metu ac suspicione agendi licentiam haberet. Verum ne nunc quidem latere nos potuit, quosdam ex iudicibus praecepta nostra minus recte intellexisse, et in causa fuisse, ut subditi nostri iussionibus nostris diffiderent, et ad cultum religionis illius, quam maxime probabant, cunctantius accederent. Igitur ut omnis in posterum suspicio metus et ambiguitas adimatur, hoc edictum proponi statuimus, quo cuncti intelligant, iis, qui hanc sectam et religionem sequi volunt, ex hac indulgentia maiestatis nostrae licere, prout cuique libitum aut acceptum fuerit, ad eam religionem, cui ex more servire constituit, colendam accedere. Sed et dominica sua ipsis instaurare conceditur. Ceterum ut indulgentia nostra prolixior appareat, illud etiam sancire voluimus, ut si quae domus aut loca ad ius Christianorum antehac pertinentia, ex iussione divorum parentum nostrorum ad ius fisci devoluta sint, aut ab aliqua civitate occupata, aut certe vendita, aut alicui dono data, cuncta ad pristinum ius ac dominium Christianorum revocentur, ut hac etiam in re pietatem ac providentiam nostram cuncti possint agnoscere.“ *Eusebius Histor. Ecclesiast.* 9, 10. — Quum feliciter tam ego Constantinus Augustus, quam etiam ego Licinius Augustus apud Mediolanum convenissemus, atque universa, quae ad commoda et securitatem publicam pertinerent, in tractatu haberemus; haec inter cetera quae videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda esse credidimus, quibus divinitatis reverentia continebatur; ut daremus et Chri-

stianis, et omnibus, liberam potestatem sequendi religionem, quam quisque voluisset; quo quidquid divinitatis in sede coelesti, nobis atque omnibus, qui sub potestate nostra sunt constituti, placatum ac propitium possit exsistere. Itaque hoc consilio salubri ac rectissima ratione ineundum esse credidimus, ut nulli omnino facultatem abnegandam putaremus, qui vel observationi Christianorum, vel ei religioni mentem suam dederet, quam ipse sibi aptissimam esse sentiret; ut possit nobis summa divinitas, cuius religioni liberis mentibus obsequimur, in omnibus solitum favorem suum benevolentiamque praestare. Quare scire dicationem tuam convenit, placuisse nobis, ut, amotis omnibus conditionibus, quae prius scriptis, ad officium tuum datis, super Christianorum nomine videbantur, nunc caveres, ut simpliciter unusquisque eorum, qui eandem observandae religioni Christianorum gerunt voluntatem, citra ullam inquietudinem ac molestiam sui id ipsum observare contendant. Quae sollicitudini tuae plenissime significanda esse credidimus, quo scires, nos liberam atque absolutam colendae religionis suae facultatem iisdem Christianis dedisse. Quod quum iisdem a nobis indultum esse pervideas, intelligit dicatio tua, etiam aliis religionis suae vel observantiae potestatem similiter apertam et liberam pro quiete temporis nostri esse concessam, ut in colendo, quod quisque delegerit, habeat liberam facultatem, quas .... honori, neque cuiquam religioni, aut aliquid a nobis ..... Atque hoc insuper in persona Christianorum statuendum esse censuimus; quod si eadem loca, ad quae antea convenire consuerant, de quibus etiam datis ad officium tuum literis certa antehac forma fuerat comprehensa, priore tempore aliud vel a fisco nostro, vel ab alio quocunque videntur esse mercati, eadem Christianis sine pecunia et sine ulla pretii petitione, postposita omni frustratione atque ambiguitate, restituantur. Qui etiam dono fuerunt consecuti; eadem similiter iisdem Christianis quantocius reddant: etiam vel hi qui emerunt, vel qui dono erunt consecuti, si putaverint de nostra benevolentia aliquid; vicarium postulent, quo et ipsis per nostram clementiam consulatur: quae omnia corpori Christianorum protinus per intercessionem tuam ac sine mora tradi oportebit. Et quoniam iidem Christiani non ea loca tantum, ad quae convenire consuerunt, sed alia etiam habuisse noscuntur, ad ius corporis eorum, id est, ecclesiarum, non hominum singulorum pertinentia; ea omnia lege, quae superius comprehendimus, circa ullam prorsus ambiguitatem vel controversiam iisdem Christianis, id est, corpori et conventiculis eorum, reddi iubebis; supradicta scilicet ratione servata, ut ii, qui eadem sine pretio, sicut diximus, restituerint, indemnitatem de nostra benevolentia sperent. In quibus omnibus supradicto corpori Christianorum intercessionem tuam efficacissimam exhibere debebis, ut praeceptum nostrum quantocius compleatur; quo etiam in hoc per clementiam nostram quieti publicae consulatur. Hactenus fiet, ut sicut superius comprehensum est, divinus iuxta nos favor, quem in tantis sumus rebus experti, per omne tempus prospere successibus nostris cum beatitudine publica perseveret. Ut autem huius sanctionis benevolentiae nostrae forma ad omnium possit pervenire notitiam, prolata programmate tuo haec scripta, et ubique proponere, et ad omnium scientiam te perferre conveniet, ut huius benevolentiae nostrae sanctio latere non possit. *Lactantius de Morte Persec.* 48. — *Ἤδη μὲν πάλαι σκοποῦντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς θρησκείας οὐκ ἀρνητέαν εἶναι, ἀλλ᾽ ἑνὸς ἑκάστου τῇ διανοίᾳ καὶ βουλήσει ἐξουσίαν δοτέον τοῦ τὰ θεῖα πράγματα τημελεῖν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ἕκαστον κεκελεύκειμεν, τοῖς τε χριστιανοῖς, τῆς αἱρέσεως καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἑαυτῶν τὴν πίστιν φυλάττειν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀντιγραφῇ, ἐν ᾗ τοῖς αὐτοῖς συνεχωρήθη ἡ τοιαύτη ἐξουσία, ἐδόκουν προστεθεῖσθαι σαφῶς, τυχὸν ἴσως τινὲς αὐτῶν μετ᾽ ὀλίγον ἀπὸ τῆς τοιαύτης παραφυλάξεως ἀνεκρούοντο· ὁπότε εὐτυχῶς ἐγὼ Κωνσταντῖνος ὁ Αὔγουστος, κἀγὼ Λικίννιος ὁ Αὔγουστος, ἐν τῇ Μεδιολάνῳ ἐληλύθειμεν, καὶ πάντα ὅσα πρὸς τὸ λυσιτελὲς καὶ τὸ χρήσιμον τῷ κοινῷ διέφερεν, ἐν ζητήσει ἔσχομεν, ταῦτα μεταξὺ τῶν λοιπῶν ἅτινα ἐδόκει ἐν πολλοῖς ἅπασιν ἐπωφελῆ εἶναι, μᾶλλον δὲ ἐν πρώτοις διατάξαι ἐδογματίσαμεν, οἷς ἡ πρὸς τὸ θεῖον αἰδώς τε καὶ τὸ σέβας ἐνείχετο. τοῦτ᾽ ἔστιν ὅπως δῶμεν καὶ τοῖς χριστιανοῖς καὶ πᾶσιν ἐλευθέραν αἵρεσιν, τοῦ ἀκολουθεῖν τῇ θρησκείᾳ ᾗ δ᾽ ἂν βουληθῶσιν· ὅπως ὅ, τί ποτέ ἐστι θειότης καὶ οὐρανίου πράγματος, ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν διάγουσιν εὐμενὲς εἶναι δυνηθῇ. τοίνυν ταύτην τὴν βούλησιν τὴν ἡμετέραν, ὑγιεινῷ καὶ ὀρθοτάτῳ λογισμῷ ἐδογματίσαμεν, ὅπως μηδενὶ παντελῶς ἐξουσία ἀρνητέα ᾖ, τοῦ ἀκολουθεῖν καὶ αἱρεῖσθαι τὴν τῶν χριστιανῶν παραφύλαξιν ἢ θρησκείαν. ἑκάστῳ τε ἐξουσία δοθείη τοῦ διδόναι ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν ἐν ἐκείνῃ τῇ θρησκείᾳ, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἁρμόζειν νομίζῃ. ὅπως ἡμῖν δυνηθῇ τὸ θεῖον ἐν πᾶσι τὴν ἔθιμον σπουδὴν καὶ καλοκαγαθίαν παρέχειν. ἅτινα οὕτως ἀρέσκειν ἡμῖν ἀντιγράψαι ἀκόλουθον ἦν, ἵν᾽ ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων, αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασι τοῖς πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν ἀποσταλεῖσι περὶ τῶν χριστιανῶν ἐνείχοντο, καὶ ἅτινα πάνυ σκαιὰ καὶ τῆς ἡμετέρας πρᾳότητος ἀλλότρια εἶναι ἐδόκει, ταῦτα ὑφαιρεθῇ, καὶ νῦν ἐλευθέρως τε καὶ ἁπλανῶς ἕκαστος τῶν τὴν αὐτὴν προαίρεσιν ἐσχηκότων τοῦ φυλάττειν τὴν τῶν χριστιανῶν θρησκείαν, ἄνευ τινὸς ὀχλήσεως, τοῦτο αὐτὸ παραφυλάττοι. ἅτινα τῇ σῇ ἐπιμελείᾳ πληρέστατα δηλῶσαι ἐδογματίσαμεν, ὅπως εἰδείης ἡμᾶς ἐλευθέραν καὶ ἀπολελυμένην ἐξουσίαν τοῦ τημελεῖν τὴν ἑαυτῶν θρησκείαν τοῖς αὐτοῖς χριστιανοῖς δεδωκέναι. ὅπερ ἐπειδὴ ἀπολελυμένως αὐτοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν δεδωρῆσθαι θεωρεῖ ἡ σὴ καθοσίωσις, καὶ ἑτέροις δεδόσθαι ἐξουσίαν τοῖς βουλομένοις τοῦ μετέρχεσθαι τὴν παρατήρησιν καὶ θρησκείαν ἑαυτῶν· ὅπερ ἀκολούθως τῇ ἡσυχίᾳ τῶν ἡμετέρων καιρῶν γίνεσθαι φανερόν ἐστιν, ὅπως ἐξουσίαν ἕκαστος ἔχῃ τοῦ αἱρεῖσθαι καὶ τημελεῖν, ὁποῖον δ᾽ ἂν βούληται θεῖον. τοῦτο δὲ ὑφ᾽ ἡμῶν γέγονεν, ὅπως μηδεμιᾷ τιμῇ μηδὲ θρησκείᾳ τινὶ μεμειῶσθαί τι ὑφ᾽ ἡμῶν δοκοίη. καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῖς λοιποῖς εἰς τὸ πρόσωπον τῶν χριστιανῶν δογματίζομεν, ἵνα τοὺς τόπους αὐτῶν εἰς οὓς τὸ πρότερον συνέρχεσθαι ἔθος ἦν αὐτοῖς, περὶ ὧν καὶ τοῖς πρότερον δοθεῖσι πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν γράμμασι, τύπος ἕτερος ἦν ὡρισμένος τῷ προτέρῳ χρόνῳ, ἵν᾽ εἴ τινες ἢ παρὰ τοῦ ταμείου τοῦ ἡμετέρου, ἢ παρά τινος ἑτέρου φαίνοιντο ἠγορακότες τούτους, τοῖς αὐτοῖς χριστιανοῖς ἄνευ ἀργυρίου καὶ ἄνευ τινὸς ἀπαιτήσεως τῆς τιμῆς ὑπερτεθείσης, δίχα πάσης ἀμελείας καὶ ἀμφιβολίας ἀποκαταστήσωσι. καὶ εἴ τινες κατὰ δῶρον τυγχάνωσιν εἰληφότες τοὺς αὐτοὺς τόπους, ὅπως εἰ τοῖς αὐτοῖς χριστιανοῖς τὴν ταχίστην ἀποκαταστήσωσιν οὕτως, ἢ οἱ ἠγορακότες τοὺς αὐτοὺς τόπους, ἢ οἱ κατὰ δωρεὰν εἰληφότες αἰτῶσί τι παρὰ τῆς ἡμετέρας καλοκαγαθίας, προσέλθωσι τῷ ἐπὶ τόπων ἐπάρχῳ δικάζοντι, ὅπως καὶ αὐτῶν διὰ τῆς ἡμετέρας χρηστότητος πρόνοια γίνηται. ἅτινα πάντα τῷ σωματίῳ τῶν χριστιανῶν παρ᾽ αὐτὰ διὰ τῆς σῆς σπουδῆς ἄνευ τινὸς παρολκῆς παραδίδοσθαι δεήσει. καὶ ἐπειδὴ οἱ αὐτοὶ χριστιανοὶ οὐ μόνον ἐκείνους εἰς οὓς συνέρχεσθαι ἔθος εἶχον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους τόπους ἐσχηκέναι γινώσκονται, διαφέροντας οὐ πρὸς ἕκαστον αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον τοῦ αὐτῶν σώματος, τοῦτ᾽ ἔστι τῶν χριστιανῶν, ταῦτα πάντα ἐπὶ τῷ νόμῳ ὃν προειρήκαμεν, δίχα παντελοῦς τινὸς ἀμφισβητήσεως τοῖς αὐτοῖς χριστιανοῖς, τοῦτ᾽ ἔστι τῷ σώματι αὐτῶν καὶ τῇ συνόδῳ, ἑκάστῳ αὐτῶν ἀποκαταστῆναι κελεύσεις. τοῦ προειρημένου λογισμοῦ δηλαδὴ φυλαχθέντος, ὅπως αὐτοὶ οἵτινες τοὺς αὐτοὺς ἄνευ τιμῆς, καθὼς προειρήκαμεν, ἀποκαθιστῶσι, τὸ ἀζήμιον τὸ ἑαυτῶν παρὰ τῆς ἡμετέρας καλοκαγαθίας ἐλπίζοιεν. ἐν οἷς πᾶσι τῷ προειρημένῳ σώματι τῶν χριστιανῶν τὴν σπουδὴν δυνατώτατα παρασχεῖν ὀφείλεις, ὅπως τὸ ἡμέτερον κέλευσμα τὴν ταχίστην παραπληρωθῇ· ὅπως καὶ ἐν τούτῳ διὰ τῆς ἡμετέρας χρηστότητος πρόνοια γίνηται τῆς κοινῆς καὶ δημοσίας ἡσυχίας. τούτῳ γὰρ τῷ λογισμῷ, καθὼς καὶ προείρηται, ἡ θεία σπουδὴ περὶ ἡμᾶς, ἧς ἐν πολλοῖς ἤδη πράγμασιν ἀπεπειράθημεν, διὰ παντὸς τοῦ χρόνου βεβαίως διαμείνῃ. ἵνα δὲ ταύτης τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας καὶ τῆς καλοκαγαθίας ὅρος πρὸς γνῶσιν πάντων ἐνεχθῆναι δυνηθῇ, ταῦτα τὰ ὑφ᾽ ἡμῶν γραφέντα, πανταχοῦ προθεῖναι καὶ εἰς γνῶσιν πάντων ἀγαγεῖν ἀκόλουθόν ἐστιν, ὅπως ταύτης τῆς ἡμετέρας καλοκαγαθίας ἡ νομοθεσία μηδένα λαθεῖν δυνηθῇ.* *Eusebius Histor. Ecclesiast.* 10, 5. — Licinius Nicomediam ingressus die Id. Iuniarum, Constantino atque ipso ter Coss. de restituenda ecclesia literas, ad praesidem datas, proponi iussit. *Lactantius de Morte Persec.* 48. — *Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ἐχαρίσατο (Μάξιμος Λικινιανὸς) ἐλευθερίαν τοῖς χριστιανοῖς εἰς τὸ μὴ κρύπτεσθαι αὐτοὺς, ἀλλὰ δημοσιεύειν.* Sub hoc Imperatore (Maximo Liciniano) Christianis indultum

est, uti non amplius latitantes, in publicum prodirent. *Malalas Chronogr.* 12, *p.* 314. — Καὶ δὴ ἐπὶ τούτοις αὐτός τε Κωνσταντῖνος καὶ σὺν αὐτῷ βασιλεὺς Λικίννιος . . . μιᾷ βουλῇ καὶ γνώμῃ νόμον ὑπὲρ Χριστιανῶν τελεώτατον πληρέστατα διατυποῦνται . . . καὶ τὸν νόμον αὐτὸν Μαξιμίνῳ . . . διαπέμπονται. Posthaec Imperator Constantinus, et collega eius Licinius . . . uno consensu legem pro Christianis absolutissimam et copiosissimam promulgarunt . . . ipsamque adeo legem ad Maximinum . . . transmisere. *Eusebii Histor. Eccles.* 9, 9. — Suscepto imperio, Constantinus Augustus nihil egit prius, quam Christianos cultui ac deo suo reddere. Haec fuit prima eius sanctio sanctae religionis restitutae. *Lactantius de Morte Persec.* 24. — Et Christianis, et omnibus, liberam potestatem sequendi religionem, quam quisque voluisset ... nulli omnino facultatem abnegandam, qui (quominus) vel observationi Christianorum, vel ei religioni mentem suam dederet, quam ipse sibi aptissimam esse sentiret. *Lactantius l. c.* 48. — * Ἀντίγραφον ἑτέρας βασιλικῆς διατάξεως, ἣν αὖθις πεποίηνται μόνῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τὴν δωρεὰν δεδόσθαι ὑποσημηνάμενοι. „Χαῖρε Ἀνυλῖνε, τιμιώτατε ἡμῖν. Ἔστιν ὁ τρόπος οὗτος τῆς φιλαγαθίας τῆς ἡμετέρας, ὥστε ἐκεῖνα, ἅπερ δικαίῳ ἀλλοτρίῳ προσήκει, μὴ μόνον μὴ ἐνοχλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀποκαθιστᾷν βούλεσθαι ἡμᾶς, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε. ὅθεν βουλόμεθα, ἵν', ὁπόταν ταῦτα τὰ γράμματα κομίσῃ, εἴ τινα ἐκ τούτων τῶν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ καθολικῇ τῶν Χριστιανῶν ἐν ἑκάσταις πόλεσιν ἢ καὶ ἄλλοις τόποις διέφερον, καὶ κατέχοιντο νῦν ἢ ὑπὸ πολιτῶν, ἢ ὑπό τινων ἄλλων, ταῦτα ἀποκατασταθῆναι παραχρῆμα ταῖς αὐτῶν ἐκκλησίαις ποιήσῃς· ἐπειδήπερ προῃρήμεθα ταῦτα ἅπερ αἱ αὐταὶ ἐκκλησίαι πρότερον ἐσχήκεσαν, τῷ δικαίῳ αὐτῶν ἀποκατασταθῆναι. ὁπότε τοίνυν συνορᾷ ἡ καθοσίωσις ἡ σὴ ταύτης ἡμῶν τῆς κελεύσεως σαφέστατον εἶναι τὸ πρόσταγμα, σπούδασον, εἴτε κῆποι, εἴτε οἰκίαι, εἴθ' ὅτι οὖν δήποτε τῷ δικαίῳ τῶν αὐτῶν ἐκκλησιῶν διέφερον, σύμπαντα αὐτοῖς ἀποκατασταθῆναι ὡς τάχιστα· ὅπως τούτῳ ἡμῶν τῷ προστάγματι ἐπιμελεστάτην σε πειθάρχησιν παρεσχηκέναι καταμάθοιμεν. Ἔῤῥωσε, Ἀνυλῖνε, τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν.“ *Exemplum alterius constitutionis,* qua Imperatores, soli ecclesiae catholicae beneficium a se concessum esse indicarunt. „Ave, Anuline, carissime nobis. Est hic mos bonitatis nostrae, ut ea, quae ad alienum ius pertinent, non modo nulla inquietudine affici, sed etiam restitui velimus, Anuline carissime. Quapropter iubemus, ut simulatque has literas acceperis, si quae ex illis, quae ad catholicam Christianorum ecclesiam per singulas civitates, aut in aliis locis pertinebant, nunc a civibus aut quibuslibet aliis detinentur, confestim illorum ecclesiis restitui facias. Quandoquidem volumus, ut quae supradictae ecclesiae antea possederunt, ad earundem ius omnino revertantur. Quum ergo perspiciat devotio tua huius nostrae iussionis manifestissimum esse praescriptum, operam dabis, ut sive horti sive aedes seu quodcunque aliud ad ius earundem ecclesiarum pertinuerit, cuncta illis quantocius restituantur: quo scilicet te huic nostro praecepto accuratissime obtemperasse intelligamus. Vale, Anuline, carissime et desideratissime nobis.“ *Euseb. Hist. Eccl.* 10, 5. — *Aggg. NNN. Anulinus V. C. Proconsul Africae (Constantino A.).* Scripta coelestia maiestatis vestrae accepta atque adorata, Caeciliano, et his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio parvitatis meae insinuare curavit, eosdemque hortata est, ut unitate consensu omnium facta, quum omni omnino munere indulgentiae maiestatis vestrae liberati esse videantur Catholici, custodita sanctitate legis, debita reverentia divinis rebus inserviant. Verum post paucos dies exstiterunt quidam, adunata secum populi multitudine, qui Caeciliano contradicendum putarent; quique fasciculum in aluta signatum, et libellum sine signo obtulerunt dicationi meae; atque impendio postularunt, ut ad sacrum et venerabilem comitatum nominis vestri dirigerem; quae manente Caeciliano in statu suo, subiectis eorundem actis, quo cuncta maiestas vestra possit dignoscere, parvitas mea dirigere curavit. *Augustini Ep.* 88 *vel* 68. Cf. S. Optati Opp. ed. Dupin. p. 179. — * Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς σύνοδον ἐπισκόπων ἐπὶ Ῥώμης κελεύει γενέσθαι ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεώς τε καὶ ὁμονοίας. „Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων καὶ Μάρκῳ. Ἐπειδὴ τοιοῦτοι χάρται παρὰ Ἀνυλίνου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου τῆς Ἀφρικῆς πρός με πλείους ἀπεστάλησαν, ἐν οἷς ἐμφέρεται Καικιλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τῆς Καρταγενησίων πόλεως, παρά τινων κολλήγων αὐτοῦ, τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καθεστώτων, ἐν πολλοῖς πράγμασιν εὐθύνεσθαι. καὶ τοῦτό μοι βαρὺ σφόδρα δοκεῖ, τὸ ἐν ταύταις ταῖς ἐπαρχίαις, ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαίρετος ἡ θεία πρόνοια ἐνεχείρισε, κἀκεῖσε πολὺ πλῆθος λαοῦ, ὄχλον ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἐπιμένοντα εὑρίσκεσθαι ὡσανεὶ διχοστατοῦντα, καὶ μεταξὺ ἐπισκόπους διαφορὰς ἔχειν· ἔδοξέ μοι, ἵν' αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων, τῶν αὐτὸν εὐθύνειν δοκούντων, καὶ δέκα ἑτέρων, οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῷ ἀπιέναι, ἵν' ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετεκίου καὶ Ματέρνου καὶ Μαρίνου, τῶν κολλήγων ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι, ὡς ἂν καταμάθοιτε τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἁρμόττειν· ἵνα μέντοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν τούτων πληρεστάτην δυνηθῆτε ἔχειν γνῶσιν, τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρός με παρὰ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων, γράμμασιν ἐμοῖς ὑποτάξας, πρὸς τοὺς προειρημένους κολλήγας ὑμῶν ἐξέπεμψα· οἷς ἐντυχοῦσα ἡ ὑμετέρα στεῤῥότης δοκιμάσει, ὅντινα χρὴ τρόπον τὴν προειρημένην δίκην ἐπιμελέστατα διευκρινῆσαι, καὶ κατὰ τὸ δίκαιον τερματίσαι· ὁπότε μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν λανθάνει, τοσαύτην με αἰδῶ τῇ ἐνθέσμῳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀπονέμειν, ὡς μηδὲν καθόλου σχίσμα ἢ διχοστασίαν ἔν τινι τόπῳ βούλεσθαί με ὑμᾶς καταλιπεῖν. ἡ θειότης ὑμᾶς τοῦ μεγάλου θεοῦ διαφυλάξοι πολλοῖς ἔτεσι, τιμιώτατοι.“ *Exemplum epistolae Constantini Imperatoris, qua episcoporum concilium Romae fieri iubet pro unitate et concordia ecclesiarum.* „*Constantinus Augustus Miltiadi, episcopo urbis Romae et Marco.* Quoniam huiusmodi plures libelli a viro clarissimo Anulino Africae proconsule ad me sunt missi, in quibus continetur, Caecilianum Carthaginiensium urbis episcopum a quibusdam collegis suis per Africam constitutis multis de causis insimulari; quod quidem permolestum mihi videtur, in istis provinciis, quas divina providentia meae devotioni sua sponte tradidit, et in quibus maxima est populi multitudo, plebem quasi in duas partes divisam ad deteriora deflectere, et episcopos inter se dissentire; placuit mihi, ut idem Caecilianus una cum decem episcopis, qui accusare ipsum videntur, et cum decem aliis, quos ipse ad suam causam necessarios esse iudicaverit, Romam naviget, ut ibi coram vobis et coram Reticio, Materno, ac Marino collegis vestris, quos ea causa Romam properare iussi, possit audiri, quemadmodum sanctissimae legi convenire optime nostis. Porro ut totius negotii plenissimam valeatis haurire notitiam, exempla libellorum, ab Anulino ad me missorum, literis meis subiecta ad collegas vestros supradictos transmisi. Quibus lectis perpendet gravitas vestra, quonam modo supra memorata controversia accuratissime diiudicanda sit, et ex praescripto iustitiae terminanda. Si quidem nec tuam sedulitatem latet, tantam a me reverentiam sanctissimae ecclesiae catholicae exhiberi, ut generaliter nullum schisma aut dissidium ullibi a vobis relinqui velim. Divinitas summi dei multis vos annis servet, carissimi.“ *Euseb. Hist. Eccl.* 10, 5. *Nicephor. Call.* 7, 43. — * Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς χρήματα ταῖς ἐκκλησίαις δωρεῖται. „Κωνσταντῖνος Αὔγουστος Καικιλιανῷ ἐπισκόπῳ Καρταγένης. Ἐπειδήπερ ἤρεσε, κατὰ πάσας ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικὰς καὶ τὰς Νουμιδίας καὶ τὰς Μαυριτανίας, ῥητοῖς τισὶ τῶν ὑπηρετῶν τῆς ἐνθέσμου καὶ ἁγιωτάτης καθολικῆς θρησκείας, εἰς ἀναλώματα ἐπιχορηγηθῆναί τι, ἔδωκα γράμματα πρὸς Οὖρσον τὸν διασημότατον καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς, καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στεῤῥότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. σὺ τοίνυν, ἡνίκα τὴν προδηλουμένην ποσότητα τῶν χρημάτων ὑποδεχθῆναι ποιήσεις, ἅπασι τοῖς προειρημένοις κατὰ τὸ βρεούιον, τὸ πρὸς σὲ παρὰ Ὁσίου ἀποσταλὲν, ταῦτα τὰ χρήματα διαδοθῆναι κέλευσον. εἰ δ' ἄρα πρὸς τὸ συμπληρωθῆναί μου τὴν εἰς τοῦτο περὶ ἅπαντας αὐτοὺς προαίρεσιν, ἐνδεῖν τι καταμάθοις, παρὰ Ἡρακλείδα τοῦ ἐπιτρόπου τῶν ἡμετέρων κτημάτων, ἀναμφιλέκτως ὅπερ ἀναγκαῖον εἶναι καταμάθοις, αἰτῆσαι ὀφείλεις· καὶ γὰρ παρόντι αὐτῷ προσέταξα, ἵν' εἴ τι ἂν χρημάτων παρ' αὐτοῦ ἡ σὴ στεῤ-

ότης αἰτήσῃ, ἄνευ δισταγμοῦ τινὸς ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. Καὶ ἐπειδὴ ἐπυθόμην, τινὰς μὴ καθεστώσης διανοίας τυγχάνοντας ἀνθρώπους τὸν λαὸν τῆς ἁγιωτάτης καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας φαύλῃ τινὶ ὑπονοθεύσει βούλεσθαι διαστρέφειν, γίνωσκέ με Ἀνυλίνῳ ἀνθυπάτῳ, ἀλλὰ μὴν καὶ πατρικίῳ τῷ Οὐικαρίῳ τῶν ἐπάρχων παροῦσι τοιαύτας ἐντολὰς δεδωκέναι· ἵν᾽ ἐν τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ τούτου μάλιστα τὴν φροντίδα ποιήσωνται τὴν προσήκουσαν· καὶ μὴ ἀνάσχωνται περιορᾶν τοιοῦτο γινόμενον· διόπερ εἴ τινας τοιούτους ἀνθρώπους ἐν αὐτῇ τῇ μανίᾳ ἐπιμένειν κατίδοις, ἄνευ τινὸς ἀμφιβολίας τοῖς προειρημένοις δικασταῖς πρόσελθε, καὶ αὐτὸ τοῦτο προσανένεγκε, ὅπως αὐτοὺς ἐκεῖνοι καθάπερ αὐτοῖς παροῦσιν ἐκέλευσα, ἐπιστρέψωσιν. ἡ θειότης τοῦ μεγάλου θεοῦ σε διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν.“ Exemplum epistolae Imperatoris Constantini, qua pecunias ecclesiis donat. „Constantinus Augustus Caeciliano episcopo Carthaginiensi. Quandoquidem placuit nobis, ut per omnes provincias Africae, Numidiae, et utriusque Mauritaniae, certis quibusdam legitimae et sanctissimae religionis catholicae ministris ad sumtus necessarios aliquid praeberetur, literas dedi ad Ursum, virum perfectissimum rationalem Africae, eique significavi, ut ter mille folles tuae gravitati numerari curaret. Tu itaque, ubi praedictam quantitatem acceperis, operam dabis, ut cunctis supra memoratis iuxta brevem ab Hosio ad te directum ea pecunia dividatur. Quodsi forte ad meum erga vos omnes in hac parte studium explendum deesse aliquid intellexeris, incunctanter quidquid necessarium tibi videbitur, ab Heraclida procuratore praediorum nostrorum petere debes. Nam et ipsi coram mandavi, ut si quid pecuniae gravitas tua ab ipso postularet, absque ulla dubitatione dinumerandum tibi curaret. Et quoniam accepi, quosdam non satis compositae mentis homines id agere, ut sanctissimae et catholicae ecclesiae populum improba atque adulterina falsitate corrumpant, scias, me Anulino proconsuli et patricio vicario praefectorum coram haec dedisse mandata, ut inter cetera huius rei competentem curam gerant; nec si quid eiusmodi agatur, negligere ac dissimulare sustineant. Itaque si quos eiusmodi homines in hac amentia perseverare conspexeris, absque ulla haesitatione supradictos iudices adibis, idque ipsis referes, ut in eos, quemadmodum ipsis coram mandavi, animadvertant. Divinitas summi dei multis annis te servet.“ *Euseb. Hist. Eccl.* 10, 6. — **Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι᾽ ἧς τοὺς προεστῶτας τῶν ἐκκλησιῶν πάσης ἀπολελύσθαι τῆς περὶ τὰ πολιτικὰ λειτουργίας προστάττει. „Χαῖρε, Ἀνυλῖνε, τιμιώτατε ἡμῖν. Ἐπειδὴ ἐκ πλειόνων πραγμάτων φαίνεται παρεξουθενηθεῖσαν τὴν θρησκείαν, ἐν ᾗ ἡ κορυφαία τῆς ἁγιωτάτης ἐπουρανίου αἰδὼς φυλάττεται, μεγάλους κινδύνους ἐνηνοχέναι τοῖς δημοσίοις πράγμασιν· αὐτήν τε ταύτην, ἐνθέσμως ἀναληφθεῖσαν καὶ φυλαττομένην, μεγίστην εὐτυχίαν τῷ Ῥωμαικῷ ὀνόματι, καὶ σύμπασι τοῖς τῶν ἀνθρώπων πράγμασιν ἐξαίρετον εὐδαιμονίαν παρεσχηκέναι, τῶν θείων εὐεργεσιῶν τοῦτο παρεχουσῶν· ἔδοξεν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας τοὺς τῇ ὀφειλομένῃ ἁγιότητι καὶ τῇ τοῦ νόμου τούτου παρεδρίᾳ τὰς ὑπηρεσίας τὰς ἐξ ἑαυτῶν, τῇ τῆς θείας θρησκείας θεραπείᾳ παρέχοντας, τῶν καμάτων τῶν ἰδίων τὰ ἔπαθλα κομίσασθαι, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε. Διόπερ ἐκείνους τοὺς εἴσω τῆς ἐπαρχίας τῆς σοι πεπιστευμένης ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ᾗ Καικιλιανὸς ἐφέστηκε, τὴν ἐξ ἑαυτῶν ὑπηρεσίαν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ θρησκείᾳ παρέχοντας, οὕσπερ κληρικοὺς ἐπονομάζειν εἰώθασιν, ἀπὸ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν λειτουργιῶν βούλομαι ἀλειτουργήτους διαφυλαχθῆναι· ὅπως μὴ, διά τινος πλάνης ἢ ἐξολισθήσεως ἱεροσύλου, ἀπὸ τῆς θεραπείας τῆς τῇ θειότητι ὀφειλομένης ἀφέλκωνται, ἀλλὰ μᾶλλον ἄνευ τινὸς ἐνοχλήσεως τῷ ἰδίῳ νόμῳ ἐξυπηρετῶνται· ὧνπερ μεγίστην περὶ τὸ θεῖον λατρείαν ποιουμένων, πλεῖστον ὅσον τοῖς κοινοῖς πράγμασι συνοίσειν δοκεῖ. ἔῤῥωσο, Ἀνυλῖνε, τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν.“ Exemplum epistolae Imperatoris Constantini, qua cunctos ecclesiarum praesides ab omnibus publicis functionibus immunes esse praecipit. „Ave, Anuline, carissime nobis.* Quum ex multis rebus constet, religionem illam, in qua summa divinae maiestatis reverentia custoditur, spretam quidem maxima reipublicae importasse discrimina; eandem vero rite susceptam ac custoditam, et nomini Romano maximam prosperitatem, et cunctis mortalium rebus, divina id tribuente beneficentia, praecipuam felicitatem contulisse: placuit, ut homines illi, qui cum debita sanctimonia et assidua huius legis observantia, ministerium suum divinae religionis cultui exhibent, laborum suorum mercedem reportent, Anuline carissime nobis. Quocirca eos homines, qui intra provinciam tibi creditam in ecclesia catholica, cui Caecilianus praeest, huic sanctissimae religioni ministrant, quos clericos vocare consueverunt, ab omnibus omnino publicis functionibus immunes volumus conservari: ne errore aliquo aut casu sacrilego a cultu summae divinitati debito abstrahantur; sed ut potius absque ulla inquietudine propriae legi deserviant; quippe his summam venerationem divino numini exhibentibus, maximum inde emolumentum reipublicae videtur accedere. Vale, Anuline, carissime ac desideratissime nobis.“ *Euseb. Hist. Eccles.* 10, 7.

? 1066—1078. p. C. n. 313—325.

...... verecundiam, hoc est vitae probabilis instrumentum ...... periculum redigi, ut eam praelatam liceat proprietatis eum ... fretus coniunctionis firmitate proi....em...m iuxta statutum iudicantis adflixerit ...a deprimitur. Viderit enim utrum in praeteritum ... dote repromissa aestimantis aliquid remanere ... constituta petendi firmitas putaretur, e conmu...tior parentium affectus persuasit, ut in solo ... dote obligatio gigneretur frustra evidens ....am restituendae dotis voluntatem astutia hered... speciebus, quas doti pater filiae nomine designave... cum libelli scribtione promat, et de redhibitione ... a filiae dotem restitui voluit. Frustra Maximus ... desiderat Renato submoto, cui dos Paulinae nomine ... repetitionem instituere potuisse iudicavit ... ui voluntas soceri primo per libellum dehinc ... consuluit auxilium nostrae mansuetudinis in ... undique versum eius actionibus aditum daret, qui cum repetitionem ... set violato necessitudinis iure secundo soceri iu... adipisci merebatur. quapropter Maximi sententia dotem, cuius ... iuxta extremam restitui voluntatem, qui eam reddi ... prohiberi placuit; nec enim dubium est effectum restitutio ... destinatum, cui dotem filiae nomine per libellum .... *Vat. Fr.* 113. — ** Imp. Constantinus A. ad Constantium PO.* Quoniam iniquissime tyrannus constituit, ut, qui ex cohortali militia honestam missionem et vacationem rerum suarum meruerint, civilibus officiis et curiae necessitatibus inserviant. *L.* 1 *C. Th. de Cohort.* 8, 4.

1067. p. C. n. 314. C. CEIONIO RUFIO VOLUSIANO II. ET ANNIANO COSS.

Edictum Constantini de Accusationibus. Imp. Constantinus A. ad Maximum PU . . . (§ 1. ab eiusm)odi iudicio repellatur; verum quicumque intentionibus suis probationes (attulerit,) habeat adeundi iudicis liberam potestatem, ac manifestis indiciis crimen (comprobet) et edat, ut pro qualitate factorum competenter in eum qui convictus fuerit (vindice)tur. Quod si minime potuerit ea quae intentaverit comprobare, scire debet severis(simae sen)tentiae subiugandum. (§ 2.) Sane si quis alicui maiestatis crimen intenderit, (cum in eiu)smodi obiectis minime quemquam privilegium dignitatis alicuius a strictiori (inquisiti)one tueatur, sciat se quoque tormentis esse subdendum si aliis manifestis indiciis, (testibus, a)ut argumentis accusationem suam non potuerit comprobare; cum in eo qui (huius ess)e temeritatis deprehendetur illud quoque tormentis erui oporteat, cuius (consilio a)tque instinctu ad accusationem accessisse videatur, ut ab omnibus tanti (commissi) consciis vindicta possit reportari. (§ 3. Coniunctis) autem quod adeundi quoque iudicis tam statutis parentum nostrorum quam (etiam no)stris sanctionibus interclusa sit facultas, omnibus cognitum est, cum eiusmodi (delationi) audientia non debeat commodari; quandoquidem eos pro tanti sceleris audacia (gladio con)veniat subiugari. (§ 4. In servis quoq)ue sive libertis, qui dominos vel patronos accusare aut deferre tentant, eius(modi legem,) iuxta antiqui quoque iuris statutum, observandam esse censuimus, ut scilicet (professio ta)m atrocis audaciae statim in admissi ipsius exordio per sententiam iudicis (comprimatu)r, ac

denegata audientia patibulo adfixus qui ad eiusmodi desperationem (processeri)t exemplum ceteris praestet, ne quis in posterum audaciae similis existat. (§ 5. Ut autem) undique versum securitati innocentium consulatur, placet etiam famosos (libellos no)n admitti; quos sine nomine propositos si qui invenerit, statim detrahere ad(q. discerper)e, vel igni debebit exurere. In quibus etiam iudicem eiusmodi observantiam (sequi opus) sit, ut si forte ad se talis libellus perlatus fuerit, is eum praecipiat per ignem concre(mari, cum) eiusmodi scripturam ab audientia iudicis penitus oporteat summoveri; manen(te tamen in e)os inquisitione, qui libellos eiusmodi proponere ausi fuerint, ut reperti debi(tis temeri)tatis suae poenis subiiciantur. (§ 6. De istis) itaque omnibus tam ad praefectos nostros, quam etiam et praesides et rati(onales et ad) magistrum privatae scripta direximus, quorum exempla alio edicto nostro (quod huiu)smodi legem statutumque continet, plenissime declarantur. (§ 7. Fidem in i)stis conscientia vestra, quae testis est, praebet, eam summam clementiae (nostrae ads)pectibus et fuisse semper et esse curarum, ut beatitudo Urbis Romanae (auspiciis) nostris obtemperet, adversus omnes omnino calumnias, quas in universum (exitiabili)s Caesarianorum desperatio porrigebat, firmissimis munita securitatibus. *Inscr. restit. a Car. Baudi di Vesme.* Cf. l. 1 Cod. Th. ad L. Iul. Maiest. (9, 5) ed. Haen. p. 832 sqq. — *Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς προστάττει, δευτέραν γενέσθαι σύνοδον ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν τῶν ἐπισκόπων περιελεῖν διχοστασίαν. „Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς, Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων. Ἤδη μὲν πρότερον, ὅτε φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ τῆς θρησκείας τῆς ἁγίας καὶ ἐπουρανίου δυνάμεως καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς καθολικῆς ἀποδιΐστασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουληθεὶς τὰς τοιαύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διετετυπώκειν, ὥστε ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κληθέντων ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς τῶν ἐξ ἐναντίας μοίρας κατ' ἀλλήλων ἐνστατικῶς καὶ ἐπιμόνως διαγωνιζομένων, παρόντος τε καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, τοῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινῆσθαι, δυνηθῇ ὑπὸ τῆς παρουσίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελοῦς διακρίσεως, κατορθώσεως τυχεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοι τινὲς καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας, καὶ τοῦ σεβάσματος τοῦ ὀφειλομένου τῇ ἁγιωτάτῃ αἱρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βουλόμενοι τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι, καὶ διοριζόμενοι, ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν, ἢ καὶ μὴ πρότερον ἁπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι ἀκριβῶς ἐξετασθέντων, πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν· ἔκ τε τούτων ἁπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τούτους αὐτοὺς ἀδελφικὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν, αἰσχρῶς, μᾶλλον δὲ μυσερῶς ἀλλήλων ἀποδιεστάναι· καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας, ταύτην πρόφασιν χλεύης διδόναι· ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο, ὅπως τοῦτο ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἤδη κρίσιν, αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦσθαι, κἂν νῦν ποτὲ δυνηθῇ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν. Ἐπειδὴ τοίνυν πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν Ἀρελατησίων πόλιν εἴσω Καλανδῶν Αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν· καὶ σοὶ γράψαι ἐνομίσαμεν, ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου Λατρωνιανοῦ τοῦ κονρήκτορος Σικελίας δημόσιον ὄχημα, συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου, οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς, ἀλλὰ μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπηρετήσασθαι παραλαβὼν, εἴσω τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον· ὡς ἂν διά τε τῆς σῆς στεῤῥότητος, καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως, καὶ τοῦτο ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦρο φαύλως δι' αἰσχράς τινας ζυγομαχίας παραμεμένηκεν, ἀκουσθέντων πάντων τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ' ἀλλήλων διεστώτων, οὕσπερ ὁμοίως παρεῖναι ἐκελεύσαμεν, δυνηθῇ εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν, ἀδελφικήν τε ὁμόνοιαν, κἂν βραδέως ἀνακληθῆναι. ὑγιαίνοντά σε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν“. *Exemplum epistolae Constantini Imperatoris, qua alteram episcoporum synodum fieri iubet, ut omnis episcoporum dissensio tollatur.* „*Constantinus Augustus Chresto Syracusanorum episcopo.* Iam quidem antea, quum nonnulli pravo ac perverso animo a sancta religione coelestique virtute et ab ecclesiae catholicae sententia dissidere coepissent, huiusmodi eorum contentionem praecidere cupiens ita constitueram, ut missis e Gallia quibusdam episcopis, accitis etiam ex Africa iis, qui duas in partes divisi, pertinaciter inter se atque obstinate contendunt, praesente quoque Romanae urbis episcopo, id quod commotum fuisse videbatur, sub horum praesentia posset diligentissima examinatione componi. Sed quoniam nonnulli, ut fere fit, et propriae salutis et venerationis, quae sanctissimae fidei debetur, obliti, privatas adhuc simultates prorogare non cessant, prolatae iam sententiae acquiescere nolentes, asserentesque, paucos admodum episcopos sententiam tulisse, qui nec omnibus, quae prius inquiri oportebat, diligenter excussis, ad depromendum iudicium properanter accessissent; unde fit, ut et ipsi, quos concordi ac fraterno inter se animo esse decuerat, turpi seu potius detestanda secessione dissideant, et iis hominibus, qui a sanctissima religione alieno sunt animo, subsannandi occasio praebeatur: idcirco mihi sedulo providendum fuit, ut haec, quae post depromtum iudicium voluntaria assensione iam finita esse debuerant, nunc tandem multorum interventu finem possint accipere. Quoniam igitur plurimos ex diversis ac prope infinitis locis episcopos in urbem Arelatensem intra Calendas Augusti iussimus convenire: tibi quoque scribendum esse censuimus, ut accepto publico vehiculo a viro clarissimo Latroniano correctore Siciliae, adiunctis tibi duobus secundi ordinis, quos tu eligendos putaveris, tribus item servulis, qui in itinere vobis ministrare possint, intra eundem diem ad praedictum locum occurras: quo tum per tuam gravitatem, tum per ceterorum in unum coëuntium unanimem concordemque solertiam controversia haec, quae per foedissimam altercationem ad hoc usque temporis perduravit, auditis omnibus eorum, qui nunc inter se dissident, quos etiam adesse iussimus, allegationibus, ad congruam religionis et fidei observantiam fraternamque concordiam tandem aliquando possit revocari. Incolumem te deus omnipotens diutissime servet.“ *Euseb. Hist. E.* 10, 5. *Niceph. Call.* 7, 43. — *Constantinus A. Ablavio.* Iam quidem antehac quum perlatum fuisset ad scientiam meam, apud Africam nostram plures nefario furore vanis criminationibus contra se invicem super observantia sanctissimae legis catholicae discedere coepisse, dirimendae dissensionis huiuscemodi causa, placuerat mihi, ut ad urbem Romam tam Caecilianus Carthaginiensis episcopus, contra quem vel maxime universi saepe me convenerant, quam etiam aliqui ex his, qui ei quaedam obiicienda crediderant, praesentiam sui exhiberent. Nam etiam ad supradictam urbem Romam nostram quosdam episcopos ex Galliis ire praeceperam, ut tam hi pro integritate vitae suae atque laudabili instituto, sed et septem eiusdem communionis, quam etiam urbis Romae episcopus, atque illi qui cum iisdem cognoscerent, possent rei quae videbatur esse commota, finem debitum adhibere. Qui quidem ea quaecunque in praesentia eorum fuerunt gesta, cuncta ad scientiam meam, etiam actis habitis retulerunt; verbo insuper affirmantes, quod iudicium suum pro rerum fuisset aequitate depromtum; eosque potius causae obnoxios esse dicentes, qui contra Caecilianum quaedam putaverunt commovere: adeo ut istud post iudicium habitum, Africam ipsos remeasse perhiberent. Inde propter haec omnia probabili rerum aestimatione speraveram, quod omnibus omnino seditionibus et contentionibus, quae ab iis hominibus videbantur subito commotae, finis debitus fuisset impositus. Sed quum dictationis tuae scripta legissem, quae ad Nicasium et ceteros super iisdem simulationibus gravitas tua mittenda crediderat, evidenter agnovi, quod neque respectum salutis suae, neque, quod est maius, dei omnipotentis venerationem ante oculos suos velint ponere; siquidem ea agere persistant, quae non modo ad ipsorum dedecus infamiamque pertineant, sed etiam his hominibus detrahendi dent facultatem, qui longe ab huiuscemodi sanctissima observantia sensus suos noscuntur avertere. Nam id quoque te scire convenit, quod ex iisdem venerunt, asserentes, quod minus dignus idem Caecilianus cultu sincerissimae reli-

gionis habeatur. Et contra id, quod iisdem responderam, frustra eos id iactare, quippe quum res fuisset apud urbem Romam ab idoneis ac probatissimis viris episcopis terminata, obnixe ac pertinaciter respondendum aestimaverunt, quod eorum omnis causa non fuisset audita; sed potius iidem episcopi quodam loco se clausissent, et, prout ipsis aptum fuerat, iudicassent. Quare quum haec tot et tanta nimium obnixas dissensiones protrahere perviderem, ita ut nullo modo finis iisdem dari posse videretur, nisi et Caecilianus idem, et ex his qui contra eum dissident, tres aliqui in iudicium eorum qui contra Caecilianum sentiunt consensumque debent, ad Arelatense oppidum venerint, iniungendum solertiae tuae duxi, ut mox has literas meas acceperis, tam Caecilianum supradictum, cum aliquibus ex his quos ipse delegerit (sed et de Byzacenae, Tripolitanae, Numidiarum, et Mauritaniarum provinciis singulis, quique aliquantos ex suis perducere debebunt, quos ipsi putaverint eligendos), sed etiam aliquos ex his, qui contra eundem Caecilianum dissentiunt, data evectione publica, per Africam et Mauritaniam, inde ad Hispanias brevi tractu facias navigare. Et inde nihilominus his in singulis episcopis singulas tractorias tribuas, ut ipsi ad supradictum locum intra diem Kalendarum Augustarum possint pervenire: celeriter intimaturus iisdem, ut antequam proficiscantur, debeant disponere, quatenus absentibus ipsis et disciplina competens habeatur et nulla forte seditio vel aliquorum altercatio, quae ad maximum dedecus spectet, oriatur. *Ex app. T. IX. S. Augustini Opp. col.* 21. *S. Optati Opp. ed. Dupin. p.* 181. Cf. Sirmond 1, p. 1, Harduin 1, p. 259, Mansi 2, p. 463, Labat p. 86.

1067—1068. p. C. n. 314—315.

Imperatores Caesares Flavii, Constantinus et Maximinianus et Valerius Licinianus Licinius, ad Probianum, Proconsulem Africae. Aelianus praedecessor tuus, merito, quum vir perfectissimus, Verus, vicarius praefectorum tunc per Africam nostram, incommoda valetudine teneretur, eiusdem partibus functus, inter cetera etiam id negotium, vel invidiam, quae de Caeciliano episcopo et ecclesia catholica videtur esse commota, ad examen suum atque iussionem credidit esse revocandam. Etenim quum iam Superium centurionem, et Caecilianum magistratum Aptugnitanorum, et Saturninum excuratorem, et Calibium iuniorem, eiusdem civitatis curatorem, atque Solonem servum publicum supra scriptae civitatis, praesentes esse fecisset, audientiam praebuit competentem: adeo ut, quum Caeciliano fuisset obiectum, quod a Felice eidem episcopatus videretur esse delatus, cui divinarum scripturarum proditio atque exustio videretur obiecta, innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Denique quum Maximus Ingentium, decurionem Ziguensium civitatis epistolam Caeciliani exduumviri falsasse contenderet, eundem ipsum Ingentium suspensum actis quae suberant pervidimus, et ideo minime tortum, quod se decurionem Ziguensium civitatis esse asseveraverit. Unde volumus eundem ipsum Ingentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constantini Augusti mittas, ut illis qui in praesentiarum agunt, atque diuturnis diebus interpellare non desinunt, audientibus, et coram assistentibus apparere et intimari possit, frustra eos Caeciliano episcopo invidiam comparare, atque adversus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet, ut omissis, sicuti oportet, eiusmodi contentionibus, populus, sine dissensione aliqua, religioni propriae cum debita veneratione deserviat. *Augustinus contra Cresconium* 3, 81 *et in Breviculo Collat. d.* 3. *sub fin. et Epist.* 68 *s.* 88 *ed. Bened.* — *Νόμον ἐκπέμπει* (*Λικίννιος*) *διακελευόμενον, μηδαμῆ μηδαμῶς ἀλλήλοις ἐπικοινωνεῖν τοὺς ἐπισκόπους, μηδ᾽ ἐπιδημεῖν αὐτῶν ἐξεῖναί τινι, τῇ τοῦ πέλας ἐκκλησίᾳ· μηδέ γε συνόδους ἢ βουλὰς καὶ διασκέψεις περὶ τῶν λυσιτελῶν ποιεῖσθαι.* Lege lata praecepit (Licinius), ne episcopi uspiam inter se de ulla re conferrent, neve ulli eorum in alterius sibi vicini ecclesiam ventare liceret, et synodos ac concilia de communibus negotiis habere. *Euseb. Vita Constant.* 1, 51.

1067—1076. p. C. n. 314—323.

Διὸ δὴ δεύτερον νόμον ἐτίθει, μὴ δεῖν προστάττων ἄνδρας ἅμα γυναιξὶν ἐπὶ τὰς τοῦ θεοῦ παρεῖναι εὐχάς· μηδ᾽ ἐπὶ τὰ σεμνὰ τῆς ἀρετῆς διδασκαλεῖα φοιτᾷν τὸ γυναικῶν γένος· μηδ᾽ ἐπισκόπους καθηγεῖσθαι γυναιξὶ θεοσεβῶν λόγων· γυναῖκας δ᾽ αἱρεῖσθαι γυναικῶν διδασκάλους· γελωμένων δὲ τούτων παρὰ τοῖς πᾶσιν, ἄλλο τι πρὸς καθαίρεσιν τῶν ἐκκλησιῶν ἐμηχανᾶτο· δεῖν φήσας πυλῶν ἐκτὸς ἐπὶ καθαρῷ πεδίῳ τὰς ἐξ ἔθους συγκροτήσεις τῶν λαῶν ποιεῖσθαι· τῶν γὰρ κατὰ πόλιν προσευκτηρίων, παρὰ πολὺ τὸν ἐκτὸς πυλῶν ἀέρα τῷ κοινῷ διαλλάττειν. Idcirco alteram legem tulit (Licinius), qua iubebat, ne viri orandi causa in ecclesiam dei simul cum mulieribus convenirent; neve mulieres ad venerandas virtutis scholas discendi causa ventarent: postremo ne episcopi divinae religionis praecepta mulieribus traderent: sed ut mulieres ad id electae docendis mulieribus praeficerentur. Quae quum ab omnibus riderentur, aliud quidpiam commentus est ad ecclesiarum conversionem. Iussit enim, ut solennes populorum conventus extra portas in aperta planitie celebrarentur; asserens, liberum extra portas aërem turbis longe commodiorem esse quam oratoria intra urbem sita. *Eusebii Vita Constantini* 1, 53. — *Τοιαῦται Λικιννίου αἱ διατάξεις· τί δὲ χρὴ τὰς περὶ γάμων αὐτοῦ καινοτομίας ἀπαριθμεῖσθαι; ἢ τοὺς ἐπὶ τοιούτοις τὸν βίον μεταλλάττουσι νεωτερισμούς; δι᾽ ὧν τοὺς παλαιοὺς Ῥωμαίων εὖ καὶ σοφῶς κειμένους νόμους περιγράψαι τολμήσας, βαρβάρους τινὰς καὶ ἀνημέρους ἀντεισῆγε· σκήψεις ἐπινοῶν μυρίας κατὰ τῶν ὑπηκόων. ἔνθεν ἀναμετρήσεις ἐπενόει γῆς, ὡς ἂν πλείονα τῷ μέτρῳ λογίζοιτο τὴν ἐλαχίστην, δι᾽ ἀπληστίαν περιττῶν εἰσπράξεων. ἔνθεν τῶν κατ᾽ ἀγροὺς μηκέτι ὄντων ἀνθρώπων, πρόπαλαι δ᾽ ἐν νεκροῖς κειμένων, ἀναγραφὰς ἐποιεῖτο, αἰσχρὸν αὐτῷ κέρδος ἐκ τούτου πορίζόμενος.* Huiusmodi fuere constitutiones Licinii. Quid vero opus est recensere, quae in nuptiis aut circa morientes innovavit; vetustas Romanorum leges, recte et sapienter constitutas ausus abolere, et barbaras quasdam atque immanes planeque illegitimas et iniquas leges illarum loco substituere? Mille praeterea exactionum genera adversus subditos excogitavit. Quocirca novas agrorum mensiones adinvenit, ut exigui agri maiorem imputaret modum, ob inexplebilem cupiditatem nimiarum exactionum. Ideo rusticorum, qui superstites amplius non erant, sed iampridem obierant, nomina in censualibus tabulis inscribebat, turpis lucri hinc compendium captans. *Eusebii Vita Constantini* 1, 55. — *Ἤδη πρὸς ἅπασι τούτοις, ξένην τινὰ κόλασιν αὐτὸς ἐφευρών, τὰ τοῦ φωτὸς αἰσθητήρια λυμαίνεσθαι δεῖν ἐνομοθέτει.* Praeter haec omnia novum quoddam supplicii genus ipse commentus, membra, quibus lucis usuram percipimus, mutilari lege lata praecepit. *Eusebii Vita Constantini* 1, 58. — *Τούς γέ τοι ἐν ταῖς εἱρκταῖς ταλαιπωρουμένους* (*Χριστιανοὺς*) *ἐνομοθέτει* (*Λικίννιος*), *μηδένα μεταδόσει τροφῆς φιλανθρωπεύεσθαι, μηδ᾽ ἐλεεῖν τοὺς ἐν δεσμοῖς λιμῷ διαφθειρομένους.* Quippe lege lata prohibuit (Licinius), ne quis miseris in carcere detentis (Christianis) alimenta humaniter subministraret, neve quis homines in vinculis fame contabescentes miseratione prosequeretur. *Eusebii Hist. Eccles.* 10, 8. — *Νόμῳ ὁ Λικίνιος τοὺς ἐπισκόπους ἐκέλευε μὴ φοιτᾷν παρ᾽ ἀλλήλους.* Licinius lege lata episcopos ad gentiles accedere vetuit. *Suidas v. Μαξέντιος.*

1068. p. C. n. 315. FLAVIO VALERIO CONSTANTINO AUG. IV. P. VAL. LIC. LICINIO AUG. IV. COSS.

Eo pius (Constantinus), ut etiam vetus veterrimumque supplicium patibulorum et cruribus suffringendis primus removerit. *Aurel. Vict. de Caes.* 41. — *Ἀμέλει πρότερον νενομισμένην Ῥωμαίοις τὴν τοῦ σταυροῦ τιμωρίαν νόμῳ ἀνεῖλε τῆς χρήσεως τῶν δικαστηρίων.* Supplicium crucis, quod apud Romanos antea erat usitatum, lege lata sustulit (Constantinus). *Sozomenus* 1, 8. — *Τὴν δὲ διὰ σταυροῦ τιμωρίαν Ῥωμαίοις μάλιστα τιμωμένην ἐκ νόμου, τῶν δικαστηρίων ἐξέωσε.* Supplicium crucis, quod Romanis ex lege frequens maxime et usitatum fuit, ex iudiciis sustulit. *Nicephor. Call.* 7, 14. — * *Καὶ δῆτ᾽ ἐξ αὐτῆς, νόμον πρῶτον ἐκτίθησιν, ὥς τε τὸν τοῦ λοιποῦ τολμῶντα βλασφημῆσαι Χριστὸν, ἤ τινα τῶν ἐκείνου τιμωμένων ὀνόματι ἀδικῆσαι, τὸ τῆς περιουσίας ἥμισυ προσαπολεῖν.*

Legem fert, ut qui posthac per blasphemiam Christo maledicere aut quemquam qui eius censerentur nomine iniuria afficere auderet, dimidiam partem bonorum suorum amitteret. *Nicephor. Call.* 7, 34. — *Augg. et Caess. Rutiliae Primae.* Ingenuos progenitos servitutis affligi dispendiis minime oportere etiam nostri temporis tranquillitate sancitur; nec sub obtentu initae venditionis illicitae decet ingenuitatem infringi. Quare iudicem competentem adire par est, qui in liberali causa ea faciet compleri, quae in huiuscemodi contentionibus ordinari consuerunt, secundum iudiciariam disciplinam partibus audientiam praebiturus. PP. Id. Aug. Romae Constantino et Licinio AA. IIII. Coss. *Vat. Fr.* 33. — * *Divi Constantinus et Caess.* Prisca legum aequitate provisa, variis ambagum versutiis exquisita donatio, licet instrumentum emtionis vel debiti tenorem comprehendere videatur, tamen claris donationibus probata debet in irritum devocari; si quidem consultissima ratione videatur esse provisum matrimonio constante donationes inter virum et uxorem ac r. in ..... atas nullam firmitatem habere, nec sibi debent mulieres blandiri, quamquam venditores vel debitores ad eludendas legum sanctiones mariti earum se falso videantur professi. Quare Vettium Rufinum, clarissimum virum praefectum urbi, amicum nostrum, cuius notio est, adire non prohiberis, qui partium allegationis exa ... petitioni tuae secundum iuris providebit iustitiam. Dat. XIV. Kal. Nov. Mediolano Constantino et Licinio Coss. *Vat. Fr.* 273. — * *Idem Aureliae Sabinae sive Gaudiosae.* Licet in potestate filii(sunt) degentes donationum effectum a patre sibi collatum mox consequi non posse videantur, tamen perseverante voluntate ad instar mortis causa donationis huiuscemodi liberalitatem redigi oportere retro principum rescriptis cognoscitur esse concessum. Unde virum clarissimum praefectum urbi, amicum nostrum, cuius notio est, adire non prohiberis, qui omnibus rite consideratis, quae in precem tuam conferenda m..... n si pro experientia sua recte ... ari ... Dat. Idibus Augustis Romae Constantino et Licinio AA. Coss. *Vat. Fr.* 274.

1068—1116. p. C. n. 315—363.

Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum PO. Universi, quos senatorii nominis dignitas non tuetur, ad auri coronarii praestationem vocentur, exceptis his, quos lex praeterita ab hac collatione absolvit. *L.* 2 *Cod. Theod. de Auro coron.* 12, 13. — *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Ampelium Proconsulem Africae.* Naviculariós Africanos, qui ... ligna convectant, privilegiis dudum concessis augemus. *L.* 10 *Cod. Theod. de Navicularii*s 13, 5.

1068—1125. p. C. n. 315—372.

* *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Olybrium PU.* Quidquid erga mancipes, qui thermarum exhibitionem Romae curant, in exercitio compendiisque salinarum scitis priorum principum cautum est, aeterna sanctione firmamus. *L.* 1 *Cod. Theod. de Manc. therm. urb.* 14, 5. — * *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Zosimum Praesidem Epiri Novae.* Comperimus imperatoriae iussionis auctoritate neglecta, praefectianos ad perniciem provincialium exitiumque remeasse. *L.* 1 *Cod. Theod. Ne praefectianus* 12, 10.

1068—1138. p. C. n. 315—385.

Impp. Arcadius et Honorius AA. Menandro Vicario Asiae. Nostris et parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est, eos, qui accusationem alienis nominibus praesumsissent, delatorum numero esse ducendos. *L.* 2 *Cod. Theod. de Calumn.* 9, 39. — *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Sallustium PU.* Privilegiorum antea decurialibus concessorum firmitatem mutare nec volumus, nec debemus. *L.* 2 *Cod. Theod. de Decur. urb. Rom.* 14, 1.

1068—1163. p. C. n. 315—410.

* *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni PO.* Quamvis retro principum generalibus constitutis satis de hac parte (de sabbato Iudaeorum) statutum esse videatur. *L.* 20, § 1 *Cod. Theod. de Iudaeis* 16, 8.

1068—1176. p. C. n. 315—423.

Imp. Theodosius A. Sallustio Viro illustri Comiti et Quaestori. Laterculi curam totius scias ad tuae sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita ut tuo arbitratu ex scrinio memoriae totius minoris laterculi dignitates, hoc est, praeposituraе omnes, tribunatus et praefecturae iuxta consuetudinem priscam clementiae meae auctoritate deinceps emittantur. *L.* 2 *Cod. Theod. de Off. quaest.* 1, 8. Cf. l. 3 eod. tit.

1068—1281. p. C. n. 315—529.

* *Imp. Iustinianus A. Demostheni PO.* Quum in veteribus legibus invenimus dubitatum, si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationem obtinere, eorum quidem vanam subtilitatem tam risimus, quam corrigendam esse censuimus. *L.* 12, § 1 *C. Iust. de Leg.* 1, 14. — * *Idem A. Iuliano.* Videmus multam inde incertitudinem secundum veteres leges exoriri (de Iesu Christo herede instituto, nulla adiecta sacra aede.) *L.* 26 *pr. C. Iust. de Sacros. eccles.* 1, 2.

1069. p. C. n. 316. SABINO ET RUFINO COSS.

* *Exemplum Epistolae praefectorum praetorio ad Celsum Vicarium. Petronius, Annianus, et Iulianus Domicio Celso Vicario Africae.* Quoniam, Lucianum, Capitonem, Fidentium, et Nasutium episcopos, et Mammarium presbyterum, qui, secundum coeleste praeceptum domini Constantini Maximi invicti semper Augusti, ad Gallias cum aliis legis eius hominibus venerant, dignitas eius ad lares proprios venire praecepit; angarialem his cum annonaria competentia usque ad Arelatensem portum, secundum imperatum aeternitatis eiusdem clementissimi Principis, dedimus, frater, qua inde Africam navigent; quod solertiam tuam literis nostris scire conveniat. Optamus, te frater, felicissimum bene valere. Hilarius Princeps obtulit IV. Kalendas Maias Treviris. *S. Optati Opp. p.* 187. Cf. ann. 314, p. 191 sq.

1069—1074. p. C. n. 316—321.

Quum igitur et in Constantiniana lege, qua reparatio adimitur, temporibus extra ordinem datis, casus iste cessantis disceptatoris non sit exceptus et recentiora scita divorum principum cunctis negotiis reparatione subvenerint, si forte a iudice deserantur ... *Symmach. Ep.* 10, 59. Cf. Cod. Theod. 2, 6, 1—3.

1071. p. C. n. 318. P. VAL. LIC. LICINIO A. V. FL. IUL. CRISPO CAES. COSS.

Constantinus et Caes ... nec ea, quae matres in filios contulerunt .... tunt. Sane si generaliter r..... vel mancipatione totius patrimonii est, id quod donatum est, stare non ... transferri non valeat qu....... li possit rectorem provinciae interp.... Licinio V. et Crispo Coss. *Vat. Fr.* 287.

1072. p. C. n. 319. FL. VAL. CONSTANTINO A. V. LICINIO C. COSS.

Τεκμήριον δὲ κἀκεῖνο μέγιστον τῆς τοῦ βασιλέως περὶ τὴν θρησκείαν αἰδοῦς· τοὺς μὲν γὰρ πανταχῆ κληρικοὺς θέσει νόμου ἀτελεῖς ἀνῆκε. Fuit hoc etiam argumentum vel maximum reverentiae, quam pius princeps erga religionem gerebat: nam et omnes ubique clericos immunitate donavit lege hac de re specialiter data. *Sozomenus* 1, 19. Cf. Cod. Theod. 16, 2, 2. — *Soror et frater turpibus personis scriptis heredibus ex sacris constitutionibus praelati sunt. § 1 *Inst. de Inoffic. test.* 2, 18. Cf. Cod. Theod. 2, 19, 1. Cod. Iust. 3, 28, 27. — Licinius Christianos de palatio suo pellit. *Prosper Aquit. et Euseb. Chron. int. Hieron. ad a.* 320.

1073. p. C. n. 320. FL. VAL. CONSTANTINO A. VI. FL. VAL. CONSTANTINO C. COSS.

Τοὺς ἄπαιδας παλαιοὶ νόμοι στερήσει τῆς τῶν γονίμων διαδοχῆς ἐτιμωροῦντο· καὶ ἦν οὗτος κατὰ τῶν ᾽τέκνων ἀπηνὴς νόμων, ὡσανεὶ

πεπλημμεληκότας αὐτοὺς ζημίᾳ κολάζων, λύσας δὴ συγχωρεῖ κληρονομεῖν τοὺς προσήκοντας. τοῦτο βασιλεὺς ἐπὶ τὸ ὅσιον μεθήρμοζε, τοὺς κατὰ γνώμην πλημμελοῦντας εἰπὼν τῇ προσηκούσῃ δεῖν σωφρονίζειν κολάσει ..... τοὺς μὲν ἀσθενείᾳ φύσεως, παίδων ἐπιθυμίας στερουμένους, ἐλεεῖσθαι, ἀλλ' οὐ τιμωρεῖσθαι προσήκει· τὸν δὲ τοῦ κρείττονος ἐραστὴν, ἄξιον εἶναι ὑπερθαυμάζειν, ἀλλ' οὐ κολάζειν. οὕτω τὸν νόμον βασιλεὺς σὺν ὀρθῷ λογισμῷ μετεῤῥύθμιζε. Orbos antiquae leges hereditatis patrum ademtione plectebant. Eratque lex haec sane atrocissima; quippe quae homines liberis destitutos, tanquam alicuius criminis reos, poena afficeret. Imperator vero hoc abrogato iure, sanctam ac religiosam legem tulit. Eos enim, qui sponte ac dedita opera peccarent, congruo supplicio afficiendos esse aiebat ..... eos igitur, quibus naturalis infirmitas, licet maxime cupientibus, liberos denegavit, miseratione prosequi potius, quam poena afficere decet. Qui vero sublimioris philosophiae amore ducitur, is non mulcta, sed admiratione omnium dignus est. Ad hunc modum Imperator summa cum aequitate legem illam correxit. *Eusebii Vita Constantini* 4, 26. — *Νόμον τῷ δήμῳ προσεφώνησεν (ὁ Κωνσταντῖνος), ὥστε ἐπίσης πάντων τῶν ὁμοίων ἀπολαύειν τοὺς ἀγάμους καὶ ἄπαιδας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλέον ἔχειν ἐνομοθέτησε τοὺς ἐν ἐγκρατείᾳ καὶ παρθενίᾳ βιοῦντας, ἄδειαν αὐτοῖς δοὺς ἄῤῥεσί τε καὶ θηλείαις καὶ ἀνήβοις οὖσι διατίθεσθαι παρὰ τὸ κοινῇ κρατοῦν ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ.* Legem dedit (Constantinus) ad populum, ut caelibes et orbi pari iure quo reliqui omnes fruerentur. Quin etiam lege sanxit, ut qui in virginitate et continentia vitam agerent, privilegio aliquo potirentur: liberam ipsis facultatem largitur, tam masculis quam feminis, licet adhuc impuberes essent, testamentum faciendi, contra morem, qui ubique in imperio Romano observatur. *Sozomenus* 1, 9. — *Καὶ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις ἄτοπον νόμον, μὴ τῶν ἴσων μετέχειν ἐν κλήρῳ τοῖς ἐν γάμῳ τὸν ἄγαμον· καὶ τοὺς μὴ ἔγγιστα γένους, μήτι κερδαίνειν ἐκ διαθήκης· ἔτι δὲ καὶ τὸ τοὺς ἄπαιδας ζημιοῦν τῆς περιουσίας τὸ ἥμισυ παρακελευόμενον περιεῖλεν· ἵνα μὴ παρὰ τοῦτο χεῖρον πράττοντες οἱ τὸν ἄζυγα μετιόντες βίον, τῆς κατὰ θεὸν ἀσκήσεως ἀμελεῖν· μᾶλλον δὲ καὶ πλέον ἔχειν ἐνομοθέτησε τοὺς ἐγκρατείᾳ καὶ παρθενίᾳ διαβιοῦντας. πᾶσι δ' οὖν τοῖς τοιούτοις, καὶ εἰ ἄνηβοι εἶεν, διατίθεσθαι τὸ δόξαν ἐνομοθέτει παρὰ τὸ ἔκπαλαι κρατῆσαν ἔθος Ῥωμαίοις, οἳ τούτους τοὺς νόμους πρόπαλαι ἔθεντο, πολυάνθρωπον τὴν πόλιν αὐτῶν εἶναι πραγματευόμενοι, στάσεσι καὶ πολέμοις ἐμφυλίοις πρὸ τοῦ νόμου τὰ πλήθη ἀποβαλόντες.* Absurdas etiam illas apud Romanos leges, ne caelibes in adeunda hereditate coniugibus aequarentur, neve praeterquam genere propinqui quidquam ex testamento lucrarentur, praeterea ut qui liberos non procreassent, dimidia bonorum parte mulctarentur, abrogavit: ne scilicet, qui caelibatum complecterentur, quo deteriore maritis essent conditione, minus eam sectarentur vitam, quae se in studiis deo placitis sedulo exercet. Quin ut ii, qui per continentiam in caelibatu vitam degunt, praecipuum quidquam prae illis haberent, sanxit; ut caelibes scilicet omnes, etiam impuberes, pro eo atque eis visum esset, testari possent: contra consuetudinem, quae olim apud Romanos obtinuerat, qui leges tales tulerant, ut urbem seditionibus bellisque civilibus ante eiusmodi sanctionem exhaustam civibusque orbatam, matrimoniis liberorumque procreatione frequentiorem redderent. *Nicephor. Call.* 7, 46. — *Οὐ γὰρ δήπου τὸ παιδίον εἰς βουλευτὰς συντελέσει, ἢ ἐκλέξει τὰς εἰσφορὰς, ἢ στρατιώταις χορηγήσει τὸ σιτηρέσιον.* Non enim puerulus in curialium album adscribetur, aut tributa colliget, aut militibus annonam suppeditabit. *Basilii Ep.* 84, 2 *ed. Bened.* Cf. Cod. Theod. 12, 1, 7.

1074. p. C. n. 321. FL. IUL. CRISPO C. II. FL. VAL. CONSTANTINO C. II. COSS.

Διὸ τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν πολιτευομένοις ἅπασι σχολὴν ἄγειν ταῖς ἐπωνύμοις τοῦ σωτῆρος ἡμέραις ἐνουθέτει· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς (πρὸ) τοῦ σαββάτου τιμᾷν ... τὴν δέ γε σωτήριον ἡμέραν, ἣν καὶ φωτὸς εἶναι καὶ ἡλίου ἐπώνυμον συμβαίνει, τὰ στρατιωτικὰ πάντα διὰ σπουδῆς τιμᾷν διδάσκων, τοῖς μὲν τῆς ἐνθέου μετέχουσι πίστεως, ἀκωλύτως τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ καρτερεῖν μετεδίδου σχολῆς, ἐφ' ᾧ τὰς εὐχὰς, μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γιγνομένου, συντελεῖν. Ob hanc causam cunctis sub imperio Romano degentibus praecepit, ut dominico die feriarentur; utque diem, qui est pridie sabbati, similiter honorarent ... Porro quum exercitum omnem ad salutaris diei, qui lucis ac solis appellatur nomine, religiosum cultum institueret, iis quidem, qui fidem divinitus inspiratam amplexi erant, exercendi se ex more institutoque ecclesiae dei tempus atque otium indulsit, quo absque ullo impedimento orationibus vacarent. *Eusebii Vita Constantini* 4, 18. — *Τὴν κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν ... καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης, ἐνομοθέτησε (Κωνσταντῖνος) δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων σχολὴν ἄγειν πάντας, καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ θεῖον θεραπεύειν.* Die dominico ... et eo qui sabbatum antecedit, cunctos a iudiciis aliisque negotiis feriari praecepit (Constantinus) precibusque ac supplicationibus deum colere. *Sozomenus* 1, 8. Cf. Nicephor. Call. 7, 46. Leo Gramm. p. 84 et Cod. Theod. 2, 8, 1. — *Ὑπὸ ἀκριβείας νόμων, καὶ ἀκόντων τῶν κεκτημένων, πολλῆς δυσχερείας οὔσης περὶ τὴν κτῆσιν τῆς ἀμείνονος ἐλευθερίας, ἣν πολιτείαν Ῥωμαίων καλοῦσι, τρεῖς ἔθετο νόμους (Κωνσταντῖνος), ψηφισάμενος πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένους ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσι, πολιτείας Ῥωμαϊκῆς τυγχάνειν.* Quum ob nimiam legum severitatem, potior libertas, quam Romanam civitatem vocant, etiam volentibus dominis difficile admodum acquireretur, tres tulit leges (Constantinus), quibus constituit, ut quicunque in ecclesia sub testimonio sacerdotum libertate donati essent, civitatem Romanam consequerentur. *Sozomenus* 1, 7. Cf. Cod. Theod. 4, 7, 1. — Manumissio procedit ... ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis. §. 1 *Inst. de Libert.* 1, 5.

1075—1160. p. C. n. 322—407.

* *Καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τῶν βιωτικῶν τοῦτο ἐπιδείξομαι πραγμάτων. αἱ διαθῆκαι καὶ τὰ γραμματεῖα τὰ περὶ γάμων, τὰ περὶ ὀφλημάτων, τὰ περὶ τῶν ἄλλων συμβολαίων, ἐὰν μὴ τῆς ὑπατείας τοὺς χρόνους ἄνωθεν ἔχῃ προγεγραμμένους, πάσης ἔρημα τῆς οἰκείας ἐστὶ δυνάμεως. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐν ἐκείνοις τὸ ἰσχυρὸν, τοῦτο τὰς ἀμφισβητήσεις ἀναιρεῖ. τοῦτο δικαστηρίων ἀπαλλάττει, καὶ τοὺς ἐχθροὺς φίλους ποιεῖ. διὰ τοῦτο οἱ ταῦτα γράφοντες, ὥσπερ λύχνον ἐπὶ λυχνίας, οὕτως ἐπὶ τοῦ μετώπου τῶν γραμμάτων προτυποῦσι τὴν ὑπατείαν, ἵνα πᾶσι τοῖς κάτω φαίνῃ. κἂν ταῦτα ἀνέλῃς, ἀνεῖλες τὸ φῶς, καὶ πάντα σκότους καὶ πολλῆς ἐνέπλησας ταραχῆς. διὰ τοῦτο πᾶσα δόσις καὶ λῆψις, κἂν πρὸς ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους γίγνηται, ταύτης δεῖται τῆς ἀσφαλείας, καὶ πανταχοῦ καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς καὶ ἡμέρας κάτωθεν παραγράφομεν. εἰ οὖν ἐπὶ τῶν βιωτικῶν τοσαύτη τοῦ πράγματος ἡ ἰσχὺς, ἐπὶ τῶν πνευματικῶν πολλῷ μείζων καὶ χρησιμωτέρα.* Ac primum quidem id a rebus saecularibus comprobabo. Testamenta tabulaeque de nuptiis, de debitis, deque reliquis contractibus, nisi in frontispicio consulum annos habeant praescriptos, nullam ex sese vim habent. Hoc est enim, quod illis robur addit, hoc est, quod controversias dirimit, hoc, quod a iudiciali foro liberat, hoc, quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia describunt, non aliter quam lucerna in candelabro poni solet, sic in frontispicio literarum addunt consulatum, ut omnibus quae subiiciuntur praeluceat. Quae si sustuleris, lumen sustuleris, omniaque tenebris multaque turbatione compleveris. Propterea, omne dati acceptique negotium, sive cum amicis, sive cum inimicis, sive cum famulis, sive cum procuratoribus et oeconomis agatur, hac eget cautione, et ubique menses, annos ac dies subscribimus. Quod si tantum valet ea res in negotiis saecularibus, in spiritualibus multo amplius profuerit. *Ioa. Chrysostomus Hom.* 2 *de Osia T. VI. ed. Bened. n.* 3, *p.* 110.

1076. p. C. n. 323. ACILIO SEVERO ET VETTIO RUFINO COSS.

* *Constantinus et Caess.* Multas saepe natas ex donatione causas cognovimus, in quibus vel adumbrata pro expressis, vel inchoata pro perfectis, vel plurima pro omnibus controversiam faciant, quum agentium visa ex ingenio ac facultate dicendi aut perfecta deformarent aut inchoata perficerent. inde ius anceps ac pro dicentium impulsu vacillans sen-

tentiarum decreta differebat, Maxime carissime ac iucundissime. hinc enim nuper exceptis personis dicta lex est, in quibus summum ius et voluntas omnibus libera, solennitate more perfecta, ortus suos praesenti munere opulentat; tempestiva dehinc communium donationum cura successit. absolutis enim illis, quae ideo prima sunt, quoniam sunt religione potiora, circumacto animo ad universum donationum genus conspeximus omnes earum species signis ac nominibus imprimendas, ut in hominum contractibus differentiam sui nuncupationum proprietate secernant. Itaque sive illa donatio directa sit, sive mortis causa instituta, sive conditionibus faciendi non faciendive suspensa, sive ex aliquo notato tempore promissa, sive ex animo dantium accipientiumve sententiis, quantum ius sinit, cognita; eius haec prima observatio est, ut, quas leges indulgent, conditiones pactionesque promantur; hisque penitus cognitis vel recipiantur, si complacitae, vel reiiciantur, si sunt molestae. Sed iuri rectius parendum erit, nec denegabitur officium, quin simul spes abiiciatur adipiscendi. In ceteris sane conditionibus indefensos minores, quando ... ta re promissa difficile est, non .. it, quorum tamen defensores, si forte per eos in obeundis donationum officiis, neglecta [fuerit] utilitas minoris, quare, quum res erit recepta, commodis spoliabitur, rei amissae periculum praestabunt. Ita familiaris dispendii metus etiam segniores ad ea conficienda ex tarditate incitabit. Post in iisdem conscribendis praecipue nomen donatoris, ius ac rem notans proscribatur; tum ab utroque iure compleatur, neque id occulto, aut per imperitos, aut privatim. his enim rebus saepe clandestina fraus, et quae facta sunt infecta, et inducta quae scripta sunt simulans, aliisque ac dehinc aliis largiendo ac donando, ac saepe vel dando multos habendi spe allectos concurrere in expugnanda sibi proprietate impulit. Tabulae igitur aut quodcunque aliud materiae tempus dabit, vel ab ipso vel ab eo, quem fors sumministraverit, scientibus plurimis perscribantur, eaeque, ut supra comprehensum est, rebus, nominibus, personisque distinctae sint; ac tum corporalis traditio, in quam saepe multi talia simulando irrepentes, aut veluti corpora capientes, solenne illud ius ac voluntarium, inconcessa usurpatione praeripiunt. Ea igitur ipsa rerum traditio praesentium advocata vicinitate, omnibusque arbitris, quorum post fide uti liceat, conventu plurimorum celebretur. non enim aliter vacua iure dantis res erit, quam ea vel eius voluntate, si est mobilis, tradatur, vel abscessu sui, si domus aut fundus aut quid eiusdem generis erit, sedem novo domino patefecerit. Quae omnia consignare actis iudicis praestat, ut res multorum mentibus, oculis, auribus testata, nullum effugiat, cuius aut scientiam capiat aut dissimulationem tegat. Quodsi iudex aberit, cui summa provinciae commissa est, mandetur istud magistratuum actis, atque ut nullus sit subiiciendi aut surripiendi locus, quum alterutri commodum sit verum, exemplis idem magistratus adscribant; sic enim conscientia multorum, monumentis iudiciorum ac populorum praescriptis, aut litium causa pervulgatis omnibus, fides abstrusior non erit. Talia enim esse oportet dominiorum initia, quorum diuturna possessio saepe legitima proprietatum iura perfringit; talis liberalitatum honestas, quae locis clamata omnibus accipientium donantiumque familiis, liberalitatis et gratiae praedicatione compleat. Simul quum sit eximium cuiusque donum promerendo cepisse, eius iucunditas nulla litium tristitudine minuatur. Quodsi exspectanda causa dicendaque sententia, orba publico testimonio liberalitas caecam gratiam obscurosque coetus prodiderit, quoniam sola fraus cognita est, eorum, quae donata dicuntur, temere non erit fides accipienda, sed ea alienatione ... uorum reiecta vel su ... versis studiis recte r ... iure quod quibusque rebus donatis ... ea perfectione faciend .... verborum deinde esse quidquam ... lege commutata verborum ... faciendis neque ullam ... flare cum futuris ius p ... quae ut omnes cognosc ... ti tuo praeferenda est. PP. III. Non. Feb. Severo et Rufino Coss. in foro divi Traiani. *Vat. Fr.* 249. Cf. Cod. Theod. 8, 12, 1.

IMP. CONSTANTINUS M. A.

Cf. p. 136.

1077—1078. p. C. n. 324—325.

Μεταβὰς δ' ἐκ τούτων βασιλεὺς, πραγμάτων ἐνεργῶν ἥπτετο. καὶ πρῶτα μὲν τοῖς κατ' ἐπαρχίας διῃρημένοις ἔθνεσιν ἡγεμόνας κατέπεμπε, τῇ σωτηρίῳ πίστει καθωσιωμένους τοὺς πλείους· ὅσοι δ' ἑλληνίζειν ἐδόκουν, τούτοις θύειν ἀπείρητο· ὁ δ' αὐτὸς ἦν νόμος καὶ ἐπὶ τῶν ὑπερκειμένων τὰς ἡγεμονικὰς ἀρχὰς ἀξιωμάτων, ἐπί τε τῶν ἀνωτάτω καὶ τῶν τὴν ἔπαρχον διειληφότων ἐξουσίαν. ἢ γὰρ Χριστιανοῖς οὖσιν, ἐμπρέπειν ἐδίδου τῇ προσηγορίᾳ· ἢ διακειμένοις ἑτέρως, τὸ μὴ εἰδωλολατρεῖν παρήγγελλεν. Posthaec Imperator serio manum operi admovit. Ac primum quidem in singulas provincias eos praesides ut plurimum misit, qui salutari fidei dicati essent. Quod si qui eorum graecae superstitioni dediti esse viderentur, iis vetitum erat sacrificare. Eadem lex illis etiam imposita est, qui dignitate praesides anteibant, iisque adeo, qui summum honorum fastigium et praefecturae praetorianae potestatem obtinebant; aut enim siquidem Christiani essent, iis concedebat, ut nominis sui appellationi convenientia gererent; aut si aliter affecti essent, ne simulacris sacrificarent, praecipiebat. *Eusebii Vita Constantini* 2, 44. — *Εἶθ' ἑξῆς δύο κατὰ τὸ αὐτὸ ἐπέμποντο νόμοι· ὁ μὲν εἴργων τὰ μυσαρὰ τῆς κατὰ πόλεις καὶ χώρας τὸ παλαιὸν συντελουμένης εἰδωλολατρίας· ὡς μήτε ἐγέρσεις ξοάνων ποιεῖσθαι τολμᾶν, μήτε μαντείαις καὶ ταῖς ἄλλαις περιεργίαις ἐπιχειρεῖν, μήτε μὴν θύειν καθόλου μηδένα. ὁ δὲ τῶν εὐκτηρίων οἴκων τὰς οἰκοδομὰς ὑψοῦν, αὔξειν τε καὶ εἰς πλάτος καὶ μῆκος τὰς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ διαγορεύων· ὡσανεὶ μελλόντων τῷ θεῷ σχεδὸν εἰπεῖν ἁπάντων ἀνθρώπων τοῦ λοιποῦ προσοικειοῦσθαι.* Exinde duae leges uno eodemque tempore sunt emissae. Altera, quae detestanda idolorum cultus sacrificia, per urbes olim et per agros passim fieri solita, prohibebat; ita ut nullus deinceps nec statuas deorum erigere, nec divinationes et huiusmodi vanas artes attentare, nec victimas caedere auderet. Altera lex, quae oratoriorum fabricam in sublime erigi, et ecclesias dei tam latitudine quam longitudine ampliores effici praecipiebat; perinde ac si universi ut ita dixerim homines in posterum accessuri essent ad deum. *Eusebii Vita Constantini* 2, 45 et *Constant. Manasses v.* 2330 *sqq.* — *Τούτῳ τὸ πάντων ἀγαθῶν τέλος, οἷόν τι χρέος βασιλεὺς ἀποδιδοὺς, ἁπανταχοῦ γῆς στήλας ἐπινικίους ἱδρύετο· πλουσίᾳ καὶ βασιλικῇ χειρὶ, νεὼς καὶ τεμένη, ἱερά τε προσευκτήρια συνίστασθαι τοῖς πᾶσι διακελευόμενος.* Huic denique (quod omnium bonorum caput ac summa est) Imperator quasi debitum quoddam persolvens, ubique terrarum arcus triumphales erexit. Templa item ac delubra in eius honorem constituit, regali opulentia ac liberalitate: et oratoria construi, omnibus praecepit. *Eusebius de Laudibus Constantini* 9. *Nicephor. Call.* 7, 46. — *Κωνσταντῖνος, εἰς μόνον αὐτὸν πάσης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς περιστάσης, γράμματι δημοσίῳ προηγόρευσε τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ὑπηκόοις τὴν Χριστιανῶν σέβειν θρησκείαν, καὶ τὸ θεῖον ἐπιμελῶς θεραπεύειν.* Constantinus, quum iam solus Romano imperio potiretur, Romanis per Orientem degentibus publico edicto praecepit, ut Christianam religionem colerent, deumque studiose venerarentur. *Sozomenus* 1, 8. — *Ἄφεσιν ἔχειν πάντας ἐνομοθέτησεν (ὁ Κωνσταντῖνος), ὅσοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κατεδικάσθησαν μετοικεῖν, ἢ ἐν νήσοις, ἢ ἀλλαχόσε παρὰ γνώμην διατρίβειν, ἢ μετάλλοις ἐμπονεῖν, ἢ δημοσίοις ἔργοις, ἢ γυναικείοις, ἢ λινοϋφίοις ὑπηρετεῖν, ἢ βουλευτηρίοις ἐναριθμεῖσθαι μὴ βουλευταὶ ὄντες πρότερον. ἀτίμοις δὲ γενομένοις, τὴν ἀτιμίαν ἔλυσε· τοῖς δὲ στρατείας τινὸς ἀφαιρεθεῖσιν, ἐν γνώμῃ εἴασεν, ἢ ἐφ' οὗπερ ἦσαν σχήματος εἶναι, ἢ μετὰ ἀφέσεως ἐντίμου ἐλευθέραν ἄγειν σχολήν· ἐπεὶ δὲ πάντας εἰς τὴν προτέραν ἐλευθερίαν καὶ τὰς συνήθεις τιμὰς ἀνεκαλέσατο, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀπέδωκεν.* Praecipit (Constantinus), ut libertate potiantur, quotquot ob confessionem Christi damnati essent exsilio, aut in insulis aliisve locis contra voluntatem suam degere iussi; quotquot item aut in metallum dati, aut ad opus publicum condemnati, aut gynaeceis aut textrinis ministrare coacti, aut curiis mancipati, quum antea curiales non essent.

Eos praeterea, qui infamia notati fuerant, infamia liberavit. Quibus vero ordo cuiuspiam militiae ademtus fuerat, liberum iis reliquit, ut vel pristinum locum recuperarent, vel cum honesta missione otio liberali fruerentur. Quumque omnes ad priorem libertatem et consuetos honores revocasset, facultates etiam suas iis reddidit. *Sozomenus* 1, 8. — *Δόγμα, μὴ κολάζεσθαι διὰ τὴν θρησκείαν τοὺς τὸν Χριστὸν σεβομένους ὡς θεὸν, ἐκπεφώνηκεν.* Edicto vetuit, ne ob religionem ii, qui Christum pro deo colerent, plecterentur. *Zonaras* 13, 1. — * *Εἴ τινες θάνατον καταδικασθέντες τῶν ὄντων ἀφῃρέθησαν, προσέταξε (ὁ Κωνσταντῖνος) τοῖς ἐγγυτέρω γένους διαφέρειν τοὺς κλήρους· μηδενὸς δὲ τούτων ὄντος, τὴν καθέκαστον ἐπιχώριον ἐκκλησίαν κληρονομεῖν· εἴτε δὲ ἰδιώτης, εἴτε τὸ δημόσιον, ἐκ τοιαύτης οὐσίας ἔχοι τι, ἀποδιδόναι· τῶν δὲ παρὰ τοῦ ταμείου πριαμένων, ἢ δωρέαν λαβόντων εἰς τὸν δυνατὸν καὶ πρέποντα τρόπον προνοεῖν ὑπέσχετο.* Si qui morte damnati bonis spoliati fuissent, praecepit (Constantinus), ut genere proximis hereditas eorum deferretur; sin nemo ex proximis superesset, singulae cuiusque loci ecclesiae heredes essent: et ut sive privatus quispiam, sive respublica, aliquid ex eiusmodi bonis possideret, statim restitueret. His vero, qui aut a fisco ea emissent, aut dono accepissent, quoad fieri posset, competenti ratione prospecturum se promisit. *Sozomenus* 1, 8. — Tum deinde primus Constantinus iusto ordine et pio vicem vertit edicto, si quidem statuit citra ullam hominum caedem paganorum templa claudi. *Orosius* 7, 28 et *Anon. Valesian. excerpta de Constantino M.* Cf. Murat. Rer. Ital. Script. T. 25, p. 640. — *Τῷ ιδ' ἔτει μονοκράτωρ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ... γράφει δὲ καὶ πρῶτον νόμον, τοὺς τῶν εἰδώλων ναοὺς ἀποδίδοσθαι τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερωμένοις ναοῖς, δεύτερον Χριστιανοὺς μόνους στρατεύεσθαι ἐθνῶν τε καὶ στρατοπέδων ἄρχειν, τοὺς δὲ ἐπιμένοντας τῇ εἰδωλολατρείᾳ κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι, τρίτον τὰς πασχαλίας δύο ἑβδομάδας ἀπράκτους τελεῖν, τήν τε πρὸ τοῦ πάσχα καὶ τὴν μετ' αὐτήν. τὰ δὲ τῶν πηχῶν τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νείλου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνομοθέτησεν 'ναφέρεσθαι, καὶ οὐκ ἐν τῷ Σαράπιδι, ὡς εἴθιστο τοῖς Ἕλλησιν.* Anno decimo quarto quam ad ipsum unum omnis imperii potestas devenisset, Constantinus ... tulit leges. Prima fuit, ut fana simulacris consecrata Christo dedicatis templis addicerentur; secunda: soli Christiani militent, nationibusque et exercitibus imperent: qui in cultu falsorum deorum perseverat, capite plectatur. Tertia: per duas septimanas, quarum altera antecedit, altera sequitur pascha, feriae sunto. Mensuram quoque cubitorum adscensionis Nili iussit in templum referri, non, ut solebant Graeci facere, in fano Serapidis. *Cedrenus p.* 478. *Nicephor. Call.* 7, 46. — *Τοὺς δὲ τῶν Ἑλλήνων εἰδωλικοὺς ναοὺς προσέταξε καταλύεσθαι καὶ ἐκκλησίας οἰκοδομεῖσθαι, καὶ τὰς τούτων προσόδους αὐταῖς δωρεῖσθαι.* Iussit Graecorum simulacris dedicata fana destrui eorumque reditus templis Christianorum a se aedificatis addixit. *Cedreni Hist. p.* 498. — *Τοῦ λοιποῦ θύειν ἀπείρητο (Κωνσταντῖνος) πᾶσιν ἢ μαντείαις καὶ τελεταῖς κεχρῆσθαι, ἢ ξόανα 'νατιθέναι, ἢ ἑλληνικὰς ἄγειν ἑορτάς.* Vetitum erat (ab Constantino) universis, ne in posterum sacrificarent, neve vates consulerent, aut mysteriis initiarentur, aut simulacra dedicarent, aut festos gentilium dies celebrarent. *Sozomenus* 1, 8. — *Κατὰ τούτων δὲ πάντων (αἱρετικῶν) νόμον θέμενος ὁ βασιλεὺς (Κωνσταντῖνος), προσέταξεν ἀφαιρεθῆναι αὐτῶν τοὺς εὐκτηρίους οἴκους, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις συνάπτεσθαι, καὶ μήτε ἐν οἰκίαις ἰδιωτῶν, μήτε δημοσίᾳ ἐκκλησιάζειν.* Contra hos omnes (haereticos) lege lata Imperator (Constantinus) praecepit, ut oratoria illis adimerentur, et ecclesiis catholicis sociarentur; utque nec in privatis aedibus, nec in publico loco colligerentur. *Sozomenus* 2, 32. — *Καὶ εὐθέως τὰ ἱερὰ καὶ πάντας τοὺς ναοὺς τῶν Ἑλλήνων κατέστρεψε καὶ τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν ἀνέῳξε, πανταχοῦ σάκρας καταπέμψας, ὥστε τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν ἀνοιχθῆναι.* Absque mora gentilium templa atque fana funditus evertit: missisque ubique per imperium literis suis imperatoriis, Christianorum ecclesias aperiri iussit. *Malalas* 13, *p.* 317. — *Κωνσταντίνῳ ἐκείνῳ τῷ βασιλεῖ τριακοσίων ἐγγὺς ἐνιαυτῶν εἰδωλολατρίας ἐν βραχεῖ διορθώσασθαι ἐξεγένετο.* Trecentorum fere annorum idololatriam Constantinus ille Imperator brevi tempore correxit. *Nicephorus Greg.* 19, 1. — *Οὗτος καθεῖλε τοὺς βωμοὺς, ἔκλεισε τὰ τεμένη ἐν οἷς προσῆγον Ἕλληνες δαίμοσι τὰς θυσίας, καὶ τῶν αἰσχρῶν ἐναγισμῶν καὶ ῥυπαρῶν ὀργίων σχολὴν κατεψηφίσατο καὶ πάσης βδελυρίας.* Hic (Constantinus) et aras evertit et delubra clausit, in quibus ethnici malis geniis hostias offerebant; itemque promulgatis legibus turpes lustrationes, orgia foeda, cunctas abominationes denique cessare iussit. *Constantini Manass. Compend. chronic. v.* 2330—33, *p.* 101. — Literas ad provinciarum praesides dedit, quibus imperabat, ut per singulas urbes virginibus et viduis et aliis, qui divino ministerio erant consecrati, annuum frumentum suppeditaretur. *Inc. Auct. de Constant.* — *Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ μέγας Κωνσταντῖνος πάσης Ῥωμαίων γῆς μονοκράτωρ γενόμενος, πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μετήγαγε φροντίδα, ἐκκλησίας ἀνεγείρων καὶ φιλοτίμως ταύτας πλουτῶν ἐκ τοῦ δημοσίου λόγου. οὗτος πρῶτον νόμον ἔγραψεν, τοὺς εἰδώλων ναοὺς ἀποδίδοσθαι τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερωμένοις (συνενομοθέτει δὲ αὐτῷ καὶ Κρίσπος ὁ υἱὸς αὐτοῦ)· δεύτερον δὲ Χριστιανοὺς μόνους (στρατεύεσθαι) ἐθνῶν τε καὶ στρατοπέδων ἄρχειν, τοὺς δὲ ἐπιμένοντας τῇ εἰδωλολατρείᾳ κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι· τρίτον τὰς πασχαλίους δύο ἑβδομάδας ἀπράκτους τελεῖν, τήν τε πρὸ τῆς ἀναστάσεως καὶ τὴν μετ' αὐτήν. τούτων οὕτως ἐχόντων, εἰρήνη βαθεῖα καὶ γαλήνη κατέσχε τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀγαλλίασις τοὺς πιστοὺς, προστρεχόντων ὁσημέραι πάντων τῶν ἐθνῶν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ καὶ βαπτιζομένων, καὶ τὰ πατρῷα εἴδωλα συνθλαττόντων. τὸν δὲ πῆχυν τῆς ἀναβάσεως τοῦ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ποταμοῦ τοῦ Νείλου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνομοθέτησεν ἀναφέρεσθαι, καὶ οὐκ ἐν τῷ Σαραπείῳ, ὡς εἴθιστο τοῖς Ἕλλησι.* Hoc anno Magnus Constantinus Romanae ditionis compos factus et solus imperio potitus curam omnem ad disponendas res divinas convertit ecclesias construens, ipsasque ex publico censu liberaliter largeque ditans. Hic legem scripsit, Crispo eius filio una cum eo sanciente: primum idolorum templa viris Christo consecratis addicenda: secundum solos Christianos in militiam adscribendos, ipsosque gentibus et exercitibus imperare; qui perstarent in idolorum cultu, capite mulctarentur: tertium duas paschales hebdomades, tum quae resurrectionem praecederet, tum quae sequeretur, ab omni opere feriari. His ita dispositis profunda pax et iucunda tranquillitas, gentibus cunctis in dies ad Christi fidem studiose accedentibus et baptismo lustratis et patria confringentibus simulacra, universum orbem occupavit; mensuram quoque exundantis Nili, qui fluvius est in Aegypto et aquae eius incrementorum, non iam amplius in Serapidos fanum, prout ethnicis pridem more receptum, sed in ecclesiam inferri sanxit. *Theophanes* (*ad a.* 310) *p.* 22. — *Ἠπλοῦντο δὲ καὶ παρ' ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ πρότερον παρὰ τοῖς θάτερον μέρος τῆς οἰκουμένης λαχοῦσι, βασιλέως φιλανθρωπίας ἔμπλεοι διατάξεις· νόμοι τε, τῆς πρὸς τὸν θεὸν ὁσίας πνέοντες, παντοίας παρεῖχον ἀγαθῶν ἐπαγγελίας· τοῖς μὲν κατ' ἔθνος ἐπαρχεώταις τὰ πρόσφορα καὶ λυσιτελῆ δωρούμενοι· ταῖς δ' ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ τὰ κατάλληλα διαγορεύοντες. ἀνεκαλοῦντο γοῦν ἐκείνους πρώτιστα πάντων, ὅσοι τοῦ μὴ εἰδωλολατρῆσαι χάριν, ὑπὸ τῶν κατ' ἔθνος ἡγουμένων ἐξορίας καὶ μετοικίας ὑπέμειναν· κἄπειτα τοὺς βουλευτηρίοις ἐγκριθέντας τῆς αὐτῆς ἕνεκεν αἰτίας, ἠλευθέρουν τῶν λειτουργημάτων· καὶ τοῖς ἀφῃρημένοις δὲ τὰς οὐσίας, ἀναλαμβάνειν ταύτας ἐγκελευόμενοι. Οἵ τ' ἐν καιρῷ τοῦ ἀγῶνος καρτερίᾳ ψυχῆς διὰ θεὸν λαμπρυνόμενοι, μετάλλοις τε κακοπαθεῖν παραδοθέντες, ἢ νήσους οἰκεῖν κριθέντες, ἢ δημοσίοις ἔργοις δουλεύειν κατηναγκασμένοι, τούτων ἀθρόως ἁπάντων ἐλευθερίας ἀπήλαυνον· καὶ τοὺς στρατιωτικῆς δ' ἀξίας δι' ἔνστασιν θεοσεβείας ἀποβλήτους γενομένους, ἀνεκαλεῖτο τῆς ὕβρεως ἡ βασιλικὴ δωρεά· ἐπ' ἐξουσίας αἵρεσιν παρέχουσα, ἢ τὰς οἰκίας ἀπολαμβάνειν, καὶ διαπρέπειν τοῖς προτέροις αὐτῶν ἀξιώμασιν· ἢ ἀγαπῶντας τὸν εὐσταλῆ βίον, πάντων λειτουργημάτων ἀνεπηρεάστους διατελεῖν· καὶ τοὺς γυναικείοις δ' ἔργοις ἐφ' ὕβρει καὶ ἀτιμίᾳ δουλεύειν κριθέντας ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἠλευθέρουν.* Tunc etiam apud nos, sicut antea apud illos, qui alteram orbis partem incolunt, proposita sunt Imperatoris edicta plena humanitatis; et leges, quae sinceram ac religiosam dei observantiam spirarent, varia cuiusque generis bona haud dubia spe pollicebantur, quum et provincialibus largirentur, quae ad ipsorum utilitatem spectabant et ecclesiis dei congrua et convenientia statuerent. Ac primum quidem eos, qui propterea, quod idolis sacrificare no-

luissent, a rectoribus provinciarum relegati et ex patria migrare compulsi erant, domum revocaverunt. Eos deinde, qui eandem ob causam curiis addicti fuerant, publicis functionibus liberarunt; et qui facultatibus spoliati fuissent, iis bona sua restitui praeceperunt. Praeterea qui persecutionis tempore, divina virtute roborati, fortitudinis et constantiae illustre specimen ediderant, aut ad metalla damnati, ut continuo labore ibi divexarentur, aut in insulam deportati aut publicis operibus mancipati fuerant, his omnibus subito soluti molestiis libertatem adepti sunt. Sed et quicunque ob egregiam in retinenda religione constantiam honore militiae spoliati erant, eos Imperatoris munificentia ab hac ignominia revocavit; ipsorum arbitrio ac voluntati permittens, ut vel propria recuperarent officia et pristino honoris gradu fruerentur; vel si quietam vitam degere mallent, ab omnibus deinceps functionibus immunes permanerent. Deinde quotquot ignominiae causa gynaeceis mancipati fuerunt, eos Imperator, perinde ac ceteros libertate donavit. *Eusebii Vita Constantini* 2, 20. — *Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ταῦθ᾽ ὑπομεινάντων ἡ βασιλέως ἐνομοθέτει γραφή· περὶ δὲ τῆς ὑπάρξεως αὐτῶν, ἐντελῶς διηγόρευε νόμος. τῶν τε γὰρ ἁγίων τοῦ θεοῦ μαρτύρων τῶν ἐν ὁμολογίᾳ τὴν τελευτὴν ἀποθεμένων τοῦ βίου, τὰς οὐσίας ἐκέλευε τοὺς τῷ γένει προσήκοντας ἀπολαμβάνειν· εἰ δὲ μὴ τούτων τις εἴη, τὰς ἐκκλησίας ὑποδέχεσθαι τοὺς κλήρους· καὶ τὰ ἐκ ταμείου δὲ πρότερον ἑτέροις ἢ κατὰ πρᾶσιν, ἢ κατὰ δωρεὰν ἐκποιηθέντα, τά τ᾽ ἐν αὐτῷ καταληφθέντα, εἰς τοὐπίσω προσήκειν τοῖς δεσπόταις ἀποδίδοσθαι, τὸ τῆς δωρεᾶς γράμμα διεκελεύετο· τοσαῦτα μὲν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ αἱ καταπεμφθεῖσαι δωρεαὶ παρεῖχον.* Et haec quidem de iis, qui ista perpessi essent, Imperator scriptis legibus constituit. De bonis autem eorum lege Imperatoris plenissime cautum est. Nam sanctorum dei martyrum bona, qui in ipsa confessione mortem obiissent, ad proximos eorum devolvi iussit. Quod si nullus genere ipsis coniunctus reperiretur, hereditatem eorum ecclesiis deferri, bona item, quae ex fisco vel per venditionem vel per donationem ad alios translata fuerant, aut quae penes fiscum remanserant, dominis restitui debere, indulgentiae imperialis epistola praecipiebat. Et huiusmodi quidem beneficia in ecclesiam dei contulit benignitas principis, legibus per omnes provincias missis. *Eusebii Vita Constantini* 2, 21. Cf. Nicephor. Call. 7, 46 et 30. — * *Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος σεβαστὸς, ἐπαρχεώταις Παλαιστίνης ... Κεφ. λ΄. Ἅπαντες τοίνυν, εἴ τέ τινες μετοικίαν ἀντὶ τῆς ἐνεγκούσης ἠλλάξαντο, ὅτι μὴ τὴν πρὸς τὸ θεῖον παρεῖδον τιμὴν καὶ πίστιν, ἧπερ ὅλαις ψυχαῖς σφᾶς αὐτοὺς καθιέρωσαν, γνώσεσι δικαστῶν ἀπηνέσιν ὑποβληθέντες, καθ᾽ οὓς ἔτυχον ἕκαστοι χρόνους· εἴ τέ τινες βουλευτικοῖς συγκατηριθμήθησαν καταλόγοις, τὸν τούτων πρότερον ἀριθμὸν οὐ πληροῦντες, οὗτοι χωρίοις τοῖς πατρῴοις ἀποκαταστάντες, καὶ σχολῇ τῇ συνήθει, τῷ πάντων ἐλευθερωτῇ θεῷ τὰ χαριστήρια φερόντων· εἴ τέ τινες τῶν ὄντων ἐστέρηνται, καὶ πάσης τῆς ὑπαρχούσης οὐσίας ἀποβολῇ καταπονηθέντες, κατηφέστατον εἰς δεῦρο διῆγον βίον· οἰκήσεσι καὶ οὗτοι ταῖς ἀρχαίαις καὶ γένεσιν καὶ περιουσίαις ἀποδοθέντες, τῆς παρὰ τοῦ κρείττονος εὐποιΐας χαίροντες ἀπολαύοιεν. Κεφ. λά. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσους οὐ βουλομένους νῆσοι κατέχουσι, τῆς προμηθείας ταύτης ἀπολαῦσαι προστάττομεν· ὅπως οἱ μέχρι νῦν ὀρῶν τε δυσχωρίαις καὶ περιῤῥύτῳ περικεκλεισμένοι θαλάσσῃ, τῆς σκυθρωπῆς καὶ ἀπανθρώπου ἐρημίας ἐλευθερωθέντες, τοῖς φιλτάτοις σφᾶς αὐτοὺς ἀποδῶεν, τὸν εὐκταῖον πόθον πληρώσαντες· οὔτε πενιχρὰν ἐπὶ πολὺν χρόνον ζωὴν μετά τινος ἀποτροπαίου ῥύπου διῆγον, οἷον ἅρπαγμά τι τὴν ἐπάνοδον ποιησάμενοι, καὶ τῶν φροντίδων εἰς τὸ λοιπὸν ἀπηλλαγμένοι, μὴ μετὰ φόβου σὺν ἡμῖν βιῷεν. ... Κεφ. λβ΄. Ὅσοι μὲν οὖν ἢ μοχθηραῖς μεταλλείαις ἐμπονεῖν κατεγνώσθησαν, ἢ τὰς πρὸς τοῖς δημοσίοις ἔργοις ὑπηρεσίας πληροῦν· τῶν διαρκῶν μόχθων τὴν γλυκεῖαν σχολὴν ἀμειψάμενοι, κουφότερον καὶ τὸν μετ᾽ ἐξουσίας ἤδη βιούντων βίον, τὰς ἀμέτρους τῶν πόνων ἀηδίας εἰς πρᾳεῖαν ἄνεσιν καταλύσαντες. εἰ δὲ καὶ τῆς κοινῆς παῤῥησίας ἀποπεσόντες ὑπάρχοιέν τινες καὶ δυστυχήσαντες ἀτιμίαν, μετ᾽ εὐφροσύνης τῆς προσηκούσης, οἷον ἀποδημίᾳ τινὶ χρονίῳ χωρισθεῖσαν τὴν προτέραν ἀξίαν ἀναλαβόντες, ἐπὶ τὰς αὐτῶν ἐπειγέσθωσαν πατρίδας. Κεφ. λγ΄. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξετασθεῖσι μὲν ἐπὶ στρατιωτικαῖς ἀξίαις ποτὲ, τούτων δὲ διὰ τὴν ἀπηνῆ τε καὶ ἄδικον πρόφασιν ἐκπεσοῦσιν, ὅτι τὸ γινώσκειν τὸ κρεῖττον ὁμολογοῦντες, προὐτίμησαν ἧς εἶχον ᾽ξίας, αἱρετὸν ἔστω πρὸς βούλησιν, ἢ τὰ στρατιωτικὰ στέργουσιν ἐφ᾽ οὗπερ ἦσαν σχήματος μένειν, ἢ μετὰ ἀφέσεως ἐντίμου ἐλευθέραν ἄγειν σχολήν· πρέπον γὰρ ἂν εἴη καὶ ἀκόλουθον, τὸν τοσαύτην μεγαλοψυχίαν καὶ καρτερίαν πρὸς τοὺς ἐπενεχθέντας κινδύνους ἐπιδειξάμενον, καὶ σχολῆς εἰ βούλοιτο καὶ τιμῆς πρὸς τὴν αἵρεσιν ἀπολαύειν. Κεφ. λδ΄. Καὶ μὴν ὅσοι τῆς εὐγενείας πρὸς βίαν στερόμενοι, τοιουτότροπόν τινα γνῶσιν δικαστῶν ὑπέστησαν, ὥστε καὶ ἢ γυναικείοις ἢ λινοϋφίοις ἐμβληθέντες, ἀπηνῆ τε καὶ ἄθλιον ὑπομένειν κόπον, ἢ οἰκέται νομίζεσθαι τοῦ ταμείου, οὐδὲν αὐτοῖς τῆς προτέρας ἐπαρκεσάσης γενέσεως· οὗτοι τιμῶν τε ὧν ἀπῆλαυον πρόσθεν, καὶ τοῖς τῆς ἐλευθερίας καλοῖς ἐνευφραινόμενοι, ἀνακαλεσάμενοι τὰς συνήθεις ἀξιας, μετὰ πάσης λοιπὸν εὐφροσύνης βιούντων· καὶ ὁ δουλείαν τῆς ἐλευθερίας ἀλλαξάμενος, ἀθεμίτῳ τινὶ καὶ ἀπανθρώπῳ δήπου ἀπονοίᾳ, πολλάκις τε τὰς ἀήθεις διακονίας ἀποδυράμενος, καὶ οἷον αἰφνίδιον οἰκέτην ἑαυτὸν ἀντ᾽ ἐλευθέρου γνοὺς, ἐλευθερίας τῆς πρόσθεν καθ᾽ ἡμέτερον λαβόμενος πρόσταγμα, ἀποδιδότω τε τοῖς γεννήτορσιν ἑαυτὸν, καὶ πόνους τοὺς ἐλευθέρῳ πρέποντας μετίτω· ἃς πρότερον ἐμόχθησεν οὐκ οἰκείας διακονίας, ἐκβαλὼν τῆς μνήμης. Κεφ. λε΄. Παρεατέον δ᾽ οὐδὲ τὸ τῶν οὐσιῶν ὧν ἕκαστοι κατὰ διαφόρους ἐστερήθησαν προφάσεις. ἀλλ᾽ εἴ τέ τινες τὸν ἄριστον ὑποστάντες καὶ θεῖον ἀγῶνα τοῦ μαρτυρίου, ἀφόβῳ τε καὶ θαρσαλέᾳ τῇ γνώμῃ τῶν ὄντων ἐστερήθησαν· εἴ τέ τινες ὁμολογηταὶ καταστάντες, τὴν αἰώνιον ἐλπίδα παρεσκεύασαν ἑαυτοῖς· ὅσοι τε μετοικῆσαι καταναγκασθέντες, ὅτι μὴ τοῖς διώκουσιν εἶξαν προδόντες τὴν πίστιν, τῶν ὄντων ἐστέροντο καὶ αὐτοί· ἢ εἴ γέ τινες οὐδὲ καταγνωσθέντες θάνατον, στέρησιν ἐδυστύχησαν τῶν ὄντων· τούτων τοῖς πρὸς γένους προσνέμεσθαι τοὺς κλήρους προστάττομεν. πάντως δὲ διαγορευόντων τῶν νόμων τῶν ἀγχιστέων τοὺς ἐγγυτέρους, ῥᾴδιον διαγινώσκειν οἷς προσήκουσιν οἱ κλῆροι. καὶ ὅτι οὗτοι κατὰ λόγον ἐπὶ τὴν διαδοχὴν ἔλθοιεν ἂν, οἵπερ ἦσαν οἰκειότεροι, καὶ αὐτομάτῳ χρησαμένων ἐκείνων τῷ τέλει. Κεφ. λς΄. Εἰ δὲ τῶν ἀγχιστέων μηδεὶς ὑπολείποιτο μηδενὸς τῶν προειρημένων κατὰ λόγον ἂν γενησόμενος κληρονόμος, μήτε τῶν μαρτύρων φημὶ, μήτε τῶν ὁμολογητῶν, μήτε τῶν μετοίκων τῶν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ μεταστάντων προφάσει, ἡ καθ᾽ ἑκάστους ἀεὶ τόπους ἐκκλησία διαδέχεσθαι τετάχθω τὸν κλῆρον· οὐκ ἔσται δὲ τοῦτο πάντως οὐδὲ τοῖς ἀπελθοῦσι βαρὺ, εἴπερ ἧς ἕνεκα πάντας ὑπέστησαν πόνους, κληρονόμον εὐτυχοῖεν ταύτην. προσκεῖσθαί γε μὴν ἀναγκαῖον καὶ τόδε· ὡς τῶν προειρημένων εἴ τινες ἐδωρήσαντό τι τῶν ὄντων οἷς ἐβούλοντο, τούτοις τὴν δεσποτείαν εὔλογον κυρίαν μένειν. Κεφ. λζ΄. Ὅπως δὲ μηδὲ πλάνη τις ἐμφαίνοιτο τῷ προστάγματι, ἀλλ᾽ ἕτοιμον ᾖ τὸ δίκαιον πᾶσι γινώσκειν· ἰδέτωσαν ἅπαντες, εἴτε χωρίον, εἴτ᾽ οἰκίαν, εἴτε κῆπον, εἴτε ἕτερόν τι τῶν προειρημένων κατέχοιεν, καλὸν καὶ λυσιτελὲς αὐτοῖς εἶναι καὶ ὁμολογεῖν αὐτοῖς καὶ ἀποκαθιστάναι σὺν πάσῃ τῇ ταχυτῆτι. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα φανεῖεν τινὲς ἐξ αὐτῶν ἀπὸ τῆς οὐ δικαίας δεσποτείας πολλὰ καρπωσάμενοι, καὶ γενέσθαι τούτων τὴν ἀπαίτησιν ἡμεῖς οὐ δικαίαν κρίνομεν. Κεφ. λή. Ὅμως γε μὴν αὐτοὶ ὁπόσα τε καὶ ὁπόθεν συνέλεξαν ἐπιγνόντες, τῷ ἁμαρτήματι τούτῳ συγχώρησιν γενέσθαι παρ᾽ ἡμῶν δεηθήτωσαν· ὅπως ἅμα μὲν τῇ τοιαύτῃ διορθώσει ἡ φθάσασα λυθείη πλεονεξία· ἅμα δὲ ὁ μέγιστος θεὸς, οἷον ἀντὶ μεταμελείας τινὸς τοῦτο προσιέμενος, εὐμενὴς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτηθεῖσι γένοιτο. ἐροῦσι μὲν γὰρ ἴσως ἀντ᾽ ἀπολογίας προϊσχόμενοι οἱ τῶν τοιούτων οὐσιῶν καταστάντες δεσπόται, (εἴ γε τοῦτο κρατεῖν ἄξιον ἐπ᾽ αὐτῶν ἢ δυνατὸν τὸ πρόσρημα) ὡς οὐκ ἦν οἷόν τε ἀπέχεσθαι τότε, ἡνίκα πολύτροπος ἁπάντων τῶν δεινῶν ἦν θέα, ὠμῶς ἀπελαυνόμενοι, ἀφειδῶς ἀπολλύμενοι, ἀμελῶς ἐῤῥιμμένοι, δημεύσεις τῶν οὐδὲν αἰτίων συχναὶ, διώξεις τ᾽ ἀκόρεστοι καὶ τῶν ὄντων διαπράσεις· εἰ δὴ τοῖς τοιούτοις διϊσχυρίζοιντο λόγοις τινὲς, καὶ ταῖς ἀπλήστοις ἐπιμένοιεν προαιρέσεσιν, οὐκ ἀτιμώρητον ἑαυτοῖς τὸ τοιοῦτον αἰσθήσονται· καὶ μάλισθ᾽ ὁπότε οὕτω τὰ παρ᾽ ἡμῶν τῷ μεγίστῳ διακονεῖται θεῷ. ὅσα γοῦν πρότερον ἡ ὀλέθριος ἀνάγκη συνηνάγκαζε λαμβάνειν, ταῦτα νῦν κατέχειν ἐπισφαλὲς ὑπάρχει· ἄλλως δὲ παντὶ τρόπῳ τὰς ἀπληστίας καὶ λογισμοῖς καὶ παραδείγμασιν ἐλαττοῦν ἀναγκαῖον. Κεφ. λθ΄. Οὐδὲ γὰρ τὸ ταμεῖον, εἴτι κατέχοι τῶν προειρημένων, βεβαίως κατέχειν συγχωρηθήσεται· ἀλλ᾽ οἷον οὐδὲν ἀντιφθέγξασθαι πρὸς τὰς ἱερὰς ἐκκλησίας τολμῆσαν, ὧν ἐπὶ χρόνον οὐ δικαίως κατέσχε, τούτων ἐκστήσεται δικαίως ταῖς ἐκκλησίαις. ἅπαντα δὴ ὅσα ταῖς ἐκκλησίαις προσήκειν ὀρθῶς ἂν φανείη, εἴτ᾽ οἰκίαι τὸ κτῆμα τυγχάνοιεν, εἴτ᾽ ἀγροί τινες καὶ*

κῆποι, εἴθ᾽ ὁποῖα δήποτε ἕτερά τινα, οὐδενὸς τῶν εἰς τὴν δεσποτείαν ἐλαττουμένου δικαίου, ἀλλ᾽ ἀκεραίων πάντων μενόντων, ἀποκαθίστασθαι προστάττομεν. Κεφ. μ΄. Καὶ μὴν καὶ τοὺς τόπους αὐτοὺς, οἳ τοῖς σώμασι τῶν μαρτύρων τετίμηνται, καὶ τῆς ἀναχωρήσεως τῆς ἐνδόξου ὑπομνήματα καθεστᾶσι, τίς ἂν ἀμφιβάλοι μὴ οὐχὶ ταῖς ἐκκλησίαις προσήκειν, ἢ οὐχὶ καὶ προστάξειεν ἄν; ἡνίκα μήτε δῶρον ἄμεινον, μήτε κάματος χαριέστερος καὶ πλείω ἔχων ὠφέλειαν ἕτερος ἂν γένοιτο, ἢ τοῦ θείου προτρέποντος πνεύματος, τὴν περὶ τούτων ποιεῖσθαι σπουδήν· καὶ ἃ μετὰ πονηρῶν ἀφῃρέθη προφάσεων ὑπὸ τῶν ἀδίκων καὶ μοχθηροτάτων ἀνδρῶν, ἀποκατασταθέντα δικαίως, ταῖς εὐαγέσιν αὖθις ἐκκλησίαις ἀποσωθῆναι. Κεφ. μα΄. Ἐπεὶ δ᾽ ὁλοκλήρου προνοίας ἂν εἴη, μηδὲ τούτους σιωπῇ παρελθεῖν, ὅσοι περ ἢ ὠνῆς δικαίῳ ἐπρίαντό τι παρὰ τοῦ ταμείου, ἢ κατὰ δωρεὰν κατέσχον συγχωρηθὲν, μάτην ἐπὶ τὰ τοιαῦτα τὰς ἀπλήστους ἐπιθυμίας ἐκτείναντες, γινωσκέτωσαν, ὡς τοιοῦτοι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οἷς ἐτόλμησαν πρίασθαι, ἀλλοτρίαν τὴν παρ᾽ ἡμῶν εἰς αὐτοὺς ἐπειράθησαν καταστῆσαι φιλανθρωπίαν, ὅμως ταύτης εἰς τὸν δυνατὸν καὶ πρέποντα τρόπον οὐκ ἀτυχήσουσι, ταῦτα μὲν οὖν εἰς τοσοῦτον ἀνήχθω. Κεφ. μβ΄. Ἐπειδὴ δὲ ἀποδείξεσιν ἐναργεστάταις καὶ σαφεστάταις ἐξεφάνη, ἀρετῇ τε τοῦ πάντα δυνατοῦ θεοῦ, καὶ παραινέσεσιν ἅμα καὶ βοηθείαις ἃς ὑπὲρ ἐμοῦ συχνὰς ἀξιοῖ ποιεῖσθαι, τὴν πρότερον κατέχουσαν πάντα τὰ ἀνθρώπινα δυσχέρειαν ἐκ πάσης ἤδη ἐληλᾶσθαι τῆς ὑφ᾽ ἡλίῳ· οἱ καθένα τε καὶ οἱ σύμπαντες ὁμοῦ ἐσπουδασμέναις καθορᾶτε φροντίσι, τίς ἐκείνη καθέστηκεν ἡ ἐξουσία, τίς χάρις, ἢ τῶν μὲν πονηροτάτων καὶ μοχθηροτάτων τὸ ὡς εἰπεῖν σπέρμα, ἠφάνισέ τε καὶ διέφθειρε· τῶν δ᾽ ἀγαθῶν τὴν εὐφροσύνην ἀνακληθεῖσαν, ἐπὶ πάσας ἐκτείνει τὰς χώρας ἀφθόνως· καὶ αὖθις αὐτόν τε τὸν θεῖον νόμον τὰ εἰκότα μετὰ παντὸς σεβάσματος θεραπεύεσθαι, τούς τε τούτῳ σφᾶς αὐτοὺς καθιερώσαντας τὰ προσήκοντα σέβειν, ἐξουσίαν δίδωσιν ἅπασαν. οἳ καθάπερ ἔκ τινος σκότους βαθέος ἀνακύψαντες, καὶ λαμπρὰν τῶν πραγμάτων λαβόντες γνῶσιν, τὴν προσήκουσαν τοῦ λοιποῦ περὶ αὐτὸν θεραπείαν τε καὶ τιμὴν εὐσεβῆ καὶ σύμφωνον ἐπιδείξονται. προτεθήτω ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀνατολικοῖς μέρεσιν. *Victor Constantinus Maximus Augustus Provincialibus Palaestinae.* ... *Cap.* 30. Omnes igitur, seu qui patriam extraneo solo commutarunt, eo quod dei cultum ac fidem, cui se tota mente dicaverant, prodere noluissent, crudelibus iudicum sententiis quocunque tempore damnati: seu qui in album curiae relati sunt, quum antea non essent ex numero curialium; nunc patriis fundis et consueto otio restituti, liberatori omnium deo gratias referant. Quicunque item bonis spoliati sunt, et omnium facultatum multatione percussi, miserrimam hactenus vitam egerunt: et hi quoque pristinis domiciliis ac familiis et facultatibus restituti, dei beneficentia laeti perfruantur. *Cap.* 31. Sed et quotquot inviti in insulis detinentur, huius provisionis beneficio frui praecipimus: ut qui hactenus montium asperitatibus, et circumfuso mari conclusi fuerunt, tristi tandem et inhumana solitudine liberati, se ipsos propinquis et amicis restituant, eorumque vota ac desideria expleant. Et qui in summa egestate ac squalore miserabili diutissime vixerunt, reditu tanquam praeda quadam ipsis oblata potiti, curisque in posterum absoluti, absque metu degant nobiscum ... *Cap.* 32. Quicunque etiam aut ad laboriosum opus metallorum aut ad publicorum operum ministeria damnati sunt, hi continuis laboribus cum dulci otio commutatis, leviorem deinceps et ex animi sui sententia vitam agant, et immoderati laboris molestias molli ac placida quiete concludant. Et tametsi nonnulli eorum communi libertate exciderint, et infamia notati sint, pristinam dignitatem velut diuturna peregrinatione ab ipsis sequestratam, eo quo decet gaudio recuperantes, in suam patriam redire festinent. *Cap.* 33. Illis praeterea, qui militari dignitate olim decorati, crudeli quodam atque iniquo praetextu ea exciderunt; ideo scilicet, quod cultum dei profitentes, dignitati suae anteponerent; liberum sit eligere utrum malint, an militiam repetentes in eodem, in quo prius fuerant, statu permanere, an cum honesta missione libere agere. Aequum enim et rationi consentaneum fuerit, ut is, qui in tormentis, quae ipsi illata sunt, perferendis tantam animi magnitudinem et constantiam declaravit, vel otio vel dignitate pro arbitratu suo potiatur. *Cap.* 34. Quicunque item nobilitate sua per vim spoliati, huiuscemodi iudicum sententiam exceperunt, ut in gynaecea aut linyphia contrusi, durum atque aerumnosum laborem perferrent, aut servi fisci haberentur, nihil ipsis proficiente pristino splendore natalium: hi et honorum, quibus antea fruebantur et libertatis praerogativa gaudentes, pristina dignitate recuperata, cum omni deinceps hilaritate vitam traducant. Sed et is, qui libertatem servitute mutavit per iniustam quandam ac inhumanam audaciam, et qui saepenumero insueta sibi ministeria deflevit, quasi repentina mutatione servum se ex libero factum intelligens, nunc ex praecepto nostro pristinam recuperans libertatem, se ipsum parentibus reddat, et labores homine libero dignos obeat: obsequiorum minime ipsi convenientium, quibus antea perfunctus est, memoria penitus ex animo deleta. *Cap.* 35. Sed nec de facultatibus, quibus singuli varias ob causas nudati sunt, silere nos convenit. Proinde si qui egregium ac divinum martyrii certamen intrepido ac fidenti animo subeuntes, bonis suis spoliati sunt; aut confessores effecti, aeternorum sibi bonorum spem compararunt: seu qui ex patria migrare compulsi eo, quod fidem suam prodendo persecutoribus cedere nollent, facultatibus ipsi quoque exuti sunt: denique si qui capitali sententia minime damnati, bonorum tamen iacturam sustinuerunt: horum omnium hereditatem proximis tribui iubemus. Porro quum leges diserte praecipiant, ut ex cognatis proximiores hereditatem accipiant, facile est dignoscere, cuinam hereditas debeatur. Adhaec rationi consentaneum est, ut ii ad successionem veniant, qui propinquiores erant futuri, si illi sua morte obiissent. *Cap.* 36. Quod si nullus cognatus supersit, qui, prout rationi consentaneum est, hereditatem capessat eorum, quos supra memoravi, martyrum scilicet et confessorum, aut illorum, qui ob huiusmodi causam ex patria migraverunt; cuiusque loci ecclesiam hereditatem adire decernimus. Nec defunctis utique molestum erit, si cuius gratia nullum non discrimen subierunt, eam ipsis heredem habere contingat. Illud quoque necessario adiiciendum est, ut, si qui ex supra memoratis aliquid de bonis suis cuilibet donaverint, ei dominium, prout aequum est, firmum ratumque permaneat. *Cap.* 37. Porro ut in praecepto nostro nulla ambages appareat, sed cuilibet in promtu sit id, quod iuris est, pernoscere; omnes intelligant, sive fundum, sive aedes, sive hortum, sive aliud quid ex bonis eorum, quos supra memoravi, detinent, recte atque ordine se esse facturos, si seipsos ultro deferant, et rem absque ulla dilatione restituant. Ac tametsi nonnulli haud quaquam ex iusta possessionis causa magnos fructus earum reum percepisse videantur, eos tamen fructus ab illis repeti, minime aequum arbitramur. *Cap.* 38. Verum ipsi unde et quantos fructus collegerint ingenue profitentes, delicti sui veniam a nobis sibi concedi postulent: ut et pristina avaritia huiusmodi emendatione dissolvatur; et deus optimus maximus, hanc velut poenitentiae cuiusdam loco satisfactionem accipiens, erratis benignus ignoscat. Sed fortasse pro defensione sua praetendentes id dicent, qui horum bonorum domini constituti sunt (si tamen hoc nomine censeri aut merentur aut possunt), fieri omnino non potuisse, ut ab iis rebus tunc abstinerent, quum omnium cuiusque generis malorum multiplex spectaculum obversaretur: quum atrociter expellerentur homines, et absque ulla miseratione trucidarentur: quum profligatae et hac illac temere dispersae iacerent facultates: quum crebrae innocentum proscriptiones et insatiabilis persecutionum furor, et bonorum venditiones cernerentur. Enim vero si qui forte huiusmodi sermonibus nituntur, et in avaritiae suae excusationibus perseverant, non impune id sibi fore sentient: praesertim quum hac potissimum ratione operam nostram ac ministerium deo optimo maximo exhibeamus. Quaecunque igitur exitialis necessitas coegit accipere, ea nunc retinere periculosum est. Adde quod insatiabiles cupiditates, partim ratione, partim exemplis omnino minuendae sunt. *Cap.* 39. Neque enim vel fisco concedetur, si quid eorum, quae supra dixi, possideat, id firmiter retinere. Verum adversus sacrosanctas ecclesias nihil obloqui ausus, ea, quae aliquamdiu iniuste detinuit, ecclesiis

tandem iure restituet. Omnia ergo, quae ad ecclesias recte visa fuerint pertinere, sive domus ac possessio sit, sive agri, sive horti, seu quaecunque alia, nullo iure, quod ad dominium pertinet, imminuto, sed salvis omnibus atque integris manentibus, restitui iubemus. *Cap.* 40. Sed et loca illa, quae martyrum reliquiis honorata sunt, et quae gloriosi illorum interitus memoriam servant, quis ambigat ad ecclesias pertinere? Immo vero quis non id praecipiat? Quando nec munus ullum praestantius, nec labor ullus iucundior atque utilior esse potest, quam divino spiritu impellente harum rerum diligentem curam gerere; ut quae improbo quodam praetextu ab iniustis ac nequissimis hominibus ablata sunt, ea iustissime restituta sanctis dei ecclesiis denuo redhibeantur. *Cap.* 41. Quoniam vero perfectae et absolutae providentiae est, ne illos quidem silentio praeterire, qui emtionis iure aliquid a fisco comparaverint, aut donationis titulo sibi concessum possederint, frustra ad huiusmodi bona inexplebilem cupiditatem extendentes: sciant omnes huiusmodi, etiamsi ob ea, quae emere sunt ausi, nostram a se clementiam alienare magnopere studuerunt, nostram tamen benignitatem, quoad eius fieri poterit ac decebit, sibi non defuturam. *Cap.* 42. Porro quum evidentissimis ac certissimis argumentis declaratum sit, partim omnipotentis dei vi ac virtute, partim adhortationibus atque adiumentis, quae a me frequenter praestari desiderat, tristitiam et acerbitatem, quae res humanas antea occupabat, nunc ex universo terrarum orbe depulsam esse: cuncti simul et singuli diligenti meditatione perspicitis, quae et quanta sit potestas et gratia illa, quae improbissimorum quidem hominum stirpem penitus delevit ac sustulit; bonorum vero hilaritatem ac laetitiam restituens, per omnes regiones longe lateque diffundit; et quae liberam omnibus facultatem permittit, tum ut divinam legem cum debito cultu iterum venerentur, tum ut eos, qui se huius legis ministerio consecraverunt, congruo honore prosequantur. Qui quidem tanquam ex profunda quadam caligine emergentes, et illustrem rerum notitiam haurientes, debitam deinceps huic legi observantiam, et piam ac consentientem reverentiam exhibebunt. Proponatur in Orientalibus partibus nostris. *Eusebii Vita Constantini* 2, 30 *sqq.* — „Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς Εὐσεβίῳ ... Ὅσων ἢ αὐτὸς προΐστασαι ἐκκλησιῶν, ἢ ἄλλους τοὺς κατὰ τόπον προϊσταμένους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους τε ἢ διακόνους οἶσθα, ὑπόμνησον σπουδάζειν περὶ τὰ ἔργα τῶν ἐκκλησιῶν· καὶ ἢ ἐπανορθοῦσθαι τὰ ὄντα, ἢ εἰς μείζονα αὔξειν, ἢ ἔνθα ἂν χρεία ἀπαιτῇ, καινὰ ποιεῖν. αἰτήσεις δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ διὰ σοῦ οἱ λοιποὶ τὰ ἀναγκαῖα παρά τε τῶν ἡγεμόνων, καὶ τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως. τούτοις γὰρ ἐπεστάλθη, πάσῃ προθυμίᾳ ἐξυπηρετήσασθαι τοῖς ὑπὸ τῆς σῆς ὁσιότητος λεγομένοις. ὁ θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ.“ *Victor Constantinus, Augustus Maximus, Eusebio* ... „Quotquot ecclesiis aut ipse praees, aut alios in singulis locis praesidentes episcopos et presbyteros ac diaconos nosti, cunctos admone, ut in opera ecclesiarum omni studio ac diligentia incumbant: quo aut reparentur, quae adhuc manent, aut augeantur in maius; aut sicubi usus postulaverit, nova aedificentur. Quaecunque autem necessaria fuerint, et ipse, et reliqui alii tuo interventu, tum a praesidibus provinciarum petent, tum ab officio praefecturae praetorianae. His enim per literas praeceptum est, ut omni diligentia iis, quae tua sanctitas dixerit, obsequantur. Divinitas te servet, frater carissime.“ *Eusebii Vita Constantini* 2, 46. Cf. Theodoret. Hist. Eccl. 1, 15; Nicephor. Call. 7, 46.

1078. p. C. n. 325. PAULINO ET IULIANO COSS.

Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις, τότε πρῶτον (ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίνου) ἡ τῶν μονομάχων ἐκωλύθη θέα. Apud Romanos interdicta fuerunt (ab Constantino) gladiatorum spectacula. *Sozomenus* 1, 8. — Ἡ τῶν μονομάχων ἐξ ἐκείνου Ῥωμαίοις θέα κεκώλυται. Spectaculum singulari certamine concertantium gladiatorum apud Romanos ex eo tempore prohibitum. *Nicephor. Call.* 7, 46. Cf. Cod. Theod. 15, 12, 1. — Ἐκ τῆς οὔσης ὑποφόρου γῆς, καθ᾽ ἑκάστην πόλιν ἐξελὼν τοῦ δημοσίου ῥητὸν τέλος, ταῖς κατὰ τόπον ἐκκλησίαις καὶ κλήροις (ὁ Κωνσταντῖνος) ἐπένειμε καὶ τὴν δωρεὰν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον κυρίαν εἶναι ἐνομοθέτησε. Ex tributis annuis certam pensionem eximens fisco, ecclesiis et clero cuiusque loci distribui iussit (Constantinus): eamque donationem omni in posterum aevo ratam firmamque esse lege sanxit. *Sozomenus* 1, 8. Cf. Nicephor. Call. 7, 46. — Γράμματα πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν προστατεύοντας δέδωκεν ἄρχοντας, καθ᾽ ἑκάστην πόλιν χορηγεῖσθαι παρεγγυῶν ταῖς ἀεὶ παρθένοις καὶ χήραις, καὶ τοῖς ἀφιερωμένοις τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐτήσια σιτηρέσια, φιλοτιμίᾳ μᾶλλον ἢ χρείᾳ ταῦτα μετρήσας. τούτων τὸ τριτημόριον μέχρι καὶ τήμερον χορηγεῖται, Ἰουλιανοῦ μὲν τοῦ δυσσεβοῦς πάντα καθάπαξ ἀφελομένου, τοῦ δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον τὰ νῦν χορηγούμενα παρασχεθῆναι προστεταχότος. Literas ad provinciarum praesides dedit, quibus imperaret, ut per singulas urbes virginibus ac viduis et iis, qui divino ministerio erant consecrati, annuum frumentum suppeditaretur, munificentia potius quam necessitate rem metiens. Cuius beneficentiae pars ad hunc usque diem subministratur. Nam quum impius Iulianus omnia penitus abstulisset, qui illi successit ea, quae nunc erogantur, praeberi iussit. *Theodoret.* 1, 11. — Μέχρι τε παρθένων καὶ χηρῶν, τὰς δι᾽ ἔνδειαν ἐν τοῖς κλήροις τεταγμένας, εἰσπράττεσθαι προσέταξεν, ἃ πρὶν παρὰ τοῦ δημοσίου ἐκομίσαντο· ἡνίκα γὰρ Κωνσταντῖνος τὰ τῶν ἐκκλησιῶν διέταττε πράγματα, ἐκ τῶν ἑκάστης πόλεως φόρων τὰ ἀρκοῦντα πρὸς παρασκευὴν ἐπιτηδείων ἀπένειμε τοῖς πανταχοῦ κλήροις, καὶ νόμῳ τοῦτο ἐκράτυνεν, ὡς καὶ νῦν κρατεῖ, ἐξ οὗ τέθνηκεν Ἰουλιανὸς, ἐπιμελῶς φυλαττόμενος· ὠμοτάτην δὲ καὶ χαλεπωτάτην τήνδε γενέσθαι φασὶ τὴν εἴσπραξιν· μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ τότε παρὰ τῶν πρακτόρων γενόμενα γραμματεῖα τοῖς εἰσπραχθεῖσιν, εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀναδόσεως, ὧν εἰλήφεσαν κατὰ τὸν Κωνσταντίνου νόμον. A mulieribus etiam ob egestatem clero adscriptis, ab ipsis quoque virginibus ac viduis ea quae ex publico acceperant exigi iussit. Nam quum Constantinus ecclesiarum statum ordinaret, ex tributis singularum civitatum partem, quae ad alimenta paranda sufficeret, clero cuiusque urbis distribuit, idque lege lata confirmavit: quae quidem lex etiamnum manet, ex eo tempore, quo Iulianus est mortuus, diligenter custodita. Hanc porro exactionem crudelissimam ac molestissimam fuisse ferunt. Testantur id tabulae, ab exactoribus nunc traditae iis, qui solvere compulsi fuerant, quibus ostenderetur, reddidisse illos ea, quae ex Constantini lege acceperant. *Sozomenus* 5, 5. — Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος· τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ· καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν· ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴτις εὑρηθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται. Quoniam plerique, qui in canone recensentur, avaritiam et turpem quaestum sectantes, obliviscuntur divinae scripturae dicentis, qui pecuniam suam non dedit ad usuram: et foenerantes centesimas exigunt, aequum censuit sancta et magna synodus, ut si quis inventus fuerit, post hanc definitionem, usuras sumere ex mutuo, vel aliter eam rem consectari aut sestupla exigere, vel omnino aliquid aliud excogitare turpis lucri causa: a clero deponatur, et alienus a canone existat. *Concil. Nicaeni canon* 17. — Ἵνα δὲ τὸ κεφαλαιωδέστερον συντόμως εἴπω, κοινῇ πάντων ἤρεσε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. Atque ut summatim ac breviter dicam, placuit communi omnium iudicio, ut sanctissimae paschae festivitas uno eodemque die celebraretur. *Eusebii Vita Constantini* 3, 19. — Τῷ ις´ καὶ ιζ´ καὶ ιη´ ἔτει τὰ κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς ἐπράχθη, καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ πρώτη ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων ... πατέρων ἐγένετο, ἥτις τὸν Ἄρειον καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ ἀνεθεμάτισεν. ἐν τούτῳ καὶ τοὺς Ἰουδαϊκῶς τ᾽ πάσχα ἑορτάζοντας διὰ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Κοδρούβης ἐπέστρεψε. Annis 16, 17 et 18 res contra impium Arium gesta est, conciliumque sacrum primum ex toto terrarum orbe collectorum, quae oecumenica nominant Graeci, Nicaeae, a 318 sanctis ... patribus celebratum, Arium eiusque sectatores proscripsit. Tunc Imperator etiam eos, qui Iudaeorum more pascha celebrabant, opera sanctissimi Cordubae episcopi in-

hibuit. *Cedreni Hist. p.* 495. Cf. Leo Gramm. p. 86. — * Leguntur manifestae leges, ubi praeceperunt Imperatores, ut qui praeter ecclesiae catholicae communionem usurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesiae audeant possidere. *Augustin. in Ioann. Tract. in f. ed. Bened. T.* 3. — Τούτῳ τῷ ἔτει ἡ εἰκοσαετηρὶς τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Αὐγούστου βασιλείας ἐτελέσθη. καὶ ἐγένετο ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος τῶν τιη΄ πατέρων. Hoc anno vicennalia Constantini Augusti celebrata et sancta universalis prima synodus trecentorum decem et octo patrum habita. *Theophanes p.* 29. — Vicennalia Constantini Nicomediae acta et sequenti anno Romae edita. *Eusebii Chron. interpr. Hieron. p.* 329. *Prosper Aquit. ad a.* 326. *Idatii Descr. Cons.* — Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ λαοῖς. Τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Ἄρειος, δίκαιός ἐστι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέχειν ἀτιμίαν· ὥσπερ τοίνυν Πορφύριος ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρὸς, συντάγματα παράνομα κατὰ τῆς θρησκείας συστησάμενος, ἄξιον εὕρετο μισθὸν, καὶ τοιοῦτον, ὥς τε ἐπονείδιστον μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν ἑξῆς γενέσθαι χρόνον, καὶ πλείστης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· οὕτω καὶ νῦν ἔδοξεν Ἄρειόν τε καὶ τοὺς Ἀρείου ὁμογνώμονας, Πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι, ἵν᾽ ὧν τοὺς τρόπους μεμίμηνται, τούτων ἔχωσι καὶ τὴν προσηγορίαν. πρὸς δὲ τούτοις καὶ εἴ τι σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συντεταγμένον εὑρίσκοιτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ μηδὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὅλως ὑπολείποιτο. ἐκεῖνο μέντοι προαγορεύω, ὡς εἴ τις σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συνταγὲν φωραθείη κρύψας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκὼν πυρὶ καταναλώσῃ, τούτῳ θάνατος ἔσται ζημία· παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς ἐπὶ τούτῳ, κεφαλικὴν ὑποστήσεται τιμωρίαν· ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι. *Victor Constantinus Maximus Augustus, episcopis et plebibus.* Quum malos et impios homines imitatus sit Arius, eandem cum illis poenam infamiae meretur subire. Quemadmodum ergo Porphyrius verae pietatis inimicus, compositis adversus Christianam religionem nefariis voluminibus, dignam mercedem retulit, ut et ipse infamis sit apud posteros, multisque appetitus opprobriis; et impii eius libri penitus fuerint aboliti: ita nunc placuit Arium sectatoresque eius Porphyrianos vocari, ut cuius imitati sunt mores, eius etiam vocabulo appellentur. Praeterea si quis forte liber ab Ario conscriptus reperiatur, flammis eum absumi praecipimus: ut non solum prava illius doctrina funditus aboleatur; sed ne monumentum quidem eius ullum posteritati relinquatur. Illud etiam denuntio, quod si quis librum ab Ario compositum occultasse deprehensus sit, nec eum statim oblatum igne combusserit, mortis poenam subibit. Simul atque enim in hoc facinore fuerit deprehensus, capitali supplicio ferietur. Divinitas vos servet. *Socrates* 1, 9. Cf. Sozomenus 1, 20. — Ἄλλους τε ἀντ᾽ αὐτῶν χειροτονηθῆναι ἐκέλευσε, πίστεώς τε ἔκθεσιν ἔγγραφον ἐξήνεγκε, τὴν κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ὀρθοδόξων νῦν ἀπαγγελλομένην ... Συνέστη οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος τῇ δωδεκάτῃ ἰνδικτίωνι ἔτει εἰκοστῷ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, μηνὶ Μαΐῳ κ΄. ἔγραψε δὲ ἐπιστολὴν ἐγκύκλιον ἡ σύνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, δι᾽ ἧς ἐδήλωσε τὴν ἐκβολὴν Ἀρείου, καὶ Σεκούνδου, καὶ Θεωνᾶ· ἐσήμανε δὲ καὶ περὶ Μελετίου, ὥστε ἰδιάζειν ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει ἡσυχάζοντα· τοὺς δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ χειροτονηθέντας μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιοῦσθαι. ἔγραψε δὲ καὶ περὶ τοῦ πάσχα μηκέτι μετὰ Ἰουδαίων αὐτὸ ποιεῖν, ἀλλὰ τῷ κατὰ Ἰταλίαν τύπῳ κατὰ τὴν κυριακὴν μᾶλλον ἡμέραν ἑορτάζοντας. ὁμοίως καὶ ὁ πανευσεβὴς βασιλεὺς ἐπιστολὰς ἔγραψε πανταχοῦ τὰ αὐτὰ κελευούσας καὶ βεβαιούσας τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου ἐκφωνηθέντα, καὶ Ἄρειον ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ ἀποκηρύττων, Πορφυριανούς τε αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτῶν κατακαίεσθαι, καὶ τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας θανατοῦσθαι· ἐξέθετο δὲ καὶ νόμον βασιλικὸν οὕτω ταῦτα γίνεσθαι ... Πολλὰ δὲ πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις δωρησάμενος, καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐθνῶν τιμᾶν τοὺς ἱερεῖς παρακελευσάμενος, χαίροντας ἅπαντας ἐξαπέστειλε ... Τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει Ἑλένην τὴν θεόφρονα αὐτοῦ μητέρα ἔστεψε καὶ μονῆταν ὡς βασιλίδι ἀπένειμεν. Insuper alios in abdicatorum locum instituit ordinari, ac demum, quae nunc per omnem orthodoxorum ecclesiam publicatur, scriptis mandatam fidei expositionem evulgavit ... Coacta est sancta et universalis prima synodus duodecima indictione, anno magni Constantini vigesimo, mensis Maii pariter vigesimo; circularem autem epistolam in Alexandriam, Libyam et Pentapolim synodus misit, qua Arii, Secundi et Theonae depulsionem declaravit; de Meletio item, ut se quiete in propria civitate contineret et qui ab eo electi erant, alia secretiori ordinatione confirmarentur, significavit. De paschate praeterea, ne amplius ritu Iudaico celebraretur, sed iam per Italiam recepto more dominico magis die festive coleretur, edixit. Pari quoque modo literas in provincias piissimus Imperator misit, quibus cuncta, quae a sancta synodo fuerant pronuntiata, probarentur et nuntiarentur exsequenda; Ariumque una cum sectae asseclis ab ecclesia proscripsit; eos Porphyrianos vocari, libros eorum igne consumi et qui non acquiescerent, morte tradi decrevit et super his omnibus demum imperatorium promulgavit decretum ... donis denique immensis per omnes ecclesias distributis, provinciarum praesidibus ut sacerdotes colerent, praecepit, laetos tandem omnes dimisit ... Eodem quoque anno Helenam, mulierem divino sensu praeditam, coronavit Constantinus et ut imperatrix monetam suo charactere cusam distribueret, donavit. *Theophanes ad a.* 316, *p.* 31—33 ex *Eusebii Vita Constantini* 3, 15 et 22. — Ἔτους ͵ϛ΄ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου καὶ κ΄ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβοῦς ὁ αὐτὸς ἀοίδιμος βασιλεὺς, εἰς ἄκρον τὴν εὐσέβειαν θεόθεν ἐμπιστευθεὶς, κατὰ τὸ παρὸν κ΄ ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας μηνὶ δαισίῳ ιθ΄ τιη΄ ἁγίων πατέρων σύνοδον ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι παρεσκεύασεν καὶ τὸ τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἐκτεθῆναι σύμβολον ... Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος Κώνσταντα τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν, Καίσαρα ὄντα, ἀνηγόρευσεν Αὔγουστον πρὸ ς΄ ἰδῶν νοεμβρίων, καὶ εἰκοσαετηρίδα τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἦξεν, καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ Ῥώμῃ βικεννάλια πάνυ φαιδρῶς καὶ φιλοτίμως, καὶ τῶν τεχνιτῶν καὶ συντελεστῶν τὰ ἐπιτάγματα περιεῖλεν τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς αὐτῆς εἰκοσαετηρίδος, καὶ ταῖς καθόλου ἐκκλησίαις πολλὰ ἐδωρήσατο ... Τῷ αὐτῷ ἔτει Κωνσταντῖνος μοναρχήσας βασιλεὺς τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς πάσης πάντα τὰ εἴδωλα πανταχοῦ κατέστρεψεν, καὶ πάντα αὐτῶν ἀφείλετο τὰ χρήματα καὶ τὰ κτήματα, καὶ πάσας τὰς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἐτίμησεν καὶ πάντας τοὺς Χριστιανούς. Anno CCXCV. in coelum assumtionis Domini et XX. imperii Constantini Pii idem laudandus Imperator summa divinitus pietate donatus hoc praesenti imperii anno, mensis Desii XIX., CCCXVIII patrum synodum Nicaeae celebrari ac inculpatae fidei symbolum exponi curavit ... Piissimus Constantinus Constantem filium suum, qui tum Caesar erat, Augustum renuntiavit ante d. VI. Id. Novembr. Imperii etiam annum vigesimum egit et magnificis ac splendidis factis largitionibus Romae vicennalia egit; artificum quoque ac tributariorum anni istorum vicennalium indictionibus sublatis, multisque ubique ecclesiis factis donis ... Eodem anno Constantinus, quum solus Romanorum praeesset imperio, omnia ubique idola deiecit, eorumque pecuniis omnibus et possessionibus ablatis, universas Christi ecclesias omnesque Christianos iis donavit. *Chron. Pasch. p.* 524 *sq.* — Ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἐν Νικαίᾳ τῇ Βιθυνῶν συνελθεῖν τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἐπισκόπους ἐκέλευσε. Religiosissimus Imperator provinciarum episcopos Nicaeae Bithyniae urbe convenire iussit. *Zonaras* 13, 4. Cf. Socrates 1, 13; Theodoret. 1, 12; Sozomenus 1, 25; Epistola Constantini ad Alexandrinos.

1078—1083. p. C. n. 325—330.

Τὰς γοῦν ἀκολάστους μίξεις, μήτινος ἐμποδὼν καθισταμένου πρότερον, αὐτὸς ἐπηνώρθωσεν· ὡς ἐκ τῶν κειμένων νόμων συνιδεῖν ἔξεστι. Impudicos illicitosque concubitus, quos ante eum nemo inhibuerat, ipse coercuit, sicut hoc ex constitutionibus eius legibus latis patet. *Nicephor. Call.* 7, 46. — Ἐπὶ τοῦ Φοινίκων ἔθνους ... ... ἄλσος ἦν καὶ τέμενος ... αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτης, ἐν ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λιβάνου ἐν Ἀφάκοις ἱδρυμένον ... αὐτοῖς δ᾽ ἀφιερώμασιν ἐκ βάθρων τὸ πᾶν ἀφανισθῆναι κελεύει. In Phoenice ... lucus ac templum erat ... foedissimo daemoni, quem Venerem appellant, in parte verticis Libani montis apud Aphaca consecratum ... Proinde illud una cum simulacris ac donariis

totum funditus everti iussit. *Eusebii Vita Constantini* 3, 55. — *Ἐπειδὴ ... πολὺς ἦν ὁ τῶν δοκήσει σοφῶν περὶ τὸν τῶν Κιλίκων δαίμονα πλάνος ... βασιλεὺς ... καὶ τοῦτον εἰς ἔδαφος τὸν νεὼν ἐκέλευσε καταβληθῆναι.* Quum maximus ac vulgatissimus superstitionis error circa illum Ciliciae daemonem vanissimos homines occupasset ... Imperator ... hoc etiam templum solo aequari praecepit. *Eusebii Vita Constantini* 3, 56. — *Ἐπὶ τῆς Φοινίκων Ἡλιουπόλεως ... οἱ μὲν τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν τιμῶντες προσρήματι, γαμεταῖς καὶ θυγατράσιν ἀναίδην ἐκπορνεύειν συνεχώρουν· νυνὶ δὲ νόμος ἐφοίτα νέος τε καὶ σώφρων παρὰ βασιλέως, μηδὲν τῶν πάλαι συνήθων τολμᾶν διαγορεύων· καὶ τούτοις δὲ πάλιν ἐγγράφους παρέθετο διδασκαλίας, ὡς ἂν ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ πρὸς τοῦ θεοῦ προηγουμένως ἀποσταλεὶς, ἐφ᾽ ᾧ πάντας ἀνθρώπους νόμοις σωφροσύνης παιδεύειν· διὸ οὐκ ἀπηξίου, καὶ τούτοις δι᾽ οἰκείου προσομιλεῖν γράμματος, προὔτρεπέ τε σπεύδειν ἐπὶ τὴν τοῦ κρείττονος γνῶσιν· κἀνταῦθα δὲ τὰ ἔργα ἐπῆγε τοῖς λόγοις ἀδελφὰ, οἶκον εὐκτήριον ἐκκλησίας τε μέγιστον καὶ παρὰ τοῖσδε καταβαλλόμενος.* In urbe Phoenices Heliopoli ... gentiles quidam, qui obscoenam libidinem deae Veneris vocabulo afficiunt, uxoribus ac filiabus suis stupri impune admittendi licentiam concesserant. Nunc vero nova lex ab Imperatore directa est, plena modestiae; qua cavetur, ne quidquam eorum, quae prius in more posita erant, in posterum praesumatur. Atque his rursus scriptas misit institutiones; utpote hanc praecipue ob causam a deo destinatus, ut universos mortales temperantiae praeceptis imbueret. Quocirca ne ad hos quidem concionari per literas dedignatus est, exhortans, ut ad cognitionem dei celeriter accederent. Statimque facta dictis consentanea ibidem adiecit, constructa eo etiam in loco Christiani cultus ingenti basilica. *Eusebii Vita Constantini* 3, 58. — *Ἑτέραν ἐκκλησίαν ἐν ἡλίου πόλει τῆς Φοινίκης κατασκευασθῆναι προσέταξε, δι᾽ αἰτίαν τοιαύτην. οἱ ἡλίου πολῖται, τίνα μὲν ἔσχον ἐξ ἀρχῆς νομοθέτην, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὁποῖος ἦν τὸ ἦθος· τὸ δὲ ἦθος ἐκ τῆς πόλεως δείκνυται. κοινὰς γὰρ εἶναι παρ᾽ αὐτοῖς τὰς γυναῖκας ἐγχώριος νόμος ἐκέλευε. καὶ διὰ τοῦτο, ἀμφίβολα μὲν ἦν παρ᾽ αὐτοῖς τὰ τικτόμενα. γονέων γὰρ καὶ τέκνων οὐδεμία διάκρισις ἦν. τὰς δὲ παρθένους τοῖς παριοῦσι ξένοις παρεῖχον πορνεύεσθαι. καὶ τοῦτο ἐξ ἀρχαίου κρατοῦν παρ᾽ αὐτοῖς, λῦσαι ἐσπούδασε. νόμῳ γὰρ σεμνῷ τῶν αἰσχρῶν ἀνελὼν τὸ μύσος, τὰ γένη ἑαυτὰ ἐπιγινώσκειν παρεσκεύασεν. ἐκκλησίας τε κτίσας, καὶ ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι παρεσκεύασε, καὶ κλῆρον ἱερόν. οὕτω τὰ ἡλίου πολιτῶν κακὰ μετριώτερα ἀπειργάσατο.* Alteram ecclesiam Heliopoli in Phoenice construi praecepit ob huiusmodi causam. Heliopolitae, quem olim legislatorem habuerint, et cuiusmodi moribus is fuerit praeditus, equidem non possum dicere. Verum illius mores civitas ipsa satis ostendit. Quippe apud illos lex patria iubet, uxores communes esse. Quam ob causam incerti apud eos erant liberi. Parentum enim et liberorum nulla erat distinctio. Virgines vero hospitibus, qui ad ipsos venerant, constuprandas tradebant. Hoc institutum, quod ab ultima vetustate apud illos obtinuerat, Imperator abolere studuit. Sublato enim per honestam legem turpissimae consuetudinis flagitio, id perfecit, ut se ipsas cognoscerent familiae. Ecclesiis praeterea aedificatis, episcopum illic ordinari et sacrum clerum constitui curavit. In hunc modum Imperator Heliopolitarum mores ex pessimis modestiores reddidit. *Socrates* 1, 18. Cf. Nicephor. Call. 7, 46 et 10, 9; Cod. Theod. 3, 12, 1.

1078—1137. p. C. n. 325—384.

Constantini, Constantis, Constantii, Iuliani, Gratiani decreta de annona Puteolanis municipibus concedenda. *Symmachi Ep.* 10, 60.

Ante ann. 1079, p. C. n. 326.

* *Imp. Constantinus A. ad Populum.* Lex, quae tutores curatoresque necessitate adstrinxit, ut aurum, argentum, gemmas, vestes, ceteraque mobilia pretiosa, urbana etiam mancipia, domos, balnea, horrea atque omnia, quae intra civitatem sunt, venderent, omniaque ad nummos redigerent praeter praedia et mancipia rustica, multum minorum utilitati adversa est. *L.* 22 *pr. Cod. Iust. de Admin. tut.* 5, 37. — Nam secundum superiorem legem, si condito testamento postea factus fuerit codicillus et in eo alium, quam in testamento fecerat, heredem voluerit nominare, in eo codicillo heredis institutio non valebit. *Interpret. l.* 1 *Cod. Theod. de Testam.* 4, 4.

1079. p. C. n. 326. FL. VAL. CONSTANTINO A. VII. FL. IULIO CONSTANTIO C. COSS.

* *Τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως ... τόπον, ἐδόκει δεῖν αὐτῷ περιφανῆ καὶ σεπτὸν ἀποφῆναι τοῖς πᾶσιν ... χῶρον αὐτὸν ἐκεῖνον ... καθαίρεσθαι προστάττει ... ἅμα δὲ προστάγματι τὰ τῆς ἀπάτης μηχανήματα εἰς ἔδαφος ἄνωθεν ἀφ᾽ ὑψηλοῦ κατεῤῥίπτετο ... Οὐ μὴν ἐν τούτοις τὰ τῆς σπουδῆς ἵστατο· πάλιν δὲ βασιλεὺς αἴρεσθαι καὶ ποῤῥωτάτω τῆς χώρας ἀποῤῥιπτεῖσθαι, τῶν καθαιρουμένων τὴν ἐν λίθοις καὶ ξύλοις ὕλην προστάττει· ἔργον δὲ καὶ τῷδε παρηκολούθει τῷ λόγῳ· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπὶ τούτῳ μόνον προελθεῖν ἀπήρκει· πάλιν δ᾽ ἐπιθειάσας βασιλεὺς, τοὔδαφος αὐτὸ, πολὺ τοῦ χώρου βάθος ἀνορύξαντας, αὐτῷ χοῒ πόῤῥω που καὶ ἐξωτάτω, λύθροις ἅτε δαιμονικοῖς ἐῤῥυπωμένον, ἐκφορεῖσθαι παρακελεύεται.* Dominicae resurrectionis locum, qui est Hierosolymis, illustrem ac venerabilem cunctis mortalibus efficere, officii sui esse existimavit ... Supra memoratum locum ... purgari praecepit ... Simul atque hoc ab Imperatore praeceptum est, continuo opera illa ad fraudem comparata e sublimi ad solum deiecta sunt ... Neque tamen hic conquievit Imperatoris alacritas. Sed praeterea tolli ruta caesa, et quam longissime extra fines regionis proiici mandavit. Quod itidem praeceptum protinus exsecutioni mandatum est. Hucusque vero progressus Imperator, nequaquam sibi satisfecit. Sed divino quodam aestu incitatus, iussit ut loco altissime effosso, solum ipsum utpote daemonum piaculis contaminatum, simul cum egesta humo quam longissime exportaretur. *Eusebii Vita Constantini* 3, 25. 26. 27. — * *Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς Μακαρίῳ ... Ὅπερ ἐπειδὴ πᾶσιν εἶναι νομίζω φανερὸν, ἐκεῖνο μάλιστα πεπεῖσθαι βούλομαι, ὡς ἄρα πάντων μοι μᾶλλον μέλει, ὅπως τὸν ἱερὸν (τοῦ πάθους) ἐκεῖνον τόπον, ὃν θεοῦ προστάγματι, αἰσχίσταις εἰδώλου προσθήκαις, ὥσπερ τινὸς ἐπικειμένου βάρους ἐκούφισα, ἅγιον μὲν ἐξ ἀρχῆς θεοῦ κρίσει γεγενημένον, ἁγιώτερον δ᾽ ἀποφανθέντα, ἀφ᾽ οὗ τοῦ σωτηρίου πάθους πίστιν εἰς φῶς προήγαγεν, οἰκοδομημάτων κάλλει κοσμήσωμεν. προσήκει τοίνυν τὴν σὴν ἀγχίνοιαν οὕτω διατάξαι τε καὶ ἑκάστου τῶν ἀναγκαίων ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὡς οὐ μόνον βασιλικὴν τῶν ἁπανταχοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι, ὡς πάντα τὰ ἐφ᾽ ἑκάστης καλλιστεύοντα πόλεως ὑπὸ τοῦ κτίσματος τούτου νικᾶσθαι. καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν τοίχων ἐγέρσεώς τε καὶ καλλιεργίας, Δρακιλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ φίλῳ τῷ διέποντι τὰ τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων μέρη, καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, παρ᾽ ἡμῶν τὴν φροντίδα ἐγκεχειρίσθαι γίνωσκε. κεκέλευται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, καὶ τεχνίτας καὶ ἐργάτας καὶ πάνθ᾽ ὅσαπερ ἂν εἰς οἰκοδομὴν ἀναγκαῖα τυγχάνειν παρὰ τῆς σῆς καταμάθοιεν ἀγχινοίας, παραχρῆμα διὰ τῆς ἐκείνων προνοίας ἀποσταλῆναι· περὶ δὲ τῶν κιόνων εἴτουν μαρμάρων, ἃ δ᾽ ἂν νομίσειας εἶναι τιμιώτερά τε καὶ χρησιμώτερα, αὐτῆς συνόψεως γενομένης, πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπούδασον· ἵν᾽ ὅσων ἂν καὶ ὁποίων χρείαν εἶναι διὰ τοῦ σοῦ γράμματος ἐπιγνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μετενεχθῆναι δυνηθῇ· τὸν γὰρ τοῦ κόσμου θαυμασιώτερον τόπον κατ᾽ ἀξίαν φαιδρύνεσθαι δίκαιον. Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωναρίαν, ἢ δι᾽ ἑτέρας τινὸς ἐργασίας γενέσθαι σοι δοκεῖ, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. εἰ γὰρ λακωναρία εἶναι μέλλοι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι. τὸ λειπόμενον ἵνα ἡ σὴ ὁσιότης τοῖς προειρημένοις δικασταῖς ᾗ τάχος γνωρισθῆναι ποιήσῃ, ὅσων τ᾽ ἐργατῶν καὶ τεχνιτῶν καὶ ἀναλωμάτων χρεία· καὶ πρὸς ἐμὲ εὐθέως ἀνενεγκεῖν σπουδάσῃ, οὐ μόνον περὶ τῶν μαρμάρων τε καὶ κιόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λακωναριῶν, εἴγε τοῦτο κάλλιον ἐπικρίνειας. ὁ θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ. Victor Constantinus Maximus Augustus Macario* ... Quod quoniam omnibus perspectissimum esse confido, illud tibi inprimis persuasum velim, nihil mihi antiquius esse, quam ut sacrum illum (passionis) locum, quem dei iussu turpissima adiectione simulacri velut gravi quodam pondere exoneravi, et qui ab initio quidem dei iudicio sanctus fuit, postea vero multo sanctior effectus est, ex quo dominicae passionis fidem in lucem protulit, eum, inquam, locum fabricarum pulchritudine exornemus.

Decet itaque prudentiam tuam, singula ad opus necessaria ita disponere et curare, ut non modo basilica ipsa omnium, quae ubique sunt, pulcherrima, sed et reliqua membra eiusmodi sint, ut omnes quantumvis eximiae singularum urbium fabricae ab hac una facile superentur. Ac de parietum quidem substructione et elegantia, Draciliano amico nostro, agenti vices praefectorum praetorio, et praesidi provinciae scias a me curam esse commissam. Iussit siquidem pietas nostra, ut artifices et operarii, et quaecunque ad hoc opus necessaria esse ex prudentia tua cognoverint, protinus instante illorum sollicitudine dirigantur. De columnis vero et marmoribus, quaecunque et pretiosiora et utiliora esse ipso adspectu iudicaveris, cura ut ad nos perscribas: ut quum ex literis tuis cognoverimus, quot et qualibus opus sit, ea undique possint comportari. Aequum est enim, ut qui prae totius orbis locis maxime admirabilis est locus, pro dignitate sua exornetur. Porro cameram basilicae, utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam censeas, certior a te fieri velim. Nam si laqueata fiet, auro quoque poterit exornari. Restat igitur ut sanctitas tua supra memoratis iudicibus quamprimum significet, quot operariis et artificibus et sumtibus opus erit: utque ad me celeriter referat, non modo de marmoribus et columnis, sed etiam de lacunaribus, si hoc opus venustius esse censueris. Divinitas te servet, frater carissime. *Eusebii Vita Constantini* 3, 30. 31. 32.— **Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς Μακαρίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις Παλαιστίνης ... Τὸ χωρίον, ὅπερ παρὰ δρῦν τὴν Μαμβρῆ προσαγορεύεται, ἐν ᾧ τὸν Ἀβραὰμ τὴν ἑστίαν ἐσχηκέναι μανθάνομεν, παντοίως ὑπό τινων δεισιδαιμόνων μιαίνεσθαί φασιν· εἴδωλά τε γὰρ παντοίας ἐξωλείας ἄξια παρ᾽ αὐτὴν ἱδρῦσθαι, καὶ βωμὸν ἐδήλωσε πλησίον ἑστάναι, καὶ θυσίας ἀκαθάρτους συνεχῶς ἐπιτελεῖσθαι· ὅθεν ἐπειδὴ καὶ τῶν καιρῶν τῶν ἡμετέρων τῷ κράτει ἡμετέρῳ ἀλλότριον, καὶ τῆς τοῦ τόπου ἁγιότητος ἀνάξιον καταφαίνεται, γινώσκειν ὑμῶν τὴν σεμνότητα βούλομαι, δεδηλῶσθαι παρ᾽ ἡμῶν πρὸς Ἀκάκιον τὸν διασημότατον κόμητα καὶ φίλον ἡμῶν, γράμματι, ἵν᾽ ἄνευ τινὸς ὑπερθέσεως καὶ τὰ εἴδωλα ὅσα δ᾽ ἂν ἐπὶ τοῦ προειρημένου εὑρίσκοιτο τόπου, πυρὶ παραδοθῇ, καὶ ὁ βωμὸς ἐκ βάθρων ἀνατραπῇ· καὶ πάντα τὸν τολμῶντα μετὰ τὴν ἡμετέραν κέλευσιν, ἀσεβές τι ἐν τῷ τοιούτῳ πράττειν τιμωρίας ἄξιον κρίνομεν· ὃν δὴ καθαρῷ βασιλικῆς οἰκοδομήματι κοσμεῖσθαι διετάξαμεν, ὅπως ἁγίων ἀνθρώπων ἄξιον συνέδριον ἀποδειχθῇ· εἰ δέ τι παρὰ τὸ προσταχθὲν γενέσθαι συμβαίη, χωρίς τινος μελλήσεως τῇ ἡμετέρᾳ ἡμερότητι δι᾽ ὑμετέρων δηλαδὴ γραμμάτων γνωρισθῆναι πρέπει· ἵνα τὸν ἁλισκόμενον, ὡς παρανομήσαντα τὴν ἀνωτάτω κόλασιν ὑποστῆναι προστάξωμεν.* *Victor Constantinus Maximus Augustus Macario et ceteris episcopis Palaestinae* ... Locus ille, qui ad quercum Mambre vocitatur, in quo Abrahamum habitasse comperimus, fertur a superstitiosis quibusdam hominibus omni modo contaminari. Nam et simulacra omni digna exitio iuxta illam arborem erecta esse, et aram proxime exstructam, et impura sacrificia assidue illic peragi, ad nos relatum est. Quod quoniam et alienum a temporibus nostris, et ipsius loci sanctimonia indignum videtur, sciat gravitas vestra, mandatum a nobis esse per literas Acacio viro perfectissimo, comiti et amico nostro, ut sine ulla dilatione et simulacra omnia, quae memorato in loco reperta fuerint, igni tradantur, et ara funditus evertatur: utque omnes, qui post iussionem nostram impium aliquid admittere in eo loco ausi fuerint, debito supplicio afficiantur. Quem quidem locum puro basilicae aedificio exornari praecipimus, ut idoneus sanctis viris consessus efficiatur. Quod si quid adversus praeceptum nostrum geri contigerit, absque mora ad clementiam nostram literis vestris illud referri oportebit: ut quicunque deprehensus fuerit, tanquam violatae legis reus extremo supplicio afficiatur. *Eusebii Vita Constantini* 3, 52. 53. Cf. Socratis Hist. Eccles. 1, 9; Theodoreti Hist. Eccles. 1, 17. — **Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς αἱρετικοῖς. Ἐπίγνωτε νῦν διὰ τῆς νομοθεσίας ταύτης, ὦ Ναυατιανοὶ, Οὐαλεντῖνοι, Μαρκιωνισταὶ, Παυλιανοὶ, οἵ τε κατὰ Φρύγας ἐπικεκλημένοι, καὶ πάντες ἁπλῶς οἱ τὰς αἱρέσεις διὰ τῶν οἰκείων πληροῦντες συστημάτων, ὅσοις ψεύδεσιν ἡ παρ᾽ ὑμῖν ματαιότης ἐμπέπλεκται καὶ ὅπως ἰοβόλοις τισὶ φαρμάκοις ἡ ὑμετέρα συνέχεται διδασκαλία· ὡς τοὺς μὲν ὑγιαίνοντας εἰς ἀσθένειαν, τοὺς δὲ ζῶντας εἰς διηνεκῆ θάνατον ἀπάγεσθαι δι᾽ ὑμῶν ... Τοιγάρτοι ἐπειδὴ τὸν ὄλεθρον τοῦτον τῆς ὑμετέρας ἐξωλείας ἐπὶ πλεῖον φέρειν οὐκ ἔστιν οἷόν τε, διὰ τοῦ νόμου τούτου προαγορεύομεν, μή τις ὑμῶν συνάγειν τοῦ λοιποῦ τολμήσῃ. διὸ καὶ πάντας ὑμῶν τοὺς οἴκους, ἐν οἷς τὰ συνέδρια ταῦτα πληροῦτε, ἀφαιρεθῆναι προσετάξαμεν· μεχρὶ τοσούτου τῆς φροντίδος ταύτης προχωρούσης, ὡς μὴ ἐν τῷ δημοσίῳ μόνον, ἀλλὰ μηδ᾽ ἐν οἰκίᾳ ἰδιωτικῇ, ἢ τόποις τισὶν ἰδιάζουσι τὰ τῆς δεισιδαιμονίας ὑμῶν ἀνοίας συστήματα συντρέχειν· πλὴν ὅσον πέρ ἐστι κάλλιον, ὅσοι τῆς ἀληθινῆς καὶ καθαρᾶς ἐπιμελεῖσθε θρησκείας, εἰς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ἔλθετε, καὶ τῇ ταύτης ἁγιότητι κοινωνεῖτε, δι᾽ ἧς καὶ τῆς ἀληθείας ἐφικέσθαι δυνήσεσθε· κεχωρίσθω δὲ παντελῶς τῆς τῶν ἡμετέρων καιρῶν εὐκληρίας, ἡ τῆς διεστραμμένης διανοίας ὑμῶν ἀπάτη· λέγω δὲ, ἡ τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν ἐναγής τε καὶ ἐξώλης διχόνοια. πρέπει γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ μακαριότητι, ἧς ἀπολαύομεν σὺν θεῷ, τὸ τοὺς ἐπ᾽ ἐλπίσιν ἀγαθαῖς βιοῦντας, ἀπὸ πάσης ἀτάκτου πλάνης εἰς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἀπὸ τοῦ σκότους ἐπὶ τὸ φῶς, ἀπὸ ματαιότητος εἰς τὴν ἀλήθειαν, ἀπὸ θανάτου πρὸς σωτηρίαν ἄγεσθαι. ὑπὲρ δὲ τοῦ τῆς θεραπείας ταύτης καὶ ἀναγκαίαν γενέσθαι, τὴν ἰσχὺν προσετάξαμεν, καθὼς προείρηται, ἐπὶ πάντα τὰ τῆς δεισιδαιμονίας ὑμῶν συνέδρια, πάντων φημὶ τῶν αἱρετικῶν τοὺς εὐκτηρίους, εἴγε εὐκτηρίους ὀνομάζειν οἴκους προσήκει, ἀφαιρεθέντας ἀναντιῤῥήτως τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ χωρίς τινος ὑπερθέσεως παραδοθῆναι· τοὺς δὲ λοιποὺς τόπους τοῖς δημοσίοις προσκριθῆναι· καὶ μηδὲ μίαν ὑμῖν εἰς τὸ ἑξῆς τοῦ συνάγειν εὐμάρειαν περιλειφθῆναι· ὅπως ἐκ τῆς ἐνεστώσης ἡμέρας, ἐν μηδενὶ τόπῳ μήτε δημοσίῳ μήτ᾽ ἰδιωτικῷ, τὰ ἀθέμιτα ὑμῶν συστήματα ἀθροισθῆναι τολμήσῃ· προτεθήτω.* *Victor Constantinus Maximus Augustus Haereticis.* Agnoscite nunc huius legis beneficio, o Novatiani, Valentiniani, Marcionistae, Pauliani, et quibus Cataphrygum nomen est inditum, omnes denique, qui haereses privatis coetibus instruitis atque impletis; quot mendaciis opinionis vestrae vanitas implicetur, et quam perniciosis venenis imbuta sit vestra doctrina: adeo ut sanis morbus gravissimus, viventibus perpetua mors per vos importetur ... Quocirca quando haec vestrae improbitatis pernicies amplius ferri non potest, praesenti lege interdicimus, ne quis vestrum in posterum conventus agere praesumat. Atque idcirco universa loca, in quibus eiusmodi coetus peragitis, auferri praecepimus; eo usque procurrente maiestatis nostrae sollicitudine, ut non modo in publico, sed ne in privatis quidem aedibus ac locis ullis privati iuris, superstitiosae vestrae dementiae factio congregetur. Itaque quod longe honestius est atque praestantius, quicunque vestrum verae ac sincerae religionis studiosi sunt, ad catholicam ecclesiam accedant, eiusque sanctitati communicent, cuius ope ad veritatem poterunt pervenire. Absit omnino a felicitate temporum nostrorum, perversae mentis vestrae fraudulenta deceptio, haereticorum scilicet ac schismaticorum scelerata ac perdita amentia. Dignum est enim prosperitate temporum, qua divino beneficio fruimur, ut, qui cum bona spe ac fiducia vitam agunt, ab omni inordinato errore ad rectum tramitem, a tenebris ad lucem, a vanitate ad veritatem, a morte denique ad vitam traducantur. Atque ut huius remedii vis ac virtus necessaria sit, cuncta, uti iam diximus, superstitionis vestrae conciliabula, id est, omnium haereticorum oratoria, si tamen oratoria dici debent, sine ulla contradictione ipsis ademta, catholicae ecclesiae incunctanter tradi praecepimus: reliqua autem loca publico adiudicari: nec ullam deinceps eo conveniendi licentiam vobis relinqui; adeo ut a praesenti die, nullo prorsus in loco tam publico quam privato, illegitimi vestri coetus audeant convenire. Proponatur. *Eusebii Vita Constantini* 3, 64. 65. Cf. c. 2 Cod. Theod. de Haeret. 16, 5; Socrates 5, 10 et Sozomenus 8, 1.

1080—1086. p. C. n. 327—333.

Imp. Caes. Fl. Constantinus | max. Germ. Sarm. Got. victor | triump. aug., et Fl. Constantinus, | et Fl. Iulius Constantius et Fl. | Constans. | Omnia quidem, quae humani gene|ris societatem tuentur, pervigilium cu|rarum cogitatione conplectimur;

sed pro|visionum nostrarum opus maximum | est, ut universae urbes, quas in luminibus provin|ciarum ac regionum omnium species et forma dis|tinguit, non modo dignitatem pristinam teneant, | sed etiam ad meliorem statum beneficentiae nos|trae munere provehantur. Cum igitur ita vos Tusci|ae adsereretis esse coniunctos, ut instituto | consuetudinis priscae per singulas annorum vi|ces a vobis quoque praedictis sacerdotes creentur, | qui aput Vulsinios Tusciae civitatem ludos | scaenicos et gladiatorum munus exhibeant, | sed propter ardua montium et difficultates iti|nerum saltuosas inpendio posceretis, ut indulto | remedio sacerdoti vestro ob editiones cele|brandas Vulsinios pergere necesse non esset: | scilicet ut civitati, cui nunc Hispellum nomen | est quamque Flaminiae viae confinem adque con|tinuam esse memoratis, de nostro cognomine | nomen daremus, in qua templum Flaviae gentis | opere magnifico nimirum pro amplitudine | nuncupationis exurgeret, ibidemque is | sacerdos, quem anniversaria vice Umbria de|disset, spectaculum tam scenicorum ludorum | quam gladiatori muneris exhibere, manente | semper Tusciae consuetudine, ut indidem cre|atus sacerdos aput Vulsinios ut solebat | editionum ante dictarum spectacula fre|quentaret: praecationi ac desiderio vestro | facilis accessit noster adsensus. Nam civi|tati Hispello aeternum vocabulum nomenq. | venerandum de nostra nuncupatione conces|simus: scilicet ut in posterum praedicta Urbs | Flavia Constans vocetur. In cuius gremio | aedem quoque Flaviae hoc est nostrae gen|tis, ut desideratis, magnifico opere perfici | volumus, ea observatione perscripta, ne ae|dis nostro nomini dedicata cuiusquam con|tagiose superstitionis fraudibus polluatur. | Consequenter etiam editionum in prae|dicta civitate exhibendarum vobis | licentiam dedimus; scilicet ut, sicuti | dictum est, per vices temporis solem|nitas editionum Vulsinios quoque non de|serat, ubi creatis e Tuscia sacerdotibus memo|rata celebritas exhibenda est. Ita quippe nec | veteribus institutis plurimum videbitur | derogatum, et vos, qui ob praedictas causas | nobis supplices extitistis, ea quae inpen|dio postulastis, impetrata esse gaude|bitis. *Acta Regiae Societ. Liter. Lipsiensis* 1850, *p.* 199—201.

1080. p. C. n. 327. CONSTANTIO ET MAXIMO COSS.

Δρέπανον ἐπικτίσας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐν Βιθυνίᾳ εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιανοῦ ὁμώνυμον τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ἑλενούπολιν κέκληκεν, δωρησάμενος ἄχρι τοῦ νῦν ἕως φανερᾶς περιοχῆς πρὸ τῆς πόλεως εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιανοῦ ἀτέλειαν. Constantinus instaurata Drepano in Bithynia in honorem S. Luciani martyris, hanc matris suae cognomine Helenopolim nuncupavit, donata civitate, qua usque hodie fruitur, quousque patet ante urbem prospectus, vectigalium immunitate, in honorem S. martyris Luciani. *Chron. Pasch. p.* 527; *Theophanes p.* 41; *Socrates* 1, 18; *Sozomenus* 2, 2; *Nicephor. Call.* 7, 49. — Drepanum Bithyniae civitatem in honorem martyris Luciani ibi conditi Constantinus instaurans ex vocabulo matris suae Helenopolim vocavit. *Hieronym. ad a.* 330 *et Prosper Aquit. Chron. p.* 618. Cf. p. 208.

1083. p. C. n. 330. GALLICANO ET SYMMACHO COSS.

..... ipsam contumeliis persequi, in affectu pietatis monitos posse mitescere. Volumus igitur, ut si constet iuxta patrem liberos, contra quam humanitatis ratio deposcit, superbe crudeliterque se tollere, emancipatio firmitudine evacuetur; idque, quod liberis pater donationibus contulit, patris ditioni naturaeque iuri subiugatis, patriae recidat potestati. Et ita illi, qui sacris evoluti a functione obsequii recesserunt, necessitatis laqueis adstricti, in qua commendatione pietatis etiam detrectantes adveniant. Dat. XVII. Kal. Aug. Constantinopoli, Gallicano et Symmacho Coss. *Vat. Fr.* 248. — Multas leges rogavit, quasdam ex bono et aequo, plerasque superfluas, nonnullas severas. Primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romae aemulam faceret. *Eutrop.* 10, 4. — *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ τρίτην Παλαιστίνην ἐποίησεν ἐπαρχίαν· καὶ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐνεκαινίσθη τό ποτε Βυζάντιον ἐπὶ τῆς ὑπατείας Γαλλιανοῦ καὶ Συμμάχου ... ἐκέλευσεν αὐτὴν Κωνσταντινούπολιν λέγεσθαι.* Idem Imperator tertiam quoque Palaestinam provinciam fecit. (Cf. p. 207.) Huius etiam sub imperio Byzantium instaurata est, Galliano et Symmacho Coss. ... Constantinopolim vocari iussit. *Malalas* 13, *p.* 319. — *Ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος ἔμεινε βασιλεύων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀφελόμενος αὐτὴν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπαρχίας ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς μητροπόλεως αὐτῆς, δοὺς αὐτῇ ἀπὸ θεοῦ δίκαιον βασιλείας, προβαλόμενος ἐν αὐτῇ ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ ἔπαρχον πόλεως καὶ τοὺς λοιποὺς μεγάλους ἄρχοντας, Χριστιανοὺς πάντας ποιήσας. Καὶ ἔμεινεν ἐξ ἐκείνου εὐτυχῶς βασιλεύουσα. Ὁ δὲ αὐτὸς Κωνσταντῖνος βασιλεὺς καὶ τὴν Φρυγίαν Σαλουταρίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν.* Idem Constantinus imperii sedem Constantinopoli posuit; eamque, quum antea Europae sub ditione esset, et Heracleae metropoli subiecta, sui iuris fecit; concesso ei a deo iure imperandi: constitutis etiam urbi et praetorio praefectis aliisque primariis magistratibus, eisque Christianis omnibus. Itaque ex eo tempore urbs illa feliciter imperitavit. Idem Constantinus Imperator Phrygiam Salutarem provinciam fecit. *Malalas* 13, *p.* 323.— *Καὶ πρός γε ἔτι Κωνσταντίνῳ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ τειχίσαντι ταύτην, καὶ τὸ τῆς Ῥώμης ἀξίωμα μετὰ τῆς βασιλείας ἐνταυθοῖ μετενηνοχότι, καὶ ἃ τῇ ἐκκλησίᾳ παρέσχεν ἐκεῖ προνόμια, συνηκολούθησε καὶ ταῦτα καὶ μετηνέχθη πρὸς ταύτην ὡς τὸ εἰκός.* Imo vero, aiebat, fundata ab Imperatore Constantino Magno ea urbe, translatisque ad eam cum imperio ipsius Romae honoribus, etiam ea, quae Romanae ecclesiae concesserat, privilegia simul transierunt et ad istam, ut par est, translata fuerunt. *Nicephor. Greg.* 14, 3 et 10, 1. Cf. a. 196. — His Coss. dedicata est Constantinopolis die V. Idus Maias. *Idat.* — *Τὴν πόλιν φιλοτίμως οἰκοδομεῖ, Κωνσταντινούπολιν αὐτὴν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῷ οἰκείῳ καλεῖ, καὶ ἀνατίθησιν αὐτὴν τῇ παρθένῳ καὶ θεομήτορι.* Urbem studiose condit, a se Constantinopolim vocat, et matri dei consecrat. *Zonaras* 13, 3. — *Ὁ Κωνσταντῖνος πολλαπλασίαν αὐτὴν (τὴν τοῦ Βυζαντίου πόλιν) ἐξειργάσατο. Καὶ ναοὶ δὲ παρ᾽ αὐτοῦ ἐν αὐτῇ καθιδρύσθησαν, καὶ πολλὰ πρὸς κόσμον ταύτης γεγόνασιν.* Constantinus eam (Byzantinam urbem) in immensum auxit, templa inaedificavit, et multis rebus adornavit. *Zonaras* 13, 3. — *Τὸ Βυζάντιον ... εἰς τιμὴν ἀνήγαγε πατριαρχικήν, τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ τὰ πρεσβεῖα τηρήσας, διὰ τὴν πρεσβυγένειαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν τὴν βασιλείαν ἐνταῦθα μετενεχθῆναι.* Byzantium ... in patriarchatus dignitatem restituit: Romae veteri, ob aetatis praerogativam et imperium inde huc translatum, principatu relicto. *Zonaras l. c.* — *Τούτῳ τῷ ἔτει κτίζων Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβὴς τὴν Κωνσταντινούπολιν Ῥώμην νέαν χρηματίζειν ταύτην ἐθέσπισε, καὶ σύγκλητον ἔχειν ἐκέλευσε.* Hoc anno pius Constantinus Constantinopolim a se constructam novam Romam sanxit appellari et senatum haberi decrevit. *Theophanes p.* 41 *sq.* Cf. Leo Gramm. p. 86. — *Κωνσταντινούπολιν κέκληκε πρὸ πέντε ἰδῶν Μαΐων, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ἰνδικτιῶνος τρίτης, τὸ πρότερον καλουμένην Βυζάντιον, Ῥώμην αὐτὴν δευτέραν χρηματίζειν ἀναγορεύσας ... καὶ ἐποίησεν ἑορτὴν μεγάλην, κελεύσας ... τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐπιτελεῖσθαι τὸ γενέθλιον τῆς πόλεως αὐτοῦ καὶ ἀνοίγειν τῇ ια´ τοῦ αὐτοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς τὸ δημόσιον λουτρὸν Ζεύξιππον, κτλ. ... Εἰσὶν ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως οὗ Κωνσταντινούπολις ἐνεκαινίσθη ἔτη ͵απ´ ... ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀναγορευμένης Ῥώμης ... σιτομέτρια τῶν δωρηθεισῶν ἀννωνῶν.* Constantinopolim nuncupavit a. d. V. Idus Maias, hebdomadis feria II. indictionis III., quum prius Byzantium vocaretur, quam Romam secundam vocari decrevit ... Insigni deinde apparatu acta festivitate, statuit ... ut quotannis eodem recurrente die eiusdem urbis natalis celebraretur, et XI. mensis Artemisii, publicum Zeuxippi balneum aperiretur et cet. ... A Roma condita, ad annum quo dedicata est Constantinopolis, censentur anni MLXXX ... Quam Romae nomine donatam ... concessarum annonarum demenso ditaverat. *Chron. Pasch. p.* 529, 530. — *Τὴν τῶν ἐγκαινίων ἡμέραν κατὰ τὴν ια´ τοῦ Μαΐου μηνὸς ἐπιτελέσας ἐν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ εἰκοστῷ πέμπτῳ.* Encaeniorum diem festum undecimo die mensis Maii constituit anno imperii vicesimo quinto. *Hesych. Miles. Orig. Constant.* 42. — Constantinopolis de-

dicatur paene omnium urbium nuditate. *Hieronym. Chron. a.* 2346. — *Ὅτι Κωνσταντῖνόν φησιν ὀκτῷ καὶ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸ Βυζάντιον εἰς Κωνσταντινούπολιν μετασκευάσαι.* Ait Constantinum octavo et vicesimo imperii sui anno ex Byzantio Constantinopolim condidisse. *Philostorg.* 2, 8. — Condenda urbe formandisque religionibus ingentem animum avocavit, simul novandae militiae ordine. *Aurel. Victor. de Caesaribus* 41. — Urbem nominis sui Romanorum regum vel primus vel solus instituit. *Orosius* 7, 28. Cf. Sozomenus 2, 3; Zosimus 2, 30, 35. — *Δύο δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλυθότων ἐνιαυτῶν, Κωνσταντῖνος τὴν νέαν Ῥώμην ἀνίστησι.* Constantinus autem annis 362 ab Augusti Caesaris monarchia novam Romam condidit. *Suidas sub v. Κωνσταντῖνος.* — *Ὅτι τριακόσιοι ἑξήκοντα ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλύθεισαν ἐνιαυτοὶ τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς ἤδη πρὸς πέρας ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος ὁ Κωνσταντίου παῖς ἐπιλαβόμενος τῶν σκήπτρων τὴν νέαν ἀνίστησιν Ῥώμην.* Anni 360 ab Augusti Caesaris imperio praeterierant, quum veteris urbis Romae rebus iam ad finem peractis Constantinus, Constantii filius, imperio potitus, novam Romam condidit. *Suidas sub v. Κωνσταντινούπολις.* — *Ἐν τῷ αὐτῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐποίησεν ... μείζονα τὴν Βύζαντος πόλιν, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὴν Κωνσταντινούπολιν.* Anno XII. imperii sui ... Constantinus Byzantis urbem ampliavit vocavitque Constantinopolim. *Codinus de Originibus Const. p.* 18. Cf. ibid. p. 19, 14 sq., 44. — „*Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ. Κατὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν, τῆς τοῦ σωτῆρος θεοῦ συναιρομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀνατέθεικεν ἑαυτό· ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλὴν λαμβανόντων αὔξησιν, σφόδρα ἄξιον καταφαίνεσθαι, καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ κατασκευασθῆναι πλείους· τοιγάρτοι δέδεξο προθυμότατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. πρέπον γὰρ κατεφάνη, τὸ δηλῶσαι τῇ σῇ συνέσει, ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις, εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐμετακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων, γραφῆναι κελεύσειας· τῶν θείων δηλαδὴ γραφῶν, ὧν μάλιστα τήν τ' ἐπισκευὴν καὶ τὴν χρῆσιν, τῷ τῆς ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γινώσκεις. ἀπεστάλη δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν, ὅπως ἅπαντα τὰ πρὸς ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρασχεῖν φροντίσειεν. ἵνα γὰρ ὡς τάχιστα τὰ γραφέντα σωμάτια κατασκευασθείη, τῆς σῆς ἐπιμελείας ἔργον τοῦτο γενήσεται. καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς διακομιδὴν, ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ γράμματος ἡμῶν τούτου λαβεῖν σε προσήκει· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὰ καλῶς γραφέντα, καὶ μέχρι τῶν ἡμετέρων ὄψεων ῥᾷστα διακομισθήσεται· ἑνὸς δηλαδὴ τοῦτο πληροῦντος τῶν ἐκ τῆς σῆς ἐκκλησίας διακόνων· ὃς ἐπειδὰν ἀφίκηται πρὸς ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας πειραθήσεται φιλανθρωπίας. ὁ θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ.*“ „*Victor Constantinus Maximus Augustus, Eusebio.* In ea urbe, quae a nobis nomen sortita est, divina servatoris nostri adiuvante providentia, maxima hominum multitudo ad sanctissimam ecclesiam sese adiunxit. Itaque quum cuncta illic maximum incrementum capiant, consentaneum inprimis videtur, ut plures quoque in ea constituantur ecclesiae. Accipe igitur libenti animo id, quod facere decrevi. Visum est enim id significare prudentiae tuae, ut quinquaginta codices divinarum scripturarum, quarum apparatum et usum maxime necessarium ecclesiae esse intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuste scribendi peritissimis describi facias; qui et legi facile, et ad omnem usum circumferri possint. Literae porro a nostra clementia missae sunt ad rationalem dioecesis, ut cuncta ad eorum codicum confectionem necessaria praeberi curet. Tuae erit diligentiae, ut scripti codices quantocius apparentur. Ceterum duorum publicorum vehiculorum usum auctoritate huius epistolae accipies. Sic enim, quae eleganter descripta sunt, ad conspectum nostrum commodissime perferentur: uno scilicet ex ecclesiae tuae diaconis id ministerium obeunte. Qui quidem ubi ad nos pervenerit, humanitatis nostrae experimentum capiet. Divinitas te servet, frater carissime.“ *Eusebii Vita Constantini* 4, 36. Cf. Theodoret. Hist. Eccles. 1, 15. — * *Constantinus Victor Maximus ac triumphator semper Augustus Zeuzio, Gallico, Victorino, Sperantio, Ianuario, Felici, Crescentio, Pontio, Victori, Babbutio, Donato episcopis.* ... Accepta epistola sapientiae et gravitatis vestrae, comperi haereticos, sive schismaticos, eam basilicam ecclesiae catholicae, quam in Constantina civitate iusseram fabricari, solita improbitate invadendam putasse, et frequenter tam a nobis, quam a iudicibus nostra iussione commonitos, et reddere, quod suum non erat noluisse; vos autem imitatores patientiae dei summi, eorum malitiae placida mente, ea quae vestra sunt, relinquentes et potius locum vobis invicem alium, fiscalem scilicet, poscere. Quam petitionem, more instituti mei, libenter amplexus sum; et statim ad rationalem competentes dedi, ut domum bonorum nostrorum transgredi faciat cum omni iure suo ad dominium ecclesiae catholicae, quam promta liberalitate donavi, ac vobis tradi protinus iussi; in quo tamen loco sumtu fiscali basilicam erigi praecepi. Ad consularem quoque scribi mandavi Numidiae, ut ipse in eiusdem ecclesiae fabricatione in omnibus sanctimoniam vestram iuvaret. Lectores autem ecclesiae catholicae, et hypodiacones, reliquos quoque qui instinctu memoratorum quibusdam pro moribus ad munera, vel ad decurionatum vocati sunt, iuxta statutum legis meae, ad nullum munus statui evocandos; sed et eos qui ducti sunt haereticorum instinctu, iussimus protinus molestis perfunctionibus absolvi. De cetero etiam legem meam super ecclesiasticos catholicos datam custodiri mandavi; quae omnia ut vestrae patientiae palam fierent, harum literarum testificatione praescripta sunt. *Ex biblioth. Petri Pithoei ap. Baronium ad a.* 316 *n.* 62—64. *T.* 3, *p.* 166, 167 *et in S. Optati Opp. ed. Dupin. p.* 189 *sq.*

1084. p. C. n. 331. BASSO ET ABLAVIO COSS.

...tprior | a civitas | Constantinopoli | imp. Caes. Constantinus | maximus guth. victor ac triump | hator aug. et Flavia Constantina | ala (leg. alia) manu et Flavius Constantius NN BB | Caess. salutem dicunt | ordini civit. Orcistanorum. | Actum est indulgentiae nos | trae´munere ... s vobis civita | tis tributom .. un .. o remo | vere ut ubertatis etiam privi | legium custudire itaque n | dienorum iniuriam ultra in | dulgentiae nostra beneficia | perdurantem praesenti | scriptione removemus; idque | oratis vestris petitionique | deferimus ut pecuniam quam | proculeis . . . ie solebatis in | ferre minime deinceps dependa | tis hoc ill.. ituna virum perfe | ctissimom rationalem asia | nae dioeceseos lenitas nostra | perscripsit qui secutus for | mam indulgentiae concessae | vobis pecuniam deinceps pro | supradicta spetie expeti a vo | bis postularique prohibebit | Bene valere vos cupimus | Tasso et Abiabio cons. (leg. Basso et Ablavio Coss.) *Inscr. lapid. in Angel. Mai. Script. Vet. Nov. Coll. T.* 5, *p.* 317. — * *Νόμος ἦν (καὶ γὰρ ἄρτι παρεφθάρη) τοὺς μὲν ἀπὸ ψήφων τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τῶν ἐπαρχιῶν τὰς δίκας λέγοντας, μετὰ ἔφεσιν αὖθις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐμπροθέσμως αὐτὰς, κατὰ τὸν ἔκκλητον νόμον ἀναπέμπειν, τὰς δὲ ἐπὶ τῶν ἀρχαιοτικῶν δικαστηρίων, ἀπὸ ψήφων αὐτῶν ἐπὶ τὴν βασιλείαν.* Lex erat (etenim nuper interiit), ut qui in provinciis causas dicerent, a sententiis magistratus post appellationem iterum eas, intra praestitutum tempus, iuxta legem de appellationibus, ad magistratum mitterent; qui autem in archaeoticis dicasteriis, ab horum sententiis ad imperatorem. *Ioann. Laur. Lydus de Magist.* 2, 15. Cf. Cod. Theod. 11, 30, 16. — *Τοὺς πανταχῇ κληρικοὺς, θέσει νόμου ἀτελεῖς ἀνῆκε· τῶν δὲ ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις, ἢν βούλωνται τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας παραιτεῖσθαι· κυρίαν δὲ εἶναι τὴν αὐτῶν ψῆφον, καὶ κρείττω τῆς τῶν ἄλλων δικαστῶν, ὡσανεὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐξενεχθεῖσαν· εἰς ἔργον δὲ τὰ κρινόμενα ἄγειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας· ἀμετατρέπτους τε εἶναι τῶν συνόδων τοὺς ὅρους.* Omnes ubique clericos immunitate donavit, lege hac de re specialiter data; et litigantibus permisit, ut ad episcoporum iudicium provocarent, si magistratus civiles reiicere vellent: eorum autem sententia rata esset, aliorumque iudicum sententiis praevaleret, perinde ac si ab imperatore ipso data

fuisset: utque res ab episcopis iudicatas, rectores provinciarum eorumque officiales executioni mandarent: postremo ut conciliorum decreta firma et inconcussa essent. *Sozomenus* 1, 9. — *Τεκμηριῶσαι δὲ κἀκεῖνο τῆς τοῦ βασιλέως περὶ τὴν πίστιν αἰδοῦς ἱκανὸν, ὅτι περ κληρικοὺς νόμον θέσει πάντας ἀτελεῖς εἴασε, τὴν δὲ περὶ αὐτοὺς δίκην τοῖς ἐπισκόποις ἐπέτρεψεν, εἴγε βούλοιντο παραιτεῖσθαι τοὺς τὰ πολιτικὰ κρίνοντας, τὴν δὲ μὴν ἐκεῖθεν ψῆφον τὸ κῦρος τῶν ἄλλων πάντων φέρειν ἐνομοθέτει, τά γε μὴν ἐκείνοις κρινόμενα εἰς ἔργον ἄγειν, καὶ καθιστᾶν, τοὺς τὰ κοινὰ διοικοῦντας ἄρχοντας, σὺν τοῖς ὑπὸ χεῖρα στρατιώταις αὐτοῖς.* Qua vero Imperator erga fidem observantia fuerit, abunde illud quoque testatur, quod clericos omnes lege lata liberos esse permisit iudiciumque in eos episcopis, si quidem iudicum civilium cognitionem evitare vellent, mandavit et quod episcopi iudicassent, id vim sententiae omnem habere decrevit et quae ab episcopis iudicata essent, ut a magistratibus respublicas administrantibus, militarique, quae sub eis esset, manu, executioni mandarentur, constituit. *Nicephor. Call. Eccles. Hist.* 7, 46. Cf. Const. Sirm. 1. — Liberum dedit iudicium sacerdotibus. *Ambros. Ep.* 2, 13.

* 1084—1165. p. C. n. 331—412.

De expositis servandum visum est, ut secundum statuta fidelissimorum, piissimorum, augustissimorum principum quisquis expositum colligit, ecclesiam contestetur, post contestationem colligat. *Concil. Vasense* 9. Cf. Cod. Theod. 5, 7.

1085. p. C. n. 332. PACATIANO ET HILARIANO COSS.

* His Coss. civitas, quae prius Byzantium dicta est, mutato nomine a Constantino Constantinopolis dedicatur. *Cassiod. Chron.* — * *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπέτεινε Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβὴς τὴν κατὰ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν ναῶν αὐτῶν κατάλυσιν καὶ κατὰ τόπους ἠφανίζοντο· καὶ αἱ πρόσοδοι αὐτῶν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ἀπεδίδοντο.* Hoc anno pius Constantinus templorum pariter ac idolorum eversionem promovit, adeo, ut ubique delerentur, ipsorumque reditus dei ecclesiis addicerentur. *Theophanes p.* 42.— Edicto Constantini gentilium templa subversa sunt. *Hieronym. Chron. ad a.* 331 *et Prosper Aquit.* — *Καὶ διάταξις ... τοῦ μεγάλου καὶ ἁγίου Κωνσταντίνου ἐναπογέγραπται ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τῆς καθολικῆς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σοφίας, τοῦ μηδέποτε βασιλέα Ῥωμαίων συμπενθεριάσαι μετὰ ἔθνους παρηλλαγμένοις καὶ ξένοις ἤθεσι χρωμένου τῆς Ῥωμαϊκῆς καταστάσεως, μάλιστα δὲ ἀλλοπίστου καὶ ἀβαπτίστου, εἰ μὴ μετὰ μόνων τῶν Φράγγων.* Constitutio ... a magno et sancto Constantino scripta exstat in sacra mensa catholicae Christianorum ecclesiae sanctae Sophiae, ne unquam imperator Romanus affinitatem contrahat cum gente, quae peregrinis et a Romano statu diversis moribus utatur, maxime quae fidei alterius, et baptizata non sit, exceptis duntaxat Francis. *Constantini Porphyrogen. Lib. de Administr. imp.* 12.

1086. p. C. n. 333. DALMATIO ET ZENOPHILO COSS.

Διένειμε τῷ Βυζαντίων δήμῳ σίτησιν δημοσίαν, ἣν ἄχρι τοῦδε διέμεινεν ἔχων. Plebi Byzantinae publicam annonam distribuit, quam et hactenus illa semper habuit. *Zosimus* 2, 32. — *Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος σιτομέτριον ταῖς ἐκκλησίαις κατὰ πόλιν ἐχαρίσατο εἰς διατροφὴν διηνεκῶς χήραις καὶ ὀρφανοῖς καὶ ξενοδοχείοις πένησί τε καὶ τοῖς κληρικοῖς.* Magnus autem Constantinus (famis tempore per Orientem) frumenti demensum, quod viduis, orphanis, peregrinis, pauperibus et clericis perpetuo esset alimento, ecclesiis per urbes largitus est. *Theophan. p.* 43. — *Ἐζημίωσε τὴν* (*Κωνσταντίνου*) *πόλιν, ἀφελὼν τοῦ σιτηρεσίου τοῦ παρασχεθέντος παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἡμερησίου, ὑπὲρ τέσσαρας μυριάδας. ὀκτὼ γὰρ ἐγγὺς μυριάδες ἐχορηγοῦντο πρότερον τοῦ σίτου ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων κομιζομένου πόλεως.* Civitatem (Constantinopolim) mulctavit, ex annona diurna, quam pater eius Constantinopolitanis donaverat, adimens plus quam quadraginta millia modiorum: antea enim octoginta fere millia modiorum frumenti ab urbe Alexandria advecti, civibus erogabantur. *Socrates* 2, 13. — *Ἀμφὶ τὸ ἥμισυ τοῦ σίτου τὴν πόλιν ἀφείλετο, ὃν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Κωνσταντῖνος, ἑκάστου ἔτους ἀπὸ τοῦ δημοσίου τοῖς πολίταις ἐδωρήσατο ἐκ τῶν Αἰγυπτίων φόρων· ὑπολαβὼν ἴσως ὑπὸ τρυφῆς καὶ ῥαστώνης τοὺς πολλοὺς ἀργοῦντας, ἑτοίμους εἰς στάσεις εἶναι.* Annonae illius, quam pater ipsius Constantinus quotannis de publico ex tributis Aegypti, civitati (Constantinopolitanorum) donaverat, dimidiam circiter partem civibus ademit: ratus fortasse multitudinem, utpote otio ac deliciis abundantem, ad seditiones proclivem esse. *Sozomenus* 3, 7. — *Παλατῖνοι, εἶδος ἄρτων, οὓς ἐφιλοτιμήσατο τῷ δήμῳ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας· οὕτως ὀνομάσας αὐτοὺς οἷα ἐκ τοῦ παλατίου χορηγουμένους.* Palatini, genus panum, quos Constantinus M. populo largitus est; sic dictos, quod ex palatio suppeditarentur. *Suidas sub v. Παλατῖνοι.* — *Ὁ δὲ θειότατος Κωνσταντῖνος ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς αὐτοῦ ὑπατείας ἔῤῥιψεν ἐν Κωνσταντινουπόλει χάρισμα τοῖς Βυζαντίοις καλάμων συντομία ἄρτων ἡμερησίων διαιωνιζόντων, οὕστινας ἄρτους ἐκάλεσε παλατίνους διὰ τὸ ἐν τῷ παλατίῳ ῥογεύεσθαι τοὺς αὐτοὺς ἄρτους, ἑκάστου ἄρτον ἀφορίσας οἶνον, κρέα καὶ βέστια, ἀφορίσας πρόσοδον ὑπὲρ αὐτῶν ἐκ τῶν ἰδίων καὶ καλέσας αὐτοὺς πολιτικούς.* Divinissimus etiam Constantinus, in ipso consulatus sui exitu, congiarium Byzantinis Constantinopoli largitus est, sparsis in populum calamorum tesseris panis quotidiani perpetui; singulis etiam, praeter panem, carnibus, vino et vesti assignatis. Panes vero hos palatinos vocavit, quod ex palatio darentur, sepositis ex proprio in hoc reditibus. Panes etiam hi politici dicti sunt. *Malalas* 13, *p.* 322. *Codinus de Originibus Constantinopol. p.* 16.

1088. p. C. n. 335. FL. IULIO CONSTANTIO ET RUFIO ALBINO COSS.

Tricennalibus Constantini Dalmatius Caesar appellatur. *Hieronym. ad a.* 2352 *et Prosper ad a.* 336. — His Coss. tricennalia edidit Constantinus A. die VIII. Kal. Aug. et levatus est Dalmatius Caesar XIV. Kal. Oct. *Idat. p.* 88. — *Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβοῦς ἤχθη τριακονταετηρὶς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ῥώμῃ πάνυ φιλοτίμως πρὸ ή καλανδῶν αὐγούστων, καὶ Κώνσταντα τὸν υἱὸν αὐτοῦ Αὔγουστον ᾽νέδειξεν, καὶ Δαλμάτιον τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Δαλματίου τοῦ κήνσωρος Καίσαρα ἀνηγόρευσεν πρὸ ή καλανδῶν ὀκτωβρίων.* A Constantino Pio acta tricennalia Constantinopoli, quae et Roma, magnifice omnino, ex a. d. VIII. Kal. August., et Constantem filium Augustum, Dalmatium vero, fratris Dalmatii censoris filium, Caesarem renuntiavit ex a. d. VIII. Kal. Octobr. *Chron. Pasch. p.* 531. Cf. Theophanes p. 42, Constant. Manasses v. 2361 sqq.

1089. p. C. n. 336. NEPOTIANO ET FACUNDO COSS.

Ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις μηδένα Χριστιανὸν ἐνομοθέτει δουλεύειν· μὴ γὰρ θεμιτὸν εἶναι, προφητοφόνταις καὶ κυριοκτόνοις τοὺς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος λελυτρωμένους ζυγῷ δουλείας ὑπάγεσθαι· εἰ δ᾽ εὑρεθείη τις τοιοῦτος, τὸν μὲν ἀνεῖσθαι ἐλεύθερον· τὸν δὲ ζημίᾳ χρημάτων κολάζεσθαι. καὶ τοὺς τῶν ἐπισκόπων δὲ ὅρους τοὺς ἐν συνόδοις ἀποφανθέντας, ἐπεσφραγίζετο· ὡς μὴ ἐξεῖναι τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι τὰ δόξαντα παραλύειν· παντὸς γὰρ εἶναι δικαστοῦ τοὺς ἱερεῖς τοῦ θεοῦ δοκιμωτέρους. τούτοις ἀδελφὰ μυρία τοῖς ὑπὸ τὴν ἀρχὴν διετύπου· ἃ δὴ σχολῆς ἂν δέοιτο δοῦναι ὑποθέσει οἰκείᾳ, εἰς ἀκριβῆ διάγνωσιν τῆς κἀν τούτοις βασιλικῆς φρονήσεως. Quin etiam legem tulit, ne Christianus ullus serviret Iudaeis. Neque enim fas esse, ut ii, qui a domino redemti essent, prophetarum ac domini interfectoribus servitutis iugo subderentur. Quod si quis Christianae religionis servus penes Iudaeum deprehenderetur, illum quidem libertate donari; Iudaeum vero mulctari pecunia iussit. Iam vero episcoporum sententias, quae in conciliis promulgatae essent, auctoritate sua confirmavit; adeo ut provinciarum rectoribus non liceret, episcoporum decreta rescindere. Cuivis enim iudici praeferendos esse sacerdotes dei. Huiusmodi paene innumeras leges subditis suis promulgavit: quas quidem peculiari volumine tradere, ad perspiciendam hac etiam in parte Imperatoris prudentiam, maioris otii fuerit. *Eusebii Vita Constantini* 4, 27. — * *Ὁ γὰρ ὁ μέγας πάλαι πεποίηκε Κωνσταντῖνος, τοὺς γὰρ νεωτερίζοντας τότε τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀνανεοῦσθαι νεὼν ἐγχειροῦντας, συνειληφώς, καὶ σφῶν τὰ ὦτα λωβησάμενος μαστιγοφόρους περιάγειν τε καὶ μαστίζειν παρέσχε τὸ τῆς γνώμης*

ἀκόλαστον μετὰ τῆς σαρκός. Quod enim Constantinus M. quondam fecit, quum Iudaeos, qui rebus novis studebant et templum Hierosolymis denuo aedificare conabantur, comprehensos auribus circumcisis a flagellantibus circumduci et animi temeritatem una cum corpore flagellari iuberet. *Nicephor. Greg. Hist. Byzant.* 26, 15.

Incert. ann.

Τῶν κατ᾽ ἔτος εἰσφορῶν τῶν ὑπὲρ τῆς χώρας συντελουμένων, τὴν τετάρτην ἀφελὼν μοῖραν, τοῖς τῶν ἀγρῶν δεσπόταις ἐδωρεῖτο ταύτην ... ὃ δὴ νόμῳ κυρωθὲν, κρατῆσάν τε καὶ εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον, οὐ τοῖς παροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ παισὶν αὐτῶν, διαδόχοις τε τοῖς τούτων, ἄληστον καὶ διαιωνίζουσαν παρεῖχε τὴν βασιλέως χάριν. Ex annuis tributis, quae terrae nomine conferebantur, quartam detrahens partem, agrorum possessoribus donavit ... Quod quidem lege sancitum, et in futurum tempus confirmatum, non praesentibus modo, verum etiam liberis posterisque eorum, perpetuam nullaque oblivione delendam Imperatoris beneficentiam praestitit. *Eusebii Vita Constantini* 4, 2. — *Ἔπειτα ἐψηφίζετο, πάντα τινὰ μὴ εὐπόρως ἔχοντα τὰ Χριστιανῶν ἑλόμενον, τά τε ἀναλώματα καὶ τὰς ἐσθῆτας ἐκ τῶν βασιλικῶν ταμείων πορίζεσθαι.* Deinde promulgavit, quicunque egerent et Christianorum sacra colenda susciperent, eis sumtus et vestitum ex imperiali aerario praebitum iri. *Nicephor. Call.* 7, 34. — *Ἄλλοις δικάσας βασιλεὺς, ὡς ἂν μὴ τὸ ληφθὲν παρ᾽ αὐτῷ μέρος ἧττον ἀπαλλάττοιτο χαίρων τοῦ νενικηκότος, ἐδωρεῖτο ἐξ οἰκείων τοῖς νενικημένοις, ἄρτι μὲν κτήματα, ἄρτι δὲ χρήματα· τοῦ κρατήσαντος δίκην ἐξίσου χαίρειν τὸν ἡττηθέντα παρασκευάζων, ὡς ἂν τῆς αὐτοῦ θέας ἀξιωθέντα. μὴ γὰρ ἐξεῖναι ἄλλως τοσούτῳ βασιλεῖ παραστάντα, κατηφῆ τινα καὶ λυπηρὸν ἀπαλλάττεσθαι.* Quinetiam quoties inter duos litigantes sententiam pronuntiaverat, ne forte is, qui causa ceciderat, tristior eo, secundum quem lis dicta erat, abscederet, ex propriis bonis donabat victis, interdum praedia, nonnunquam pecunias, hac ratione efficiens, ut victus non minus, quam is, qui causam obtinuerat, laetus domum rediret, utpote qui in conspectum principis venire meruisset. Neque enim fas esse existimabat, ut, qui coram tanto principe stetisset, moestus unquam ac tristis recederet. *Eusebii Vita Constantini* 4, 4. — *Τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προέδροις τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ λιτὰς ποιεῖσθαι ἐνεκελεύετο.* Praesidibus ecclesiarum praecepit, ut pro se preces ad deum funderent. *Eusebii Vita Constantini* 4, 14. — *Ἐν τοῖς χρυσοῖς νομίσμασι τὴν αὐτοῦ αὐτὸς εἰκόνα ὧδε γράφεσθαι διετύπου· ὡς ἄνω βλέπειν δοκεῖν ἀνατεταμένου πρὸς θεὸν, τρόπον εὐχομένου. τούτου μὲν οὖν τὰ ἐκτυπώματα καθ᾽ ὅλης τῆς Ῥωμαίων διέτρεχεν οἰκουμένης.* In aureis nummis exprimi se iussit vultu in coelum sublato, et manibus expansis instar precantis. Et huius quidem formae nummi per universum orbem Romanum cucurrerunt. *Eusebii Vita Constantini* 4, 15. *Nicephor. Call.* 7, 46. — *Ἤδη δὲ καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ὅπλων, τὸ τοῦ σωτηρίου τροπαίου σύμβολον κατασημαίνεσθαι ἐποίει· τοῦ τε ἐνόπλου στρατοῦ προπομπεύειν, χρυσῶν μὲν ἀγαλμάτων, ὁποῖα πρότερον αὐτοῖς ἔθος ἦν, τὸ μηδέν· μόνον δὲ τὸ σωτήριον τρόπαιον.* Quinetiam in ipsis armis, salutaris tropaei signum iussit effingi. Utque ante instructum armis exercitum, non aurea signa et simulacra, ut antea moris erat, sed solum crucis tropaeum praeferretur, mandavit. *Eusebii Vita Constantini* 4, 21. *Nicephor. Call.* 7, 46. — *Τοῖς μήπω τοῦ θείου λόγου μετασχοῦσιν, ἐν δευτέρῳ νόμῳ διεκελεύετο, τὰς κυριακὰς ἡμέρας ἐν προαστείοις ἐπὶ καθαροῦ προϊέναι πεδίου· κἀνταῦθα μεμελετημένην εὐχὴν ἐξ ἑνὸς συνθήματος ὁμοῦ τοὺς πάντας ἀναπέμπειν θεῷ.* Reliquis, qui divinae fidei doctrinam nondum susceperant, altera lege praecepit, ut dominicis diebus in campum purum procederent, et precationem, quam antea didicissent, simul omnes signo dato ad deum funderent. *Eusebii Vita Constantini* 4, 19.— * *Τῆς εὐχῆς τοῖς στρατιωτικοῖς ἅπασι διδάσκαλος ἦν αὐτὸς, Ῥωμαίᾳ γλώττῃ τοὺς πάντας ὧδε λέγειν ἐγκελευσάμενος. „Σὲ μόνον οἴδαμεν θεόν· σὲ βασιλέα γνωρίζομεν· σὲ βοηθὸν ἀνακαλούμεθα· παρά σου τὰς νίκας ἠράμεθα· διά σου κρείττους τῶν ἐχθρῶν κατέστημεν· σοὶ τὴν τῶν ὑπαρξάντων ἀγαθῶν χάριν γνωρίζομεν· σὲ καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζομεν· σοῦ πάντες ἱκέται γινόμεθα· τὸν ἡμέτερον βασιλέα Κωνσταντῖνον, παῖδάς τε αὐτοῦ θεοφιλεῖς, ἐπὶ μήκιστον ἡμῖν βίον, σῶον καὶ νικητὴν φυλάττεσθαι ποτνιώμεθα.“ Τοιαῦτα κατὰ τὴν τοῦ φωτὸς ἡμέραν ἐνομοθέτει πράττειν τὰ στρατιωτικὰ τάγματα, καὶ τοιαύτας ἐδίδασκεν ἐν ταῖς πρὸς θεὸν εὐχαῖς ἀφιέναι φωνάς.* Ipse precationis formam cunctis militibus tradidit, iubens, ut latino sermone omnes pronuntiarent ad hunc modum. „Te solum agnoscimus deum; te regem profitemur; te adiutorem invocamus. Tui muneris est, quod victorias retulimus, quod hostes superavimus. Tibi ob praeterita iam bona gratias agimus; et futura a te speramus. Tibi omnes supplicamus, utque Imperatorem nostrum Constantinum, una cum piissimis eius liberis incolumem et victorem diutissime nobis serves, rogamus.“ Haec die solis a militaribus numeris fieri, et haec verba inter precandum ab iis proferri praecepit. *Eusebii Vita Constantini* 4, 19. 20. — *Τῶν τὸν βίον μεταλλαττόντων ὁμοίως, παλαιοὶ μὲν νόμοι, ἐπ᾽ αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἀκριβολογεῖσθαι ῥημάτων λέξεσι τὰς συνταττομένας διαθήκας ... καὶ πολλὰ ἐκ τούτων ἐκακουργεῖτο, ἐπὶ περιγραφῇ τῆς τῶν κατοιχομένων προαιρέσεως· ἃ δὴ συνιδὼν βασιλεὺς, καὶ τοῦτον μετεποίει τὸν νόμον· ψιλοῖς ῥηματίοις καὶ ταῖς τυχούσαις φωναῖς τὸν τελευτῶντα δεῖν τὰ κατὰ γνώμην διατάττεσθαι φήσας, κἂν τῷ τυχόντι γράμματι τὴν αὐτοῦ δόξαν ἐκτίθεσθαι· κἂν ἀγράφως ἐθέλῃ, μόνον ἐπὶ μαρτύρων τοῦτο πράττεσθαι ἀξιοχρέων, τὴν πίστιν δυνατῶν σὺν ἀληθείᾳ φυλάττειν.* Antiquis legibus cautum fuerat, ut morientes et ultimum, ut ita dicam, ducentes spiritum certis quibusdam verbis testamenta scrupulose componerent ... Ex quo plurimae fraudes admittebantur ad circumscribendam morientium voluntatem. Quod Imperator quum animadvertisset, hanc etiam legem emendavit; statuens ut nudis verbis et qualicunque oratione testamentum condere morientibus liceret, et supremam voluntatem quovis scripto declarare; aut si mallent sine scripto testari, id facerent, adhibitis duntaxat testibus idoneis, qui fidem servare absque mendacio possent. *Eusebii Vita Constant.* 4, 26. — *Impp. Arcadius et Honorius AA. Aeternali Proc. Asiae.* Nec enim novum promulgamus, sed D. Constantini sanctionem et inclitae recordationis sententiam patris serenitatis nostrae ... secuti decreta statuimus, iis, qui extremas ordinant voluntates, haec esse servanda, ut et praesentes videant subscriptores, et ii, cur venerint, non ignorent, etiamsi iisdem scripturae continentia non fuerit intimata. *L.* 3, § 2 *Cod. Theod. de Testam.* 4, 4. — *Ἐπειδὴ συνεῖδε μάτην δειμαίνοντα νηπίων δίκην ἀφρόνων τὰ πλήθη, τῆς πλάνης τὰ μορμολύκεια, ὕλῃ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα, καὶ ταῦτα ἐκποδὼν ᾤετο δεῖν ἄρασθαι, ὥσπερ τινὰ λίθων ἐγκόμματα, τοῖς ἐν σκότῳ βαδίζουσι πρὸ τῶν ποδῶν ἐῤῥιμμένα, λεῖάν τε καὶ ὁμαλὴν τοῦ λοιποῦ τὴν βασιλικὴν τοῖς πᾶσιν ἀναπετάσαι πορείαν.* Quum imperitam hominum multitudinem, instar infantium, huiusmodi erroris larvas ex auro argentoque fabrefactas frustra expavescere intelligeret, eas e medio tollendas esse censuit; quippe quae velut offendicula quaedam essent, ante hominum in tenebris incedentium pedes proiecta; planumque deinceps et aequabile iter viae regiae cunctis esse aperiendum. *Eusebius de Laudibus Constantini* 8. — Praetoriae legiones, ac subsidia factionibus aptiora, quam urbi Romae, sublata penitus ... Per Africam sacerdotium decretum Flaviae genti; Cirtaeque oppido ... nomen Constantina inditum. *Aurel. Vict. de Caes.* 40. — Calumnias sedare legibus severissimis; nutrire artes bonas, praecipue studia literarum, legere ipse, scribere, meditari, audire legationes, et querimonias provinciarum. *Aurel. Vict. Epit.* 41. — * Iuxta legem D. Constantini nihil post tractatum habitum civitatum voluntate mutetur sive mutiletur. *Cod. Theod.* 16, 12, 4. Cf. Cod. Theod. 1, 16, 2. — *Συνετάραξε δὲ καὶ τὰς πάλαι καθεσταμένας ἀρχάς. δύο γὰρ τῆς αὐλῆς ὄντων ὑπάρχων, καὶ τὴν ἀρχὴν κοινῇ μεταχειριζομένων, οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα τῇ τούτων ᾠκονομεῖτο φροντίδι καὶ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπιτετραμμένα τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν, καὶ τὰ ταῖς ἐσχατιαῖς ἐγκαθήμενα πάσαις. ἡ γὰρ τῶν ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη, καὶ τῶν σιτήσεων ἐποιεῖτο τὰς ἐπιδόσεις, καὶ τὰ παρὰ τὴν στρατιωτικὴν ἐπιστήμην ἁμαρτανόμενα ταῖς καθηκούσαις ἐπανώρθου κολάσεσι.* Conturbavit et magistratuum officia iam olim instituta. Nam quum duo essent praefecti praetorio,

qui hoc officium communiter gerebant, non palatini tantum ordines eorum cura potestateque gubernabantur, sed etiam ii, quibus urbis erat commissa custodia et quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim praefectorum praetorii magistratus, qui post imperatorem secundus existimabatur, et annonas erogabat et contra militarem disciplinam admissa convenientibus poenis corrigebat. *Zosimus* 2, 32. — *Ὁ αὐτὸς θειότατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἔμεινεν βασιλεύων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀφελόμενος αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας Εὐρώπης, ἤγουν τῆς μητροπόλεως αὐτῆς Ἡρακλείας, προβαλόμενος τῇ αὐτῇ Κωνσταντινουπόλει ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ ἔπαρχον πόλεως καὶ τοὺς λοιποὺς μεγάλους ἄρχοντας.* Idem religiosissimus Imperator Constantinus Constantinopoli mansit, quam ab Europae provincia, seu illius metropoli Heraclea avulsit, praefecto praetorio et praefecto urbi, ceterisque maioribus magistratibus in ea constitutis. *Chron. Pasch. p.* 530. Vid. a. 330. — *Κωνσταντῖνος τὰ καλῶς καθεστῶτα κινῶν, μίαν οὖσαν ἐς τέσσαρας διεῖλεν ἀρχάς. ὑπάρχῳ γὰρ ἑνὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν πρὸς τῇ Πενταπόλει Λιβύης καὶ τὴν ἑῴαν ἄχρι Μεσοποταμίας, καὶ προσέτι γε Κίλικας, καὶ Καππαδόκας, καὶ Ἀρμενίους, καὶ τὴν παράλιον ἅπασαν, ἀπὸ Παμφυλίας ἄχρι Τραπεζοῦντος, καὶ τῶν παρὰ τὴν Φᾶσιν φρουρίων, παρέδωκε· τῷ αὐτῷ καὶ Θρᾴκην ἐπιτρέψας, Μυσίαν τε μέχρις Αἵμου καὶ Ῥοδόπης καὶ μέχρι Δοβήρου πόλεως ὁριζομένην· καὶ Κύπρον μέντοι, καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους δίχα Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Σαμοθρᾴκης· ἑτέρῳ δὲ Μακεδόνας, καὶ Θεσσαλοὺς καὶ Κρῆτας, καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἀμφοτέρας Ἠπείρους, καὶ πρὸς ταύταις Ἰλλυριοὺς καὶ Δάκας καὶ Τριβαλλοὺς καὶ τοὺς ἄχρι τῆς Βαλερίας Παίωνας, καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν ἄνω Μυσίαν. τῷ δὲ τρίτῳ τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν καὶ Σικελίαν, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἔτι γε Σαρδόνα, καὶ Κύπρον καὶ τὴν ἀπὸ Σύρτεων Κυρήνης ἄχρι Λιβύην. τῷ δὲ τετάρτῳ τοὺς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις Κελτούς τε καὶ Ἴβηρας πρὸς τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ· ταύτῃ διελόμενος τὴν τῶν ὑπάρχων ἀρχὴν, καὶ ἄλλοις τρόποις ἐλαττῶσαι ταύτην ἐσπούδασεν. ἐφεστώτων γὰρ τοῖς ἁπανταχοῦ στρατιώταις οὐ μόνον ἑκατοντάρχων, καὶ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν, οἳ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχον· στρατηλάτας καταστήσας, τὸν μὲν τῆς ἵππου, τὸν δὲ τῶν πεζῶν, εἰς τούτους δὲ τὴν ἐξουσίαν τοῦ τάττειν στρατιώτας καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας μεταθεὶς, παρείλετο καὶ ταύτης τοὺς ὑπάρχους τῆς αὐθεντίας.* Constantinus recte constituta loco movens, unum hunc magistratum (praefectum praetorio) in quatuor imperia discerpsit. Nam uni praefecto praetorio totam Aegyptum, cum Libyae Pentapoli et Orientem ad Mesopotamiam usque, et praeterea Cilices, Cappadoces, Armenios, oramque maritimam totam a Pamphylia Trapezuntem usque et usque ad castella propter Phasidem sita, tradidit: eidem et Thracia commissa et Moesia, Haemi, ac Rhodopes, ac Doberi oppidi finibus circumscripta: praeterea Cyprum adiecit et Cycladas insulas; Lemno et Imbro et Samothracia exceptis. Alteri Macedonas attribuit, et Thessalos et Cretenses et Graeciam et circumiacentes insulas, et Epirum utramque; et praeter has Illyrios et Dacas et Triballos et Pannonios ad Valeriam usque, et Moesiam praeterea superiorem. Tertio totam Italiam et Siciliam et circumiacentes insulas, itemque Sardiniam et Corsicam et Africam a Syrtibus Cyrenen usque: quarto transalpinos Celtas et Hispanos cum insula Britannica commisit. Hac ratione diviso praefectorum magistratu, studiose conatus est aliis quoque modis eorum potestatem imminuere. Nam quum praeessent ubique locorum militibus, non modo centuriones et tribuni, verum etiam duces (sic enim appellabantur), qui quolibet in loco praetorum vicem obtinebant, magistris militum institutis, altero equitum, peditum altero, et in hos translata potestate militum ordinandorum, et coercendi delinquentes, hac etiam in parte praefectorum auctoritate detraxit. *Zosimus* 2, 33. — *Νόμος ἐφοίτησε, τὸν ὕπαρχον ἀκροάσασθαι τῶν σακρῶν διατυπῶν.* Lex prodiit, ut praefectus praetorio sacras causas audiret. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 16. — *Ταύτης τῆς ἐννοίας ὁ Κωνσταντῖνος γενόμενος, καὶ ὕπαρχον ἐπὶ τῆς Ἕω χειροτονήσας, διαψηφιστὰς αὐτῷ κατεστήσατο τῶν φόρων.* Hac mente quum esset Constantinus, praefectumque Orientis creasset, rationales illi tributorum constituit. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 35. — Legati imperatoris ex consulibus ad exercitus mittebantur, quibus legiones et auxilia universa obtemperabant in ordinatione pacis vel necessitate bellorum, in quorum locum nunc illustres viros constat magistros militum substitutos, a quibus non tantum binae legiones, sed etiam plures numeri gubernantur. *Vegetius* 2, 9. — *Δύο πραίτωρσιν ἀρκεσθῆναι συνεῖδε ... Ἐκ τῆς φάλαγγος οὖν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ πραιτώρων τὸν τουτηλάριον προχειρίζεται ... τὸν μὲν Κωνσταντιανὸν, τὸν δὲ μάγιστρον τοῦ κήνσου ἐπιφημίσας ... καὶ σκρίβαν μὲν ἐκείνῳ ... κηνσουάλες δὲ τούτῳ ... ὑπηρετεῖσθαι διώρισε ... Συνεῖδεν ὁ κράτιστος καὶ τῆς τοῦ οὐρβανοῦ πραίτωρος δεῖσθαι παρόδου.* Duos ei praetores sufficere arbitratus est ... E phalange itaque urbis Romae praetorum tutelarium creat ... illum Constantianum, hunc magistrum census appellavit ... scribamque illi ... et censuales huic apparere voluit ... Optimus noster Imperator urbano etiam praetore opus esse duxit. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 30. — *Ὁ γὰρ ἔπαρχος τοῖς στρατευομένοις καὶ ἔχουσι πολλὴν ὑπόστασιν δίδωσιν ἐπίτροπον, τοῖς δὲ ἐλαχίστην ἔχουσιν ὑπόστασιν δίδωσιν ἐπίτροπον ὁ Κωνσταντινιανὸς πραίτωρ, τουτέστιν ὁ μάγιστερ* census. Praefectus enim militibus iisque qui magnam substantiam habent tutorem dat, qui vero parvam substantiam habent, iis dat tutorem Constantinianus praetor, id est magister censu. *Schol. ad Theophil. Paraphr. Inst.* 1, 20, 4. Cf. Cod. Theod. 3, 32, 2. — *Οὗτος καὶ τὴν εἰσφορὰν ἐπήγαγε χρυσίου τε καὶ ἀργύρου πᾶσι τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς μετιοῦσι τὰς ἐμπορίας, καὶ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι παντωνίαν προτιθεῖσι, μέχρι καὶ τῶν εὐτελεστάτων. οὐδὲ δυστυχεῖς ἑταίρας ἔξω ταύτης ἐάσας τῆς εἰσφορᾶς. ἀπεγράψατο δὲ τὰς τῶν λαμπροτάτων οὐσίας, τέλος ἐπιθεὶς, ᾧτινι φόλλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα.* Idem et auri argentique collationem imposuit omnibus ubique terrarum negotiationes exercentibus, et dardanariis oppidorum, ad vilissimos usque; ne miseris quidem meretricibus hac collatione liberatis. Habebat autem descripta virorum clarissimorum patrimonia, quibus et tributum imposuit, quod ipse follem nuncupavit. *Zosimus* 2, 38. *Evagrius Hist. Eccl.* 3, 39, 42. *Libanius contra Florentinum p.* 427. — *Ὀπτάτον συναναιρεθῆναι παρασκευάσας, ὃς παρὰ Κωνσταντίνου τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ πατρικίου, πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμὴν, καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος.* Optato quoque interfici iusso, qui patricii dignitatem adeptus a Constantino fuerat. Eum honoris titulum primus Constantinus excogitaverat, lataque lege sanxerat, ut qui hunc consecuti fuissent, supra ipsos praefectos praetoriorum sessitarent. *Zosimus* 2, 40. — *Συρίαν ὅλην καὶ Παλαιστίνην ἐπαρχίας ἀναδείξας.* Syriam totam et Palaestinam quum provincias constituisset. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 33. Cf. a. 330. — *Ὁ Κωνσταντῖνος ... Παλλάδιον μάγιστρον τῆς αὐλῆς ἐχειροτόνησεν.* Constantinus ... magistrum aulae Palladium creavit. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 25. — Eum (Constantinum) aperte incusans (Iulianus), quod barbaros omnium primus adusque fasces auxerat et trabeas consulares. *Ammianus Marcellinus* 21, 10. — *Ὁ Ῥωσικὸς τήν τε στάσιν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου· ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς τὸ τοῦ πρίγκιπος· ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς τὸ τοῦ μεγάλου δουκός· ὁ δὲ τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν τὸ τοῦ μεγάλου πριμμικηρίου· ὁ δὲ τῆς μεγάλης νήσου Σικελίας τὸ τοῦ ῥηγός. καὶ ἄλλοι ἄλλα.* Magni Constantini temporibus Rossicus locum et dignitatem dapiferi: Peloponnesi rector, principis: Atticae et Athenarum, magni ducis: Boeotiae et Thebarum, magni primicerii: magnae vero insulae Siciliae, regis: alii denique alios titulos obtinuerunt. *Nicephor. Greg.* 7, 5. — *Τῶν δυνάμεων, ὅσαι τὸν Ἴστρον ἐφρούρουν, ἐπὶ τὴν κάτω Ἀσίαν ψήφῳ τοῦ βασιλέως διασπαρεισῶν.* Omnes, quae Istrum custodierant copiae, decreto Imperatoris per Asiam inferiorem sparsae sunt. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 10; 3, 40. — *Φορήσας τότε ἐν πρώτοις ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ κορυφῇ διάδημα διὰ μαργαριτῶν καὶ λίθων τιμίων.* Tum primum coronam, margaritis et lapillis pretiosis insignitam, Imperator capite gestavit. *Malalas* 13, *p.* 321. — *Χαρισάμενος τῇ αὐτῇ πόλει τῶν Ἀντιοχέων διὰ θείου αὐτοῦ τύπου δικαιώματα ἀξίας δευτέρου κομετάτου.* Concessis etiam Antiochensibus, divino Imperatoris ex edicto, dignitate ac iure comitatus secundi

(anno aerae Antiochenae 383). *Malalas* 13, *p.* 319. — *Καὶ ἐπετέλεσεν ἑορτὴν μεγάλην μηνὶ μαΐῳ τῷ καὶ ἀρτεμισίῳ ια', ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην χρηματίζοντος τοη', κελεύσας διὰ θείου αὐτοῦ τύπου τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐπιτελεῖσθαι τὴν ἑορτὴν τοῦ γενεθλίου τῆς πόλεως αὐτοῦ.* Artemisii vero, sive Maii XI., anno aerae Antiochenae 378, festivitatem celeberrimam agitari iussit: divino etiam edicto suo sancivit, uti eodem die natales urbis celebrarentur. *Malalas* 13, *p.* 322. — *Ἔπαθε δὲ ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου ὑπὸ θεομηνίας Μαξιμιανούπολις τῆς Ὀσδροηνῆς τὸ δεύτερον αὐτῆς πάθος τὸ μετὰ τὸ ληφθῆναι ὑπὸ τῶν Περσῶν. καὶ ἀνήγειρεν αὐτὴν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος καὶ τὰ τείχη αὐτῆς· ἦσαν γὰρ πεσόντα· καὶ τοῖς περισωθεῖσι πολλὰ ἐχαρίσατο· καὶ μετεκάλεσεν αὐτὴν εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα Κωνσταντῖναν. ἔκτισε δὲ καὶ εἰς τὴν Βιθυνίαν τὴν πρώην οὖσαν κώμην λεγομένην Σουγὰν, δοὺς αὐτῇ καὶ δίκαιον πόλεως καὶ καλέσας αὐτὴν εἰς ὄνομα τῆς ἰδίας αὐτοῦ μητρὸς Ἑλενούπολιν. καὶ εἰς ὄνομα δὲ τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἐκάλεσε καὶ ἐπαρχίαν Ἑλενούποντον. Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τοὺς ὄντας ἐν Κωνσταντινουπόλει τρεῖς ναοὺς ἐν τῇ πρώην λεγομένῃ ἀκροπόλει τοῦ Ἡλίου καὶ τῆς Ἀρτέμιδος σελήνης καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἐκέλευσεν ἀχρηματίστους τοῦ λοιποῦ διαμεῖναι.* Constantino imperante divinam iram passa est Maximianopolis, Osdroenae urbs, vice secunda, post ipsam a Persis captam. Imperator itaque Constantinus urbem de integro instauravit; moenia quoque collapsa excitavit et superstitibus incolis plurima largitus est, vocata deinceps urbe, a nomine suo, Constantina. Vicum etiam quendam in Bithynia, nomine Sugam, de novo exstructum, civitatis iure donavit et a matris suae nomine Helenopolim appellavit (cf. a. 327.); cuius etiam a nomine provinciam quoque ipsam Helenopontum vocavit. Eodem etiam tempore Constantinus Imperator fana illa tria, quae in eo loco, qui Acropolis olim dicebatur, posita erant, Solis nempe, Dianae Lunae, Veneris, reditibus exuta deinceps manere iussit. *Malalas* 13, *p.* 323 *sq.* — *Ἔκτισε πόλεις ἐκεῖσε, τήν τε Περσθλάβαν, τὴν Δίστραν, τὴν Πλίσκουβαν καὶ τὴν Κωνσταντίαν.* Urbes condidit (Scythis subiugatis) Persthlabam, Distram, Pliscubam et Constantiam. *Codinus de Orig. Constant. p.* 23. — Puteolanis municipibus D. Constantinus CL. M. mod. in alimoniam civitatis indulsit. Quae summa a divo Constante regente rempublicam media parte mutilata est. Post quem Constantius . . . supplicatione deposita annonam Puteolani populi XXV modiorum adiectione cumulavit. Atque ita factum est, ut C. M. mod. eiusdem populi victus acciperet. Sed divo Iuliano moderante rempublicam ... Lupus consulari iure Campaniae praesidens ... VM. et DCC. modios Puteolanis municipibus derogatos, Terracinensium usui deputavit ... et hinc per aliquot annos cucurrit praebitio, donec Capuana legatio apud divum atque inclitum Gratianum ... eum frumenti numerum, quem Cerealis ex multis urbibus R. P. vindicaverat, restitui omnibus impetrasset. *Symmach.* 10, 60. Cf. p. 202. — Inflabant itidem has malorum civilium buccinas potentes in regia, ea re, ut damnatorum petita bona adcorporarent, essetque materia per vicinitates eorum late grassandi. Namque ut documenta liquida prodiderunt, proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus: sed eos medullis provinciarum saginavit Constantius. Sub hoc enim ordinum singulorum auctores infinita cupidine divitiarum arserunt. *Ammianus Marcellinus* 16, 8. — *Imp. Constantinus A. ad Populum.* De delatoribus iam certa statuimus. *L.* 1 *Cod. Theod. de Petit.* 10, 10. — *Imp. Constantinus A. ad Volusianum.* Si quas sane de omni causa interpositas esse provocationes perspexeris, in earum disceptatione observare debebis, quod iam pridem a nobis est evidentissime constitutum. *L.* 2 *Cod. Theod. Quorum appellationes* 11, 36. — * *Imp. Constantinus A. Mechilio Hilariano Correctori Lucaniae et Brittiorum.* Lex, quae decuriones a tabellionum officiis voluit summovere, ad decurionatum tabelliones vocari non prohibet. *L.* 3 *Cod. Theod. de Decur.* 12, 1. — *Idem A. ad ... PO.* Dudum lege promulgata sanxit nostra clementia, ut filii comitum et praesidum et rationalium magistrorumque privatae, qui tamen ex origine curialium descendunt, ordinibus necterentur. *L.* 14 *Cod. Theod. eod. tit.* — *Imp. Constantinus A. ad Bassum PO.* Quum constitutio emissa praecipiat, nullum deinceps decurionem vel ex decurione progenitum vel etiam instructum idoneis facultatibus atque obeundis publicis muneribus opportunum ad clericorum nomen obsequiumque confugere. *L.* 3 *Cod. Theod. de Episcop.* 16, 2. — *Impp. Constantius et Constans AA. ad Taurum PO.* Patris nostri salutaribus imperatis comperimus dudum esse praeceptum, ut, si a rationali vel comite vel alio, qui curam fiscalis commodi gerit, fiscale debitum postulante fuerit provocatum, ad eos, qui vice nostra huiusmodi cognitionibus praesident, appellatores intra diem tricesimum perducantur, adversus sententias, quas iniquas esse contendunt, exsecuturi proprias actiones. *L.* 28 *Cod. Theod. de Appellat.* 11, 30. — * *Imp. Constantius A. Aconio Vicario Africae.* Quicunque fugientes obsequia curiarum, umbras et nomina affectaverint dignitatum, tricenas libras argenti inferre cogantur; manente illa praeterita illatione auri, qua perpetua lege constricti sunt. *L.* 2 *Cod. Theod. de Honorar. codicillis* 6, 22. — *Imp. Constantinus A. ad Maximum PU.* Ripensis veteranus, qui ex priore lege post viginti quatuor stipendia honesta missione impetrata unius excusatione capitis fruebatur. *L.* 4, § 2 *Cod. Theod. de Veter.* 7, 20. — * *Imp. Constantius A. Antonio Duci Mesopotamiae.* Iteranda statuti desideratur auctoritas, ideoque etiam nunc iubemus, ut, retentis his, qui veteranorum seu militum filii esse noscuntur, ceteros (officia praesidalia deserentes) gravitas tua officiis propriis restituere non moretur. *L.* 4 *Cod. Theod. de Cohortal.* 8, 4. — *Imp. Constantius A. Clericis salutem dicit.* Iuxta sanctionem, quam dudum meruisse perhibemini, et vos et mancipia vestra nullus novis collationibus obligabit, sed vacatione gaudebitis. *L.* 8 *Cod. Theod. de Episc.* 16, 2. *L.* 1 *Cod. Iust. eod. tit.* 1, 3. — *Imp. Constantius A. et Iulianus C. Felici Episcopo.* Divi principis, id est nostri statuta genitoris multimoda observatione caverunt, ut iidem clerici privilegiis compluribus redundarent. *L.* 14, § 1 *Cod. Theod. de Episc.* 16, 2. — *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Volusianum PO...* Quum lex Constantiniana iubeat, ab his possessionis initium non requiri, qui sibi potius quam alteri possederunt. *L.* 2 *Cod. Iust. de Praescr. trig. vel quadr. ann.* 7, 39. Cf. l. 2 Cod. Theod. de Praescr. l. t. 4, 13. — *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Bassum.* Apparitoribus tuis stationes, quas habuere antiquitus, statuimus esse reddendas. Igitur pristino more servato ad omnes provincias, quas vel divi Constantini constitutio dederat, vel Probus ... permissa sibi a patre nostro (Valentiniano I.) potestate reddiderat, praecelsa sinceritas tua principes destinabit. *L.* 8 *Cod. Theod. de Offic. praef. urb.* 1, 6. — *Imp. Constantinus A. ad Bassum PO.* Legis promulgatio, quae per sedecim annos bona fide in libertate durantes contra eos, qui inquietant, praescriptione defendit. *L.* 7 *Cod. Theod. de Liber. causa* 4, 8. — *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano PO.* Repetitae legis iussione mandamus, ut, quicunque patrimoniales fundos detinere detegatur aut domum se apud Constantinopolitanam urbem habere vere perdoceat: aut si non habet vel talem habere monstratur in fraudem legis locum, qui ... nobilissimae urbi deformitati sit potius quam decori, ad exstructionem eius intra annum ... magnificentiae tuae vigore cogatur. Pari etiam illos iubemus conditione retinendos, qui iuxta legem divi patris nostri nonnulla ex praedicto iure fundo. ... *Cod. Theod.* 5, 13, 36. — *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Proculo PU.* Annonas civicas non tam titulis dignitatum, quam singulorum viritim meritis attributas, divi Constantini liberalitate sat claruit. *L.* 10 *Cod. Theod. de Annonis civ.* 14, 17. *L.* 1 *C. Iust. eod. tit.* 11, 24. — Remotae olei frumentique adventiciae praebitiones, quibus Tripolis ac Nicaea acerbius angebantur ... Fiscales molestiae severius pressae. *Aurel. Vict. de Caes.* 41. — *Impp. Honorius et Theodosius AA. Urso PU.* Nulli, ne divinae quidem domui nostrae, frumentum de horreis publicis pro annona penitus praebeatur, sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. Ita enim debet canon ab inclitae memoriae Constantino praestitutus, nec

non a divo pietatis meae avo auctus expendi. *L.* 2 *Cod. Theod. de Frum. urb. Constant.* 14, 16. Cf. l. 1 Cod. Iust. eod. tit. 11, 23; Zosimus 2, 32; Socrates 2, 13; Sozomenus 3, 7; Chron. Pasch. p. 531. Vid. a. 333, p. 205. — *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Leontio PU.* ... Quemadmodum Ariani lege divae memoriae Constantini ob similitudinem impietatis Porphyriani a Porphyrio nuncupantur. *L.* 66 *Cod. Theod. de Haeret.* 16, 5. Cf. l. 6 Cod. Iust. eod. tit. 1, 5. — *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Marcellino Comiti R. P.* ... Valuerit igitur in fundis patrimonialibus sitis per Asianam dioecesim, sitis per Ponticam, in diem praesentem et consulatum XVI. nostrae clementiae lex divae memoriae Constantini, quae aedes per Constantinopolitanam urbem sacratissimam dominus exigebat. *Nov. Theod. Tit. V. de Fund. patr. Nov.* 1, § 1. — *Imp. Leo A. Erythrio PO.* Constitutione divae memoriae Constantini, lege Claudia sublata. *L.* 3 *Cod. Iust. de Legit. tut.* 5, 30. — *Imp. Zeno A. Sebastiano PO.* Divi Constantini, qui veneranda Christianorum fide Romanum munivit imperium, super ingenuis concubinis ducendis uxoribus, filiis quin etiam ex iisdem vel ante matrimonium vel postea progenitis suis ac legitimis habendis, sacratissimam constitutionem renovantes. *L.* 5 *Cod. Iust. de Natur. lib.* 5, 27. — *Impp. Valentinianus et Martianus AA. ad Palladium PO.* ... Magnificentia tua ... consuluit clementiam nostram super Constantinianae legis ea parte. *Nov. Mart. Tit.* 4, § 1. Cf. Nov. Iust. 89 pr. et c. 15; Nov. Iust. 117, c. 6. — * *Imp. Iustinianus A. Ioanni PO.* ... Secundum veteres regulas sancimus, omnimodo huiusmodi pacta, quae contra bonos mores inita sunt, repelli, et nihil ex his pactionibus observari, nisi ipse forte, de cuius hereditate pactum est, voluntatem suam iis accommodaverit, et in ea usque ad extremum vitae suae spatium perseveraverit. Tunc etenim, sublata acerbissima spe, licebit iis illo sciente et iubente huiusmodi pactiones servare; quod etiam anterioribus legibus et constitutionibus non est incognitum. *L.* 30 *Cod. Iust. de Pactis* 2, 3. Cf. l. 2 Cod. Theod. Famil. herc. 2, 24. — *Idem A. Demostheni PO.* ... Quum Constantiniana lege cautum erat, si filiifamilias ab his, qui eos in potestate habent, nexu paterno per emancipationem liberentur, debere patrem tertiam partem bonorum, quae acquiri non solent, quasi remunerationis gratia a filio accipere vel retinere. *L.* 6, § 3 *Cod. Iust. de Bonis quae lib.* 6, 61. Cf. l. 1 Cod. Theod. de Bon. mat. 8, 18. — *Idem A. Hermogeni Magistro Officiorum.* ... Quibus (raptoribus virginum vel viduarum, nec non sanctimonialium) et, si appellare voluerint, nullam damus licentiam, secundum antiquae Constantinianae legis definitionem ... Si quis inter haec ministeria servilis conditionis fuerit deprehensus, citra sexus discretionem eum concremari iubemus, quum hoc etiam Constantiniana lege recte fuerat prospectum. *L.* 1 *pr.* § 4 *Cod. Iust. de Raptu virg.* 9, 13. Cf. l. 1 Cod. Theod. eod. tit. 9, 24.

1089—1227. p. C. n. 336—475.

Imp. Zeno A. Sebastiano PO. Iubemus, adscriptitiorum creationes secundum veterem constitutionem, nisi dominorum possessionum, unde oriundi sunt, evidens concurrerit consensus, nullius penitus esse momenti. *L.* 37 *Cod. Iust. de Episc.* 1, 3.

IMPPP. CONSTANTINUS II., CONSTANTIUS ET CONSTANS AAA.

Cf. Constantinus.

1092. p. C. n. 339. FL. IUL. CONSTANTIO A. II. FL. IUL. CONSTANTE A. COSS.

Ἰουδαίων δὲ ἐνομοθέτησαν (οἱ υἱοὶ τοῦ Κωνσταντίνου) μηδένα δοῦλον ὠνεῖσθαι τῶν ἐξ ἑτέρας αἱρέσεως· εἰ δὲ παρὰ τοῦτο ποιήσει, δημόσιον οἰκέτην εἶναι· εἰ δὲ καὶ περιτέμη καθὰ Ἰουδαίοις θέμις, εἰς κεφαλὴν εἶναι τὸν κίνδυνον, καὶ ἀφαίρεσιν τῶν ὄντων. Lege sanxerunt (filii Constantini), ne Iudaeus servum ex alia emeret secta. Quod si secus fecisset, servum fisco addici mandarunt. Si vero emtum Iudaeorum more circumcidisset, capitis supplicio et bonorum proscriptione mulctandum. *Sozomenus* 3, 17. — *Κωνστάντιος καὶ Κώνστας ἐνομοθέτησαν Ἰουδαῖον μὴ ὠνεῖσθαι δοῦλον, ἐπεὶ ἀφαιρεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὸν δημόσιον λόγον· εἰ δὲ καὶ περιτεμεῖν τολμήσει δοῦλον, ξίφει τιμωρεῖσθαι καὶ τὴν τούτου δημεύεσθαι οὐσίαν.* Constantius et Constans legem tulerunt, ne quis Iudaeus servum emeret: emtum publicari iusserunt. Si quis circumcidere servum ausus esset, gladio feriri et bona eius publicari. *Cedreni Hist. p.* 522. — *Κωνστάντιος δὲ καὶ ὁ Κώνστας ἐνομοθέτησαν, Ἰουδαῖον μὴ ὠνεῖσθαι δοῦλον, ἐπεὶ ἀφαιρεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὸν δημόσιον λόγον· εἰ δὲ καὶ περιτεμεῖν τολμήσοι δοῦλον, ξίφει τιμωρεῖσθαι καὶ δημεύεσθαι.* Constantius autem et Constans, ne Iudaeus servum sibi pretio compararet, servum alioquin in publicum censum referendum: sin servum auderet circumcidere, eum gladio puniendum et eius bona publicanda suis edictis caverunt. *Theophanes p.* 54. — *Ἐνομοθέτουν μή τινα Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ συζῶντα, δοῦλον ὠνεῖσθαι ἐξ οἵας δή ποτ᾽ οἷον αἱρέσεως ὄντα. εἰ δὲ οἷον φωραθέντα, αὐτὸν ἐκεῖνον δημόσιον δοῦλον καθίστασθαι.* Lege sanxerunt, ne quis Iudaeus mancipium Christianum, cuiuscunque tandem sectae, aere et libra emtum haberet. Si quis aliter fecisse compertus esset, servum eum publicum fore. *Nicephor. Call.* 9, 20. Cf. Cod. Theod. 16, 9, 2. — Ex constitutionibus divorum principum solennitas huiusmodi verborum (in legatis) penitus sublata est. § 2 *Inst. de Legatis* 2, 20. Cf. Cod. Iust. eod. tit. 6, 37, 21; 6, 23, 15. — * *Imp. Iustinianus A. Iuliano PO.* ... Quum petitio bonorum possessionis Constantiniana (leg. Constantiana) lege sublata sit, et ab eo introducta observatio, quae pro antiqua sufficit petitione. *L.* 7, § 3 *Cod. Iust. de Curat. fur.* 5, 70. Cf. Cod. Theod. 8, 18, 4; Cod. Iust. 6, 9, 9.

IMPP. CONSTANTIUS ET CONSTANS AA.

1096—1103. p. C. n. 343—350.

* Omnibus, qui sunt partium ecclesiasticarum, sacerdotibus inquam et diaconis primus lege decernit immunitatem. *Auctor Vitae Spiridionis.* — *Συνελαμβάνοντο εἰς ἐπίδοσιν τούτων καὶ οἱ βασιλεῖς, οὐχ ἧττον ἢ ὁ πατὴρ περὶ τὰς ἐκκλησίας σπουδάζοντες, καὶ κληρικοὺς καὶ παῖδας αὐτῶν καὶ οἰκείους ἐξαιρέτοις τιμαῖς καὶ ἀτελείαις γεραίροντες.* Ad rerum incrementum ipsi quoque Imperatores plurimum contulerunt, quippe qui non minore studio, quam ipsorum pater, ecclesias foverent: clericos eorumque liberos ac famulos privilegiis et immunitatibus honorarent. *Sozomenus* 3, 17. Cf. Cod. Theod. 16, 2, 8 et 9. — *Τοῦ πολέμου χρημάτων, καὶ σιτηρεσίου, καὶ χορηγίας λαμπρᾶς δεομένου, ὑπάρχοντος δὲ οὐδενὸς σχεδὸν τῶν τοιούτων, αὐτὸς ἐξεῦρες καὶ κατέστησας. χρημάτων δὲ ἐπενόεις πόρους, οὐκ αὔξων τοὺς φόρους, οὐδὲ τὰς συντάξεις, καθάπερ Ἀθηναῖοι πρόσθεν, εἰς τὸ διπλάσιον, ἢ καὶ ἐπὶ πλέον κατέστησας· ἐμμένων δὲ οἶμαι τοῖς ἀρχαίοις. πλὴν εἴπου πρὸς βραχὺ, καὶ πρὸς εὔκαιρον ἐχρῆν αἰσθέσθαι δαπανηροτέρων τῶν λειτουργημάτων.* Quum bellum pecunias, et annonam, et expensas admodum ingentes exigeret; nec eorum tamen fere quidquam suppeteret, haec tu excogitasti per temet ac constituisti. Pecuniarum vero comparandarum eam rationem iniisti, non ut augeres tributa, vel descriptas pensitationes (quod olim ab Atheniensibus factum est) duplo, vel eo etiam amplius, maiores indiceres; sed antiquis contentus, ac iam receptis: nisi forte ad breve aliquod tempus gravioris aliquanto sumtus obeundae functiones erant. *Iulian. Orat. I. ad Constantium p.* 21. Cf. Cod. Theod. 11, 1, 5. — *Καὶ ὡς τοὺς καλοὺς ἐκείνους ἐτίθει νόμους, τὴν ἡμίσειαν εἰσφέρειν, θάνατον ἀπειλῶν τοῖς ἀπειθοῦσι· μηνυτὰς δὲ εἶναι τὸν βουλόμενον τῶν οἰκετῶν. καὶ ὅπως ἠνάγκαζε τοὺς οὐδὲν δεομένους, τὰ βασιλικὰ κτήματα πρίασθαι.* Tum vero praeclaras illas leges nobis ediderit, uti dimidiam quisque bonorum partem penderet, proposito mortis supplicio, si

quis facere detrectaret: servis porro adversus dominos iudicium permiserit, atque ut regias possessiones emere, invitos etiam, ac nihil opus habentes, coegerit. *Iulian. Orat. I. ad Constantium p.* 34. — *Ὃς πολλοὺς μὲν στερομένους πάλαι τῶν αὐτῶν κτημάτων, τοῦ πατρῴου κλήρου συμφορᾷ περιπεπτωκότος, ἐν δίκῃ καὶ παρὰ δίκην, ἐπειδὴ πρῶτον ἐγένου κύριος, τοῖς μὲν καθάπερ δικαστὴς ἀγαθὸς τὰ τῶν ἔμπροσθεν ἁμαρτήματα διορθωσάμενος, κυρίοις εἶναι τῆς αὐτῶν οὐσίας παρέσχες· τοῖς δὲ ἐπιεικὴς κριτὴς γενόμενος, ταῦτα μὲν ὧν ἀφῄρηντο, πάλιν ἐχαρίσω· ἀρκεῖν οἰόμενος τὸ μῆκος τοῦ χρόνου πρὸς τιμωρίαν τοῖς παθοῦσιν.* Nam quum plerosque nactus esses, qui dudum suis facultatibus spoliati essent, quod eorum patrimonium partim iure, partim iniuria, summa cum calamitate dilapsum esset; simulatque summae rerum praefectus es, alios quidem tanquam bonus quispiam iudex, prioribus delictis emendatis, in pristinorum bonorum possessionem restituisti; aliis vero perinde atque aequus arbiter, quae pridem ademta iis fuerant, iterum reddidisti: temporis diuturnitatem existimans ad poenam iis sufficere, qui ea calamitate essent affecti. *Iulian. Orat. cit. p.* 43. — * *Τὴν Ῥώμην μὲν, ἔτι τοῦ τυράννου κρατοῦντος τῆς Ἰταλίας, διὰ τῆς γερουσίας εἰς Παιονίαν μετέστησας· προθύμους δὲ εἶχες τὰς πόλεις πρὸς τὰς λειτουργίας.* Romam ipsam quidem, tyranno adhuc in Italia dominante, per senatum in Pannoniam transtulisti: ac civitates ipsas ad tributa pensitanda promtas ac faciles habuisti. *Iulian. Orat. cit. p.* 48. — *Impp. Constantius et Constans AA. ad Rusticum PU.* Dudum meminimus, sancientibus nobis esse decretum, ut, iuris veteris auctoritate summota, nullus clarissimus a praefecti urbis sententia provocandi usurparet licentius facultatem. *L.* 23 *Cod. Theod. de Appellat.* 11, 30. — *Τούτῳ τῷ ἔτει Κωνστάντιος ... κτίζει δὲ Κωνσταντίαν, τὴν πρώην Ἀντωνίου πόλιν λεγομένην, ἐπονομάσας αὐτὴν ἑαυτῷ.* Hoc anno Constantius ... Constantiam quoque, Antonii urbem prius dictam, suo de nomine deinceps nuncupandam aedificavit. *Theophanes ad a.* 332, *p.* 54. — *Νικητὴς Κωνστάντιος μέγιστος σεβαστὸς τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ... Ἀρκέσει εἴργεσθαι συνόδων αὐτοὺς (τοὺς τοῦ Εὐδοξίου) καὶ συλλόγου κοινοῦ. Victor Constantius maximus Augustus, sanctae ecclesiae, quae est apud Antiochiam* ... Sufficiet, a coetibus ecclesiasticis et a publico conventu eos (Eudoxio addictos) arceri. *Sozomenus* 4, 14. Cf. Baronius 4, 617. — *Impp. Constantius et Constans AA. Ordini Caesenatium.* Vinum, quod ad cellarii usus ministrari solet, cuncti Italiae possessores iuxta statutum Constantii, fratris mei, comparent. *L.* 6 *Cod. Theod. de Annonis* 11, 1.

1099. p. C. n. 346. FL. IUL. CONSTANTIO A. IV. FL. IUL. CONSTANTE A. IV. COSS.

Τούτῳ τῷ ἔτει Κωνστάντιος ... καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ Φοινίκῃ, ἣν Κωνσταντίαν κέκληκεν, τὴν πρότερον καλουμένην Ἀντάραδον. Hoc anno Constantius ... aliam quoque in Phoenice (urbem), Antaradam prius dictam, de suo nomine Constantiam vocavit. *Theophanes p.* 57.

* 1107—1164. p. C. n. 354—411.

Impp. Honorius et Theodosius AA. Synesio. Constitutione cessante, qua super curiosis ex viri illustris comitis et magistri officiorum iudicio dirigendis intra certum numerum forma concluditur. *L.* 10 *Cod. Theod. de Curiosis* 6, 29. — *Iidem AA. Anysio Com. S. L.* Cessantibus cunctis, quae super biennio de actu mittendariorum olim statuta sunt. *L.* 22 *Cod. Theod. de Palatinis* 6, 30. — *Impp. Honorius et Theodosius AA. Narsi viro spect. Comiti etc.* In officio spectabilitatis tuae, secundum formam divalium responsorum, post completum tempus praefinitum, id est biennium, prioribus decedentibus insequentes ad locum pro merito laborum stipendiorumque succedant. *L.* 1 *Cod. Theod. de Castrensianis* 6, 32.

IMP. CONSTANTIUS A.

Cf. Constantinus M. p. 201, 208, *Iulianus, Arcadius.*

1110. p. C. n. 357. FL. IUL. CONSTANTIO A. IX. FL. CL. IULIANO C. II. COSS.

Literis Augusti (Constantii) monitus (Iulianus) ex relatione praefecti, non agere ita perplexe, ut videretur parum Florentio credi, rescripsit; gratandum esse, si provincialis hinc inde vastatus, saltem solennia praebeat, nedum incrementa, quae nulla supplicia egenis possent hominibus extorquere. *Ammian. Marcell.* 17, 3. — *Ὑπὸ τοῦ θείου τινὸς ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπου, καὶ πλείω τε θεοῖς ἢ ἀνθρώποις ὁμιλήσαντος ἐν γῇ. Καί τοι νόμος γε εἶργε, καὶ ἦν ἡ δίκη τῷ τολμῶντι θάνατος.* Lex lata adversus divinos et vates, qua poena mortis his indicta est. *Libanius de Vita sua ed. Morell. p.* 11. Cf. Cod. Theod. 9, 16, 4 et Libanii Orat. 21 ad Theodos. p. 393.

1111. p. C. n. 358. DATIANO ET NERATIO CEREALI COSS.

Inusitato exemplo id petendo Caesar (Iulianus) impetraverat a praefecto (Florentio), ut secundae Belgicae multiformibus malis oppressae dispositio sibi committeretur, ea videlicet lege, ut nec praefectianus, nec praesidialis apparitor ad solvendum quemquam urgeret. Quo levati solatio cuncti, quos in curam susceperat suam, nec interpellati ante praestitutum tempus, debita contulerunt. *Ammian. Marcell.* 17, 3.

1112. p. C. n. 359. FL. EUSEBIO FL. HYPATIO COSS.

Interim in Oriente, exemplo Occidentalium, Imperator iubet cunctos fere episcopos apud Seleuciam Isauriae oppidum congregari. *Severus Sulpitius Sacr. Hist.* 2, 42. — Honoratus ex praefecto Galliarum primus Constantinopoli praefectus urbis factus. *Hieron. Chron. ad a.* 363. — Ipso anno primum processit Constantinopolim praefectus urbis nomine Honoratus die III. Id. Decemb. *Idat. Descr. Cons. p.* 93. — His Coss. Honoratus nomine primus Constantinopoli praefectus urbi esse coepit. *Cassiod. Chron. ad a.* 360. — *Αὐτῷ τῷ ἔτει ἐν πρώτοις προῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔπαρχος Ῥώμης ὀνόματι Ὁνώρατος πρὸ γ´ ἰδῶν σεπτεμβρίων.* Hoc ipso anno primum processit Constantinopoli praefectus Romae, Honoratus nomine ex a. d. III. Id. Septembres. *Chron. Pasch. ad a.* 359. Cf. Socrates 6, 41. Sozomenus 4, 22. — Edictis propositis arroganter satis multa mentiebatur Constantius. Aram victoriae e curia amoveri iussit. *Ammian. Marcell.* 16, 12. — Provinciarum fortunis multa conducentia disponebat, diligenter observans, ne quem tributorum sarcina praegravaret, neve potentia praesumeret aliena, aut ii versarentur in medio, quorum patrimonia publicae clades augebant, vel iudicum quisquam ab aequitate deviaret impune. Idque ea re levi labore correxit, quod ipse iurgia dirimens, ubi causarum cogebat magnitudo vel personarum, erat indeclinabilis iustorum iniustorumque distinctor. *Ammian. Marcell.* 18, 1.

1113. p. C. n. 360. FL. IUL. CONSTANTIO A. X. FL. IULIANO A. CAES. III. COSS.

Ex Oratione Iuliani ad milites ... Ut autem rerum integer ordo servetur, praemiaque virorum fortium maneant incorrupta, nec honores ambitio praeripiat clandestina, id sub veneranda consilii vestri facie statuo, ut neque civilis quisquam iudex, nec militiae rector, alio quodam praeter merita suffragante, ad potentiorem veniat gradum, non sine detrimento pudoris eo, qui pro quolibet petere tentaverit, discessuro. *Ammian. Marcell.* 20, 5.

1112—1114. p. C. n. 359—361.

Contemplanti mihi rescriptum numinis vestri, quo arcae vinariae debita a praefecto eius temporis, quo contracta dicuntur, erui censuistis . . . stupere me fateor, coelesti mansuetudini

vestrae totius orbis negotiis occupatae, literas D. Constantii ita esse suggestas, ut comminatio sub conditione depromta instar cuiusdam debiti duceretur: dehinc tacitum quodam casu de ea parte rescripti, quae tenebat officium, ut persona iudicis, tanquam vilior, apparitorum suorum impunitate premeretur: tertio, quod ea summa solidorum, quam cognitio et relatio viri illustris praedecessoris mei ex maiore parte solutam probavit, aerario tanquam debita, et intacta deposcitur ... Gravia subiectis saepe minitamini, acuendi potius studio, quam nocendi. Hoc etiam divus genitor tuus ... pia lege constituit: qui sententiam quoque sub comminatione depromtam, effectu atque executione vacuavit. Hanc vero conditionem, quam D. Constantius adiecit literis suis, multa, quae post visa sunt, subruerunt. Nam eodem principe adhuc orbem regente, ad Tertullum praefectum urbis migravit exactio ... Nec multo post tempore, in Clytholiam Maximum, pari honore tunc praeditum, tituli istius cura convenit. Divo etiam parente numinis tui Romana iura et fata moderante, praefectis ac discussoribus mandata provincia est, et per vices administrantium publici debiti occurrit exactio. Novissime relatus in coelum germanus clementiae tuae, cum ipsum Basilium quum haberet appositum, qui personis iudicum non pepercit: primiscrinios urbani officii, quorum sollicitudo per successiones exigenda curaverat, vel solvendo nomini, vel edendae rationi fecit obnoxios ... Quare insitam divinis sensibus vestris oro iustitiam, ne adversum D. Gratiani definitionem, adversum rescripta tot principum, qui praefectis debita eruenda mandarunt, ignaros negotii et paternae hereditatis alienos, pulsari incongrua conventione patiaris. *Symmach.* 10, 54.

1114. p. C. n. 361. TAURO ET FLORENTIO COSS.

Ὁ βασιλεὺς ἐπενόησε διασπεῖραι αὐτοὺς, νόμῳ κελεύσας, τοὺς ὑποκειμένους αὐτῶν δημοσίοις λειτουργήμασι, τῇ ἰδίᾳ τύχῃ ἀποδίδοσθαι. καὶ γὰρ ἦσαν τινὲς ἐξ αὐτῶν λειτουργίαις ὑποκείμενοι, οἱ μὲν βουλευτηρίων, οἱ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τάξεων ὑποκείμενοι. Imperator dissipandos eos cogitans iussit, ut ii, qui publicis muneribus obnoxii essent, propriae fortunae redderentur, eo quod quidam ex iis muneribus obnoxii erant: et hi quidem curiis; illi vero rectorum officiis. *Socrates* 2, 32. Cf. Cod. Theod. 8, 4, 7. — *Imp. Constantinus* (*leg. Constantius*) *A. ad Musonianum PO.* Iam dudum nostrae clementiae iussa exsistunt, ut rectoribus provinciarum evectionum faciendarum copia denegetur. *L.* 5 *Cod. Theod. de Cursu publ.* 8, 5. — *Imp. Constantius A. et C. ad Taurum PO.* In Ariminensi synodo super ecclesiarum et clericorum privilegiis tractatu habito usque eo dispositio progressa est, ut iuga, quae videntur ad ecclesiam pertinere, a publica functione cessarent ... Quod nostra videtur dudum sanctio repulisse. *L.* 15 *pr. Cod. Theod. de Episc.* 16, 2. — *Imp. Leo A. Erythrio PO.* ... Exceptis primipilaribus, quos praeceptis tui culminis et publicis utilitatibus in perpetuum esse subiectos, sacratissimae constitutionis statuta sanxerunt. *L.* 27 *Cod. Iust. de Episcopis* 1, 3. Cf. l. 4 Cod. Iust. eod. tit. et l. 7 Cod. Theod. de Cohort. 8, 4.

1090—1114. p. C. n. 337—361.

Imperatoriae auctoritatis cothurnum ubique custodiens, popularitatem elato animo contemnebat et magno: erga tribuendas celsiores dignitates impendio parcus: nihil circa administrationum augmenta praeter pauca novari perpessus: nunquam erigens cornua militarium. Nec sub eo dux quisquam cum clarissimatu provectus est. Erant enim, ut nos quoque meminimus, perfectissimi: nec occurrebat magistro equitum provinciae rector, nec contingi ab eo civile negotium permittebat. Sed cunctae castrenses et ordinariae potestates, ut honorum omnium apicem, priscae reverentiae more praefectos semper suspexere praetorio. In conservando milite nimium cautus: examinator meritorum nonnunquam subscrupulosus, palatinas dignitates velut ex quodam tribuens perpendiculo: et sub eo nemo celsum aliquid acturus in regia, repentinus adhibitus est vel incognitus: sed qui post decennium officiorum magisterium, vel largitiones, vel simile quidquam esset recturus, apertissime noscebatur. Valdeque parum contigerat, ut militarium aliquis ad civilia regenda transiret: contraque non nisi pulvere bellico indurati praeficiebantur armatis. ... Addebatur miserorum aerumnis, qui rei maiestatis imminutae vel laesae deferebantur, acerbitas eius et iracundae suspiciones, in huiusmodi cuncta distentae. Et si quid tale increpuisset, in quaestiones acrius exsurgens quam civiliter, spectatores apponebat his litibus truces: mortemque longius in puniendis quibusdam, si natura permitteret, conabatur extendi, in huiusmodi controversiarum partibus etiam Gallieno ferocior ... hic etiam facta vel dubia adigebat videri certissima vi nimia tormentorum ... Augebat etiam amaritudinem temporum flagitatorum rapacitas inexpleta, plus odiorum ei quam pecuniae conferentium. Hocque multis intolerantius videbatur, quod nec causam aliquando audivit, nec provinciarum indemnitati prospexit, quum multiplicatis tributis et vectigalibus vexarentur. Eratque super his adimere facilis, quae donabat. Christianam religionem absolutam et simplicem anili superstitione confundens: in qua scrutanda perplexius, quam componenda gravius, excitavit discidia (dissidia?) plurima; quae progressa fusius aluit concertatione verborum: ut catervis antistitum iumentis publicis ultro citroque discurrentibus per synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad suum trahere conantur arbitrium, rei vehiculariae succideret nervos. *Ammian. Marcell.* 21, 16. — *Ἦν συμφυὴς τοῖς ὑπηκόοις, δικαιοσύνη δὲ περὶ τὰς κρίσεις στοιχῶν. περὶ τὴν δίαιταν ἐγκρατὴς, καὶ ἐν ταῖς τῶν ἡγεμονιῶν καὶ ταῖς τῶν ἀξιωμάτων λαγχανομαῖς, τοῦ προσήκοντος στοχαζόμενος, μηδένα τῇ γερουσίᾳ συντάσσων, ὃς παιδείας μετείληχεν, οὐδὲ ἤσκητο πρὸς τὸ λέγειν, καὶ ᾔδει γράφειν ἐμμέτρως τε καὶ πεζῶς.* Fuit clemens erga subditos, aequitatem in iudicando servans, in victu temperans, in mandandis imperiis et magistratibus decori observans: neque in senatum quemquam admisit, nisi eruditum, et in dicendi facultate ita exercitatum, ut solutam ligatamque scriberet orationem. *Zonaras* 13, 11.

IMP. IULIANUS A.

Cf. Constantinus p. 199, 201, 208, *Constantius.*

Ἀρταβίῳ. Ἐγὼ νὴ τοὺς θεοὺς οὔτε κτείνεσθαι τοὺς Γαλιλαίους, οὔτε τύπτεσθαι παρὰ τὸ δίκαιον, οὔτε ἄλλο τι πάσχειν κακὸν βούλομαι· προτιμᾶσθαι μέντοι τοὺς θεοσεβεῖς, καὶ πάνυ φημὶ δεῖν. *Artabio.* Ego per deos, neque interfici Galilaeos, neque caedi praeter ius et aequum, neque molestiae quidquam perpeti volo: sed tamen iis pios et sanctos viros praeferendos esse vel maxime censeo. *Iuliani Imp. Epist.* 7. — *Μύσταις τε καὶ ἱερεῦσιν, ἱεροφάνταις τε καὶ τοῖς τῶν ξοάνων θεραπευταῖς, τὰς παλαιὰς τιμὰς ἀπέδωκε· καὶ τὰ παρὰ τῶν πρόσθεν βασιλέων νενομοθετημένα ἐπ' αὐτοῖς ἐκύρωσε· λειτουργιῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ὧν πρὶν εἶχον, τὴν ἀτέλειαν ἐπεψηφίσατο· καὶ τὰ ἀφαιρεθέντα τῶν νεωκόρων σιτηρέσια ἀπέδωκε.* Sacrorum initiatoribus, flaminibus et hierophantis, et simulacrorum ministris pristinos honores restituit, et quae a superioribus imperatoribus in eorum gratiam constituta fuerant, confirmavit; immunitatem quoque a functionibus publicis et ab aliis oneribus, sicut antea habuerant, iis decrevit. Ad haec annonas aedituis templorum ablatas, reddidit. *Sozomenus* 5, 3. Cf. Theophanes p. 75. — *Ἰουλιανὸς ... διατάγματα κατὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἀποστέλλων τὰ εἴδωλα πάντα ἀνανεοῦσθαι προσέταττεν.* Iulianus ... misso adversus Christianismum per totum orbem edicto idola omnia instaurari praecepit. *Chron. Pasch. p.* 546. — *Κηρύγματα δὲ ἦν λαμπρὰ, καὶ βασιλικῆς ἄξια μεγαλοψυχίας· ἄδεια δὲ πᾶσιν ἐδίδοτο τοῖς ταξαμένοις μετὰ τοῦ τυράννου· πλὴν εἴ τις ἀνοσίων ἐκείνῳ φόνων ἐκοινώνει.* Per praeconem denuntiationes factae magnificae, et imperatoria magnanimitate dignae: quibus omnibus,

qui cum tyranno fuerant, impunitas est proposita, praeterquam iis, qui cum eo nefandarum caedium participes fuissent. *Iuliani Imp. Orat.* 1, *p.* 38. — Planis absolutisque decretis aperiri templa, arisque hostias admoveri ad deorum statuit cultum. Utque dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat civilius, ut discordiis consopitis quisque nullo vetante religioni suae serviret intrepidus. *Ammian. Marcell.* 22, 5. — Quum sancti principis mores atque instituta falsarum vituperationum licentiam summoverent, callido nocendi artificio accusatoriam diritatem laudum titulis peragebant ... illa iactantes ... ita illi anni spatia divisa sunt, ut aut barbaros domitet aut civibus iura restituat, perpetuum professus aut contra hostem aut contra vitia certamen. *Mamertini Gratiarum act. Iuliano A. hab.* 4. — Universas urbes ope Imperatoris refotas enumerare perlongum est; scire satis est, cunctas Macedoniae, Illyrici, Peloponnesi civitates unis aut binis epistolis maximi Imperatoris repentinam induisse, novatis moenibus, iuventutem, aquas omnibus locis scatere. *Mamertin. l. c.* 9. — *Ἀφείλετο τὰ γέρα, τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τοῖς ἱερωμένοις ἀπονενεμημένα.* Ablata sunt munera ac privilegia, quae Constantinus M. clericis attribuerat. *Theodoret.* 3, 6. Cf. a. 362. — *Τὰς τῶν πιστῶν* (*Χριστιανῶν*) *ἐκκλησίας ἀπέκλαυσεν.* Ecclesias eorum (Christianorum) claudi iubet. *Zonaras* 13, 12. — *Τοὺς ἐξορισθέντας ἐπισκόπους ἀνακληθῆναι ἐκέλευσε* (*Ἰουλιανὸς*), *καὶ τὰς δημευθείσας οὐσίας αὐτοῖς ἀπεδίδου· καὶ τὰ ἱερὰ τῶν Ἑλλήνων ἢ τάχος ἀνοίγειν, τοῖς ἐπιτηδείοις προσέταττε· τοὺς δὲ ὑπὸ τῶν εὐνούχων ἀδικηθέντας, ἀπολαμβάνειν τὰ κακῶς ἀφαιρεθέντα ἐθέσπιζεν.* Episcopos qui relegati fuerant, revocari iubet, et bona quae fisco addicta fuerant, iisdem restituit. Deinde familiaribus suis mandavit, ut gentilium templa confestim aperirent. Eos autem qui ab eunuchis iniuria affecti fuerant, res inique abreptas recuperare iussit. *Socrates* 3, 1. Cf. Nicephor. Call. 10, 5; Iuliani Ep. 10 ad Aëtium. — *Ἐκέλευε* (*Ἰουλιανὸς*), *μὴ δὲ κατὰ τὰ βασίλεια στρατεύεσθαι τοὺς μὴ βουλομένους καταλιπεῖν μὲν τὸν Χριστιανισμὸν, ἐπὶ τὸ θύειν δὲ τοῖς ἀγάλμασιν ἔρχεσθαι.* Interdixit, ne in palatio militarent, qui Christianam religionem abiicere et simulacris sacrificare nollent. *Socrates* 3, 13. — Edicto proposito universos iussit transire Chalcedona, pollicitus, quod ipse quoque protinus veniret, cuncta eorum negotia finiturus. Quibus transgressis, mandatum est navigiorum magistris ultro citroque discurrentium, ne quis transfretare auderet Aegyptium; hocque observato cura propensiore evanuit pertinax calumniandi propositum, et omnes, spe praesumta frustrati, redierunt ad lares. Unde velut aequitate ipsa dictante, lex est promulgata, qua cavetur, nullum interpellari suffragatorem super his, quae eum recte constiterit accepisse. *Ammian. Marcell.* 22, 6.

Ante ann. 1115, p. C. n. 362.

Imp. Iulianus A. Iuliano Comiti Orientis. Eos indulserunt veteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris dignitas nullius vindicaret iuri civitatis. *L.* 51 *Cod. Theod. de Decurion.* 12, 1.

1115. p. C. n. 362. CLAUDIO MAMERTINO ET NEVITTA COSS.

Oboriri solent nonnul*lae* | controversiae, quae no*tio* | *ne* i*n*quirant*ur* et exami*ne* | iudicis celsioris. tum autem | quaedam negotia sunt, in | quibus superfluum sit, mo | deratorem exspecta*re* | provinciae. quod nobis | utrumque pendentib*us* | rectum admodum visum | est, ut pedaneos iudices *id est* eos, qui negotia *h*umilia | disceptent, constituendi | daremus praesidibus pote|statem. ita enim et sibi | partem curarum ipsi de | m*inuent* et tamen ni*h*ilomi|nus quas*i isti h*oc munus admi|nistrabunt, quum illi quo*s* | legere administre*nt* | Cuius rei constitu*endae munus* | ad tuae eminen*tiae spectat curam. ad ex* | cellentiam tua*m igitur mit*|timus per eunde*m* ... *Inscript. lapid. civitatis Minoë, rep. in insula, cuius nomen Amorgos, ex restitut. E. Philippi* (*Bulletino dell' Instituto di Corrispondenza Archeologica n. III. et IV. di Marzo e Aprile* 1852. *Roma* 1852. 8. *p.* 45—52. Cf. Cod. Theod. 1, 16, 8 sive Cod. Iust. 3, 3, 5. — *Ἵππων καὶ ὄνων διαδοχὰς ὑπὲρ μεγίστων δὴ τὸ πρῶτον συστάσας, τριβομένας ἔπαυσας ὑπὸ τῶν ἐλαυνόντων.* Equorum et mulorum mutationes ad maximas res principio constituens, attritas eas a commeantibus vindicasti. *Libanius Orat. in Iuliani Necem p.* 182. — *Περιεῖλε τὸν δημόσιον τῶν χρειῶν δρόμον, οἷον ἡμιόνων, βοῶν καὶ ὄνων, μόνον δὲ τῶν ἵππων ταῖς δημοσίαις χρείαις συνεχώρησεν ὑπουργεῖν.* Publicum cursum, qui publicis necessitatibus inserviebat, sustulit; mulorum scilicet, boum et asinorum; solum equorum cursum eiusmodi necessitatibus ministrare permittens. *Socrates* 3, 1. — *Ἐδίωξε δὲ καὶ πάντας εὐνούχους τοῦ παλατίου ... ἀλλὰ καὶ μαγείρους καὶ κουρεῖς, ἐκ δὲ τοῦ δημοσίου δρόμου καμήλους, βόας, ὄνους καὶ ἡμιόνους· μόνους δὲ τοὺς ἵππους τῷ δημοσίῳ δρόμῳ ὑπουργεῖν συνεχώρησεν.* Omnes praeterea palatii eunuchos eiecit ... item coquos et tonsores et ex publico cursu camelos, boves, asinos, mulasque eiecit, solos equos publico usui inservire iussit. *Leo Gramm. p.* 94. — *Τοῦ δὲ δημοσίου δρόμου τάς τε καμήλους καὶ ὄνους βόας τε καὶ ἡμιόνους ἐξέβαλεν, μόνους ἵππους συγχωρήσας ὑπουργεῖν διὰ πολλὴν φιλαργυρίαν, ἧς δοῦλος ἦν, ὡς πρώτης εἰδωλολατρείας.* A publici cursus consuetudine camelis, asinis, bobus et mulis ablegatis adaugendae pecuniae, cuius etiam ante idolorum mancipabatur libidini, solos equos in ministerium adhiberi permisit. *Theophanes p.* 72. — *Ἵστησι δὴ καὶ ταύτην Ἰουλιανὸς τὴν μέθην, στήσας ὡς ἀληθῶς, τοὺς οὐκ ἀναγκαίους τρόπους. καὶ τὰς μὲν τοιαύτας χάριτας ἐπικινδύνους ἀποφήνας, καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν, διδάξας δὲ τοὺς ἀρχομένους ὑποζύγια τοὺς μὲν κτᾶσθαι, τοὺς δὲ μισθοῦσθαι. καὶ πρᾶγμα ἀπιστούμενον ἑωρᾶτο, γυμνάζοντες ἡνίοχοι μὲν ἡμιόνους, ἱπποκόμοι δὲ ἵππους· ὥσπερ γὰρ πρότερον ἐπεπέδηντο ταῖς ταλαιπωρίαις, οὕτω δέος ἦν μὴ καὶ τότε τῷ μήκει τῆς ἀργίας. τουτὶ δὲ τοὺς οἴκους τῶν ὑπηκόων εὐπορωτέρους καθίστη.* Coërcuit vero et hanc Iulianus temulentiam, non necessarias mutationes compescens, et huiusmodi evectiones exitiosas declarans quum in dando tum in accipiendo: docensque, subditorum alios iumenta sibi comparare, alios vero conducere; unde evenit res vix fide digna: aurigae scilicet exercentes mulos, hippocomi equos. Nam ut antea aerumnis implicabantur, ita nunc metus erat, ne idem contingeret longa corporis mora. Quod et ipsum locupletiores domos subditorum reddidit. *Libanius Orat. in Iuliani Necem p.* 295. Cf. Cod. Theod. 8, 5, 12. — *Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας τῷ μεγέθει σαφῶς εἰδὼς, ὡς οὐκ ἄνευ πόνου τὰ τοιαῦτα συλλέγοιντο, νομοθετεῖ, τὸν στέφανον ἀπὸ στατήρων ἑβδομήκοντα φοιτᾷν, τὴν μὲν τιμὴν ἴσην νομίζων ἑκατέρου δύνασθαι. φιλοχρημάτου δὲ εἶναι κέρδη ζητεῖν ἐν τιμῶν σχήματι.* At hic princeps magnitudinem reprehendebat, quum probe nosset, ut non sine labore huiuscemodi colligerentur, lege sanxit, statuitque, ut corona septuaginta staterum in frequenti esset usu, ratus pretium alterutrius aequale esse; sed pecuniae amantis esse, lucrum quaerere in pretiorum figura. *Libanius Orat. in Iuliani Necem p.* 305. Cf. Cod. Theod. 12, 13, 1.— *Καὶ ἄλλα δὲ τῆς αὐτῆς κακοτεχνίας συνεπῆγε· τούς τε γὰρ ἐν κλήρῳ κατειλεγμένους εἰς τὴν τῶν βουλευτῶν ἀνέστρεψε λειτουργίαν.* Alia quoque his adiecit non dissimilis malignitatis. Eos enim, qui clero adscripti erant, ad publicas decurionum functiones retraxit. *Philostorgius Eccles. Hist.* 7, 4. *Nicephor. Call.* 10, 13.— *Κληρικοὺς πᾶσαν ἀτέλειαν καὶ τιμὴν καὶ τὰ σιτηρέσια ἀφείλετο Κωνσταντίου· καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν κειμένους νόμους ἀνεῖλε, καὶ τοῖς βουλευτηρίοις ἀπέδωκε.* Clericis immunitatem omnem atque honorem, et annonas a Constantio praebitas ademit: legesque in eorum gratiam latas abrogavit, ipsos denique curiis restituit. *Sozomenus* 5, 5. Cf. Nicephor. Call. 10, 5. — *Ὁ βασιλεὺς βοηθήσας τὰ εἰκότα τῇ πόλει* (*Ἀντιοχείᾳ*) *καὶ πλῆθος πολὺ παραδοὺς βουλευτῶν, ἐκ πατρὸς εἰς τοῦτο καταγομένων, καὶ ἔτι ὅσους ἔτυχον τεκοῦσαι βουλευτῶν θυγατέρες· ὅπερ ὀλίγαις δεδομένον ἔγνωμεν πόλεσιν.* Imperator, urbe sublevata, ubi quidem hoc posceret aequitas, eique magno decurionum concesso numero, qui paterna successione munus hoc consequerentur, admissis et illis, quotquot decurionum filiae progenuissent; quod sane perpaucis municipiis datum scimus. *Zosimus* 3, 11. — *Τὸ δὴ πολλῶν ἐπαίνων*

ἄξιον ἐκεῖνο γράμμα, τὸ δεῖν πάντα ἄνδρα πρὸς βουλὴν καλεῖν, καὶ μηδὲν ἔχοντα ἰσχυρὸν εἰς ἄφεσιν ἐγγράφειν. Hoc edictum (Iuliani) profecto magna laude dignum est: quod omnem virum ad curiam vocari oporteat, eumque qui nullam iustam vacationis causam habeat, ei adscribi. *Liban. Orat. in Iuliani Necem p.* 296, 297. — *Νόμος ἐνδοξοτάτου βασιλέως, πάντας, ὧν οἱ πάπποι βουλευταὶ, δεῖν ἐν τῇ βουλῇ τετάχθαι, κἂν ὦσι θυγατριδοῖ.* Lex Imperatoris augustissimi, quod omnes ii, quorum avi curiales sunt, in curia censeri debeant, etiamsi e filiabus eorum prognati sint. *Liban. Orat. de Curial.* — An metuenda tibi curia est, quum senatui non solum veterem reddideris dignitatem, sed plurimum etiam novi honoris adieceris? An populus est timendus procuratori alimentorum, vitae vindici, libertatis auctori? *Mamertini Gratiar. act. Iuliano Aug.* 24. — Nec privatorum utilitates in tempore afflagranti despiciens, litesque audiens controversas, maxime municipalium ordinum, ad quorum favorem propensior, iniuste plures muneribus publicis annectebat. *Ammian. Marcell.* 21, 12. — Illud amarum et notabile fuit, quod aegre sub eo a curialibus quisquam appetitus, licet privilegiis, et stipendiorum numero, et originis penitus alienae firmitudine communitus, obtinebat aequissimum: adeo ut plerique territi emercarentur molestias pretiis clandestinis. *Ammian. Marcell.* 22, 9. — Illud quoque parum ferendum, quod municipalium ordinum coetibus patiebatur iniuste quosdam annecti, vel peregrinos, vel ab iis consortiis privilegiis aut origine longe discretos. *Ammian. Marcell.* 25, 4. — *Imp. Leo A. Iuliano PO.* ... Lege divae memoriae Iuliani ... nihil in persona viri illustris ... roboris vel iuris habitura. Circa alias sane universas personas ... eandem legem praecipimus obtinere propriam firmitatem. *L.* 61 *Cod. Iust. de Decur.* 10, 31. Cf. C. Th. 12, 1, 51 et 53. Zosimus l. c. — *Ἰουλιανὸς Βυζαντίοις. Τοὺς βουλευτὰς πάντας ὑμῖν ἀποδεδώκαμεν, καὶ τοὺς πατροβούλους, εἴ τε τῇ Γαλιλαίων ἑαυτοὺς ἔδοσαν θρησκείᾳ, εἴ τε ὅπως ἄλλως πραγματεύσαιντο, διαδράναι τὸ βουλευτήριον, ἔξω τῶν ἐν τῇ μητροπόλει λελειτουργηκότων. Iulianus Byzantiis.* Senatores omnes vobis reddidimus, et decuriones patricios, sive in Galilaeorum religionem se dederint, sive aliud quidvis gesserint, ut curiam effugiant, extra eos, qui in urbe primaria publico muneri praefuerunt. *Iuliani Epist.* 11, *p.* 380, 381. Cf. Cod. Theod. 12, 1, 50; Sozomenus 5, 5; Philostorgius 7, 4. — *Πολὺ μὲν ἀνῆκα χρυσίον, πολὺ δ᾽ ἀργύριον, φόρους δὲ παμπληθεῖς ἰδίᾳ παρὰ τὰς ἄλλας πόλεις, ἔπειτα τοῦ βουλευτηρίου τὸν κατάλογον διακοσίοις βουλευταῖς ἀνεπλήρωσα, φεισάμενος οὐδενός· ἐσκόπουν γὰρ, ὅπως ἡ πόλις ὑμῶν ἔσται μείζων καὶ δυνατωτέρα. δέδωκα οὖν ὑμῖν καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιτροπευσάντων τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἐμοὺς, καὶ ἀπὸ τῶν ἐργασαμένων τὸ νόμισμα τοὺς πλουσιωτάτους ἑλομένους ἔχειν.* Multum vobis auri et argenti, multa vectigalia peculiari beneficio praeter alias civitates remisi: praeterea senatorum numerum ad ducentos auxi, neque ulli rei peperci: id enim unum spectabam, ut maiorem potentioremque civitatem vestram redderem. Itaque dedi vobis ex iis, qui thesauros meos procuraverant, et qui nummum fecerant, locupletissimos, ut iis uteremini. *Iuliani Misopog. p.* 367, 368. — *Ταύτης ἕνεκεν ὑμῖν ἀπηχθόμην ἐγὼ τῆς πράξεως, ὅτι τὸν οἶνον ὑμῖν οὐκ ἐπέτρεψα, καὶ τὰ λάχανα, καὶ τὰς ὀπώρας ἀποδίδοσθαι χρυσοῦ, καὶ τὸν ὑπὸ τῶν πλουσίων ἀποκεκλεισμένον ἐν ταῖς ἀποθήκαις σῖτον, ἄργυρον αὐτοῖς καὶ χρυσὸν ἐξαίφνης παρ᾽ ὑμῶν γενέσθαι. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως διέθεντο καλῶς, ἐργασάμενοι τοῖς ἀνθρώποις λιμὸν ἀλοιητῆρα βροτείων, ὥς ὁ Θεὸς ἔφη, τοὺς ταῦτα ἐπιτηδεύοντας ἐξελέγχων. ἡ πόλις δ᾽ ἐν ἀφθονίᾳ γέγονεν ἄρτων ἕνεκα μόνον, ἄλλου δ᾽ οὐδενός. τοῦτο συνίην μὲν οὖν καὶ τότε ταῦτα ποιῶν, ὅτι μὴ πᾶσιν ἀρέσκοιμι, πλὴν ἔμελεν οὐδὲν ἐμοί. τῷ γὰρ ἀδικουμένῳ πλήθει βοηθεῖν ᾤμην χρῆναι, καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις ξένοις, ἐμοῦ τε ἕνεκα, καὶ τῶν συνόντων ἡμῖν ἀρχόντων.* Hanc ob causam ego vobis eram invisus, quod non sum passus vinum, olera, et fructus autumnales auro vendi, neque frumentum a divitibus in horrea conclusum, repente illis in argentum et aurum converti. Illi enim pulchre id extra urbem vendiderunt, et hominibus attulere famem vexatricem mortalium, ut Deus cecinit, huius generis homines arguens: at civitas pane quidem abundabat, praeterea nihil habebat. Atque id equidem iam tum, quum illas res agerem, prospiciebam, nonnullis me parum gratum fore; verum nihil ea res mihi curae erat, quod in animo haberem plebi oppressae et exteris, qui mecum venerant, tum mea causa, tum magistratuum, qui mecum erant, opem ferre. *Iuliani Misopog. p.* 369. — Superest, ut aviditate rapiendi posthabita ... quisque agmini cohaerens incedat; quum ad necessitatem congrediendi fuerit ventum, signa propria secuturus, sciens, quod, si remanserit usquam, exsectis cruribus relinquetur. *Orat. Iuliani ad Milites apud Ammian. Marcell.* 23, 5. — *Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου. Ὄμνυμι τὸν μέγαν Σάραπιν, ὡς εἰ μὴ πρὸ τῶν Δεκεμβρίων Καλανδῶν ὁ θεοῖς ἐχθρὸς Ἀθανάσιος ἐξέλθοι ἐκείνης (Ἀλεξανδρείας), μᾶλλον δὲ καὶ πάσης τῆς Αἰγύπτου, τῇ ὑπακουούσῃ σοι τάξει προτιμήσαιμι χρυσοῦ λίτρας ἑκατόν. Ecdicio Praefecto Aegypti.* Testor magnum Sarapin, nisi ante Kalendas Decembres inimicus deorum Athanasius ex ea urbe (Alexandria), vel potius ex universa Aegypto discesserit, centum auri pondo cohortem, quae tibi paret, mulctatum iri. *Iulian. Epist.* 6. — *Ἀλεξανδρεῦσι διάταγμα. Ἐχρῆν τὸν ἐξελαθέντα βασιλικοῖς πολλοῖς πάνυ, καὶ πολλῶν αὐτοκρατόρων προστάγμασιν, ἓν γοῦν ἐπίταγμα περιμεῖναι βασιλικὸν, εἶθ᾽ οὕτως εἰς τὴν ἑαυτοῦ κατιέναι, ἀλλὰ μὴ τόλμῃ μηδ᾽ ἀπονοίᾳ χρησάμενον, ὥσπερ οὐκ οὖσιν ἐνυβρίζειν τοῖς νόμοις. ἐπεί τοι καὶ τὸ νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν τοῖς Γαλιλαίοις τοῖς φυγαδευθεῖσιν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου, οὐ κάθοδον εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτοῖς, ἀλλ᾽ εἰς τὰς πατρίδας συνεχωρήσαμεν. Ἀθανάσιον δὲ πυνθάνομαι τὸν τολμηρότατον ὑπὸ τοῦ συνήθους ἐπαρθέντα θράσους, ἀντιλαβέσθαι τοῦ λεγομένου παρ᾽ αὐτοῖς ἐπισκοπῆς θρόνου, τοῦτο δὲ εἶναι καὶ τῷ θεοσεβεῖ τῶν Ἀλεξανδρέων δήμῳ οὐ μετρίως ἀηδές. ὅθεν αὐτῷ προαγορεύομεν ἀπιέναι τῆς πόλεως, ἐξ ἧς ἂν ἡμέρας τὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος γράμματα δέξηται παραχρῆμα· μένοντι δ᾽ αὐτῷ τῆς πόλεως εἴσω, μείζους πολὺ καὶ χαλεπωτέρας προαγορεύομεν τιμωρίας. Edictum ad Alexandrinos.* Aequum erat, eum, qui regiis et imperatoriis edictis compluribus eiectus fuerat, unum saltem edictum regium exspectare, ac tum denique domum suam redire; non autem singulari audacia atque amentia fretum, legibus tanquam omnino exstinctis ac perditis illudere. Etenim nunc quoque nos Galilaeis a Constantio eiectis, non reditum ad suas ecclesias, sed in patriam cuique suam concessimus. Audio, Athanasium, hominem audacissimum, solita audacia elatum, episcopatus sedem, ut ipsi appellant, iterum usurpare: id vero non mediocriter Alexandrino populo displicere. Quare eum iubemus urbe excedere, eo ipso die, quo humanitatis nostrae literas acceperit. Quod si in urbe manserit, longe maiores gravioresque ei poenas denuntiamus. *Iuliani Epist.* 26. Cf. Epist. 51 et Sozomenus 5, 15; Socrates 3, 4; Nicephor. Call. 10, 7. — *Ἐκδικίῳ ὑπάρχῳ Αἰγύπτου. Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν· ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος. ἄτοπον οὖν, εἰ ταῦτα περιίδοιμι σφετερισαμένους ἀνθρώπους, οἷς οὐκ ἀρκεῖ τὸ χρυσίον μόνον ἀναπλῆσαι τὸν πολὺν ἔρωτα τοῦ πλούτου· πρὸς δὲ καὶ ταῦτα ὑφαιρεῖσθαι ῥᾳδίως ὑποδιανοουμένους. ταύτην οὖν ἰδιωτικήν μοι δὸς τὴν χάριν, ὅπως ἂν εὑρεθείη πάντα τὰ Γεωργίου βιβλία. πολλὰ μὲν γὰρ ἦν φιλόσοφα παρ᾽ αὐτῷ, πολλὰ δὲ ῥητορικά, πολλὰ δὲ ἦν καὶ τῆς τῶν δυσσεβῶν Γαλιλαίων διδασκαλίας· ἃ βουλοίμην μὲν ἠφανίσθαι πάντῃ. τῷ δὲ μὴ σὺν τούτοις ἀφαιρεθῆναι τὰ χρησιμώτερα, ζητείσθω κἀκεῖνα μετ᾽ ἀκριβείας ἅπαντα. ἡγεμὼν δὲ τῆς ζητήσεως ἔστω σοι ταύτης ὁ νοτάριος Γεωργίου. ὃς μετὰ πίστεως ἀνιχνεύσας αὐτὰ, γέρως ἴστω τευξόμενος ἐλευθερίας· εἰ δ᾽ ἄλλως πως γένοιτο κακοῦργος περὶ τὸ πρᾶγμα, βασάνων εἰς πεῖραν ἥξων. ἐπίσταμαι δὲ ἐγὼ τὰ Γεωργίου βιβλία· καὶ εἰ μὴ πάντα, πολλὰ μέντοι μετέδωκέ μοι περὶ τὴν Καππαδοκίαν ὄντι πρὸς μεταγραφήν τινα, καὶ ταῦτα ἔλαβε πάλιν. Ecdicio Praefecto Aegypti.* Quidam equis, alii avibus, nonnulli feris delectantur: ego vero inde usque a pueritia librorum cupiditate arsi. Quare absurdum est, has opes iis relinquere, quorum avaritia nequit auro expleri, praesertim quum facile videar eas illis posse detrahere. Quocirca hoc mihi privatim beneficium dabis, ut Georgii scripta omnia reperienda cures. Multa erant apud illum philosophica, rhetorica, multa de impiorum Gali-

lacorum doctrina: quae velim penitus exstincta esse; sed, ne cum his illa quoque pereant, omnia diligenter exquiri volo. Dux autem tibi esto ad inquirendum librarius ipsius Georgii: qui si fideliter in eam curam incubuerit, praemium sibi libertatem esse sciat; sin autem malitiose et astute rem gesserit, quaestionem de se habitum iri. Georgii porro libros ego novi: mihi enim, quum in Cappadocia essem, etsi non omnes, at quosdam describendos dedit, quos ad eum postea remisi. *Iuliani Epist.* 9. — *Ἰουλιανὸς αὐτοκράτωρ Πορφυρίῳ χαίρειν. Πολλή τις ἦν πάνυ καὶ μεγάλη βιβλιοθήκη Γεωργίου, παντοδαπῶν καὶ μὲν φιλοσόφων, πολλῶν δὲ ὑπομνηματογράφων, οὐκ ἐλάχιστα δ᾽ ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ τῶν Γαλιλαίων πολλὰ καὶ παντοδαπὰ βιβλία. πᾶσαν οὖν ἀθρόως ταύτην τὴν βιβλιοθήκην ἀναζητήσας, φρόντισον εἰς Ἀντιοχείαν ἀποστεῖλαι, γινώσκων ὅτι μεγίστῃ δὴ καὶ αὐτὸς περιβληθήσῃ ζημίᾳ, εἰ μὴ μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἀνιχνεύσειας, καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ὑπόνοιαν ἔχοντας ὑφῃρῆσθαι τῶν βιβλίων, πᾶσι μὲν ἐλέγχοις, παντοδαποῖς δὲ ὅρκοις, πλείονι δὲ τῶν οἰκετῶν βασάνῳ, πείθειν εἰ μὴ δύναιο, καταναγκάσειας εἰς μέσον πάντα προκομίσαι. Iulianus Imperator Porphyrio salutem.* Georgii magna sane et copiosa bibliotheca fuit, et philosophorum et historicorum omni genere referta: sed de Galilaeorum maxime doctrina permulti et varii commentarii exstabant. Quare totam eam bibliothecam perquire, et Antiochiam mitte. Scito autem te quoque gravissimas poenas esse daturum, nisi omnem diligentiam in quaerendo adhibueris; et quos suspicio erit quacunque ratione libros aliquos intervertisse, tum argumentis omnibus, tum iureiurando multiplici, tum magis servorum quaestione, nisi queas convincere, saltem vi cogas eos in medium proferre. *Iuliani Epist.* 36. *Suidas sub v. Ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ.* — *Ἰουλιανὸς Ἀετίῳ ἐπισκόπῳ. Λοιποῖς μὲν ἅπασι τοῖς ὁπωσοῦν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου πεφυγαδευμένοις ἕνεκεν τῆς τῶν Γαλιλαίων ἀπονοίας, ἀνῆκα τὴν φυγήν· σὲ δὲ οὐκ ἀνίημι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ παλαιᾶς γνώσεώς τε καὶ συνηθείας μεμνημένος, ἀφικέσθαι προτρέπω μέχρις ἡμῶν. χρήσῃ δὲ ὀχήματι δημοσίῳ μέχρι τοῦ στρατοπέδου τοῦ ἐμοῦ, καὶ ἑνὶ παρίππῳ. Iulianus Aëtio episcopo.* Ceteris omnibus, qui a Constantio vita defuncto eiecti patria fuerant, propter amentiam Galilaeorum, exsilium condonavi: te autem non solum ea poena libero, verum etiam memor pristinae consuetudinis atque amicitiae nostrae, hortor ut ad nos venias. Uteris autem vehiculo publico usque ad nostram cohortem, et uno parhippo. *Iuliani Imp. Epist.* 31, *p.* 404. — *Ἀργείοις, ὑπὸ Κορινθίων ἀδίκως ἠναγκασμένοις φόρους τελεῖν, ἀτέλειαν εἶναι.* Ut Argivi, a Corinthiis iniuste coacti pendere tributa, immunes sint. *Iuliani Epist.* 35. — *Ζήνωνα ἰατρὸν ἀδίκως ἐξορισθέντα κατελθεῖν κελεύομεν.* Zenonem medicum iniuste eiectum redire (Alexandriam) iubemus. *Iuliani Epist.* 45. — *Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν … Ὅθεν οὖν ἵνα μὴ γένηται τοιοῦτο πρὸς ὑμᾶς μηδὲν, ἀπελθεῖν αὐτῷ προηγορεύσαμεν τῆς πόλεως πάλαι· νυνὶ δὲ καὶ Αἰγύπτου πάσης. προτεθήτω τοῖς ἡμετέροις πολίταις Ἀλεξανδρεῦσιν. Iulianus Alexandrinis* … Quamobrem ne quid simile apud vos contingat, cedere illum (Athanasium) pridem civitate iussimus: nunc vero Aegypto etiam universa. Proponatur civibus nostris Alexandrinis. *Iuliani Epist.* 51. Cf. Epist. 6 supr. p. 213. — Hoc quoque supplicantibus Rogatiano, Pontio, Cassiano et ceteris episcopis, sed et clericis accedit ad cumulum, ut abolitis, quae adversus eos sine rescripto perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta revocentur. *Iuliani Rescript. pro Donatistis apud Augustin. contr. lit. Petill.* 2, 97. — *Παιδείαν ὀρθὴν εἶναι νομίζομεν, οὐ τὴν ἐν τοῖς ῥήμασιν, οὐδὲ τῇ γλώττῃ πολυτελῆ εὐρυθμίαν· ἀλλὰ διάθεσιν ὑγιῆ νοῦν ἐχούσης διανοίας, καὶ ἀληθεῖς δόξας ὑπέρ τε ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν. ὅστις οὖν ἕτερα μὲν φρονεῖ, διδάσκει δὲ ἕτερα τοὺς πλησιάζοντας, αὐτὸς ἀπολελεῖφθαι δοκεῖ τοσούτῳ παιδείας, ὅσῳ καὶ τοῦ χρηστὸς ἀνὴρ εἶναι. καὶ εἰ μὲν ἐπὶ σμικροῖς εἴη τὸ διάφορον τῆς γνώμης πρὸς τὴν γλῶτταν, κακὸς μὲν εἰς τόδε, ὅμως τῷ τοσῷ γίνεται. εἰ δὲ ἐν τοῖς μεγίστοις ἄλλο μὲν φρονοίη τις, ἐπ᾽ ἐναντίον δὲ ὧν φρονεῖ διδάσκει, πῶς οὐ τοῦτο ἐκεῖνο καπήλων ἐστὶν, οὔ τι χρηστῶν, ἀλλὰ παμπονήρων βίος ἀνθρώπων; οἳ μάλιστα παιδεύουσιν, ἃ μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν, ἐξαπατῶντες καὶ δελεάζοντες τοῖς ἐπαίνοις, εἰς οὓς μετατιθέναι τὰ σφέτερα ἐθέλουσιν, οἶμαι, κακά. πάντας μὲν οὖν χρῆν τοὺς καὶ ὁτιοῦν διδάσκειν ἐπαγγελλομένους εἶναι τὸν τρόπον ἐπιεικεῖς, καὶ μὴ μαχόμενα τοῖς δημοσίᾳ μεταχαρακτηρίζοντας, τὰ ἐν τῇ ψυχῇ φέρειν δοξάσματα· πολὺ δὲ πλέον ἁπάντων οἶμαι δεῖν εἶναι τοιούτους ὅσοι ἐπὶ λόγοις τοῖς νέοις συγγίνονται, τῶν παλαιῶν ἐξηγηταὶ γενόμενοι συγγραμμάτων, εἴτε ῥήτορες, εἴτε γραμματικοὶ, καὶ ἔτι πλέον οἱ σοφισταί. βούλονται γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐ λέξεων μόνον, ἠθῶν δὲ εἶναι διδάσκαλοι. καὶ τὸ κατὰ σφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. εἰ μὲν οὖν ἀληθὲς ἢ μὴ, τοῦτο ἀφείσθω νῦν. ἐπαινῶν δὲ αὐτοὺς οὕτως ἐπαγγελμάτων καλῶν ὀρεγομένους, ἐπανέσαιμ᾽ ἂν ἔτι πλέον, εἰ μὴ ψεύδοιντο, μηδ᾽ ἐξελέγχοιεν αὐτοὺς, ἕτερα μὲν φρονοῦντες, διδάσκοντες δὲ τοὺς πλησιάζοντας ἕτερα. τί οὖν; Ὁμήρῳ μέν τοι, καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ Δημοσθένει μέντοι καὶ Ἡροδότῳ, καὶ Θουκυδίδῃ, καὶ Ἰσοκράτει, καὶ Λυσίᾳ θεοὶ πάσης ἡγοῦνται παιδείας. οὐχ οἱ μὲν Ἑρμοῦ σφᾶς ἱεροὺς, οἱ δὲ Μουσῶν ἐνόμιζον; ἄτοπον μὲν οἶμαι τοὺς ἐξηγουμένους τὰ τούτων, ἀτιμάζειν τοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν τιμηθέντας θεούς. οὐμὴν ἐπειδὴ τοῦτο ἄτοπον οἶμαι, φημὶ δεῖν αὐτοὺς μεταθεμένους τοῖς νέοις· συνδίδωμι δὲ αἵρεσιν, μὴ διδάσκειν ἃ μὴ νομίζουσι σπουδαῖα· βουλομένους δὲ, διδάσκειν ἔργῳ πρῶτον, καὶ πείθειν τοὺς μαθητὰς, ὡς οὔτε Ὅμηρος, οὔτε Ἡσίοδος, οὔτε τούτων τις, οὓς ἐξηγοῦνται καὶ κατεγνωκότες εἰσὶν ἀσέβειαν, ἄνοιάν τε, καὶ πλάνην εἰς τοὺς θεοὺς, τοιοῦτός ἐστιν. ἐπεὶ δ᾽ ἐκεῖνοι ἐξ ὧν γεγράφασι παρατρέφονται μισθαρνοῦντες, εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰσχροκερδέστατοι, καὶ δραχμῶν ὀλίγων ἕνεκα πάντως ὑπομένειν. ἕως μὲν οὖν τούτου πολλὰ ἦν τὰ αἴτια τοῦ μὴ φοιτᾷν εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ ὁ πανταχόθεν ἐπικρεμαμένος φόβος ἐδίδου συγγνώμην ἀποκρύπτεσθαι τὰς ἀληθεστάτας ὑπὲρ τῶν θεῶν δόξας. ἐπειδὴ δὲ ἡμῖν οἱ θεοὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔδοσαν, ἄτοπον εἶναί μοι φαίνεται διδάσκειν ἐκεῖνα τοὺς ἀνθρώπους, ὅσα μὴ νομίζουσιν εὖ ἔχειν. ἀλλ᾽ εἰ μὲν οἴονται σοφὰ ὧν εἰσιν ἐξηγηταὶ, καὶ ὧν ὥσπερ προφῆται κάθηνται, ζηλούτωσαν αὐτῶν πρῶτον τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν· εἰ δὲ εἰς τοὺς τιμιωτάτους ὑπολαμβάνουσι πεπλανῆσθαι, βαδιζόντων εἰς τὰς τῶν Γαλιλαίων ἐκκλησίας, ἐξηγησόμενοι Ματθαῖον καὶ Λουκᾶν· οἷς πεισθέντες, ἱερείων ὑμεῖς ἀπέχεσθαι νομοθετεῖτε. βούλομαι ὑμῶν ἐγὼ καὶ τὰς ἀκοὰς, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι τούτων, ὧν ἔμοιγε εἴη μετέχειν ἀεὶ, καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλα νοεῖ τε καὶ πράττει· τοῖς μὲν καθηγεμόσι καὶ διδασκάλοις οὑτωσὶ κοινὸς κεῖται νόμος. ὁ βουλόμενος γὰρ τῶν νέων φοιτᾷν, οὐκ ἀποκέκλεισται. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ εὔλογον ἀγνοοῦντας ἔτι τοὺς παῖδας ἐφ᾽ ὅ, τι τρέπωνται, τῆς βελτίστης ἀποκλείειν ὁδοῦ, φόβῳ δὲ καὶ ἄκοντας ἄξειν ἐπὶ τὰ πάτρια. καί τοι δίκαιον ἦν, ὥσπερ τοὺς φρενιτίζοντας, οὕτω καὶ τούτους ἄκοντας ἰᾶσθαι. πλὴν ἀλλὰ συγγνώμην ὑπάρχειν ἅπασι τῆς τοιαύτης νόσου. καὶ γὰρ, οἶμαι, διδάσκειν, ἀλλ᾽ οὐχὶ κολάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους.* Doctrinam rectam esse arbitramur, non verborum linguaeve magnificum et exquisitum sonum, sed mentis bene constitutae sanam affectionem, et veras certasque de bonis et malis, honestis et turpibus, sententias. Quare quisquis aliud sentit, aliud suos discipulos docet, is tantum videtur a scientia, quantum a probitate abesse. Ac si de parva re sit linguae animique dissensio, in hoc ipso etiam est improbus, tametsi modum non excedat sceleris magnitudo: sin vero in maximis rebus aliud sentit, contraque ac sentit docet, nonne haec cauponum, non dico bonorum, sed nequissimorum, vita est? quippe quum id maxime doceant, quod maxime malum existimant, fallentes atque inescantes eos laudibus, quibuscum sua, ut arbitror, mala commutare volunt. Quamobrem omnes, qui quidvis docere profitentur, bonis moribus esse debent, neque opiniones novas et a sensu populari abhorrentes afferre; sed inprimis tales esse debent, qui adolescentes in veterum scriptis instituunt, sive sint rhetores, sive grammatici, et praecipue sophistae, qui non solum verborum, sed etiam morum magistros se esse volunt, et ad se philosophiam de administrandis rebus publicis pertinere contendunt. Hoc verum sit, necne, in praesentia omitto: laudo eos, quod doctrinam tam praestantem expetant; plus certe laudaturus, si non mentirentur, neque se ipsi refellerent, dum aliud sentiunt, aliud discipulis tradunt. Quid? Homerus, Hesiodus, Demosthenes, Herodotus, Thucydides, Isocrates, Lysias, deos habent doctrinae suae duces et auctores. Nonne eorum alii Mercurio, alii Musis sacros se esse arbitrabantur? Quare absurdum est, qui horum libros exponunt, deos vituperare, quos illi coluerunt. Neque tamen, quia id absurdum

puto, idcirco eos discipulorum causa sententiam mutare iubeo: verum do optionem, ut ne doceant, quae non bona esse censent; sin docere malunt, doceant re ipsa primum et persuadeant discipulis, neque Homerum, neque Hesiodum, neque quemquam eorum, quos interpretati sunt, quosque impietatis, amentiae, et erroris erga deos condemnarunt, talem esse. Nam alioqui quum ex illorum scriptis alantur, mercedemque capiant, avarissimos plane et sordidissimos se fatentur, si paucis drachmis id facere sustineant. Atque hactenus quidem multa erant, quae eos templorum aditu prohiberent: et timor undique impendens excusabat, quo minus verissimae de diis sententiae explicarentur. Nunc autem quum deorum munere atque concessu libertate potiamur, absurdum mihi videtur ea homines docere, quae non bona esse arbitrentur. Quod si in iis quae docent, et quorum quasi interpretes sedent, sapientiam esse ullam arbitrantur, studeant primum illorum in deos pietatem imitari. Sin in deos sanctissimos putant ab illis auctoribus peccatum esse, eant in Galilaeorum ecclesias, ibique Matthaeum et Lucam interpretentur: quibus vos obtemperantes, a sacris abstinere iubetis. Cupio ego et aures, et linguam vestram (sicut vos loqueremini) renasci in iis rebus, quarum utinam et ego sim semper particeps, et omnes qui me diligunt. Doctoribus quidem et praeceptoribus communis haec lex statuatur. Adolescentes enim, qui ire volent, minime prohibentur. Iniquum siquidem fuerit, pueros, adhuc ignaros quo se vertant, ab optima via reiicere, ac metu coactos ad patria instituta deducere. Quamquam autem verum erat istos tanquam impotentes et insanos, etiam invitos ac repugnantes, curare: attamen liceat omnibus per nos isto morbo detineri. Docere enim amentes, non punire, oportet. *Iuliani Epist.* 42, *p.* 423, 424. — Aperto praecepit edicto, ne quis Christianus docendorum liberalium studiorum professor esset. *Orosius* 7, 30. — Iura condidit non molesta, absolute quaedam iubentia fieri vel arcentia praeter pauca. Inter quae erat illud inclemens, quod docere vetuit magistros rhetoricos et grammaticos Christianos, ni transissent ad numinum cultum. *Ammian. Marcell.* 25, 4. — Post multa etiam iura quaedam correxit in melius, ambagibus circumcisis, indicantia liquide, quid iuberent fieri vel vetarent. Illud autem erat inclemens, obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros rhetoricos et grammaticos, ritus Christiani cultores. *Ammian. Marcell.* 22, 10. — Liberales literas Christianos docere vel discere vetuit. *Isidor. Chron.* — Lege data, ne Christiani liberalium artium doctores essent. *Hieronymi Chron. ad a.* 366 et *Prosper Aquit. ad a.* 361. — Lege data prohibiti sunt Christiani docere literaturam et oratoriam. *August. Confess.* 8, 5. — *Οὕτως ἐξεμάνη κατὰ Χριστιανῶν, ὡς καὶ κωλύειν αὐτοὺς μαθημάτων μετέχειν Ἑλληνικῶν ... ὅθεν τῶν παίδων τῶν χριστωνύμων εἰργομένων μετιέναι τοὺς ποιητάς.* Tanto furore fuit erga Christianos percitus, ut iis Graecas disciplinas interdiceret ... Quum igitur nominis Christiani pueri lectione poetarum prohiberentur. *Zonaras* 13, 12. — *Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ δυσσεβὴς Ἰουλιανὸς ἐνομοθέτησεν μὴ μετέχειν Χριστιανοὺς Ἑλληνικῶν μαθημάτων.* Hoc anno impius Iulianus Christianos, ne gentilium disciplinis acquirendis studium apponerent, edicto prohibuit. *Theophan. ad a.* 354 *p.* 74. — *Ἀπηγόρευσε τῶν Γαλιλαίων τοὺς παῖδας ... ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν καὶ φιλοσόφων μεταλαγχάνειν λόγων.* Vetuit, ne Galilaeorum filii ... poeticae et rhetoricae ac philosophorum studiis erudirentur. *Theodoret.* 3, 8. — *Τῷ δευτέρῳ ἔτει ὁ δυσσεβὴς Ἰουλιανὸς ἐνομοθέτει μὴ μετέχειν Χριστιανοὺς Ἑλληνικῶν μαθημάτων.* Anno secundo Iulianus lege lata edixit, ne Christiani Graecis disciplinis instituerentur. *Cedreni Hist. p.* 533. — *Νόμῳ ἐκέλευε (Ἰουλιανὸς), Χριστιανοὺς παιδεύσεως μὴ μετέχειν.* Legem tulit (Iulianus), ne Christiani humanioribus disciplinis instituerentur. *Socrates* 3, 12. — *Ὃ δὴ καὶ Ἰουλιανῷ τῷ δυσσεβεῖ ληφθὲν ἐπὶ νοῦν ἐμποδὼν τοῖς εὐσεβοῦσι στῆναι πέπεικεν, Ἑλληνικοῖς ῥυθμίζεσθαι λόγοις τὴν γλῶτταν.* Quod quum Iuliano impio apostatae in mentem venisset, ipsi suasit, ut piis Christianis Graecarum literarum studia, quibus linguam illi suam exonerarent, interdiceret. *Nicephor. Greg.* 23, 2. — *Οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς αὐτῶν (τῶν Χριστιανῶν) παῖδας ξυνεχώρει ἐκδιδάσκεσθαι τοὺς παρ' Ἕλλησι ποιητὰς καὶ συγγραφέας, οὐδὲ τοῖς τούτων διδασκάλοις φοιτᾶν.* Christianorum liberos haud quaquam passus est poëtas atque oratores Graecorum ediscere et gentilium professorum scholas frequentare. *Sozomenus* 5, 18 et *Nicephor. Call.* 10, 25. — *Ὁ αὐτὸς ἐνομοθέτησεν μὴ μετέχειν Χριστιανοὺς Ἑλληνικῶν μαθημάτων.* Idem legem tulit, ne participes fierent Christiani Graecarum literarum. *Leo Gramm. p.* 94. — *Ἑκηβόλῳ. Ἐγὼ μὲν κέκρικα τοῖς Γαλιλαίοις ἅπασιν οὕτω πράως καὶ φιλανθρώπως, ὥστε μηδένα μηδαμοῦ βίαν ὑπομένειν, μηδὲ εἰς ἱερὸν ἕλκεσθαι μηδ' εἰς ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπηρεάζεσθαι παρὰ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν. οἱ δὲ τῆς Ἀρειανικῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ πλούτου τρυφῶντες, ἐπεχείρησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Οὐαλεντίνου, καὶ τετολμήκασι τοσαῦτα κατὰ τὴν Ἔδεσσαν, ὅσα οὐδέποτε ἐν εὐνομουμένῃ πόλει γένοιτ' ἄν. οὐκοῦν ... αὐτῶν τὰ χρήματα τῆς Ἐδεσσηνῶν ἐκκλησίας ἅπαντα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι, δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις ... τοῖς οἰκοῦσι δὲ τὴν Ἔδεσσαν προαγορεύομεν ἀπέχεσθαι πάσης στάσεως καὶ φιλονεικίας, ἵνα μὴ τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν κινήσαντες, καθ' ὑμῶν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς τῶν κοινῶν ἀταξίας δίκην τίσητε, ξίφει, καὶ φυγῇ, καὶ πυρὶ ζημιωθέντες. Hecebolo.* Equidem de Galilaeis omnibus adeo clementer et humaniter statui, ut nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, neque alia de re ulla praeter voluntatem suam contumelia afficiatur. At qui sunt de ecclesia Arianorum, luxuriantes opibus, in Valentinianos invaserunt, eaque apud Edessam perpetraverunt, quae nunquam in civitate bene instituta accidissent. Quare ... eorum pecunias omnes ab Edessenorum ecclesia tolli iussimus, ut militi dividantur, et facultates, ut nostris privatis attribuantur ... Iis autem qui Edessam incolunt, edicimus, ut seditione pugnaque omni abstineant; ne, si nostram humanitatem commoverint, vos ipsi pro communi omnium intemperie ac insolentia poenas luatis, gladio, exsilio, igne mulctati. *Iulian. Epist.* 43, *p.* 424, 425. — *Βασιλεῖ μὲν πρὸς κέρδος ὁρῶντι χαλεπὸν ἂν ὑμῶν ἐφάνη τὸ αἴτημα, καὶ οὐκ ἂν ᾠήθη δεῖν τὴν δημοσίαν εὐπορίαν βλάπτειν τῇ πρός τινας ἰδίᾳ χάριτι. ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς οὐχ ὅτι πλεῖστα παρὰ τῶν ὑπηκόων ἀθροίζειν πεποιήμεθα σκοπὸν, ἀλλ' ὅτι πλείστων ἀγαθῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίγνεσθαι, τοῦτο καὶ ὑμῖν ἀπολύσει τὰ ὀφλήματα. ἀπολύσει δὲ οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα, ἀλλὰ μερισθήσεται τὸ πρᾶγμα, τὸ μὲν εἰς ὑμᾶς, τὸ δὲ εἰς τὴν τῶν στρατιωτῶν χρείαν· ἐξ ἧς οὐκ ἐλάχιστα καὶ αὐτοὶ δήπου φέρεσθε, τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ἀσφάλειαν. τοιγαροῦν μέχρι μὲν τῆς τρίτης ἐπινεμήσεως ἀφίεμεν ὑμῖν πάντα, ὅσα ἐκ τοῦ φθάνοντος ἐλλείπει χρόνου· μετὰ ταῦτα δὲ εἰσοίσετε κατὰ τὸ ἔθος. ὑμῖν τε γὰρ ἀφιέμενα χάρις ἱκανή· καὶ ἡμῖν τῶν κοινῶν οὐκ ἀμελητέον. περὶ τούτου καὶ τοῖς ἐπάρχοις ἐπέσταλκα, ἵν' ἡ χάρις ὑμῖν εἰς ἔργον προχωρήσῃ.* Imperatori ad lucrum spectanti difficilis vestra postulatio videretur, neque unquam paucorum gratia publicis vectigalibus detrimentum afferri is pateretur. Verum quia consilium est nostrum, non quam plurima e subditis colligere, sed quam plurimum iis prodesse: idcirco vobis debita condonamus. Neque tamen omnia, sed pars una vobis, altera militibus cedet: quae quidem et ipsa maxima ex parte vestra erit, quum praesertim pacis et securitatis vestrae causa impendatur. Quare usque ad tertiam indictionem vobis remittimus, quidquid e praeterito tempore desideratur: deinceps autem solvetis, sicut consuetudo postulat. Nam et quae vobis dedimus, satis multa sunt: neque nobis reipublicae rationes sunt negligendae. Hac de re ad praefectos scripsi, ut beneficium vobis verbo datum re persolvatur. *Iuliani Epist.* 47 *et Iuliani Misopog.* — *Ἀρσακίῳ ἀρχιερεῖ Γαλατίας ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ βασιλέως ... Πάντας ἀπαξαπλῶς οἳ περὶ τὴν Γαλατίαν εἰσὶν ἱερεῖς, οὓς ἢ δυσώπησον, ἢ πεῖσον εἶναι σπουδαίους, ἢ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἀπόστησον, εἰ μὴ προσέχοιντο μετὰ γυναικῶν, καὶ παίδων, καὶ θεραπόντων, τοῖς θεοῖς, ἀλλὰ ἀνέχοιντο τῶν οἰκετῶν, ἢ υἱέων, ἢ τῶν Γαλιλαίων γαμετῶν, ἀσεβούντων μὲν εἰς τοὺς θεοὺς, ἀθεότητα δὲ θεοσεβείας προτιμώντων. ἔπειτα παραίνεσον ἱερέα, μήτε θεάτρῳ παραβάλλειν, μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν, ἢ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίστου προΐστασθαι. καὶ τοὺς μὲν πειθομένους τίμα, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἐξώθει. ξενοδοχεῖα καθ' ἑκάστην πόλιν κατάστησον πυκνὰ, ἵν' ἀπολαύσωσιν οἱ ξένοι τῆς παρ' ἡμῶν φιλανθρωπίας, οὐ τῶν ἡμετέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων ὅστις ἂν δεηθῇ*

χρημάτων. ὅθεν δὲ εὐπορήσεις, ἐπινενόηταί μοι τέως. ἑκάστου γὰρ ἐνιαυτοῦ τρισμυρίους μοδίους, κατὰ πᾶσαν τὴν Γαλατίαν, ἐκέλευσα δοθῆναι σίτου καὶ ἑξακισμυρίους, οἴνου ξέστας· ὧν τὸ μὲν πέμπτον εἰς τοὺς πένητας τοὺς τοῖς ἱερεῦσιν ὑπηρετουμένους, ἀναλίσκεσθαι φημὶ χρῆναι. τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ξένοις, καὶ τοῖς μεταιτοῦσιν ἐπινέμεσθαι παρ᾽ ἡμῶν … τοὺς ἡγεμόνας ὀλιγάκις ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅρα· τὰ πλεῖστα δὲ αὐτοῖς ἐπίστελλε. εἰσιοῦσι δὲ εἰς τὴν πόλιν ὑπαντάτω μηδεὶς αὐτοῖς ἱερέων. ἀλλ᾽ ὅταν εἰς τὰ ἱερὰ φοιτῶσι τῶν θεῶν, εἴσω τῶν προθύρων. ἡγείσθω δὲ μηδεὶς αὐτῶν εἴσω στρατιώτης· ἑπέσθω δὲ ὁ βουλόμενος. ἅμα γὰρ εἰς τὸν οὐδὸν ἦλθε τοῦ τεμένους, καὶ γέγονεν ἰδιώτης. …… Velim omnes nostros sacerdotes omnino, qui Galatiam incolunt, vel minis impellas, vel ratione persuadeas, ut sint honesti: vel sacerdotali ministerio abdices, si non una cum uxoribus, liberis, et famulis, diis colendis sedulo animos attendant: et ne patiantur servos, aut filios, aut coniuges Galilaeorum, impie in deos se gerere, et impietatem pietati praeponere. Deinde sacerdotem quemque hortare, ne accedat ad spectacula, neve in taberna bibat, neu artem aliquam aut opificium turpe infameve exerceat. Et qui tibi in his rebus morem gerunt, iis honorem tribuito; qui autem resistunt, expellito. Porro xenodochia multa in singulis civitatibus exstruito, ut peregrini nostra benignitate fruantur: neque solum hi, qui nostram colunt religionem, sed alii quoque, si qui pecuniarum indigeant. At ratio, qua res tibi ad hoc institutum necessariae abunde suppetant, a me interim excogitata est. Nam triginta millia modiorum tritici in tota Galatia, et sexaginta millia sextariorum vini in singulos annos dari iussi: quorum quintam partem in pauperes, qui sacerdotibus inserviunt, insumendam esse mando; quod reliquum est, peregrinis et mendicantibus sublevandis distribuendum … Praesides domi raro invisas: sed scribas ad eos literas saepissime. Ingredientibus illis in urbem nemo sacerdos obviam prodeat: nisi quando ad templa deorum accedunt, solum intra vestibula. Eos intrantes nullus miles praecedat: sequatur autem, qui vult. Nam simul ut ingreditur limen delubri, privati personam induit. *Iuliani Epist.* 49, *p.* 429—431. Cf. Sozomenus 5, 16; Nicephor. Call. 10, 22. — Τὰς τῶν Χριστιανῶν εὐποιΐας μιμούμενος ἐκέλευσε ξένοις τε καὶ πτωχοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν χορηγεῖσθαι … ταῖς δὲ εἰκόσιν αὐτοῦ Δία καὶ Ἄρεα καὶ Ἑρμῆν συγγράφεσθαι προσέταξε καὶ τοὺς λοιποὺς δαίμονας, τοὺς δὲ ἀναβαλλομένους τὴν τούτων προσκύνησιν ὡς ἐχθροὺς βασιλικοὺς τιμωρεῖσθαι. τῷ δὲ στρατῷ τὴν ῥόγαν διανέμων πῦρ ἐτίθει καὶ λιβανωτὸν, καὶ θυμιᾶν τοὺς στρατιώτας ἠνάγκαζεν. Christianorum beneficentiam imitans, peregrinis et mendicis necessaria suppeditari iussit … Imaginibus suis Iovem, Martem et Mercurium reliquosque daemones appingi iussit, de iis, qui adorare ea distulissent, supplicium sumi tanquam hostibus imperatoris. Congiarium exercitui largiens ignem poni mandavit ac thus, ac adolere milites coegit. *Cedreni Hist. p.* 534. Cf. Theophanes p. 75 et Nicephor. Call. 10, 23. — Ἰουλιανὸς Βοστρηνοῖς. Ὤμμην ἐγὼ τοὺς τῶν Γαλιλαίων προστάτας ἕξειν μοι μείζονα χάριν, ἢ τῷ φθάσαντι πρὸ ἐμοῦ τὴν ἀρχὴν ἐπιτροπεῦσαι. συνέβη γὰρ ἐπὶ μὲν ἐκείνου τοὺς πολλοὺς αὐτῶν καὶ φυγαδευθῆναι, καὶ διωχθῆναι, καὶ δεσμευθῆναι· πολλὰ δὲ ἤδη καὶ σφαγῆναι πλήθη τῶν λεγομένων αἱρετικῶν· ὡς ἐν Σαμοσάτοις, καὶ Κυζίκῳ, καὶ Παφλαγονίᾳ, καὶ Βιθυνίᾳ, καὶ Γαλατίᾳ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ἄρδην ἀνατραπῆναι πορθηθείσας κώμας. ἐπ᾽ ἐμοῦ δὲ τοὐναντίον. οἵ τε γὰρ ἐξορισθέντες ἀφέθησαν· καὶ οἱ δημευθέντες ἀπολαμβάνειν τὰ σφέτερα ἅπαντα νόμῳ παρ᾽ ἡμῶν ἔλαβον. οἱ δ᾽ εἰς τοσοῦτον λυσσομανίας ἥκουσι καὶ ἀπονοίας, ὥστε ὅτι μὴ τυραννεῖν ἔξεστιν αὐτοῖς, μηδὲ ἃ ποτε ἔπραττον μετ᾽ ἀλλήλων, ἔπειτα καὶ ἡμᾶς τοὺς θεοσεβεῖς εἰργάζοντο, διατιθέναι, παροξυνόμενοι πάντα κινοῦσι λίθον, καὶ συνταράττειν τολμῶσι τὰ πλήθη, καὶ στασιάζειν· ἀσεβοῦντες μὲν εἰς τοὺς θεοὺς, ἀπειθοῦντες δὲ τοῖς ἡμετέροις προστάγμασι, καίπερ οὕτως οὖσι φιλανθρώποις. οὐδένα γοῦν αὐτῶν ἄκοντα πρὸς βωμοὺς ἐῶμεν ἕλκεσθαι. διαῤῥήδην δὲ αὐτοῖς προσαγορεύομεν, εἴ τις ἑκὼν χερνίβων καὶ σπονδῶν ἡμῖν ἐθέλει κοινωνεῖν, καθάρσια προσφέρεσθαι πρῶτον, καὶ τοὺς ἀποτροπαίους ἱκετεύειν θεούς. οὕτω πόῤῥω τυγχάνομεν τοῦ διά τινα τῶν δυσσεβῶν ἐθελῆσαί ποτε, ἢ διανοηθῆναι τῶν παρ᾽ ἡμῖν εὐαγῶν μετασχεῖν θυσιῶν, πρὶν τὴν μὲν ψυχὴν ταῖς λιτανείαις πρὸς τοὺς θεοὺς, τὸ δὲ σῶμα τοῖς νομίμοις καθαρσίοις καθήρασθαι. τὰ γοῦν πλήθη τὰ παρὰ τῶν λεγομένων κληρικῶν ἐξηπατημένα πρόδηλον ὅτι ταύτης ἀφαιρεθείσης στασιάζει τῆς ἀδείας. οἱ γὰρ εἰς τοῦτο τετυραννηκότες, οὐκ ἀγαπῶσιν, ὅτι μὴ τίνουσι δίκην ὑπὲρ ὧν ἔπραξαν κακῶς· ποθοῦντες δὲ τὴν προτέραν δυναστείαν, ὅτι μὴ δικάζειν ἔξεστιν αὐτοῖς, καὶ γράφειν διαθήκας, καὶ ἀλλοτρίους σφετερίζεσθαι κλήρους, καὶ τὸ πάντα ἑαυτοῖς προσνέμειν, πάντα κινοῦσιν ἀκοσμίας κάλων· καὶ, τὸ λεγόμενον, πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύουσι· καὶ τοῖς προτέροις κακοῖς μείζονα ἐπιθεῖναι τολμῶσιν, εἰς διάστασιν ἄγοντες τὰ πλήθη. ἔδοξεν οὖν μοι πᾶσι τοῖς δήμοις προσαγορεῦσαι διὰ τοῦδε διατάγματος, καὶ φανερὸν καταστῆσαι, μὴ συστασιάζειν τοῖς κληρικοῖς, μηδὲ ἀναπείθεσθαι παρ᾽ αὐτῶν λίθους αἴρειν, μήτε ἀπιστεῖν τοῖς ἄρχουσιν· ἀλλὰ συνιέναι μὲν ἕως ἂν ἐθέλωσιν, εὔχεσθαι δὲ ἃς νομίζουσιν εὐχὰς περὶ ἑαυτῶν. εἰ δὲ ἀναπείθοιεν ὑπὲρ ἑαυτῶν στασιάζειν, μηκέτι συνᾴδειν· ἵνα μὴ δίκην δῶσι. ταῦτα δέ μοι παρέστη τῇ Βοστρηνῶν ἰδίᾳ προσαγορεῦσαι πόλει· διὰ τὸ τὸν ἐπίσκοπον Τίτον, καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐξ ὧν ἐπέδοσαν βιβλίων, τοῦ μετὰ σφῶν πλήθους κατηγορηκέναι· τῶν μὲν παραινούντων τῷ πλήθει μὴ στασιάζειν, ὁρμωμένου δὲ τοῦ πλήθους πρὸς ἀταξίαν. ἐν γοῦν τοῖς βιβλίοις καὶ αὐτὴν ἣν ἐτόλμησεν ἐγγράψαι τὴν φωνὴν, ὑπέταξά μου τῷδε τῷ διατάγματι. καί τοι Χριστιανῶν ὄντων ἐφαμίλλων τῷ πλήθει τῶν Ἑλλήνων, κατεχομένων δὲ τῇ ἡμετέρᾳ παραινέσει μηδένα μηδαμοῦ ἀτακτεῖν. ταῦτα γάρ ἐστιν ὑπὲρ ὑμῶν τοῦ ἐπισκόπου τὰ ῥήματα· ὁρᾶτε ὅπως τὴν ὑμετέραν εὐταξίαν οὐκ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας εἶναί φησι γνώμης· οἵ γε ἄκοντες, ὥς γε εἶπε, κατέχεσθε διὰ τὰς αὐτοῦ παραινέσεις. ὡς οὖν κατήγορον ὑμῶν ἑκόντες τῆς πόλεως διώξατε· τὰ πλήθη δὲ ὁμονοεῖτε πρὸς ἀλλήλους. καὶ μηδεὶς ἐναντιούσθω, μηδὲ ἀδικείτω· μήθ᾽ οἱ πεπλανημένοι τοῖς ὀρθῶς καὶ δικαίως τοὺς θεοὺς θεραπεύουσι κατὰ τὰ ἐξ αἰῶνος ἡμῖν παραδεδομένα· μήθ᾽ οἱ θεραπευταὶ τῶν θεῶν λυμαίνεσθε ταῖς οἰκίαις, ἢ διαρπάζετε τῶν ἀγνοίᾳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ πεπλανημένων. λόγῳ δὲ πείθεσθαι χρὴ καὶ διδάσκεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὐ πληγαῖς, οὐδὲ ὕβρεσιν, οὐδὲ αἰκισμῷ τοῦ σώματος. αὖθίς τε καὶ πολλάκις παραινῶ τοῖς ἐπὶ τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν ὁρμωμένοις, μηδὲν ἀδικεῖν τῶν Γαλιλαίων τὰ πλήθη, μηδὲ ἐπιτίθεσθαι, μηδὲ ὑβρίζειν εἰς αὐτούς. ἐλεεῖν δὲ χρὴ μᾶλλον, ἢ μισεῖν τοὺς ἐπὶ τοῖς μεγίστοις πράττοντας κακῶς … ἐδόθη τῇ τῶν Καλανδῶν Αὐγούστου ἐν Ἀντιοχίᾳ. *Iulianus Bostrenis.* Equidem Galilaeorum praesules maiorem mihi gratiam, quam ei, qui ante me imperio praefuit, habituros putabam. Nam imperante illo plerique ex iis relegati, ac fugati, vinctique sunt: tum eorum, quos haereticos vocant, turbae quam plurimae iugulatae sunt: adeo ut Samosatis, et in Cyzico, Paphlagonia, Bithynia, et Galatia, aliisque gentibus, integri pagi vastati sint ac funditus eversi. Me vero rerum potiente contra accidit. Nam et relegatis permissus est reditus: et quorum bona publicata fuerant, edicto nostro omnia sua recuperarunt. At illi eo furoris ac vecordiae venerunt, ut, quia tyrannice grassari iis amplius non licet, nec ea, quae in se primum invicem, tum in nos quoque pios numinum cultores moliebantur, perpetrare possunt: ob id iracundia perciti nullum non lapidem moveant, neque miscere tumultu populos et ad seditionem incitare vereantur. In quo et adversus deos impii sunt, et adversus edicta nostra, quamlibet humanitatis plena, contumaces. Sane neminem istorum trahi ad aras nostras invitum patimur. Quin iis aperte denuntiamus: si quis sponte lustrationum libationumque particeps esse nobiscum velit, adhibere piacula primum oportere, et averruncos exorare deos. Tantum ab eo absumus, ut privatim sacrilegorum quempiam velimus unquam, aut vel levissime cogitemus, in sacrorum illorum, quae penes nos sunt religiosissima, communionem recipere, priusquam et animam supplicationibus ad deos, et corpus legitimis purgationibus expiatum habeat. Vulgus igitur ab iis, qui clerici vocantur, in errorem inductum illa ipsa, quam dixi, impunitate ac licentia ei detracta perspicue tumultus excitat. Nam qui ad id usque tempus tyrannidem gesserunt, non hoc ipso contenti sunt, quod praeteritorum criminum poenas nullas luant: sed prioris dominationis cupidi, quoniam neque ius dicere amplius illis permittitur, neque testamenta scribere, aut alienas hereditates intervertere, et ad se omnia transferre; omnes, ut ita dicam, petulantiae

rudentes explicant, et, quod est in proverbio, ignem in ignem derivare, ac priora mala maioribus cumulare non dubitant, dum civitatum populos seditionibus invicem committunt. Quocirca populis omnibus praesenti edicto denuntiare ac notum facere voluimus: ne cum clericis una seditiones faciant, neque ab ipsis induci se sinant, ut vel lapides tollant, vel magistratibus non obtemperent; sed ut conventus quidem suos frequentent, quoad illis videbitur, et quas habent constitutas pro se preces obeant; sin iidem suapte causa ad seditiones illos vocent, minime iis assentiantur, ne poenis subiaceant. Haec porro Bostrenorum civitati privatim denuntiare volui, quod episcopus Titus, et clerici in libellis, quos obtulerunt, in populum, qui apud se est, crimen omne contulerunt: tanquam se frustra cives a seditione revocantibus, ii nihilominus ad turbas ac tumultus decurrerint. Sane verba ipsa, quae in oblatis libellis inserere ausus est episcopus, praesenti edicto subieci: „Quum tamen Christiani gentilibus haud inferiores numero essent; sed hortatu nostro continerentur, ne quis uspiam tumultuari vellet". Haec enim de vobis verba sunt episcopi. Videte, quemadmodum modestiam vestram non ex animi vestri proposito venisse dicat: utpote qui inviti, ut ait ipse, cohortatione sua repressi a seditione temperetis. Quamobrem vos illum, tanquam accusatorem vestrum, e civitate sponte pellite: cives autem concordiam mutuo retinete: ita ut nemo adversetur aut iniuriam faciat alteri: neque vos, qui in errore estis, aliis, qui deos recte iusteque venerantur iis ritibus, qui nobis ab omni aeternitate traditi sunt: neque deorum cultores illorum aedibus, qui ignorantia magis quam animi consilio in errore versantur, vim inferte, aut eas diripite. Quippe oratione persuaderi docerique satius est homines, quam verberibus, ac contumeliis, corporumque suppliciis. Ergo iterum ac saepius eos admoneo, qui in veram religionem voluntate sua feruntur, ne qua iniuria Galilaeos afficiant, aut contumeliis vexent. Etenim misericordia potius illi quam odio digni sunt, qui maximis in rebus calamitatem patiuntur . . . Datum Kal. Aug. Antiochiae. *Iuliani Epist.* 52, *p.* 435—438. — *Ἐκδικίῳ. Ἄξιόν ἐστιν, εἴπερ ἄλλου τινὸς, καὶ τῆς ἱερᾶς ἐπιμεληθῆναι μουσικῆς. ἐπιλεξάμενος οὖν ἐκ τοῦ δήμου τῶν Ἀλεξανδρέων εὖ γεγονότας μειρακίσκους, ἀρτάβας ἑκάστῳ κέλευσον δύο τοῦ μηνὸς χορηγεῖσθαι· ἔλαιόν τε ἐπ' αὐτῷ, καὶ σῖτον, καὶ οἶνον· ἐσθῆτα δὲ παρέξουσιν οἱ τοῦ ταμείου προεστῶτες. οὗτοι δὲ τέως ἐκ φωνῆς καταλεγέσθωσαν. εἰ δέ τινες δύναιντο καὶ τῆς ἐπιστήμης αὐτῆς εἰς ἄκρον μετασχεῖν· ἴστωσαν ἀποκείμενα πάνυ μεγάλα τοῦ πόνου τὰ ἔπαθλα καὶ παρ' ἡμῶν ... ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν παίδων τοσαῦτα. τοὺς δὲ νῦν ἀκροωμένους τοῦ μουσικοῦ Διοσκόρου, ποίησον ἀντιλαβέσθαι τῆς τέχνης προθυμότερον. ὡς ἡμῶν ἑτοίμων, ἐπὶ ὅπερ ἂν ἐθέλωσιν, αὐτοῖς συνάρασθαι. Ecdicio.* Si qua res est studio nostro curaque digna, eiusmodi esse sacra musica videtur. Tu igitur ex Alexandrinorum populo delectis bonae indolis adolescentulis, menstruas in singulos artabas duas erogari praecipe: nec non oleum, frumentum, et vinum: vestem porro praebebunt aerarii praefecti. Atque illi quidem interim ex voce conscribantur. Quod si aliqui perfecte artem illam consequi potuerint, sciant haud mediocria sibi laboris illius praemia etiam a nobis esse constituta ... De pueris igitur ita praecipimus. Iam vero quod ad musici Dioscori discipulos attinet, fac ut artem illam studiosius addiscant. Nos enim ad illos, quacunque in re voluerint, iuvandos parati sumus. *Iuliani Epist.* 56, *p.* 442.— Mamertino ludos edente circenses, manumittendis ex more inductis per admissionum proximum, ipse lege agi dixerat, ut solebat; statimque admonitus, iurisdictionem eo die ad alterum pertinere, ut errato obnoxium decem libris auri semet ipse multavit. *Ammian. Marcell.* 22, 7.

1116. p. C. n. 363. FL. CLAUDIO IULIANO A. IV. ET SALLUSTIO COSS.

Ante Iuliani edictum mulieres viros suos dimittere nequibant, accepta autem potestate coeperunt facere, quod prius facere non poterant: coeperunt enim viros suos libenter dimittere. *Auctor apud Augustinum in quaest. ex utroq. test. qu.* 115.

Cf. Gothofr. ad Cod. Theod. 3, 13, 2. — ** Ἰουλιανὸς Ἰουδαίων τῷ κοινῷ. Πάνυ ὑμῖν φορτικώτερον γεγένηται ἐπὶ τῶν παρῳχηκότων καιρῶν, τῶν ζυγῶν τῆς δουλείας, τὸ δὴ διαγραφαῖς ἀκηρύκτοις ὑποτάττεσθαι ὑμᾶς, καὶ χρυσίου πλῆθος ἄφατον εἰσκομίζειν τοῖς τοῦ ταμείου λόγοις· ὧν πολλὰ μὲν αὐτοψεὶ ἐθεώρουν, πλείονα δὲ τούτων ἔμαθον, εὑρὼν τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν φυλαττόμενα· ἔτι δὲ καὶ μέλλουσαν πάλιν εἰσφορὰν καθ' ὑμῶν προτάττεσθαι, εἶρξα, καὶ τὸ τῆς τοιαύτης δυσφημίας ἀσέβημα ἐνταῦθα ἐβιασάμην στῆσαι, καὶ πυρὶ παρέδωκα τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρηνίοις ἀποκείμενα· ὡς μηκέτι δύνασθαι καθ' ὑμῶν τινὰ τοιαύτην ἀκοντίζειν ἀσεβείας φήμην. καὶ τούτων μὲν ὑμῖν οὐ τοσοῦτον αἴτιος κατέστη ὁ τῆς μνήμης ἄξιος Κωνστάντιος ὁ ἀδελφὸς, ὅσον οἱ τὴν γνώμην βάρβαροι, καὶ τὴν ψυχὴν ἄθεοι, οἱ τὴν τούτου τράπεζαν ἑστιώμενοι· οὓς μὲν ἐγὼ ἐν χερσὶν ἐμαῖς λαβόμενος, εἰς βόθρον ὤσας ὤλεσα, ὡς μήτε μνήμην ἔτι φέρεσθαι ἢ εἶναι παρ' ἡμῖν τῆς αὐτῶν ἀπολείας. ἐπὶ πλέον δὲ ὑμᾶς εὐωχεῖσθαι βουλόμενος, τὸν ἀδελφὸν Ἴουλον τὸν αἰδεσιμώτατον Πατριάρχην παρῄνεσα, καὶ τὴν λεγομένην εἶναι παρ' ὑμῖν ἀποστολὴν κωλυθῆναι, καὶ μηκέτι δύνασθαι τὰ πλήθη ὑμῶν τινὰ ἀδικεῖν τοιαύταις φόρων εἰσπράξεσιν, ὡς πανταχόθεν ὑμῖν τὸ ἀμέριμνον ὑπάρχειν τῆς ἐμῆς βασιλείας· ἵνα ἀπολαύοντες, ἔτι μείζονας εὐχὰς ποιῆτε τῆς ἐμῆς βασιλείας τῷ πάντων κρείττονι καὶ δημιουργῷ θεῷ τῷ καταξιώσαντι στέψαι με τῇ ἀχράντῳ αὐτοῦ δεξιᾷ. πέφυκε γὰρ τοὺς ἔν τινι μερίμνῃ ἐξεταζομένους περιδεῖσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ μὴ τοσοῦτον εἰς τὴν προσευχὴν τὰς χεῖρας ἀνατείνειν τολμᾶν· τοὺς δὲ πανταχόθεν ἔχοντας τὸ ἀμέριμνον, ὁλοκλήρῳ ψυχῇ χαίροντας, ὑπὲρ τοῦ βασιλείου ἱκετηρίους λατρείας ποιεῖσθαι τῷ μείζονι, τῷ δυναμένῳ κατευθῦναι τὴν βασιλείαν ἐπὶ τὰ κάλλιστα, καθάπερ προαιρούμεθα, ὅπερ χρὴ ποιεῖν ὑμᾶς, ἵνα κἀγὼ τὸν τῶν Περσῶν πόλεμον διορθωσάμενος, τὴν ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἐπιθυμουμένην παρ' ὑμῖν ἰδεῖν οἰκουμένην πόλιν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ, ἐμοῖς καμάτοις ἀνοικοδομήσας οἰκήσω, καὶ ἐν αὐτῇ δόξαν δώσω μεθ' ὑμῶν τῷ κρείττονι. Iulianus Iudaeorum nationi.* Superiora tempora non tam vobis ob servitutem molesta fuere, quam quod tabulis iniussu principis emissis obnoxii essetis, immensumque aurum in aerarium inferretis. Quam rem ego magna ex parte meis vidi oculis, tum multo magis ex ipsis tabellis, quae contra vos asservabantur, perspexi. Quin et paratum iam iterum contra vos vectigal prohibui, et impietatem hanc detestabilem compressi, tabulasque incendi, quae in meis scriniis ad vos opprimendos custodiebantur: ut nemini liceat deinceps tantae impietatis rumorem in vos spargere. Neque sane harum iniuriarum causa Constantio fratri, viro memorabili, potius tribuenda videatur, quam nonnullis animo barbaris, et mente impiis, qui eius mensa utebantur: quos ego manibus meis arreptos, atque in foveam coniectos perdidi, ut ne memoria quidem ulla de eorum interitu apud nos supersit. Ego vero cum longe maioribus beneficiis vos ornare vellem, fratrem Iulum, Patriarcham omni observantia dignum, hortatus sum, ut et tributum, quod apostolatus apud vos dicitur, prohibeat, et nemini in posterum liceat vectigalia eiusmodi a vobis exigere: quo summa vobis securitas et otium sit in meo regno, et maiore studio pro meo regno vota faciatis deo optimo, et opifici, qui mihi dignatus est suis purissimis manibus coronam imponere. Solent namque qui sollicitudine aliqua premuntur, mente constringi, neque tam confidenter manus ad deum orandum tollere; at qui cura penitus vacui sunt, tota mente gaudent, et pro regno supplices manus ad deum maximum porrigunt: in quo situm est, ut regnum nostrum in optimo statu versetur, sicut optamus. Id vos inprimis curare atque contendere debetis, quo et ipse Persico bello ex animi sententia gesto, sanctam urbem Hierusalem, quam multos iam annos habitatam videre desideratis, meis laboribus refectam incolam, et una vobiscum in ea optimo deo gratias agam. *Iuliani Epist.* 25, *p.* 396. — *Τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀνεγεῖραι ναὸν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπέτρεψε.* Iudaeis Hierosolymitani templi instaurandi potestatem dedit. *Zonaras* 13, 12. — *Προσέταξεν ὁ θεομάχος ἀνεγεῖραι τὸν (ἐν Ἱεροσολύμοις) καταλυθέντα ναόν.* Mandavit, ut templum (Hierosolymitanum) deiectum instaurarent Iudaei. *Cedrenus p.* 526. Cf. Theophanes p. 80; Philostorg. 7, 9. — *Ἰουλιανοῦ νόμος περὶ τῶν ἰατρῶν. Τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην*

σωτηριώδη τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν, τὸ ἐναργὲς τῆς χρείας μαρτυρεῖ. διὸ καὶ ταύτην ἐξ οὐρανοῦ πεφοιτηκέναι δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι. τὸ γὰρ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὰ τῶν ἐπισυμβαινόντων ἀῤῥωστημάτων ἐπανορθοῦται διὰ ταύτης. καὶ γὰρ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λογισμὸν, συνῳδὰ τοῖς ἄνωθεν βασιλεῦσι θεσπίζοντες, ἡμετέρᾳ φιλανθρωπίᾳ κελεύομεν, τῶν βουλευτικῶν λειτουργημάτων ἀνενοχλήτους ὑμᾶς τοὺς λοιποὺς χρόνους διάγειν. Iuliani Lex de Medicis. Artem medicam hominibus salutarem esse, usus ipse demonstrat. Quare eam e coelo delapsam non immerito philosophi praedicant. Etenim naturae nostrae infirmitas, et valetudinis offensiones, quae quotidie incidunt, per hanc corriguntur. Quamobrem sicut aequitatis ratio postulat, nos superiorum regum auctoritatem et vocem secuti, pro nostra humanitate iubemus, vos senatoriis muneribus liberos in posterum vivere. *Iuliani Imp. Epist. l. c. p.* 398. Cf. p. 214. — *Νόμος τοὺς ἰατροὺς μίαν ἀπαιτεῖ λειτουργίαν, τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης.* Leges unum hoc in publicum ministerium a medicis postulant, quod ab arte praestant. *Libanii Epist. ad Celsum in Cod. MS. Regio* 631. et 635. *ed. Wolff.* Cf. Cod. Theod. 13, 3, 4. — Ex iussione domini Iuliani, D. Augusti, collecti sunt ex omni regione archiatri, ex quibus elegit optimos et probatos medicos, numero septuaginta duos, inter quos et mea est electa parvitas. *Oribasius.* — *Οἱ δὲ τοὺς κεκτημένους τὴν γῆν αἰτιῶνται. σὺ δὲ καὶ τούτους ἐχθροὺς ποιεῖς σαυτῷ τὰ δίκαια ποιεῖν ἀναγκάζων. οἱ δὲ ἐν τέλει, τῆς πόλεως ἀμφοῖν μετέχοντες ταῖν ζημίαιν· ὥσπερ οἶμαι· πρότερον ἔχαιρον διχόθεν καρπούμενοι τὰς ὠφελείας, καὶ ὡς κεκτημένοι, καὶ ὡς καπηλεύοντες· τανῦν εἰκότως λυποῦνται δὴ ἀμφοτέρων ἀφῃρημένοι τὰς ἐπικερδείας.* Illi quidem de agrorum possessoribus queruntur; hi vero tibi infensi sunt, propterea quod eos iustos esse cogis. Magistratus autem, quod ex utroque civitatis incommodo, sicut opinor, lucrum facerent, gaudebant antea, duplicem fructum capientes, et ut agri possessores, et ut caupones; nunc utrisque spoliati commodis merito succensent. *Iuliani Misopog. p.* 350. — *Ἀδύνατον, εὖ ἴστε, καὶ τοῖς εἰσφέρουσι συγχωρεῖν ἅπαντα, καὶ διδόναι πάντα τοῖς εἰωθόσι λαμβάνειν. ὅταν οὖν φανῶ μηδὲν ἐλαττώσας τῶν δημοσίων συντάξεων, ὅσα εἴωθεν ἡ βασιλικὴ νέμειν δαπάνη· ὑμῖν δ' ἀνεὶς τῶν εἰσφορῶν οὐκ ὀλίγα, ἆρ' οὐκ αἰνίγματι τὸ πρᾶγμα ἔοικεν;* Fieri non potest, mihi credite, ut et iis qui vectigalia pendunt, omnia condonentur, et qui accipere consueverunt, dentur omnia. Quum igitur videar publicas largitiones, quas regius sumtus facere consuevit, nihil imminuisse, tributa autem vobis non pauca remisisse; nonne res admirabilis atque aenigmati similis videatur? *Iuliani Misopog. p.* 366—367. — *Ἡμῶν οὐδεὶς ἀγρὸν, οὐδὲ κῆπον ἐπρίατο παρ' ὑμῖν, οὐδὲ οἰκίαν ᾠκοδόμησεν, οὐδ' ἔγημε παρ' ὑμῶν, οὐδ' ἐξέδωκεν εἰς ὑμᾶς, οὐδὲ ἠράσθημεν τῶν παρ' ὑμῖν καλῶν· οὐδ' ἐζηλώσαμεν Ἀσσύριον πλοῦτον, οὐδ' ἐνειμάμεθα τὰς προστασίας, οὐδὲ παραδυναστεύειν ἡμῖν ἠνεσχόμεθά τινας τῶν ἐν τέλει, οὐδ' ἐπείσαμεν τὸν δῆμον εἰς παρασκευὰς δείπνων ἢ θεάτρων, ὃν οὕτως ἐποιήσαμεν τρυφᾷν, ὥστε ἄγων σχολὴν ἀπὸ ἐνδείας τῶν ἀναπαίστων εἰς τοὺς αἰτίους αὐτῶν τῆς εὐθηνίας ξυνέθηκεν. οὐδ' ἐπεγράψαμεν χρυσίον, οὐδὲ ἠτήσαμεν ἀργύριον, οὐδὲ ηὐξήσαμεν φόρους· ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἐλλείμμασιν ἀνεῖται πᾶσι τῶν εἰθισμένων εἰσφορῶν τὸ πέμπτον.* Nostrum nemo agrum, nemo hortum apud vos coëmit, neque domum aedificavit, neque uxorem a vobis duxit, aut dedit, neque ea, quae apud vos pulchra sunt, amavimus; neque Assyrias opes expetivimus, neque praefecturas distribuimus, neque passi sumus aliquos e primoribus apud vos nobiscum imperium partiri, neque populo splendidorum conviviorum theatrorumve auctores fuimus: imo tantam ei immunitatem et ubertatem rerum omnium dedimus, ut liber ab inopiae metu, anapaestis luserit in eos, qui tantum bonorum ei largiti sunt. Non aurum imperavimus, non argentum exegimus, neque tributa amplificavimus; sed praeter residuum nondum persolutum, quintam de consuetis vectigalibus partem remisimus. *Iuliani Misopog. p.* 364, 365. — *Ἐπεὶ δ' ἑώρων ἀληθῆ τὴν τοῦ δήμου φωνὴν, καὶ τὴν ἀγορὰν οὐχ ὑπ' ἐνδείας, ἀλλ' ὑπ' ἀπληστίας τῶν κεκτημένων στενοχωρουμένην, ἔταξα μέτριον ἑκάστου τίμημα, καὶ δῆλον ἐποίησα πᾶσιν. ἐπεὶ δ' ἦν τὰ μὲν ἄλλα πολλὰ παρ' αὐτοῖς πάνυ· καὶ γὰρ ἦν οἶνος καὶ ἔλαιον, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα· σίτου δ' ἐνδεῶς εἶχον, ἀφορίας δεινῆς ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν αὐχμῶν γενομένης, ἔδοξέ μοι πέμπειν εἰς Χαλκίδα, καὶ Ἱεράπολιν, καὶ πόλεις τὰς πέριξ. ἔνθεν εἰσήγαγον ὑμῖν μέτρων τετταράκοντα μυριάδας. ὡς δ' ἀνάλωτο καὶ τοῦτο, πρότερον μὲν πεντάκις χιλίους, ἑπτάκις χιλίους δ' ὕστερον, εἶτα νῦν μυρίους, οὓς ἐπιχώριόν ἐστι λοιπὸν ὀνομάζειν μοδίους, πάντα οἴκοθεν ἔχων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου κομισθέντα μοι σῖτον, ἔδωκα τῇ πόλει, πραττόμενος ἀργύριον οὐ κατὰ δέκα μέτρα, ἀλλὰ πεντεκαίδεκα τοσοῦτον, ὅσον ἐπὶ τῶν δέκα πρότερον.* At ego quum viderem populi vocem veram esse, neque forum inopia, sed locupletum avaritia premi, moderatius rei cuique pretium constitui, atque id omnibus notum feci. Quumque ceterarum rerum magna esset copia (erat enim vinum, oleum, ceteraque omnia), frumenti autem inopia, propterea quod superior anni tempestas paulo aridior, magnam agrorum sterilitatem effecerat; mittendum in Chalcidem, Hierapolin, ceterasque finitimas urbes putavi. Inde vobis mensurarum quadringenta millia intuli: quo consumto numero, primum quinque millia, deinde septem millia, postremo nunc decem millia modium, ut vos iam nominare consuevistis, quod omne triticum ex Aegypto allatum ad me fuerat, domo mea eductum civitati donavi, neque pro decem mensuris, sed pro quindecim tantum argenti, quantum antea pro decem accipi solebat, exegi. *Iuliani Misopog. p.* 368. — *Γῆς κλήρους, οἶμαι, τρισχιλίους ἔφατε ἀπόρους εἶναι, καὶ ἠτήσασθε λαβεῖν· λαβόντες δ' ἐνείμασθε πάντες οἱ μὴ δεόμενοι. τοῦτο ἐξετασθὲν ἀνεφάνη σαφῶς. ἀφελόμενος δ' αὐτοὺς ἐγὼ τῶν ἐχόντων οὐ δικαίως, καὶ πολυπραγμονήσας οὐδὲν ὑπὲρ τῶν ἔμπροσθεν, ὧν ἔσχον ἀτελεῖς, οὓς μάλιστα ἐχρῆν ὑποτελεῖς εἶναι, ταῖς βαρυτάταις ἔνειμα λειτουργίαις αὐτοὺς τῆς πόλεως. καὶ νῦν ἀτελεῖς ἔχουσιν οἱ καθ' ἕκαστον ὑμῖν ἐνιαυτὸν ἱπποτροφοῦντες, γῆς κλήρους ἐγγὺς τρισχιλίους, ἐπινοίᾳ μὲν καὶ οἰκονομίᾳ τοῦ θείου τοὐμοῦ καὶ ὁμωνύμου, χάριτι δ' ἐμῇ, ὃς δὴ τοὺς πανούργους καὶ κλέπτας οὕτω κολάζων, εἰκότως ὑμῖν φαίνομαι τὸν κόσμον ἀνατρέπειν.* Agri iugerum tria millia infructuosa esse dixistis, vobisque concedi postulastis: quum vero id obtinuistis, divites soli ceteris fraudatis ea usurpastis. Hoc a me inquisitum, plane compertum est. Ego autem illos agros iniustis possessoribus ereptos, nihilque de superiore immunitate inquirens, eorum quos vectigales maxime esse oportebat, gravissimis civitatis rebus administrandis attribui. Et nunc qui apud vos quotannis equos alunt, habent immunia tria prope millia iugerum, partim patrui et cognominis mei prudentia ac diligentia, partim meo beneficio; qui furibus atque impostoribus sic castigatis, iure vobis mundum videor evertere. *Iuliani Misopog. p.* 370.

Incert. ann.

Τρίτην μοῖραν κακούργων ὑπηρετῶν, κλεπτόντων, καὶ λωποδυτούντων, καὶ πᾶν καὶ λεγόντων καὶ ποιούντων ἐπὶ τῷ λαβεῖν, τῶν βασιλείων ὑπερώρισε θυρῶν … ὅλην μὲν ἐκείνην διασκεδάσας τὴν φρατρίαν, ἀφελόμενος δὲ καὶ προσηγορίαν καὶ τάξιν, ἀφ' ἧς πάντα ἐπόρθουν τε καὶ διώρυττον. Tertiam catervam maleficorum ministrantium, furantium, expilantium et quidvis aientium et agentium ut tantum accipiant, e palatii foribus summovit … disturbata quidem tota hac schola, et sublato simul nomine et officio, unde omnia vastabantur et effodiebantur. *Libanii Orat. in Iuliani Necem p.* 249. — *Τοὺς νόμους, πάλαι κρατούντων λελυμένους δὲ αὐθαδείᾳ δυνάστου (Κωνσταντίου) πάλιν κυρίους ἀπέφυνε· τὸ τοῖς εὖ ἔχουσι συμφέρεσθαι, τοῦ μάτην τῶν κειμένων ἐπιλαμβάνεσθαι, κάλλιον εἰς φιλοτιμίαν ἡγούμενος.* Leges, quae iam dudum invaluerant, principis (Constantii) superbi pervicacia solutas, denuo natas declaravit: quum multo praeclarius ad gloriae studium esse censeret, recte sancitis conferre, quam frustra culpare conditas, iisque temere derogare. *Libanii Orat. in Iuliani Necem p.* 298. — *Ἕτερον τέθεικε νόμον, τοὺς Γαλιλαίους κελεύων τῆς στρατείας ἐξελαύνεσθαι.* Aliam legem tulit, qua Galilaeos iubebat militia expelli. *Theodoret.* 3, 8. Cf. Socrat. IV, 1. — *Τὸ πλῆθος τῶν Χριστιανῶν σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν ἀπογράψασθαι, καὶ καθάπερ ἐν ταῖς κώμαις φόρους τελεῖν (προσέταξεν).* Vulgus Christianorum una cum uxoribus et liberis describi, et perinde ac in pagis, tributa pendere praecepit. *Sozomenus* 5, 4. — *Τοῖς δὲ ἐν Καισαρείᾳ*

Καππαδοκίας Χριστιανοῖς πολλὰ κακὰ ἐνεδείξατο Ἰουλιανός. ἀφείλατο δὲ καὶ τὰ δίκαια τῆς πόλεως, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ καλεῖσθαι αὐτὴν Καισάρειαν. Μάζοκαν δὲ αὐτὴν, ὡς τὸ πρὶν, ἐκέλευσε λέγεσθαι· ὅτι οἱ αὐτόθι Χριστιανοὶ ἐπὶ Κωνσταντίου πολλὰ κακὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐποίησαν, καὶ τὸν ναὸν τῆς τύχης κατέσκαψαν. Christianis insuper Caesareae in Cappadocia civibus plurima mala rependit; ob illatas quippe ab ipsis sub Constantio gentilibus noxas et eversum fortunae fanum, civitatis ius ademit et antiquato Caesareae nomine, Mazocam, quae prior erat eius appellatio, iussit vocari. *Theophanes p.* 73 et *Nicephor. Call.* 10, 4. — Iulianus (Petulantes a. 360) cum familiis ad Orientem proficisci praecepit, clavularis cursus facultate permissa. *Ammian. Marcell.* 20, 4. — Venerabilis Iuliani sanctio stare procuratorum iussit officia, causarum dominis viventibus inchoata. *Symmachus* 10, 39. — * Iubente lege, ut intra quatuor menses ad aestimationem bonorum possessor petitori teneatur. *Symmachus* 10, 39. — Ad ultimum, quod profuerit anhelantibus extrema penuria Gallis, hinc maxime claret: quod primitus partes eas ingressus, pro capitibus singulis tributi nomine vicenos quinos aureos reperit flagitari: discedens vero septenos tantum, munera universa complentes ... Id eum adusque imperii finem et vitae scimus utiliter observasse, ne per indulgentias, quas appellant, tributariae rei concederet reliqua. Norat enim, hoc facto se aliquid locupletibus additurum, quum constet, ubique pauperes inter ipsa dictorum exordia solvere universa sine laxamento compelli. *Ammian. Marcell.* 16, 5. — Quietis iudicialibus causis intentus ... distrahebatur multiformibus curis, exquisita docilitate librans, quibus modis ius suum cuique tribueret: iustisque sententiis et improbi modicis coercerentur suppliciis et innocentes fortunis defenderentur intactis. Et quamquam in disceptando aliquoties erat intempestivus, quid quisque iurgantium coleret, tempore alieno interrogans, tamen nulla eius definitio litis a vero dissonans reperitur: nec argui unquam potuit ob religionem vel quodcunque aliud ab aequitatis recto tramite deviasse. *Ammian. Marcell.* 22, 10. — Liberalitatis eius testimonia plurima sunt et verissima: inter quae indicta sunt tributorum admodum levia, coronarium indultum, remissa debita multa diuturnitate congesta, aequata fisci iurgia cum privatis, vectigalia civitatibus restituta cum fundis, absque his, quos velut iure vendidere praeteritae potestates. *Ammian. Marcell.* 25, 4. — Vilitati studebat rerum venalium. *Ammian. Marcell.* 22, 14. — *Τὰς δὲ Χριστιανῶν εὐποιίας ... μιμούμενος ξένοις τε καὶ πτωχοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν χορηγεῖσθαι ἐκέλευσεν.* Christianam pietatem ... imitatus peregrinis et egenis res necessarias edixit suppeditari. *Theophanes p.* 75. Cf. p. 216. — In provinciales iustissimus, et tributorum, quatenus fieri posset, repressor: civilis in cunctos: mediocrem habens aerarii curam. Nimius religionis Christianae insectator, perinde tamen, ut cruore abstineret. *Eutrop.* 10, 8. — *Ὅτι ἐπὶ τὸν Ἰουλιανὸν πολλαὶ δίκαι ἐχώρουν, χανδὸν ἐμφορουμένων τῶν ἀνθρώπων τῆς δικαιοσύνης τοῦ κρίνοντος· ἀναβολαί τε οὐκ ἦσαν ἐπ' αὐταῖς, ὅσαι νόμιμον ἐκ τῶν συνήθων γραμμάτων τὸ ἄδικον ἴσχουσιν εἰς βοήθειαν τῶν ἀδικούντων καὶ προειληφότων· ἀλλ' ἢ παραχρῆμα ἔδει τὸ ἴσον ἐλέγχεσθαι κατὰ φύσιν, ἢ τὸ μέλλον καὶ διωθούμενον εἰς τὸν χρόνον ὕποπτον ἦν. βαρὺς μὲν οὖν καὶ λυπηρὸς ἐτύγχανε, καὶ ἐπὶ τοῖς δε καὶ τὸ τῶν πονηρῶν ἔθνος καὶ ἀδικούντων διηγείρετο. οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἐξῆν, οὐδὲ λανθάνειν ἀδικοῦσι. βαρύτερον δὲ αὐτὸν ἀπεδείκνυε τοῖς μοχθηροῖς καὶ τὸ εὐπρόσοδον.* Ad Iulianum multae causae deferebantur, quum homines affatim illius iudicis aequitate fruerentur; neque enim dilationibus eiusmodi locus erat, quae lege sancitam e scriptis tralaticiis habent iniquitatem et hominibus iniustis alienaque detinentibus auxiliantur; sed aut statim aequitas naturae consentanea exploranda erat, aut mora et procrastinatio suspecta habebatur. Gravis igitur et molestus erat et ad haec improborum et iniustorum natio exasperabatur. Nec enim iniuriam facere licebat, aut, qui iniuriam fecissent, latere poterant. Molestiorem etiam improbis illum reddebat adeundi facilitas. *Eunapii Fragm. p.* 107 et *Suidas v.* *Ἰουλιανός.*

IMP. IOVIANUS A.

1117. p. C. n. 364. FL. IOVIANO A. FL. VARRONIANO COSS.

Προσεφώνησε δὲ (Ἰοβιανὸς) Σεκούνδῳ τῷ τότε τὴν ὕπαρχον ἐξουσίαν διέποντι, γενικὴν νομοθεσίαν, εἰς κεφαλὴν τιμωρεῖσθαι παρακελευομένην τὴν ἱερὰν παρθένον μνᾶσθαι πρὸς γάμον πειρώμενον ἢ καὶ ἀκολάστως μόνον προσβλέποντα, μήτι γε διαρπάζειν ἐπιχειροῦντα. Dedit (Iovianus) generalem constitutionem ad Secundum, qui tunc erat praefectus praetorii, qua iubebat eum capitali supplicio affici, qui sacram virginem sibi uxorem despondere, aut impudice duntaxat adspicere ausus esset, nedum rapere conatus fuisset. *Sozomenus* 6, 3 et iisdem vv. *Nicephor. Call.* 10, 39; *Hist. Tripart.* 7, 4. Cf. Cod. Theod. 9, 25, 2. — *Νόμους δὲ γενικοὺς κατέπεμψεν ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς πᾶσαν γῆν Ῥωμαίων, τὴν ἐπὶ τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου κατάστασιν καὶ τιμὴν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀποδιδούς· τοὺς δὲ ἐν ἐξορίᾳ ἐπισκόπους ἀνεκαλέσατο.* Generales quoque leges in universum Romanum orbem de sacris aedibus misit, quibus ecclesiam catholicam in pristinum statum atque honorem, quo sub beato Constantino potiebatur, restituit et exsulantes episcopos revocavit. *Theophanes p.* 83. — *Νόμους ἐξέπεμψεν εἰς πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων γῆν εἰς περιποίησιν τῶν τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ Χριστιανοὺς ἀνεκαλέσατο.* Edicta per totum Romanum imperium emisit, quibus ecclesias dei restitui iuberet Christianosque exsulantes revocaret. *Cedreni Hist. p.* 540. — *Τοὺς τῶν Χριστιανῶν ἱερεῖς, ὅσοι τε ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ ὅσοι ἐπὶ τοῦ παραβάτου τῶν ἐκκλησιῶν ἐξηλάθησαν, εἰς αὐτὰς ἐπανήγαγε, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων, τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐπὶ Ἀλεξάνδρειαν.* Quotquot Christiani sub Constantio et Iuliano ecclesiis pulsi fuerant, eos restituit, ac prae ceteris magnum Athanasium Alexandriam revocavit. *Zonaras* 13, 14. — *Ἰοβιανὸς βασιλεὺς Ῥωμαίων ὀρθόδοξος, ὃς ἐπιμέλειαν καὶ φροντίδα πολλὴν ἐποιεῖτο τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίαις ἐπισκόπους πάντας ἀνεκαλέσατο.* Iovianus, Romanorum imperator orthodoxus, qui magnam curam gessit ecclesiarum et omnes episcopos ab exsilio revocavit. *Suidas v. Ἰοβιανός.* — *Ἔγραφε νόμον, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐπανελθεῖν ἐκ τῆς ἐξορίας διαγορεύοντα, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἀποδοθῆναι παρεγγυῶντα τοῖς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν διατετηρηκόσιν ἀκήρατον.* Legem tulit, qua et episcopos ab exsilio reverti praecipiebat, et ecclesias iis reddi, qui Nicaeae fidem inviolatam servarant. *Theodoret.* 4, 2. Cf. Sozom. l. c. — *Νόμον ἕτερον ἔγραψε, τοῦ σίτου τὴν σύνταξιν ἀποδοθῆναι ταῖς ἐκκλησίαις κελεύσας, ἣν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀπένειμεν. Ἰουλιανὸς γὰρ καὶ ταύτην ἐκεκωλύκει τὴν χορηγίαν ἅτε δὴ τὸν κατὰ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀναδεξάμενος πόλεμον· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐκ τῆς ἐκείνου δυσσεβείας ἐπισκήψας λιμὸς ἐπεῖχεν εἰσπράττειν τὰς εἰσφορὰς τῆς Κωνσταντίνου συντάξεως, τὸ τριτημόριον Ἰοβιανὸς τηνικαῦτα παρασχεθῆναι προσέταξεν, ὑποσχόμενος τοῦ λιμοῦ παυσαμένου τέλειον παρασχεῖν τὸ σιτηρέσιον.* Legem alteram tulit, qua certum numerum frumenti ecclesiis reddi iussit, quem Constantinus M. assignarat, Iulianus vero, ut qui deo et servatori nostro bellum indixerat, hanc etiam rogationem vetuerat. Et quia ex illius impietate saeviens fames constitutas a Constantino illationes exigi non sinebat, Iovianus tertiam tunc partem praeberi praecepit, integrum se congiarium, ubi fames cessasset, praebiturum pollicitus. *Theodoret.* 4, 4. — *Ἰοβιανὸς δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν πάλιν τὴν τῶν εἰδώλων ἐκώλυσε θεραπείαν· καὶ Βαλεντινιανὸς δὲ ὁ μέγας τοιοῖσδε κεχρημένος νόμοις ἴθυνε τὴν Εὐρώπην. ὁ δὲ Βάλης πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις ἐπέτρεψε θρησκεύειν ᾗ βούλοιντο, καὶ τὰ θρησκευόμενα θεραπεύειν· μόνοις δὲ πολεμῶν διετέλει τοῖς τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχοῦσι δογμάτων.* Iovianus vero imperium excipiens, idolorum rursus cultum prohibuit, et Valentinianus quoque magnus iisdem legibus regit Europam. At Valens aliis quidem omnibus permisit religionem sequi, quam vellent, et iis servire, quos haberent pro diis; solos vero insectatus est eos, qui apostolica dogmata defenderent. *Theodoret.* 5, 21.

IMPP. VALENTINIANUS I. ET VALENS AA.

Cf. Constantinus M., Iovianus.

Ὅστις Οὐαλεντινιανὸς ἅμα ἐβασίλευσεν, διεδέξατο τὸν ἔπαρχον τῶν πραιτωρίων Σαλούστιον, καὶ ὑπὸ ἐγγύας αὐτὸν ποιήσας ἔθηκε προθέματα αὐτοῦ, ἵνα εἴ τις ἠδίκηται παρ' αὐτοῦ, προσέλθῃ τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ. Valentinianus vero simulac suscepit imperium, Salustio praefecto praetorio exauctorato, dignitatem statim reddidit, hac apposita cautione, ut adversum illum emitteretur decretum, quo cuivis, qui ab eo iniuriam passus esset, imperatorem convenire liceret. *Chron. Pasch. p.* 556. *Malalas* 13, *p.* 338. *Suidas v. Προθέματα* et *Σαλούστιος.* — At in Bithynia Valentinianus princeps ... declaratur, dato in perendinum diem signo proficiscendi, convocatis primoribus, quasi tota consilia quam sibi placentia secuturus, percunctabatur, quemnam ad imperii consortium oporteret assumi, silentibusque cunctis, Dagalaiphus, tunc equestris militiae rector, respondit fidentius: „Si tuos, inquit, amas, Imperator optime, habes fratrem; si rempublicam, quaere, quem vestias.“ Quo dicto asperatus ille, sed tacitus et occultans, quae cogitabat, Nicomediam itineribus citis ingressus Kal. Martiis, Valentem fratrem stabulo suo cum tribunatus dignitate praefecit. Indeque quum venisset Constantinopolim, multa secum ipse divolvens et magnitudine urgentium negotiorum iam se superari considerans, nihil morandum ratus, quintum Kal. Aprilis productum eundem Valentem in suburbanum, universorum sententiis congruentibus (nec enim audebat quisquam refragari), Augustum pronuntiavit, decoreque imperatorii cultus ornatum et tempora diademate redimitum in eodem vehiculo secum reduxit. *Ammian. Marcell.* 26, 4. — *Οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν αἱρεῖται, πιστότατον αὐτῷ πάντων ἡγησάμενος ἔσεσθαι. τοῦτον γοῦν ἀναδείκνυσι κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς.* Valentem fratrem delegit, ratus hunc omnium sibi fidelissimum esse. Illum igitur imperii consortem appellat. *Zosimus* 4, 1. Cf. Theophan. p. 85; Chron. Pasch. p. 556; Hieron. Chron. ad a. 367; Prosper p. 628. — *Ἀλλὰ τούτων ἀφείλκυσεν αὐτοὺς τέως ἡ περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κηδεμονία τε καὶ φροντίς. ἐτράπησαν τοίνυν ἐπὶ τὸ διανεῖμαι τὰ ἔθνη τοῖς ἄρχουσι, καὶ τίνας δέοι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐπιτραπῆναι τὴν φυλακήν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, ὅσοι παρὰ Ἰουλιανοῦ διοικήσεις ἐθνῶν ἢ ἄλλας ἀρχὰς ἔτυχον ἐπιτετραμμένοι, παρελύοντο τούτων· ἐν οἷς καὶ Σαλούστιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος ἦν. μόνου δὲ Ἀρινθαίου καὶ Βίκτωρος, αἷς εἶχον πρότερον στρατιωτικαῖς ἀρχαῖς ἐπιμεινάντων ἡγεμονίαις, παρῄεσαν ἐπὶ τὰς ἀρχάς, ὡς ἔτυχον, οἱ τούτων ἐπιθυμοῦντες τυχεῖν, ἑνὸς τούτου δόξαντος γίνεσθαι κατὰ λόγον. εἰ γάρ τις αὐτῶν ἐπὶ δικαίαις μέμψεσιν ἥλω, δίκην ὑπέσχε, συγγνώμης οὐδεμιᾶς ἀξιούμενος.* Sed ab his eos id temporis civilium militariumque rerum cura revocabat. Quapropter ad distribuendas praesidibus provincias se convertebant, et quibus aulae imperatoriae custodia committenda esset. Itaque ceteri omnes, quibuscunque a Iuliano provinciarum administrationes, aliive magistratus crediti fuerant, abdicabantur; quorum in numero praefectus etiam praetorii Salustius erat: solo autem Arintheo et Victore, quae prius habebant ceu duces imperia militaria, retinentibus: ad magistratus reliquos fortuito perveniebant, qui eos affectabant: quum quidem unum hoc ex rationis praescripto fieri videretur. Nam si quis eorum iustis querelis convictus fuisset, nullam impetrans veniam, poenas luebat. *Zosimus* 4, 2. — *Τούτων αὐτοῖς οὕτω διακειμένων, ἐδόκει τῷ Οὐαλεντινιανῷ, διελομένῳ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀρχήν, ἐπιτρέψαι μὲν αὐτῷ τὴν ἑῴαν, ἄχρις Αἰγύπτου καὶ Βιθυνίας καὶ Θρᾴκης· λαβόντα δὲ τὰς ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις αὐτὸν, εἰς τὴν Ἰταλίαν διαβῆναι, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ πόλεις ἔχειν ὑφ' ἑαυτῷ, μετὰ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, Ἰβηρίας τε καὶ τῆς Βρεττανικῆς νήσου καὶ Λιβύης ἁπάσης. τῆς τοίνυν ἀρχῆς οὕτω διαιρεθείσης, ὁ Οὐαλεντινιανὸς ἐμβριθέστερον τῇ ἀρχῇ προσελθὼν, ἄρχοντάς τε ἐν κόσμῳ προῆγεν καὶ περὶ τὰς εἰσπράξεις τῶν εἰσφορῶν, καὶ τὰς ἐκ τούτων χορηγουμένας στρατιωτικὰς σιτήσεις, ἀκριβέστατος ἦν. ἐπεὶ δὲ καὶ νόμων εἰσφορὰς ἐγνώκει ποιήσασθαι, ἀφ' ἑστίας ὥσπερ ἀρξάμενος, τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι· τοῖς μυσαρῶς μὲν οὖν πραττομένοις ἐμποδὼν διὰ τοιοῦδε νόμου γενέσθαι βουλόμενος. ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτάτος, ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θεσμὸν ἐκτελεῖν, ἐπέτρεψεν, ἀργοῦντος τοῦ νόμου, πράττεσθαι πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια.* His ita constitutis, visum est Valentiniano, diviso cum fratre imperio, curae quidem illius Orientem ad Aegyptum usque, Bithyniamque ac Thraciam, permittere: se vero, sortitum Illyricas urbes, in Italiam transire atque urbes in ea sitas, una cum transalpinis nationibus, et Hispania et insula Britannia, totaque Africa, iuri suo reservare. Diviso in hunc modum imperio, Valentinianus, occoepta severius gubernatione, magistratus recte atque ordine constituebat; et in exactionibus tributorum, ac militaribus annonis, quae inde suppeditabantur, rigidissimus erat. Et quia legum quoque promulgationes instituere decreverat, exorsus ab ipso lare, quod aiunt, nocturna sacra fieri prohibuit: qua lege coercere volebat ea, quae scelerate designarentur. Sed quum Praetextatus, qui proconsule Graeciam administrabat, vir omni virtute praestans, hanc legem diceret vitam iniucundam et acerbam victu Graecis parituram, si futurum esset, ut mysteria sanctissima, quae genus humanum continerent, prohiberentur: peragi ea rite, vi legis suae cessante, permisit, ita tamen, ut omnia secundum patrias consuetudines, quales ab initio fuissent, perficerentur. *Zosimus* 4, 3. Cf. Cod. Theod. 9, 16, 7. — *Ὁ δὲ τὸν ἀδελφὸν ἐκ Πανονίας μεταπεμψάμενος, ὡς οὐκ ὤφελε, κοινωνὸν ποιεῖται τῆς βασιλείας, οὐδέπω τὴν τῶν δογμάτων διαφορὰν εἰσδεξάμενον. καὶ τῆς Ἀσίας αὐτῷ παραδοὺς τὰ σκῆπτρα, καὶ μέντοι καὶ τῆς Αἰγύπτου, ἑαυτῷ τὴν Εὐρώπην ἀπένειμε.* Ille vero accitum ex Pannonia fratrem consortem imperii sibi, quod utinam non fecisset, sibi adiunxit, nondum haeretica pravitate corruptum. Et Asiam quidem atque Aegyptum ei regendam commisit, sibi vero Europae partes reservavit. *Theodoret.* 4, 6. — * *Ὁ δὲ αὐτὸς Βάλης καὶ τὴν δευτέραν Καππαδοκίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας αὐτὴν ἀπὸ τῆς πρώτης.* Idem Valens Cappadociam a prima dirimens provinciam fecit. *Malalas* 13, *p.* 342.

1117—1120. p. C. n. 364—367.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες Φλαύιοι Οὐαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης, εὐτυχεῖς, εὐσεβεῖς, σεβαστοὶ, αἰώνιοι νικηταὶ, λέγουσι Νικαεῦσιν. Εἰ καὶ ἡ σπουδὴ ἡ ἡμετέρα δήλη πᾶσι καὶ περίβλεπτος γέγονεν, ἐξ οὗ τῆς βασιλείας τὸ ὑπερανα βεβηκὸς, καὶ τῶν δημοσίων τοὺς οἴακας βουλήσει τοῦ κρείττονος ὑπεδεξάμεθα, ὅμως πρὸς τούτοις ἀποσώσομεν καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτῆς τῆς εὐτυχίας· ὅτι γε ἡ ὑμετέρα πόλις προαναπλησθεῖσα, καὶ γαυριωθεῖσα ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ εὐτυχίᾳ, χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης παντὶ δήμῳ αἰτία γέγονε. διὸ δὴ ἐπειδὴ μητρόπολις πάλαι ὠνομάσθη, καὶ τοῦτο νόμοι παλαιοὶ περιέχουσι, τὰ αὐτὰ ἅπερ Νικομηδεῦσι νομοθετούντων ἡμῶν ὑπῆρξεν, οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχειν δύναται, τὸ ἀσάλευτα καὶ ἰσχυρὰ μένειν, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα αὐξηθησόμενα· καὶ εἰς τὸ ἑξῆς αὐτὸν στέψαντες, ἐν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει προϊέναι ἐθεσπίσαμεν. διαμενέτω τοίνυν εἰς τὸ διηνεκὲς ἡ συνήθεια αὕτη, καὶ ἡ πόλις ὑμῶν μητρόπολις ἔστω, τῆς συνηθείας τῆς ἐπὶ τῇ προόδῳ τοῦ Βιθυνιάρχου διαμενούσης· οὐδεὶς ἀφαιρεῖταί τι τῶν ἄλλων. βουλήσει τοῦ κρείττονος αὐξηθείη τῆς ὑμετέρας πόλεως τὸ ἀξίωμα. χαίροντες τοίνυν τὰς εὐχὰς διπλασιάζετε, καὶ ἥδεσθε ἐφ' οἷς αὕτη ἡ τιμὴ ὑμῖν παρέσχηται, πάσης ἀμφιβολίας εἰς τὸ ἑξῆς σχολαζούσης· συνορῶντες, ὅπως αἰωνίου πραότητος καὶ προνοίας ἐκ τῶν ἡμετέρων θεσπισμάτων τετυχήκατε. *Imperatores Caesares Flavius Valentinianus et Valens, pii, felices, Augusti, perpetui victores, salutem dicunt Nicaenis.* Licet studium nostrum ex illo manifestum atque clarum sit cunctis, ex quo regni sublimitatem et publicam gubernationem dei voluntate suscepimus; verumtamen et super principatum huius felicitatis adiicimus, quoniam vestra civitas sub initium completa gaudio, et exsultans super nostra felicitate, gratiae atque laetitiae omni populo causa facta est. Propterea licet metropolitana olim est nominata, et hoc leges antiquae continent, tamen legem nobis proferentibus,

nulla dubitatio esse poterit, eo quod haec immota et firma permaneant, et temporibus futuris augenda: et de cetero hunc etiam in vestra civitate exornantes, procedere sancivimus. Permaneat igitur in perpetuum ista consuetudo, et civitas vestra sit metropolitana, consuetudine tamen in processu Bithyniae iudicis permanente. Nullus enim aufert aliquid aliorum. Ergo voluntate dei vestrae civitatis dignitas augeatur. Gaudentes itaque, orationes vestras duplicate: et laetamini in his, in quibus hic vobis praebetur honor, omni dubietate in futurum vacante; conspicientes quemadmodum perpetuam pacem et providentiam ex nostris sanctionibus impetrastis. *Ex Actis Concil. Chalcedon. ap. Harduin.* 2, *p.* 567 *sq.* — * *Impp. Valentinianus et Valens AA. Have, Arthemi, carissime nobis.* Mirati admodum sumus, te, non consideratis privilegiis palatinorum, quosdam ex eorum numero susceptoribus velle coniungere, quum id minime legis nostrae sententia comprehendat etc. *L.* 6 *Cod. Theod. de Privileg.* 6, 35.

1117—1126. p. C. n. 364—373.

Apronianus regens urbem aeternam, iudex integer et severus, id primum opera curabat enixa, ut veneficos, qui tunc rarescebant, captos, postque agitatas quaestiones nocuisse quibusdam apertissime confutatos, indicatis consciis morte mulctaret. *Ammian. Marcell.* 26, 3. — * *I. Ex. Auctoritate.* | *Turci. Aproniani. V. C.* | *Praefecti. Urbis.* | Ratio. Docuit. Utilitate. Sua | dente. Consuetudine. Mi | candi. Summota. Sub. Exagio. | Potius. Pecora. Vendere. Quam. | Digitis. Conludentibus. Trade | re. Et. Adpenso. Pecore. Capite. | Pedibus. Et. Sevo. Lactante. Et. | Subgulari. Lanio. Cedentibus. | Reliqua. Caro. Cum. Pelle. Et. Inte | raneis. Proficiat. Venditori. | Sub. Conspectu. Publico. Fide. Pon | deris. Comprobata. Ut. Quantum. | Caro. Occisi. Pecoris. Adpendat. | Et. Emtor. Norit. Et. Venditor. | Commodis. Omnibus. Et. Praeda. Da | mnata. Quam. Tribunus. Offi | cium. Cancellarius. Et. Scriba. | De. Pecuariis. Capere. Consueve | rant. Quae. Forma. Interdicti. | Et. Dispositionis. Sub. Gladii. Pe | riculo. Perpetuo. Custodien | da. Mandatur. *II. Ex. Auctoritate. Turci.* | *Aproniani. V. C. Praef.* | *Urb.* | Licet. Formam. Dispositionis. Acta. | Contineant. Ad. Fidem. Tamen. Gestorum. | Plenius. Memoria. Tradendam. Tabulam. | Placuit. Adfigi. Quae. Publicaret. | Ordinem. Rerum. Quom. Suarios. | Videremus. Damnis. Adfectos. Et. Eos. Etiam. | Ordines. Qui. Suariam. Faciunt. Providimus. | His. Levamen. Ex. Titulo. Canonico. Vinario. | Ut. Viginti. Quinque. Millia. Amphorum. | Annua. Consequantur. Sub. Ea. Divisione. Ut. | Duae. Partes. Suariis. Tertia. Vero. His. | Ordinibus. Sufficiat. Qui. Suariam. Recognoscunt. | Ita. Ut. Iidem. Ordines. Iuxta. Consuetudinem. | Tam. Proprium. Quod. Appellatur. Quam. Annonis. | Exsolvant. Et. Moderatione. Adhibita. | Perinde. A. Possessore. Suscipiant. Atque. | Suscipere. Sunt. Soliti. Antiquo. More. | Praeeunte. Interdicentes. Ne. Inormia. | Illa. Indebitaque. Praestentur. Quae. Tam. | Tribunus. Quam. Patroni. Diversi. Et. Varia. | Consequebantur. Officia. Contra. Quod. | Interdictum. Si. Qui. Ausi. Fuerint. De. | Communi. Largiri. Et. Scribae. Quidem. | Ceterique. Poenae. Subiaceant. *Edicta Aproniana ap. Haubold. Monum. Leg. p.* 292 *sq.* — Coeli particeps parens clementiae vestrae quum munus exiguum huic hominum generi (corporatis negotiatoribus urbis) mandare tentasset, motus libertate plebis abstinuit. *Symmachus* 10, 34.

1118. p. C. n. 365. FL. VALENTINIANO A. FL. VALENTE COSS.

Ἤδη οὐ μόνον εἶχε ταύτην τὴν προσηγορίαν ἡ πόλις, καὶ γερουσίᾳ καὶ τάγμασι δήμων καὶ ἀρχαῖς ὁμοίως ἐχρῆτο· ἀλλὰ καὶ τὰ συμβόλαια κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐκρίνετο, καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ γέρα περὶ πάντα ἑκατέρᾳ ἰσάζετο. Iam tum urbs illa (Constantinopolis) non solum hanc appellationem meruerat, et senatum et ordines populi, ac magistratus similiter habebat; verum etiam contractus civium eius urbis iuxta leges Romanorum, qui in Italia sunt, iudicabantur, iuraque omnia et privilegia aequalia seniori Romae possidebat. *Sozomenus* 7, 9. Cf. Cod. Theod. 14, 13, 1. — * Legem dedit (Valens), ut monachi, hoc est, Christiani, qui ad unum fidei opus, dimissa saecularium rerum multimoda actione, se redigunt, ad militiam cogerentur. *Orosius* 7, 33. — Valens, lege data, ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit interfici. *Hieronym. Chron. ad a.* 2393 et *Prosper Aquit.*

1118—1123. p. C. n. 365—370.

Adiecta est alia plena iuris atque rationis; quod post crebras cognitiones, et rescripta ad relationem numerosa, poenam legis inciderint, qui denuo contra vetitum supplicarunt. Exstant quippe sententiae, quas quum provocatio tentasset inhibere, consultus relatione divus genitor clementiae vestrae (Valentinianus sen.) finem posuit quaestioni. *Symmachus* 10, 69. — *Ἐνομοθέτησεν Οὐαλεντινιανὸς πιπράσκεσθαι τὸν σῖτον μοδίους δώδεκα τῷ νομίσματι, μηδενὸς ἀντιλέγοντος.* Valentinianus sancivit, et duodecim modios frumenti solido vendi iussit, nemine contradicente. *Suidas s. v. Μαναΐμ.* — Augustae memoriae pater tuus (Valentinianus I.) non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei, vel ecclesiastici ordinis alicuius, eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis, hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam si alias quoque argueretur episcopus et morum esset examinanda causa, etiam hanc voluit ad episcopale iudicium pertinere. *Ambrosius in Epist. ad Valentinianum Iun.* — Severus in gregariis corrigendis, remissior erga maiores fortunas vel verbis asperioribus incessendas. *Ammian. Marcell.* 30, 5, 3. — In provinciales admodum parcus (Valentinianus), tributorum ubique molliens sarcinas. Oppidorum et limitum conditor tempestivus, militaris disciplinae censor eximius, in hoc tantum deerrans, quod, quum gregariorum etiam levia puniret errata, potiorum ducum flagitia progredi sinebat in maius, ad querelas in eos motas aliquoties obsurdescens ... Scrupulosus in deferendis potestatibus celsis, nec imperante eo provinciam nummularius rexit, aut administratio venumdata, nisi inter [initia] ut solent occupationis spe vel impune quaedam scelesta committi ... Hoc moderamine principatus inclaruit, quod inter religionum diversitates medius stetit, nec quemquam inquietavit, neque, ut hoc coleretur, imperavit aut illud: nec interdictis minacibus subiectorum cervicem ad id, quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes, ut reperit. *Ammian. Marcell.* 30, 9. Cf. ann. 364. — *Τὴν γνώμην ἦν δικαιότατος. διὸ καὶ τὰς ἀρχὰς τότε μετιόντων πολλοὺς ὡς ἀδικοῦντας ἐτιμωρήσατο, τὸν κρατοῦντα λέγων ἀπαιτεῖσθαι πρὸ τῶν ἄλλων δικαιοσύνης φροντίζειν.* Summus iustitiae cultor fuit. Itaque multos tum magistratibus praeditos ut iniurios mulctavit, quum diceret, a principe inprimis iustitiae flagitari curam. *Zonaras* 13, 15. Vid. supr. p. 220. — * *Ἔγραψε δὲ καὶ νόμον παράνομον τῷ θέλοντι δύο γυναῖκας ἔχειν κατὰ ταὐτὸν μὴ κωλύεσθαι.* Sanxit ille legem plane illegitimam, volenti liceret duas uxores eodem tempore tenere. *Theophanes p.* 88. — *Ἐφ' ὧν δύο μὲν αἵ τε χαλκαῖ παρὰ δυοῖν αὐτοκρατόρων εἰκόνες, τιμαὶ δὲ ἐν γράμμασι διωλύγιαι, παρακλήσεις δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ταύτην οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις.* Quamobrem et duas aereas merui a duobus imperatoribus statuas et honores rescriptorum eximios, invitationes autem ad hanc dignitatem non semel, neque iterum, sed saepenumero. *Themistii Orat. de Praefectura sua, apud Mai. T. IV. p.* 328.

1118—1127. p. C. n. 365—374.

Impp. Valens et Valentinianus AA. ad Volusianum PU. Post sententiam pacisci non licere, iuris ordine praecavetur. Unde quum supplicans, inique se oppressum, et post sententiam sacri auditorii depactum esse commemoret, Volusiane parens carissime atque amantissime, amota poena, quam pacto contra ius facto serenitas tua inesse praeviderit, legum auxilio consulat supplicanti. Dat. IV. Id. Aug. Mediolani. — *Iidem AA. Pompeio Favonio.* Hereditatem, quam tibi competere iure confirmas, negotii merito discusso, approbatis allegationibus, restitui efficiet legum fonte demanans sententia iudicantis, remota videlicet

pactione, quam dolo patuerit elicitam. Dat. VIII. Id. Febr. Alleg. Non. Kal. April. in basilica Thermarum Comm., ipsis AA. Coss. — *Iidem AA. Mamertino PO. (inter cet. et ad locum).* Pacta quidem per vim et metum apud omnes satis constat cassata viribus esse respuenda. Dat. XII. Kal. April. ipsis AA. Coss. — *Iidem AA. ad Valentinianum Consularem Piceni.* Non dubium est, eum a fide placiti recessisse, qui quae promiserat implere noluit, Valentiniane carissime. Proinde si adversario supersedente, quo minus explicare ea, quae spoponderat, fides placiti vacillat, familiares literae, quas ad se missas dicit, supplici Exoperio non oberunt. Fines etiam, quos temeratos asseverat, amota praescriptione temporis, hi, qui pervaserunt, ut ratio iuris est, redhibere cogantur. Alleg. IV. Kal. Maii Flavia Fenestri in secretario, ipsis AA. Coss. — *Iidem AA. Heliae Bavoniae.* Lites trahi, et sub quodam potentiae terrore infimos fatigari, iudiciorum exspectat invidia. Unde si adversarium tuum longe a filii tui successione positum haec in te, quae precibus texuisti, excogitasse constiterit, rector provinciae hominis, qui nec paciscendi, nec eloquendi de negotio substantiam habuit, impudentiam summoveat, reddique faciat quidquid claruerit usurpatum: nec impudentia vindicet, quod concedere leges et iura non possunt: maxime quum memores, nec a prima pactione, quae substantiam non habebat, secunda conventione discessum, sed etiam inaniter resedisse, quod non iam pactio, sed quaedam usurpatitiis non subsistentibus causis immoderatio doceatur. Dat. III. Kal. Aug. Mediolani, ipsis AA. Coss. — *Impp. Valens et Valentinianus AA. Ampeliae.* Ea, quae heredes inter se transactione interposita composuerint, firma illibataque perseverabunt. Et ideo secundum fidem instrumenti competens tibi portio a possessoribus cum fructibus restituetur, per virum clarissimum proconsularem Africae, amicum nostrum, fide gestorum diligenti examinatione comprobata. Dat. III. Non. Iul. Sirmio, divo Ioviano et Varroniano Coss. — *Impp. Valentinianus et Valens AA. Felici Consulari Macedoniae (inter cetera et ad locum).* Si servilibus contuberniis sese mulieres quondam ingenuae subdiderint, et nunc contemnentes dominum minoris aetatis, servitutis iugum conantur effugere, gravitas tua his, qui servilem conditionem non statim in ipsis coniunctionum primordiis refugerunt, necessitatem subeundae servitutis imponat. Dat. XIV. Kal. Aug. Mediolani, ipsis AA. Coss. *Consultatio Vet. Iuriscons. c.* 9. — *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Florum PO.* Divi patris nostri aperta praeceptio est, fundos ex re privata nostra ita tradi perpetuariis, ut periculo collocantium officiumque tradantur. *L.* 1 *Cod. Iust. de Locat. praed. civ.* 11, 70. — **Impp. Valentinianus et Valens AA. Rufino PO.* Intentio nostra prospexit, ut istis in locis equo vehi his tantummodo liceret, quos ab huiusmodi sceleris suspicione locus aut dignitas vindicavit. Sed postea sanximus, ut suarii equis quidem uterentur, verum ad periculum suum pertinere cognoscerent, si quid in his regionibus sceleris esset admissum. *L.* 3 *Cod. Theod. Quibus equorum* 9, 30. — * *Iidem AA. ad Symmachum PU.* Oratio nostra immunitatem eorum, quos coctio calcis manet, et vecturariorum est evidenter amplexa. *L.* 2 *Cod. Theod. de Calcis coctor.* 14, 6.

1118—1131. p. C. n. 365—378.

Ultor acer ambitionum (Valens), severus militaris et civilis disciplinae corrector: pervigil semper et anxius, ne propinquitatem eius praetendens altius semet ferret: erga deferendas potestates vel adimendas nimium tardus: provinciarum aequissimus tutor, quarum singulas ut domum propriam custodiebat indemnes: tributorum onera studio quodam molliens singulari, nulla vectigalium admittens augmenta, in adaerandis reliquorum debitis non molestus; furibus et in peculatu deprehensis iudicibus inimicus asper et vehemens. Nec sub alio principe in huiusmodi negotiis melius secum actum esse meminit Oriens. Super his omnibus liberalis erat cum moderatione. *Ammian. Marcell.* 31, 14. Cf. Cod. Theod. 11, 16, 11. — Fuit possessoribus cultor bonus, mutare iudices acrius. *Aurel. Vict. Epit.* 46.

* 1118—1137. p. C. n. 365—384.

Quum Venantii stratoris illicitam usurpatamque militiam Marcellus argueret, quod decurionum adscriptus albo, ut gesta docuerunt, adversum leges ad palatina castra transiisset. *Symmachus* 10, 58.

1119. p. C. n. 366. FL. GRATIANO NB. P. DAGALAIPHO COSS.

Provisum est, ne quis temere in alieni capitis discrimen irrueret, nisi se idem prius poenae sponsione vinciret. *Symmachus* 10, 70. Cf. Cod. Theod. 9, 1, 8.

IMPPP. VALENTINIANUS I., VALENS ET GRATIANUS AAA.

Cf. Constantinus, Arcadius.

1120. p. C. n. 367. LUPICINO ET VALENTE IOVINO COSS.

„Gratianum hunc meum adultum ... undique muniendae tranquillitatis publicae causa in Augustum sumere commilitium paro“ ... Nondum finita oratione, dictis cum assensu laeto auditis, pro suo quisque loco et animo milites alius alium anteire festinans, tanquam utilitatis et gaudiorum participes Gratianum declararunt Augustum, classicorum amplissimo sonu blandum fragorem miscentes armorum. Quo viso, maiore fiducia Valentinianus exsultans, corona indumentisque supremae fortunae ornatum filium osculatus, iamque fulgore conspicuum, alloquitur advertentem, quae dicebantur ... His dictis solennitate omni firmatis, Eupraxius Caesariensis Maurus, magister ea tempestate memoriae, primus omnium exclamavit, familia Gratiani hoc meretur ... In hoc tamen negotio Valentinianus morem institutum antiquitus supergressus, non Caesares, sed Augustos germanum nuncupavit et filium, benevole satis. Nec enim quisquam antehac adscivit sibi pari potestate collegam, praeter principem Marcum, qui Verum, adoptivum fratrem, absque diminutione aliqua auctoritatis imperatoriae socium fecit. *Ammian. Marcell.* 27, 6. — *Εἶχε πρὸ τῆς βασιλείας υἱὸν κεκλημένον Γρατιανὸν, ὃς αὐτῷ ἐκ τῆς γαμετῆς Σεβήρας ἐγένετο.* Filium Gratianum, ante imperium e Severa susceptum, Imperatorem appellavit. *Zonaras* 13, 15. — *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἀνηγόρευσε βασιλέα Γρατιανὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ.* Imperator autem Gratianum filium Augustum creavit. *Malalas* 13, *p.* 341. — *Πεισθεὶς δὲ τούτοις ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις ἀνεῖπε τὸν παῖδα Γρατιανὸν βασιλέα καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς.* Hac oratione permotus Imperator, Gratianum filium, Imperatorem, principatusque consortem dixit. *Zosimus* 4, 12. — Gratianum filium, nec dum plene puberem ... Augustum creavit. *Aurel. Vict. Epit.* 45. — His consulibus Gratianus, Valentiniani filius, Ambianis Imperator factus est. *Cassiodori Chron.* Cf. Chron. Alexandr.; Consul. Idat. et Prosper Aquit. his Coss.; Socrates 4, 10; Theophanes p. 97.

1121. p. C. n. 368. FL. VALENTINIANO A. II. FL. VALENTE A. II. COSS.

Edictis propositis, impunitateque promissa, desertores ad procinctum vocabat (Valentinianus I.). *Ammian. Marcell.* 27, 8. — (Praetextatus Pf. U.) maeniana sustulit omnia, fabricari Romae priscis quoque vetita legibus: et discrevit ab aedibus sacris privatorum parietes, iisdem inverecunde connexos: ponderaque per regiones instituit universas, quum aviditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri nequiret. In examinandis vero litibus ante alios id impetravit, quod laudando Brutum Tullius refert, ut, quum nihil ad gratiam faceret, omnia tamen grata viderentur esse, quae factitabat. *Ammian. Marcell.* 27, 9. — *Ὡρίσθη δὲ τὸ μόδιον κονμούλιον πιπράσκεσθαι. εἷς δὲ τῶν ἐμπό-*

ρων πίπρασκέ τισι σῖτον, ῥίγλιον τὸν μόδιον. γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς ἔκοψε τὰς δύο αὐτοῦ χεῖρας, καὶ ἀνεστήλωσεν ὁρᾶσθαι, ὁμοίως καὶ τὸν μόδιον, ὅς ἐχρημάτιζεν ὡρολόγιον. Ceterum quum lege sancitum esset, ut modius frumenti cumulate venderetur, mercator quidam contra edictum ad regulam alicui vendidit; qua de re certior factus Imperator, manus illi amputari iussit, easque una cum modio in exemplum publice erigi curavit: ibidem quoque collocatum erat horologium. *Codin. de Signis Constantinop. p.* 45.— *Ἔνθα ἵστατο καὶ μόδιος χαλκοῦς καὶ ὡρεῖον καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπὶ ἀκοντίων· τὸν δὲ μόδιον δέον ἐστὶ μὴ παραδραμεῖν ἡμᾶς, ὅτι ἐπὶ Οὐαλεντινιανοῦ ἐτυπώθη· τότε γὰρ καὶ ἀρχὴ μοδίων ἐπὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει οἰκούντων ἀνηρευνήθη. τοῦτο τοῦ ἀργυροῦ τυπώσαντος. ἄργυρος δὲ ἀπ' ἀρχῆς ἐτυπώθη τὸ νόμισμα. τοῦτο δὲ καὶ Θεοδώρητος διασαφεῖ τρανότατα. αἱ δὲ χαλκαῖ χεῖρες ἔκτοτε ἄνωθεν προετυπώθησαν. τοῦ βασιλέως τὸ κουμούλιον μόδιον νομοθετήσαντος, μὴ ἀντερεῖν δὲ τοῖς ναυτιῶσι προστάξαντος, ἐν τῷ κατωγέῳ μοδίῳ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἀπώλεσεν· ὅθεν καὶ ἐτυπώθησαν αἱ χεῖρες τοῖς λαμβάνουσι καὶ τοῖς διδοῦσιν, ἀμφότερα ἐκ τῶν προτεταγμένων μὴ ἀγανακτεῖν.* Ibidem (in Horreo) collocata erant modius aereus et horologium et duae manus aereae hastis infixae. Neque hoc silentio praetereundum est, modium sub Valentiniano ibi statutum fuisse; tunc enim modiorum usus Constantinopoli coepit. Principio autem modius ille ex argento factus erat, ut perspicue declarat Theodoretus. Ceterum manus aereae propterea supra modium positae sunt: quum Imperator sanxisset, ut modius frumenti cumulate venderetur et navicularios vetuisset edicto obsistere, uni eorum contra facienti dextra manus amputata est. Hinc igitur manus illae formatae sunt, ut neque dantes neque recipientes statutis contradicerent. *Codinus l. c. p.* 66. — *Maximinus praefectus annonae maleficos ab Imperatore investigare iussus, plurimos Romae nobilium occidit. *Hieron. Chron. ad a.* 2389. — *Ῥοδανός τις πραιπόσιτος παρὰ Οὐαλεντινιανῷ μέγα ἠδύνατο. κατὰ τούτου προσῆλθε γυνή τις Βερνίκη καλουμένη τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ, ἀδικίαν ἐπεγκαλοῦσα τῷ πραιποσίτῳ. ἐρευνήσας οὖν ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ γνοὺς μὴ ψεύδεσθαι τὴν γυναῖκα, προσκαλεσάμενος τὸν πραιπόσιτον, θεραπεῦσαι κεκέλευκε τῇ γυναικὶ τὸ ἀδίκημα. κἀκεῖνος τῇ παῤῥησίᾳ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα θαῤῥῶν, οὐδένα λόγον ἔθετο τῆς ἀδικουμένης. προσῆλθεν οὖν καὶ αὖθις τῷ βασιλεῖ ἡ γυνή· καὶ ὃς ... αὐτίκα γυμνοῦ μὲν ἐκεῖνον (τὸν πραιπόσιτον) τοῦ ἀξιώματος, κελεύει δὲ δεθέντα ἐν τῷ θεάτρῳ περιαχθῆναι, καὶ καυθῆναι αὐτόν ... ἡ πᾶσα ἐκείνου περιουσία τῇ γυναικὶ διὰ βασιλείου παρακεχώρητο γράμματος.* Rhodanus quidam praepositus, homo apud Valentinianum admodum gratiosus, a muliere quadam, Berenice nomine, apud Imperatorem cuiusdam iniuriae accusabatur. Qui quum, quaesita re, crimen verum esse comperisset, mulieri satisfieri iubet. Verum ille gratia Imperatoris fretus, nullam illius rationem habuit. Quod muliere denuo conquesta, praepositum illico dignitate privatum et vinctum ludis circensibus in theatro circumduci iubet et comburi ... omnibus eius opibus Imperatoris literis mulieri concessis. *Zonaras* 13, 15. — *Τῷ δ' ἔτει ... γυνὴ προσῆλθε, Βερενίκη λεγομένη, λέγουσα ὑπὸ Ῥοδανοῦ πραιποσίτου διαρπαγῆναι τὴν οὐσίαν· οὓς κρίνας ὁ βασιλεὺς ἀποδοθῆναι αὐτῇ τὰ ἴδια προσέταξε. τοῦ δὲ πραιποσίτου μὴ πειθομένου προσῆλθεν ἡ γυνὴ τῷ βασιλεῖ ἐπὶ ἱπποδρομίου, καὶ τὴν ἀπείθειαν ἐξεῖπε τῷ βασιλεῖ. κελεύει οὖν ὁ βασιλεὺς πυρὰν ἐν τῇ σφενδόνῃ ἀναφθῆναι καὶ τὸν πραιπόσιτον αὐτοῖς ἀμφίοις ἐν αὐτῇ κατακαῆναι, τῇ δὲ γυναικὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν ἀποδοθῆναι.* Quarto anno ... accessit mulier, Berenice nomine, conquerens suas facultates sibi esse a Rhodano praeposito ereptas. Imperator causa cognita mandavit, ut mulieri sua redderentur. Quum autem praepositus non faceret imperata, rursus Valentinianum in circo mulier compellavit ac de contumacia praepositi retulit. Eum Imperator rogo in Funda circi exstructo, ut erat vestitus, comburi iussit, mulierique eius bona omnia adiudicavit. *Cedreni Hist. p.* 544. Cf. Suidas v. *Σαλούστιος.* Chron. Pasch. p. 557 sq. Malalas p. 340. Leo Gramm. p. 97. — *Ὁμοίως καὶ τὴν δέσποιναν Μαρῖναν (Μαριανὴν* Malalas) *τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἀγοράσασαν προάστειον παρ' ὅσον ἦν ἄξιον ἔχον πρόσοδον, καὶ ὡς Αὔγουσταν τιμηθεῖσαν, ἀκούσας ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς, καὶ διετιμήσατο τὸ προάστειον, ὁρκώσας τοὺς διατιμησαμένους. καὶ μαθὼν ὅτι πλείονος τιμῆς πολὺ ἦν ἄξιον τῆς ἀγορασθείσης, ἠγανάκτασε κατὰ τῆς βασιλίσσης, καὶ ἐξώρισεν αὐτὴν τῆς πόλεως ἀναδοὺς τῇ πωλησάσῃ γυναικὶ τὸ προάστειον.* Similiter etiam, quum accepisset, dominam Marinam (Marianam), coniugem suam, suburbanum praedium viliori, quam redituum ratione valeret, pretio emisse, ipsamque tamque Augustam pretium posuisse, misit Imperator, qui suburbanum aestimarent, exacto prius ab ipsis aestimatoribus sacramento. Quumque accepisset longe pluris valere, quam emerat, adversus Augustam indignatus, illam ab urbe proscripsit, suburbano feminae, a qua venditum fuerat, reddito. *Chron. Pasch. p.* 559. Iisdem vv. *Malalas p.* 341. — * *Valentiniani Rescriptum de reddenda basilica Damaso. Imp. Praetextato.* Dissensionis auctore sublato, omnis causa discordiae sopienda est; ne aliqua remanente materia, nihil prosit e medio sustulisse fomitem iurgiorum, Praetextate parens carissime. Quamobrem praecelsa sublimitas tua, defensoris ecclesiae urbis Romae, sive Damasi sacrae legis antistitis petitione perspecta, qua una tantum ecclesia ex catholicae religionis obsequio a dissidentibus adhuc dicitur retentari; quoniam pro publica securitate metuendum est, ne aliquis hinc iterum tumultus oriatur (quandoquidem non parva sit separationis effigies, ut tale aliquid putetur occlusum Damaso), eam iubebit aperiri; ut singuli universique cognoscant, quo unitas studio colenda sit, qua omnibus pace vivendum; quum ecclesiis restitutis plenissimam postulet congregationem ubique promissa concordia. *Baronius Annal. eccles. ad a.* 368. — *Eiusdem Imp. Rescriptum ad Praetextatum de pellendis ab Urbe sociis Ursicini (schismaticis).* Ea nobis innata est moderatio, ut publicam disciplinam sine cuiusquam calamitate munire cupiamus. Itaque quoniam animarum adversarum occasionibus non favemus Ursicini sociis et ministris, quos praecelsa sublimitas tua propter quietem urbis aeternae de medio putavit esse tollendos: Roma tantum, cuius tranquillitati studemus, excepta, ubicunque voluerint absque religionis iniuria (ut peregrinari potius, quam exsulare videantur) proprio liceat iure versari, Praetextate parens carissime. Neque enim interest nostra, quem habitationis eligant locum; dummodo incentivis dissensionis ablatis, firma sit rursus in plebe concordia. Dat. pridie Idus Iun. AA. II. Coss. *Baron. Ann. eccles. ad a.* 369. — *Eiusdem Valentiniani de indulgentia Rescriptum. Ave Praetextate carissime.* Nobis licet iusta videatur fuisse vindicta, quae illic tumultuanter exercitam factionem sedat, ubi maxime debet esse concordia, scilicet in ecclesia, vel sede, vel causa; quarum rerum utraque modestiam possidet et cultum: tamen nos, omnes qui nuper propter illum tumultum deportatione damnati sunt, et propriae lenitate naturae, et ipsius religionis ac legis contemplatione miseramur, Praetextate carissime et iucundissime. Cunctos igitur, qui sunt eius sortis et culpae, praecelsa sublimitas tua nostri auctoritate iudicii liberabit. Hanc vero formam tenebit in posterum, ut si iidem pristino statui restituti aliquid spiritu iterum gesserint inquieto, quo tranquillitas reformata turbetur, severissima in eos sententia proferatur. Nullam enim possunt veniam promereri, qui non desinunt peccare post veniam. *Baron. Ann. eccles. ad a.* 369.

1122. p. C. n. 369. FL. VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE COSS.

*His ille (Valentinianus) cognitis efferatus, ut erat vitiorum inimicus acer magis quam severus, uno proloquio in huiusmodi causas, quas arroganter proposito maiestatis imminutae miscebat, omnes, quos iuris prisci iustitia divorumque arbitria quaestionibus exemere, cruentis, si postulasset negotium, statuit tormentis affligi. *Ammian. Marcell.* 28, 1. — *Ob haec et huiusmodi multa, quae cernebantur in paucis, omnibus timeri sunt coepta. Et ne tot malis dissimulatis paulatimque serpentibus acervi crescerent aerumnarum, nobilitatis decreto legati mittuntur: Praetextatus ex urbi praefecto et ex vicario Venustus, et ex consulari Minervius, oraturi, ne delictis supplicia sint grandiora, neve senator quisquam inusitato et illicito more

tormentis exponeretur. Qui quum intromissi in consistorium haec referrent, negantem Valentinianum, se id statuisse, et calumnias perpeti clamitantem, moderate redarguit quaestor Eupraxius: hacque libertate emendatum est crudele praeceptum. *Ammian. Marcell.* 28, 1. Cf. Cod. Theod. 9, 35, 1. — Areanos genus hominum a veteribus institutum ... paulatim prolapsos in vitia a stationibus suis removit (Theodosius dux Valentiniani in Britannia) ... Id enim illis erat officium, ut ultro citroque per longa spatia discurrentes, vicinarum gentium strepitus nostris ducibus intimarent. *Ammian. Marcell.* 28, 3. — *Καὶ τῷ ϛ′ ἔτει πρεσβείαν ἀπέστειλαν οἱ ὀρθόδοξοι πρὸς Οὐάλεντα, ἄνδρας ἱερατικοὺς π′· οὓς πάντας σὺν τῷ πλοίῳ ὑφαφθῆναι Οὐάλης ἐκέλευσε.* Sexto anno Christiani ad Valentem legatos miserunt, viros pontificiae dignitatis XXV, quos ille omnes una cum navi iussit cremari. *Cedreni Hist. p.* 544. *Zonaras* 12, 16. — ... Videlicet acta non donum quam ... fiduciam sibi esse servatam ... obnoxia comparator acced ... num proinde posthac saltim ... fraudesque talia dissemina ... centur nullus aditus fictis ... dolis relinquatur ingenui ... ad provincialium preces dudum est con ... satisfacere vel nollent pub ... summa relevaret iam nunc i ... spicue lege sancire, ut quaecunque *pro reliquis prodigorum in annonario titulo ceterisve* fiscalibus debitis luxu ac ne*quitia* ... fundis atque mancipiis vel in quibus*cunque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco* auctore vendantur, et ut perpetuo *penes eos sint iure dominii, quibus res huius*cemodi sub hastae sollemni*s arbitrio fiscus addixerit* ... in his utitur venditoris, quae ob d ... gi vel permissu iudicum distr*a* ... emolumenta malle quam debita ... penes perditos maneant sib ... nere contractuum tergiversationum ... interpretationis insidias pertimesc*e* ... talis accesserit ignavorum ... d unquam quo fisco facta venditio est ... hiis quae contra utilitatem provision ... magisque obreptivi praerogati ... latur quum haec sit commissa se c ... atque luxuriam ferre debem*us* ... Lucana saepius vina rede*m* ... per somnum et gulam atque la*sciviam* ... alienare velle nec posse defend ... mus est ita status debet esse fe ... concedit qui et in satisfactio ... nitas, nisi forsitan hi copiam ... que repetendi cum in praeteritum ... vis omnium rerum multis ex ... *quum etiam minoribus, si quan*do aliquid eorum pro fiscalibus debi*tis adiudicatur emtoribus, repetitionis facul*tas in omnem intercipiatur aetatem ... o res obnoxiae necessitatibus ... pius respexere leges, quia paren- ... ut desidia mereri posse secre ... Dat. III. Non. Novembr. Trev. IIII. Id. Nov. Trev. Acc. Valentiniano Nobilissimo Puero et Victore Coss. *Vat. Fr.* § 37.

1123. p. C. n. 370. FL. VALENTINIANO A. III. FL. VALENTE A. III. COSS.

Alamannos gentis antedictae (Burgundiorum) metu dispersos aggressus per Rhaetias Theodosius, ea tempestate magister equitum, pluribus caesis, quoscunque cepit, ad Italiam iussu principis misit, ubi, fertilibus pagis acceptis, iam tributarii circumcolunt Padum. *Ammian. Marcell.* 28, 5. — * *Domino Theodosio semper A. Symmachus PU.* ... Observantiam iugem saluberrimis divi genitoris vestri impendo decretis ... Is inter alia, quae in bonum publicum contulit, etiam medendi professoribus dedit ordinem successionis, si locum quempiam decedentis fortuna nudasset. Qua lege cautum est, ut primi artis eiusdem de novorum scientia iudicarent. *Symmachus* 10, 47. — Nobis etiam privatae successionis emolumenta recentibus legibus denegantur. *Ambrosius lib. 2 adv. relation. Symmachi p.* 325. Cf. Cod. Theod. 16, 2, 20. — *(Οὐάλης) τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐθνῶν, ἀπελαύνειν τῶν ἐκκλησιῶν προσέταξε τοὺς ἐπὶ Κωνσταντίου καθαιρεθέντας ἐπισκόπους, αὖθις δὲ τὴν ἱερωσύνην ἀναλαβόντας ἐπὶ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας.* Rectoribus provinciarum mandavit (Valens), ut episcopos, qui Constantii temporibus depositi, postea regnante Iuliano sacerdotium recuperaverant, ecclesiis expellerent. *Sozomenus* 6, 12. — *Τὰς ἐκκλησίας ἁπάσας ἀπένειμε τοῖς Ἀρειανοῖς, τοὺς ὀρθοδόξους ἐπισκόπους ἐκδιώκων αὐτῶν.* Pulsis episcopis recte sentientibus, omnes ecclesias Arianis attribuebat. *Zonaras* 13, 16.

Incertae Leges ante annum 1124, p. C. n. 371.

Arcadius, qui et Charisius, Libro Singulari de Testibus. Quamquam quibusdam legibus amplissimus numerus testium definitus sit, tamen ex constitutionibus principum haec licentia ad sufficientem numerum testium coarctatur. *L.* 1, § 2 *D. de Testibus* 22, 5. — *Arcadius, qui et Charisius, Libro Singulari de Testibus.* Senatus censuit, praetorem testimonium dare debere in iudicio adulterii causa. *L.* 21, § 1 *D. eod. tit.* — *Arcadius Charisius Libro Singulari de Muneribus Civilibus.* Eos, qui foenus exercent, etsi veterani sint, tributiones eiusmodi (agminales equi vel mulae et angariae atque veredi) agnoscere debere rescriptum est. *L. ult.* § 23 *D. de Muneribus* 50, 4. — * *Hermogenianus Lib. VI. Iuris Epitomarum.* Ut debitoribus fisci, quod fiscus debet, compensetur, saepe constitutum est. *L.* 46, § 5 *D. de Iure fisci* 49, 14. — *Hermogenianus Lib. II. Iuris Epitom.* Administrantes rem principum ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, a tutela itemque cura, tempore administrationis delata excusantur. Idemque custoditur in his, qui praefecturam annonae vel vigilum gerunt. *L.* 41, § 1 *D. de Excusat.* 27, 1.

1124. p. C. n. 371. GRATIANO A. II. SEX. PETRONIO PROBO COSS.

* *Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Ampelio PU.* Iure mansuetudinis nostrae sensibus vel divinitus datum est, vel tranquillitate naturae, ne cum delinquentium facinore legum severitate certemus, ac spe emendationis futurae mitiorem esse velimus correctionis iniuriam, quam provocat meritum nostrum, Ampeli pater carissime Augustorum. Dudum Ursicini inquietudine provocati, faventes concordiae populi Christiani, quieti etiam urbis sacratissimae providentes, uno interim loco, intra Gallias duntaxat, perturbatorem tranquillitatis publicae statueramus iure cohiberi, scilicet ne applicatione morum late dissensionis incommodum spargeretur. Verum naturae nostrae mansuetudine levigati, ita memorato abscedendi copiam dedimus, ne ad urbem Romam, vel certe suburbicarias regiones pedem inferat, neque nequitiae suae contagionem conetur infundere. Id etiam de ceteris erroris sui consortibus, Gaudentio videlicet, Urso, Rufo, Auxanone, Auxanio, Adiedo, et Ruffino sancimus; ut quos nequitiae similitudo complectitur, eosdem etiam conditio condemnationis adstringat. Quod si quispiam ex memoratis sacrilega intentione statutum mansuetudinis nostrae transgrediendum putaverit, non iam ut Christianus, sed ut legum ac religionis ratione seclusus, severitatem publicae animadversionis agnoscat. De hac autem eadem observantia ad Maximinum vicarium urbis Romae dedisse nos conducibilem iussionem, etiam censurae tuae volumus innotescere: quo circa memoratorum personas ab his, qui reipublicae nostrae praesident, proclivior statutis executio deferatur; maiorque sit eorum moderatio, quam qualitatem morum suorum ad multorum saecula senserint pertinere. *Ex cod. Vatic. ap. Baron. ad a.* 371. — * *Iidem AAA. Maximino Vicario Urbis Romae.* Est istud divinitus institutum mansuetudinis nostrae, ut etsi morum emendatio in hominum vita sufficiat, nunquam tamen ab indulgendi studio et voluntate cessemus; mitioremque esse cupiamus correctionis iniuriam, quam provocant merita delinquentium. Ex quo oritur, ut Ursicino, quem propter quietem populi Christiani et debitam religioni ac legibus disciplinam uno interim loco morari intra Gallias iusseramus, discedendi copiam fecerimus sub ea conditione, ne vagandi arbitrium praeberemus, neve ad urbem Romam vel regiones suburbicarias valeat commanere. Qui si ingrata pertinacia statutum mansuetudinis nostrae egrediendum putaverit, eundem non iam ut Christianum, quippe quem a communione religionis mentis inquietudo disterminat, sed ut hominem factiosum perturbatoremque publicae tranquillitatis, legum et religionis inimicum iuris severitas persequatur, Maximine carissime ac iucundissime. Sinceritas igitur tua, iussionis nostrae serie debita veneratione probata, singularum urbium atque regionum, quibus temporarie praeest, primores atque incolas propria scriptione conveniat, quatenus

sciant ita memorato egrediendi terminos circumscriptos una cum inquietudinis suae erroris consortibus Gaudentio, Urso, Rufo, Auxanone, Auxanio, nec non Ruffino licentiam praebitam, ut ab interdictis locis incessum intelligant abstinendum. Sic enim mansuetudinis nostrae indulgentiam temperamus, ne occasione praestita, vicinitate inquietorum ad aliquam forsitan vociferationem religiosi populi studia provocemus. *Ex cod. Vatic. ap. Baron. ad ann.* 371. — * *Σὸν ἔργον, ὦ δαίμων, καὶ τότε θεῖναι νόμον τῶν παίδων τοῖς νόθοις ἐπίκουρον. τὸ μὲν οὖν ἐπὶ νοῦν τε αὐτὸν τῷ πρεσβυτέρῳ (Οὐαλεντινιανῷ) τοῖν βασιλέοιν ἐλθεῖν, ἕνα τε τῶν κρατούντων (Γρατιανὸν) τοῖς ἐκείνου γεγονέναι γράμμασιν, κοινῆς τοῦτο ἔστω τῆς τῶν ἐν χρείᾳ τοῦ νόμου καθεστηκότων τύχης. τὸ δὲ τὸν νεώτερον (Οὐάλεντα) ἥκιστα αὐτὸν ἐπαινοῦντα μάλιστα ἐπαινοῦντα φανῆναι, ποιῆσαί τε κύριον, ἐπειδή με ἐξουσίας τῆς ἀπ' αὐτοῦ δεόμενον ᾔσθετο, πῶς οὐκ ἂν ἐν δίκῃ τῆς ἐμῆς κριθείη τύχης;* Tuum est opus, o Daemon, quod lex lata fuerit, naturalibus liberis succurrens. Sane quod haec in mentem venerint seniori (Valentiniano) ex Imperatoribus, alterque e dominantibus (Gratianus) constitutioni eius praescribatur, communis id fortunae esto eorum, qui ea lege opus habuerant: quod autem iunior (Valens), qui ipsam non laudaverat, maxime collaudare visus sit ratamque fecerit, posteaquam is me auctoritate sua indigere sensit, cur non iure merito hoc meae fortunae assignaretur? *Libanius de Vita sua p.* 48. Cf. Cod. Theod. 4, 6, 4. — *Βάλεντι μὲν οὖν καὶ Βαλεντινιανῷ καὶ Γρατιανῷ τοῖς τῆς θείας λήξεως πρώτοις ἐπῆλθε φιλανθρωπεύσασθαί τι πρὸς τοὺς νόθους.* Valenti si quidem et Valentiniano et Gratiano divae memoriae primis placuit humanius cum naturalibus agere. *Nov. Iust.* 89, 12. — *Οὗτος ὁ βασιλεὺς Ἕλλησι μὲν ἐδίδου θυσίας ποιεῖν καὶ Ἰουδαίοις προσέκειτο· τοῖς δ' ὀρθόφροσι μόνοις ἀντέκειτο.* Is paganis sacrificandi potestatem dabat et Iudaeis studebat. Solis recte sentientibus adversabatur. *Zonaras* 13, 16. — *Ἐν δὲ τῷ ζ' ἔτει Οὐάλης ὁ μιαρὸς τοῖς Ἕλλησιν ἄδειαν δέδωκε θυσίας καὶ πανηγύρεις ἐπιτελεῖν. ὡσαύτως καὶ Ἰουδαίους ἐτίμα. μόνους δὲ τοὺς ὀρθοδόξους καὶ τὰ τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἦν δεινῶς διώκων.* Septimo anno scelestus Valens Graecis licentiam dedit sacrificandi et festos dies agendi, quia et Iudaeos in honore habuit. Solos Christianos et apostolicas ecclesias graviter vexabat. *Cedrenus p.* 544.— * *Ἡ μόνον δὲ ἐβασίλευσεν, ἔδωκε τοῖς Ἀρειανοῖς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ εἰς τὰς ἄλλας πόλεις τὸ αὐτὸ πεποιηκώς. καὶ πάνυ ἐκάκωσε τοὺς Χριστιανοὺς ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.* Quam primum vero imperare coepit (Valens), ecclesiam magnam Constantinopolitanam Arianis concessit; quod et aliis etiam in urbibus ab eo factum est. Christiani vero per imperium eius ubique pessime habiti. *Malalas p.* 342. Cf. Theodoret. 4, 13, 17, 22, 24; Constant. Manasses v. 2424 sqq.; Ioel p. 38. — Valens in Antiochia plurimo tempore commoratus, omnibus licentiam dedit sua sacra celebrare, gentilibus scilicet atque Iudaeis, nec non et omnibus haereticis. *Paulus Diac. Hist. Misc. ab in it. lib.* 12, *p.* 81. Cf. Cod. Theod. 9, 16, 9. — Congesti innumeri codices, et acervi voluminum multi sub conspectu iudicum concremati sunt, ex domibus eruti variis ut illiciti, ad leniendam caesorum invidiam, quum essent plerique liberalium disciplinarum indices variarum et iuris. *Ammian. Marcell.* 29, 1, 41.

1125. p. C. n. 372. MODESTO ET ARINTHEO COSS.

Καὶ τάττει μὲν ἄρχοντα ἐπὶ τῷ ἔργῳ (τῇ βιβλιοθήκῃ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως) καὶ ἐπιδίδωσι τὴν χορηγίαν τῷ δαπανήματι. Eique operi (bibliothecae Constantinopolitanae) curatorem praeficit, cui sumtus omnes ac impendia subministrat. *Themistius Orat.* 13, *p.* 309. Cf. Cod. Theod. 14, 9, 2.

1125—1178. p. C. n. 372—425.

*......bus tantum praedii rustici sit interdicta .... nullum debitum doceatur haec .... supplicans Eugrafius memo..... ..... ad speciem fuerit ementitum .... a res gesta probatur, ut precibus continetur .... fuisse suggerit, Fauste carissime, aestima......rem sit an in rem eius versum .... si res minori profuisse potuerit ..... *Vat. Fr.* 38. — ..... emtio et venditio bonae fidei auctori .... plic. memorant raptis atque ....,t terroris iniectum ut ei casula ..... scinderet vitesque inspectori .... bonam fidem gestam in possessionis .... auxilium iure congruum ita faciat .... a aestimet. Dat. prid. Non. *Vat. Fr.* 39. — ....te patris ut Maximus asserit ...... comparata omnium heredum commu........; suam quoque consortes obtineant. *Vat. Fr.* 40.

1127. p. C. n. 374. FL. GRATIANO A. III. ET EQUITIO COSS.

Τῷ ι' ἔτει ... ἐποίησε σύνοδον ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐκύρωσεν. ἴδικτον δὲ ἔγραψεν Οὐαλεντινιανὸς τοῖς ἐν Ἀσίᾳ καὶ Φρυγίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐπισκόποις, ἐμμένειν τοῖς ὡρισμένοις παρὰ τῆς συνόδου παρεγγυώμενος, κοινωνοὺς αὐτοῦ καὶ Οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν καὶ Γρατιανὸν τὸν υἱὸν προσλαβόμενος ἐν τῷ ἰδίκτῳ. Decimo anno Valentinianus . . . concilium in Illyrico coegit, inque eo fidem Nicaenam confirmavit. Edictum quoque misit ad Asiae, Phrygiae omnesque Orientis episcopos, quo mandabat, ut starent concilii decretis, socios sibi eo in edicto adscribens Valentem fratrem et Gratianum filium suum. *Cedreni Hist. p.* 546.

Ante ann. 1128, p. C. n. 375.

Hoc insigne (classicum) videtur imperii, quia classicum canitur imperatore praesente, vel quum in militem capitaliter animadvertitur, quia hoc ex imperialibus legibus fieri necesse est. *Vegetius de Re milit.* 2, 22.

1128. p. C. n. 375. POST CONSULATUM GRATIANI III. ET EQUITII.

IMPPP. VALENS, GRATIANUS ET VALENTINIANUS II. AAA.

Sexto die post parentis obitum Imperator legitime declaratus, Augustus nuncupatur (Valentinianus II.) more solenni. *Ammian. Marcell.* 30, 10. — Levatus est Valentinianus iunior A., filius A. Valentiniani, ab exercitu in tribunali die X. Kal. Dec. in civitate Acinco. *Idat. p.* 93. — *Ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑπάτων ἐπήρθη Οὐαλεντινιανὸς νέος Αὔγουστος μηνὶ δίῳ πρὸ ε' καλανδῶν δεκεμβρίων εἰς πόλιν Ἄκυγκον.* Iisdem consulibus levatus est Valentinianus Augustus, mense Dio, ex a. d. V. Kal. Decembr. in urbe Acynco. *Chron. Pasch. p.* 560. — Valentinianus adhuc quadriennis auctore Equitio et Merobaude ... creatus est Imperator. *Aurel. Vict. Epit.* 45. — Gratianus assumto in imperium Valentiniano fratre, cum patruo Valente regnat. *Cassiod. Chron. p.* 222 *sq.* Cf. Zosimus 4, 19; Sozomenus 6, 36; Socrates 4, 31. — *Ἔδοξε τῷ βασιλεῖ καὶ γὰρ ὑπ' ἀντιζηλοτυπίας αὐτῷ πρὸς τοὺς συμβασιλεύοντας (οἱ παῖδες μὲν ἦσαν ἀδελφοῦ) καὶ γέγραπται οὕτω πρότερον· τὴν βασιλείαν δὲ διῃρῆσθαι κατὰ σφᾶς ἐδόκουν τὴν διανομήν, οὐκ ἐνεγκόντες ἐπὶ τὸν θεῖον.* In sententiam Imperatoris itum est et factum S. C. ex aemulatione, quam habebat cum his, qui imperium cum eo tenebant. Erant autem filii fratris, et vero ipsi primae partes attribuebantur, sed illi imperatoriam potestatem ex aequis partibus inter omnes dividi oportere censebant, neque ulla in re patruo concedebant. *Eunapius in Excerpt. Legat. p.* 13. *edit. Venet. Tom. I. Script. Rer. Byzant.* — * *Τέλεον ἐξελάσας (Οὐάλης) τοὺς τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντας τῶν ἐκκλησιῶν σχεδὸν τῶν ἀνατολικῶν πόλεων, οὐκ ἠρκεῖτο τούτῳ, ἀλλὰ καὶ διαφόροις κολαστηρίοις ὑπέβαλλεν.* Quum homousianos per universas fere Orientis provincias ecclesiis expulisset, ea re minime contentus, variis insuper suppliciis eos affecit. *Socrates* 4, 17. Cf. 4, 19. Sozomenus 6, 21. Theodoret. 4, 19. — * *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AA. ad Senatum.* Potestatem eruendi vel exsecandi de privatis lapidicinis iam pridem per Macedoniam et Illyrici tractum certa sub conditione permisimus. *L.* 8 *Cod. Theod. de Metallis* 10, 19. — *Τὸν συντελούμενον ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν κατὰ κώμας στρατιώτην ἐξηγύρι-*

σεν, ὀγδοήκοντα χρυσίνους ὑπὲρ ἑκάστου στρατιώτου τοὺς συντελεστὰς ἀπαιτεῖσθαι κελεύσας, οὐ πρότερον τὰς συντελείας κουφίσας αὐτοῖς. Militis, quem provinciales vicatim conferre soliti erant, pretium adaeravit, octoginta aureos pro unoquoque milite a collatore exigi iubens, licet antea tributariam functionem minime relevasset. *Socrates* 4, 34. Cf. Cod. Theod. 7, 13, 7. — Agon Constantinopoli a Valente redditus. *Hieronymi Chron. ad a.* 373.

1128—1136. p. C. n. 375—383.

Argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iussisti. *Ausonius in Gratiarum act.* 32. Vid. Cod. Theod. 11, 28, 2. — Divus frater numinis vestri (Gratianus) tantum pro singulis solidis statuit conferendum (collectariorum corpori), quantum aequitas illius temporis postulabat, sed paulatim, auri enormitate crescente, vis remedii divalis infracta est. Et quum in foro venalium maiore summa solidus censeatur, pretia minora penduntur. *Symmachus* 10, 49.

1131. p. C. n. 378. FL. VALENTE A. VI. FL. VALENTINIANO A. II. COSS.

Valens de Antiochia exire compulsus sera poenitentia nostros de exsiliis revocat. *Hieron. ad a.* 381 et *Prosper Aquit. ad a.* 378. — Valens egressus de Antiochia, quum ultima infelicis belli sorte traheretur, sera peccati maximi poenitentia stimulatus, episcopos ceterosque sanctos revocari de exsiliis imperavit. *Orosius* 7, 32. — *Νόμον ἔθετο (Γρατιανὸς), μετ᾽ ἀδείας ἑκάστους θρησκεύειν, ὡς βούλονται, καὶ ἐκκλησιάζειν, πλὴν Μανιχαίων καὶ τῶν τὰ Φωτεινοῦ καὶ Εὐνομίου φρονούντων.* Legem tulit (Gratianus), ut singuli quamcunque vellent, religionem sectarentur; utque omnes colligendi copiam haberent, praeter Manichaeos et Photini atque Eunomii sectatores. *Sozomenus* 7, 1. Cf. a. 379. — *Γρατιανὸς, ὁ Βαλεντινιανοῦ μὲν υἱὸς, Βάλεντος δὲ ἀδελφιδοῦς, πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παρέλαβε. πάλαι μὲν γὰρ τῆς Εὐρώπης παρειλήφει τὰ σκῆπτρα μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν· καὶ ἐκείνου δέ γε περιόντος, ἐκοινώνει τῆς βασιλείας. προσέλαβεν οὖν καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὰ λειπόμενα τῆς Λιβύης, ἄπαιδος ἀναιρεθέντος τοῦ Βάλεντος.* Gratianus, Valentiniano Valentis fratre natus, universo deinceps Romano imperio potitus est. Iam enim antea Europae sceptra post patris obitum susceperat, illoque etiam vivente imperii consors fuerat. Valente autem sine liberis exstincto, Asiam quoque et reliquam Africae partem obtinuit. *Theodoret. Hist. Eccles.* 5, 1. — *Νόμον ἔγραψε, καὶ τοὺς ἐληλαμένους ποιμένας ἐπανελθεῖν κελεύων καὶ τοῖς σφετέροις ἀποδοθῆναι ποιμνίοις, καὶ τοὺς θείους οἴκους παραδοθῆναι τοῖς τὴν Δαμάσου κοινωνίαν προαιρουμένοις … συνέπεμψε δὲ τῷ νόμῳ καὶ Σάπωρα τὸν στρατηγὸν ὀνομαστότατον τηνικάδε ὄντα. καὶ τῆς μὲν Ἀρείου βλασφημίας τοὺς κήρυκας, οἷόν τινας θῆρας, τῶν ἱερῶν σηκῶν ἐξελάσαι, τοῖς δὲ ἀρίστοις ποιμέσιν καὶ τοῖς θείοις ποιμνίοις τούτους ἀποδοθῆναι προσέταξε.* Lege lata praecepit, ut pastores, qui in exsilium eiecti fuerant, redirent suisque gregibus restituerentur, utque aedes sacrae iis traderentur, qui cum Damaso communicarent … Simul cum lege Saporem quoque magistrum militum misit, qui tunc celeberrimus habebatur. Et Arianae quidem blasphemiae praedicatores, tanquam feras quasdam, a sacris aedibus excludi iussit: optimis autem pastoribus ac divino gregi easdem restitui. *Theodoretus* 5, 2. — *Τοῖς δ᾽ ἐξελαθεῖσι ποιμέσι τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν, διὰ δόγματος ἐφῆκε τὴν εἰς αὐτὰς ὑπονόστησιν.* Pastoribus eiectis, decreto reditum in suas ecclesias concessit. *Zonaras* 13, 17. — *Γρατιανός. οὗτος ὡς ἐπύθετο τὴν τοῦ Οὐάλεντος τοῦ θείου τελευτὴν, αὐτίκα πρὸς τὴν ἑῴαν Ῥώμην διέθει, καὶ καταγνοὺς τῆς τοῦ θείου Οὐάλεντος περὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὠμότητος, τοὺς μὲν ὑπ᾽ ἐκείνου ἐξορισθέντας διὰ ταχέων ἀνεκαλεῖτο, οὐσίας τε αὐτοῖς ἀποδιδοὺς καὶ θεραπεύων τὰς βλάβας· πᾶσί τε νόμον παρεῖχεν ἀδεῶς καὶ ἀδηρίτως ἐν ταῖς ἰδίαις ἐκκλησίαις συνάγεσθαι· μόνους δὲ τῶν εὐκτηρίων εἴργεσθαι Εὐνομιανοὺς, Φωτεινιανοὺς, Μανιχαίους.* Gratianus hic audita Valentis patrui morte protinus Constantinopolin petiit, damnataque saevitia, qua adversus Christianos ille usus fuerat, primum quidem cunctos ab Valente in exsilium missos celeriter revocavit bonaque iis restituit ac damna resarsit, deinde vero lege lata omnibus permisit, ut secure et libere conventus in ecclesiis propriis agerent, solis tamen Eunomianis, Photinianis ac Manichaeis conventicula ademit. *Suidas v. Γρατιανός.* Cf. Nicephor. Call. 12, 2. — * *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio PO. per Orientem.* Quum ante placuisset, ut a primipilaribus secundum dispositionem D. Gratiani species horreis erogandae comitatensibus militibus ex more deferrentur, limitaneis vero pretia darentur. *L.* 17 *Cod. Theod. de Cohortal.* 8, 4. — **Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Vindicianum V. C. Vicarium.* Metallarios praecipimus admoneri, ne iis novelli statuti, quod fuerat elicitum, privilegio transeundi ad Sardiniam spes improba blandiatur. *L.* 9 *Cod. Theod. de Metall.* 10, 19.—**Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Albinum PU.* Porcinarii urbis aeternae quum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, id se divae memoriae Gratiani beneficio meruisse proponunt. *L.* 6 *Cod. Theod. de Suariis* 14, 4. — * *Gratianus et Valentinianus Augusti Aquilino Vicario.* Ordinariorum sententiae iudicum, aut quae temporum limes, aut contumaciae pronuntiatio, aut habitum coram partibus sanxit examen, nec a mediocri auctoritate labefactari atque convelli, nec a potentioribus, nec ab impudentibus pertimescunt. Nostra praecepta, per vestram negligentiam destituta, quae tandem poterit firmare sententia, quam quidem dum despicitis non excitetis, ut longe tolerantiae in desperatos sumat effectum, et officium metus cogat agnosci. At nonne absurdius est, quod Ursini iussit amentia, quam quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, ut omnes qui impios coetus profanata religione tentarent, vel ad centesimum urbis milliare pellerentur? ubi pertinax furor ab obsequentibus destitutus in eius tantum perniciem rueret, qui solus erraret, et ut condemnati iudicio recte sentientium sacerdotum, reditum postea vel ad ecclesias quas contaminaverant non haberent, vel redintegrationem iudicii frustra a nobis impudenti pervicacia precarentur. Repetat laudata et spectata tua sinceritas, quales ad virum clarissimum Simplicium quondam vicarium literas clementia nostra transmiserit, et desinat iterationem sperare mandati, quia pigendus mansuetudinis nostrae pudor est instaurare praeceptum. Ursinum quidem Gallia coërcet, et ne motus aliquos inquietos exerceat, cohibet Agrippina secessio, quem tamen ipsum per occursantes obtundentem saepius, quam monentem, ad hoc ut sequentes abiiceret, audivimus. Isacem remotus Hispaniae angulus titulo damnationis inclusit: non bene capiti consultum, si quid turbarum vesanus agitaverit. Parmensis episcopus, eo perniciosior, quod inclitae urbi magis proximus, et imperitorum multitudinem magis exagitat, et ecclesiam, de qua iudicio sanctorum praesulum deiectus est, inquietat: inanem videlicet gloriam sententiae gravioris exspectans: quem si quid decessor tuus devoti vigoris habuisset, protinus ultra fines debuisset extrudere. Et Florentius Puteolanus, post damnationem, quam recto iudicio convictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressione responsum. Post quintum decimum (demum) annum ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur: congressiones illicitas facere molitur, egentemque consilii multitudinem perditi animi persuasione depravat. Nostrorum videlicet iudicum socordia fretus, qui privatae gratiae imperialia praecepta condonant; et religionem, quam nos iure veneramur, quam fortasse ipsi negligunt, inquietari patienter accipiunt. Claudianus etiam ab his, qui contra divina praecepta vitia religionis instaurant, ab his, inquam, quos expelli iusseramus accitus, quasi parum facinoris aggressus esset, si in Africa perstitisset, Romae sese dicitur intimasse falsusque praeceptor vel expertes adhuc devio profanare mysterio, vel iam initiatos ex integro nititur flagitio maiore corrumpere: quum religionis sanctissimae disciplinam non cumulet iteratio, sed evertat. Quem nos Claudianum dissimili poena ac meruit prosequentes, repetere tantummodo patriam hactenus, remota severitate, praecepimus. Sed residere etiam nunc dicitur imperitos sollicitans, et cassam omnino mer-

cedem requirens perdit animas corporum redemtorum. Hinc illi insectatores sanctissimae sedis, non solum dei numine, quod satis erat, sed etiam iudiciorum examine exploratum, mentis sanctissimae virum, ut etiam divo patri Valentiniano est comprobatum, turpissimis calumniis episcopum Damasum inquietare non veriti, postquam desperaverunt posse percelli, populum pro quo ille divinitati obses est inquietant. Sed hactenus stertit iners dissimulatio iudicantium, nec est admonere necesse, quo possit sanctio contemta procedere, hactenus, inquam, stertit apparitorum supina desidia. Post haec nisi omnes, ut nominatim iussionis nostrae summa complectitur, vel quos turbas istius modi molientes sanctorum episcoporum concilia consensu ostenderint, ultra centesimum milliarium ab urbe depuleris, atque earum civitatum finibus extorres esse praeceperis, quam plebem, vel ecclesias, vel per se vel per simile sui vulgus exercent, praeter aestimationis iniuriam, cuius apud bonos non levis iactura est, piaculum neglectae sanctionis incurres. Volumus autem, ut quicunque iudicio Damasi, quod ille cum consilio quinque vel septem habuerit episcoporum, vel eorum, qui catholici sunt iudicio vel consilio condemnatus fuerit, si iniuste ecclesiam voluerit retentare, ut qui evocatus ad sacerdotale iudicium per contumaciam non ivisset, aut ab illustribus viris praefectis praetorio Galliae atque Italiae, sive a proconsulibus, vel vicariis, auctoritate adhibita, ad episcopale iudicium remittatur, ut ad urbem Romam sub prosecutione perveniat, aut si in longinquioribus partibus alicuius ferocitas talis emerserit, omnis eius causae dictio ad metropolitae in eadem provincia episcopi deducatur examen, vel si ipse metropolitanus est, Romam necessario vel ad eos quos Romanus episcopus iudices dederit, sine dilatione contendat. Ita tamen, ut quicunque detecti sunt, ab eius tantum urbis finibus segregentur, in quibus fuerint sacerdotes. Minus enim graviter meritos coërcemus, et sacrilegam pertinaciam lenius, quam meretur, ulciscimur. Quod si vel metropolitani episcopi, vel cuiuscunque sacerdotis iniquitas est suspecta, aut gratia, ad Romanum episcopum, vel ad concilium quindecim finitimorum episcoporum, arcessitum liceat provocare: modo ne post examen habitum quod definitum fuerit integretur. Iam vero illud, quod in negotiis quoque rerum minorum et in levibus causae dictionibus, animis nostris iustitia naturalis inseruit, multo diligentius in causis iustissimis volumus convalescere, ne facile sit cuiquam praedito notabili pravitate morum, aut infami calumnia notato, personam criminatoris assumere, aut testimonii dictionem in accusationem episcopi profiteri. *Ex cod. Lugdun. in App. Concil. Galliae Epist. V. a Sirmondo Parisiis* 1631 *ed. p.* 90 *sq.* — *Διελομένων δὲ πρὸς ἑαυτοὺς Γρατιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου τὴν βασιλείαν ... Γρατιανῷ μὲν τὰ Κελτικὰ φῦλα καὶ Ἰβηρία πᾶσα καὶ ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἀπεκληροῦτο· Οὐαλεντινιανὸν δὲ ἐδόκει τὴν Ἰταλίαν τε καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ τὴν ὅλην ἔχειν Λιβύην.* Dividentibus imperium inter se Gratiano et Valentiniano minore ... Gratiano quidem Celticae nationes et Hispania tota cum insula Britannia attribuebantur; Valentinianum vero placuit Italiam et Illyrios et totam Africam possidere. *Zosimus* 4, 19. — * *Iidem AAA.* (*Valent., Theodos. et Arcad.*) *ad Tatianum PO.* Dudum super his, qui relicta curia vel senatoriam dignitatem adepti sunt, vel Christianitatis obtentu curialium se consortio separarunt, evidens sanctionum nostrarum processit auctoritas, ut, si eorum personas vel honor vel religio defenderet, quod ex curiali substantia vel ipsi retinerent, vel in alios transtulissent, obnoxium publicis descriptionibus haberetur. *L.* 123 *pr. Cod. Theod. de Decurion.* 12, 1. — * *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Rufino PO.* Praemonemus, ne quis in legem nostram, quam dudum tulimus, committat, nullum solis die populo spectaculum praebeat, nec divinam venerationem confecta solennitate confundat. *L.* 2 *Cod. Theod. de Spectac.* 15, 5.

IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA.

De Gratiano cf. p. 201, 208, 211.

1132. p. C. n. 379. AUSONIO Q. CLOD. HERMOGENIANO OLYBRIO COSS.

Γρατιανὸς ... αἱρεῖται τῆς βασιλείας κοινωνὸν Θεοδόσιον. Gratianus . . . imperii consortem Theodosium eligit. *Zosimus* 4, 24. — *Ἐπήρθη Θεοδόσιος Αὔγουστος ἐν Σιρμίῳ ὑπὸ Γρατιανοῦ Αὐγούστου τοῦ αὐτοῦ γυναικαδελφοῦ μηνὶ αὐδυναίῳ πρὸ ιδ' καλανδῶν φεβρουαρίων.* Theodosius levatus est Augustus in Sirmio ab Gratiano uxoris fratre mense Audynaeo, ex a. d. XIV. Kal. Febr. *Chron. Pasch. p.* 560. Cf. Malalas p. 344 sq.; Socrates 5, 2; Philostorg. 9, 17. — Theodosius ... a Gratiano Augusto apud Sirmium Imperator effectus. *Aurel. Vict. Ep.* 48. — His consulibus levatus est Theodosius A. ab Augusto Gratiano die XIV. Kal. Febr. in civitate Sirmium. *Idat. p.* 95. — Indictione VII. Ausonio et Olybrio Coss. Theodosius ... a Gratiano A. apud Sirmium ... post Valentis interitum Imperator creatus est XIV. Kal. Febr. Orientalem duntaxat rempublicam recturus. *Marcellini Chronicon p.* 266. Cf. Cassiod. Chron. p. 223; Orosius 7, 34; Prosper p. 635. — *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἔδωκε τὰς ἐκκλησίας τοῖς ὀρθοδόξοις, πανταχοῦ ποιήσας σάκρας καὶ διώξας ἐξ αὐτῶν τοὺς λεγομένους Ἀρειανοὺς Ἐξωκιονίτας, τοὺς δὲ ναοὺς τῶν Ἑλλήνων κατέστρεψεν ἕως ἐδάφους.* His consulibus Theodosius Imperator ecclesias orthodoxis tradidit, emissis ubique sacris iussionibus expulitque Arianos, Exocionitas dictos. Fana vero gentilium ab fundamentis destruxit. *Chron. Pasch. p.* 561. — *Ἢ μόνον δὲ ἐβασίλευσεν, εὐθέως ἀνέδωκε τὰς ἐκκλησίας τοῖς ὀρθοδόξοις, πανταχοῦ ποιήσας σάκρας καὶ διώξας τοὺς Ἀρειανούς.* Quamprimum vero regnare coepit, literis suis per imperium missis, ecclesias ubique orthodoxis reddidit, eiectis Arianis. *Malalas* 13, *p.* 344. — * Statuerat ... germanus numinis vestri (Gratianus), quum Martianus, dudum protector, Aggariae bona tanquam vacantia postulasset, ut si ea hereditas scriptum successorem, vel legitimum non haberet, in ius fisci tanquam domino nuda concederet ... A nova iudicatione rationalis orta est provocatio. Accedente proxima sanctione, quae indiscretas huiusmodi appellationes sedi, quae vicem principum tuetur, prisco iure commisit. Examinatis igitur omnibus, pronuntiavi bona obnoxia non esse rescripto. *Symmachus* 10, 62. Cf. Cod. Theod. 10, 10, 11 et 11, 30, 49.

1133. p. C. n. 380. FL. GRATIANO A. V. FL. THEODOSIO A. COSS.

Alemannos . . . quoscunque cepit (Theodosius) ad Italiam iussu principis misit. *Ammian. Marcell.* 28, 5. — *Νόμον ἔθηκας, ὦ βασιλεῦ, μὴ ἐξεῖναι τύπτεσθαι παρὰ τῶν ἀρχόντων τοὺς ἐν ταύτῃ τῇ τάξει καὶ προσηγορίᾳ.* Legem dedisti, Imperator, quod non liceat verberari illos a magistratibus, qui sunt in hoc (curialium) ordine et salutandi ius habent. *Libanius Or. κατὰ Ἰκαρίου ad Theodos.* Cf. Cod. Theod. 12, 1, 80. — Indictione octava Gratiano A. V. et Theodosio Coss. Theodosius M... expulsis continuo ab orthodoxorum ecclesia Arianis ... nostris catholicis ... eam restituit. *Marcellini Chronicon. Philostorg.* 9, 19. *Socrates* 5, 7. — (*Ἔγνω*) *τὰ πρὸς ἕω στασιάζειν, ὡς καὶ τοὺς λαοὺς εἰς διαφόρους αἱρέσεις μεμερίσθαι, καὶ μάλιστα ἀνὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν· λογισάμενος δὲ καὶ ἄμεινον εἶναι προαγορεῦσαι τοῖς ὑπηκόοις ἣν ἔχει περὶ τὸ θεῖον δόξαν, ὥστε μὴ βιάζεσθαι δοκεῖν ἀθρόον ἐπιτάττοντα παρὰ γνώμην θρησκεύειν, νόμον ἐκ Θεσσαλονίκης προσεφώνησε τῷ δήμῳ Κωνσταντινουπόλεως· συνεῖδε γὰρ ἐνθένδε, ὡς ἀπό τινος ἀκροπόλεως τῆς πάσης ὑπηκόου, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι δήλην ἔσεσθαι ἐν τάχει τὴν γραφήν.* (Comperit) Orientem versus provincias tumultuari, ita ut populi in varias sectas divisi essent, ac praecipue Constantinopoli. Quum igitur

apud se reputasset, satius esse, ut suam de divinitate sententiam ipsis subditis suis palam praedicaret, ne vim inferre videretur, repente invitis, quid colendum esset praecipiendo, Thessalonicae positus, legem dedit ad populum urbis Constantinopolitanae. Perpendebat enim animo, fore ut illinc, tanquam ex arce totius imperii, rescriptum suum reliquis quoque civitatibus brevi innotesceret. *Sozomenus* 7, 4. Cf. Cod. Theod. 16, 1, 2 et a. 381.

1133—1134. p. C. n. 380—381.

* *Κἂν τοῖς ἐπαίνοις τοῖς περί σου τῶν μεγάλων καὶ τοῦτό ἐστιν, ἐπὶ τὰς διὰ τῶν θηρίων λειτουργίας ἀνάγκαις ἤγετό τις πρότερον, συγγνώμης τοῦτο ἐποίησας, οὔτε κωλύων βουλομένους, οὔτε ἕλκων ἄκοντας.* Sed et maximarum laudum tuarum (Theodosi M.) numero istud est: ad publica ferarum munera necessitate quis antea tenebatur, id vero tu indulgentiae fecisti, neque prohibens volentes, neque trahens nolentes. *Libanii Orat. II. pro Agricolis, de Angariis in Gothofred. Opp. iuridic. min. ed. Trotz. p.* 386. — *Αἱ κατὰ τῶν βουλευόντων πληγαὶ διὰ κακίαν ἀρχόντων εἰς ἔθος ἧκον, τοῦτ᾽ ἀνήρηκε νόμῳ.* Verbera decurionum per malitiam magistratuum in consuetudinem venerant; hoc idem ille lege sustulit. *Libanii Orat. II. in Gothofredi Opp. p.* 386. Cf. Cod. Theod. 12,1,80 et a. 380. — * *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Messianum Proconsulem Africae.* In omnibus fiscalibus causis ... non multo ante latam secundum veteres mores constitutionem praecepimus, si intra eandem provinciam res agatur, duos menses satis abundeque sufficere censemus; si ex contigua personae atque instructiones necessariae putabuntur, quatuor; si ex transmarina, sex. *L.* 13 *Cod. Theod. de Iure fisci* 10, 1.

1134. p. C. n. 381. FL. EUCHERIO FL. SYAGRIO COSS.

.... *Imppp. Auggg. Eleutherio. Suo. Salutem* | .... Praecipuo. Cunctorum. Plane. Est. Tenenda. Consensu | .... Ino. Fas. Ducimus. Vel. Cultibus. Ut. Ulla. Depereat. Praeroga | .... Intudere. Adque. Insultare. Reliquiis. Praedium. Pro | .... Eo. Sacris. Certum. Est. Ministeriis. Atque. Misteriis | .... Ium. Saepta. Consurgerent. Verum. Etiam. Pauperum | .... Hoc Iugiter. Divina. Communiter. Adque. Humana | .... Eodem. Constituta. Possessio. Experiatur. Emptores | .... Amque. Perpetuam. Praeter. Venerabiles. Cultus. Ulla | .... Us. Muniendis. Fides. Adque. Reverentia. Perennis | .... Aiestate. Perpetua. Certum. Est. Esse. Venerabilem | .... E. Castodiam ❦ Data. Die. Pridiae. Kal. Maias ❦ | .... CC. Conss. | Prosb. ... *Inscript. lapid.* Cf. Haubold. Monum. Leg. p. 294 sq. — Post multa et foeda certamina, Idacio supplicante elicitur a Gratiano tum Imperatore rescriptum, quo universi haeretici excedere non ecclesiis tantum aut urbibus, sed extra omnes terras propelli iubebantur .... Corrupto Macedonio tum magistro officiorum, rescriptum eliciunt (Priscillianistae), quo calcatis, quae prius decreta erant, restitui ecclesiis iubebantur. *Sulpicii Severi Histor.* 2, 47. — *Νόμον ὑπὲρ τῶν ὀρθοδόξων τοῦ ὁμοουσίου ἔγραψεν, ὃν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπέστειλεν ... Δημοφίλῳ ἐδήλωσεν ἢ ἀποστῆναι τῆς Ἀρείου πλάνης, ἢ ταχέως τῆς ἐκκλησίας ἐξελθεῖν.* Legem tulit pro orthodoxis de filio patris consubstantiali, eamque Constantinopolin misit ... Demophilum aut ab errore Arii desistere aut mox ecclesia decedere iussit. *Cedren. p.* 552. Cf. a. 380. — *Τῷ τριακοσιοστῷ πεντηκοστῷ πρώτῳ ἔτει τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου συνηθροίσθη σύνοδος ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ρν´ ἐν Κωνσταντινουπόλει. καὶ αὐτοὶ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας ἐκραταίωσαν σύμβολον, καταβαλόντες Μακεδόνιον.* Trecentesimo quinquagesimo primo anno Christi in coelum assumti, coacta est synodus Constantinopoli CL beatorum patrum; atque ii orthodoxiae symbolum confirmarunt, damnato Macedonio. *Chron. Pasch. p.* 562. Cf. Socrat. 5, 8; Theodoret. 5, 8; Malalas 13, p. 346; Theophan. p. 107; Marcellinus Indict. 9. p. 267; Prosper p. 638; Photius Epist. p. 5, alii. — *Τῷ ς´ ἔτει ἡ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία δευτέρα σύνοδος τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ὀρθοδόξων ἐπισκόπων ἐν Κωνσταντινουπόλει συνηθροίσθη πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων καὶ κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου ... ἀναθεματίζεται δὲ Μακεδόνιος ... καὶ σὺν αὐτῷ Σαβέλλιος καὶ Ἀπολινάριος, ἔτι δὲ Ἄρειος καὶ Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας Εὐζώϊός τε καὶ Ἀκάκιος, Θεόγνις καὶ Εὐφρόνιος καὶ οἱ λοιποὶ αἱρετικοί.* Sexto anno magnum secundum sacrum oecumenicum concilium Constantinopoli celebratum est a 150 orthodoxis episcopis, ad confirmanda Nicaeae synodi decreta .., Damnati sunt Macedonius ... cumque eo Sabellius, Apollinarius, Arius, Eusebius Nicomediae episcopus, Euzoïus, Acacius, Theognis, Euphronius et reliqui haeretici. *Cedreni Hist. p.* 553. — *Ἡ δευτέρα τότε συγκεκρότητο σύνοδος, τοῦ βασιλέως προστάξαντος, ἑκατὸν πεντήκοντα συναθροισθέντων πατέρων θεοφόρων ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων.* Iussu Imperatoris secundum concilium est indictum CL divinis patribus in urbe imperatoria congregatis. *Zonaras* 13, 19. — *Νόμον ἔγραψεν τὰς τῶν αἱρετικῶν συνάξεις κωλύοντα.* Legem fert, qua conventus haereticorum prohibentur. *Theodoret.* 5, 16. *Cedreni Hist. p.* 556. *Theophanes p.* 106. — *Δόγματι τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κεκώλυκε.* Decreto conventicula haereticorum sustulit. *Zonaras* 13, 19. — *Ὁ Θεοδόσιος τοὺς εἰδωλικοὺς ναοὺς, οὓς ὁ μέγας Κωνσταντῖνος κλεισθῆναι μόνον προσέταξε, πάντας ἕως ἐδάφους κατέλυσεν.* Theodosius templa ficticiorum deorum, quae tantum occludi Constantinus M. iusserat, omnia funditus evertit. *Cedreni Hist. p.* 573. — * *Τοὺς ναοὺς τῶν Ἑλλήνων πάντας κατέστρεψεν ἕως ἐδάφους ὁ αὐτὸς Θεοδόσιος βασιλεύς. κατέλυσε δὲ καὶ τὸ ἱερὸν Ἡλιουπόλεως τὸ μέγα καὶ περιβόητον τὸ λεγόμενον Τρίλιθον, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ ἐκκλησίαν Χριστιανοῖς. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἱερὸν Δαμασκοῦ ἐποίησεν ἐκκλησίαν Χριστιανῶν· καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἱερὰ ἐποίησεν ἐκκλησίας, καὶ ηὐξήθη τὰ τῶν Χριστιανῶν πλέον ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ.* (Theodosius) ethnicorum templa funditus evertit omnia. Quod vero Heliopoli erat, Trilithum vocatum, ingens illud et celebratissimum; templum quoque Damascenum, aliaque plurima, in ecclesias conversa, Christianis donavit: unde et res Christianorum, huius sub imperio, plurimum auctae sunt. *Malalas* 13, *p.* 344, 345. — *Κωνσταντῖνος ὁ ἀοίδιμος βασιλεύσας τὰ ἱερὰ μόνον ἔκλεισεν καὶ τοὺς ναοὺς τῶν Ἑλλήνων· καὶ οὗτος Θεοδόσιος καὶ κατέλυσεν, τὸ ἱερὸν Ἡλιουπόλεως τὸ τοῦ Βαλανίου τὸ μέγα καὶ περιβόητον τὸ τρίλιθον καὶ ἐποίησεν αὐτὸ ἐκκλησίαν Χριστιανῶν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἱερὸν Δαμασκοῦ ἐποίησεν ἐκκλησίαν Χριστιανῶν.* Inclitus Constantinus, dum imperaret, paganorum delubra duntaxat clausit: hic vero Theodosius etiam evertit. Urbis Heliopolitanae, Balanii templum ingens et celeberrimum, ex marmore trilitho constructum, Christianorum ecclesiam fecit, parique modo Damasci fanum Christianis tradidit. *Chron. Pasch. p.* 561. — *Τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ναοὺς καθαιρεθῆναι (προσέταξε) ... προθύμως ὑπερεμάχοντο τῶν ναῶν οἱ ἑλληνισταί.* Alexandriae urbis templa solo aequari iussit ... Pagani pro templis suis acriter dimicabant. *Sozomenus* 7, 15. Cf. 5, 10. — *Νόμους ἔγραψε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη καταλυθῆναι κελεύων.* Leges tulit, quibus idolorum delubra destrui iubebat. *Theodoret.* 5, 21. — *Ἐκωλύθη παρὰ τοῖν ἀδελφοῖν (τὸ θύειν) ἀλλ᾽ οὐ τὸ λιβανωτόν· ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ ὁ σὸς ἐβεβαίωσε νόμος, ὥστε μὴ μᾶλλον ἀλγεῖν ἡμᾶς οἷς ἀφῃρέθημεν, ἢ χάριν εἰδέναι τῶν συγκεχωρημένων. σὺ μὲν οὖν οὐθ᾽ ἱερὰ κεκλεῖσθαι, οὔτε μηδένα προσιέναι, οὔτε πῦρ, οὔτε λιβανωτὸν, οὔτε τὰς ἀπὸ τῶν ἄλλων θυμιαμάτων τιμὰς ἐξήλασας τῶν ναῶν, οὐδὲ τῶν βωμῶν.* A fratribus prohibitus fuit (usus sacrificiorum), at non et turificatio: quin et hoc ipsum lex tua firmavit: sic ut non magis indoleamus iis, quibus privati sumus, quam gratiam ob concessa habeamus. Tu igitur neque templa occludi, neque ullum aditu arceri iussisti, neque ignem, neque turificationem, neque alios fumigationum honores templis arisque eiecisti. *Liban. Orat. ad Theodos. ὑπὲρ τῶν ἱερῶν ed. Gothofr. p.* 10 et 474. Cf. Cod. Th. 16, 10, 7. — *Καὶ τὰ μὲν ὧδε τῇ συνόδῳ ἔδοξε, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεψηφίσατο, καὶ νόμον ἔθετο, κυρίαν εἶναι τὴν πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων, παραδοθῆναί τε τὰς πανταχῇ ἐκκλησίας τοῖς ἐν ὑποστάσει τριῶν προσώπων ἰσοτίμων καὶ ἰσοδυνάμων μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁμολογοῦσι θεότητα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· τούτους δὲ εἶναι τοὺς κοινωνοῦντας Νεκταρίῳ ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ Τιμοθέῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας· ἐν δὲ ταῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐκκλησίαις, Διοδώρῳ τῷ Ταρσοῦ,*

καὶ Πελαγίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Λαοδικείας τῶν Σύρων· παρὰ δὲ Ἀσιανοῖς Ἀμφιλοχίῳ τῷ προϊσταμένῳ τῆς ἐν Ἰκονίῳ ἐκκλησίας· ἐν δὲ ταῖς παρὰ τὸν Πόντον πόλεσιν, ἀπὸ Βιθυνῶν μέχρις Ἀρμενίων, Ἑλλαδίῳ τῷ Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Νύσης, καὶ Ὀτρηΐῳ τῷ Μελιτίνης· ἐν δὲ ταῖς περὶ Θράκην καὶ Σκυθίαν πόλεσι, Τερεντίῳ τῷ Τομέων, καὶ Μαρτυρίῳ τῷ Μαρκιανουπόλεως· τούτους γὰρ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς ἐπῄνεσεν ἰδὼν καὶ συγγενόμενος· καὶ δόξα ἀγαθὴ περὶ αὐτῶν ἐκράτει, ὡς τὰς ἐκκλησίας εὐσεβῶς ἀγόντων. Et haec quidem a synodo constituta sunt in hunc modum, Imperator vero ea suffragio suo comprobavit, legemque tulit, ut fides eorum, qui Nicaeae olim convenerant, rata esset, utque omnibus in locis ecclesiae iis traderentur, qui in trium personarum subsistentia, honore ac qualitate aequalium, unam eandemque deitatem confiterentur patris ac filii et spiritus sancti. Hos autem esse definivit, qui Constantinopoli quidem communicarent cum Nectario: in Aegypto vero cum Timotheo episcopo Alexandriae: in Orientis autem provinciis eos, qui communicarent cum Diodoro episcopo Tarsi, et Pelagio episcopo Laodiceae in Syria: in Asiana autem dioecesi cum Amphilochio Iconiensis ecclesiae antistite: in Pontica vero dioecesi, a Bithynis usque ad Armenios eos, qui communione iuncti essent cum Helladio Caesareae Cappadocum episcopo et Gregorio Nysae, et Otreio Melitinae: in urbibus denique Thraciae ac Scythiae eos, qui cum Terentio Tomitano, et Martyrio Marcianopolis episcopo communicarent. Istos enim tum Imperator ipse approbavit, quum eos vidisset et allocutus esset, tum egregia de iis constabat fama, quod ecclesias suas sanctissime gubernarent. *Sozomenus* 7, 9. Cf. Cod. Theod. 16, 1, 3; Socrates 5, 8. — * *Τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην.* Episcopum Constantinopolitanum privilegia honoris post episcopum Romanum habere, quod ea (Constantinopolis) nova Roma sit. *Concil. Constantinopol.* 3. — *Τότε ὁ θρόνος τῆς νέας Ῥώμης δευτέραν τάξιν ἔλαχε, μετὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ταχθεὶς, καὶ τῶν ἑτέρων δὲ προκριθείς.* Tunc novae Romae sedes secundum ordinem sortita est, post Romam veterem collocata, praelataque ceteris. *Zonaras* 13, 19. — *Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας· ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μόνον οἰκονομεῖν, τοὺς δὲ τῆς Ἀνατολῆς ἐπισκόπους τὴν Ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν, φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νικαίαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν μόνην οἰκονομεῖν, καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς τὰ τῆς Ποντικῆς μόνον, καὶ τοὺς τῆς Θράκης τὰ τῆς Θράκης μόνον οἰκονομεῖν.* Episcopis dioecesanis non licere accedere ad alienas ecclesias, nec ecclesias commiscere, sed secundum decreta episcopum Alexandrinum solum praeesse Aegyptiacis, episcopos vero orientales Orientem solam administrare, servatis privilegiis, quae ecclesiae Antiochenae data sint decretis Nicaenis, et episcopos dioeceseos Asiaticae tantummodo Asiaticis, Ponticos Ponticis solum, et Thracios Thraciis praeesse. *Concil. Constantinopol.* 2.

1134—1136. p. C. n. 381—383.

Ὁ βασιλεὺς θαυμάσας αὐτῶν (τῶν Ναυατιανῶν) τὴν περὶ τοὺς οἰκείους κατὰ τὴν πίστιν ὁμόνοιαν, νόμον ἐκέλευε τῶν μὲν οἰκείων κρατεῖν ἀδεῶς εὐκτηρίων τόπων· ἔχειν δὲ καὶ προνόμια τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἅπερ καὶ οἱ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἔχουσιν. Imperator Theodosius doctrinam fidei illorum (Novatianorum) plane cum suis consentientem admiratus, lege lata praecepit, ut oratoriis suis intrepide potirentur, utque eorum ecclesiae eadem, quae fidei suae basilicae, privilegia possiderent. *Socrates* 5, 10. — *Ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ πρώτου, ὡς εἶδον (οἱ διαψηφισταὶ) ἑαυτοὺς μὲν ἠμελημένους, τοὺς δὲ τῆς τάξεως διοικοῦντας τότε τὰ πράγματα, ... ἐδεήθησαν τῆς βασιλείας, συναριθμηθῆναι τῇ τάξει· καὶ τυχόντες.* Sub Theodosio primo, quum se neglectos, officiales vero tum res administrare viderent, ... ab Imperatore, ut officio annumerarentur, petiverunt (rationales): qua re impetrata ... in adiutores ceteris pariter provecti sunt. *Ioann. Laurent. Lydus* 3, 35.

1136. p. C. n. 383. MEROBAUDE II. ET SATURNINO COSS.

Σὺν ἐν τῷ τοῦτο τολμᾶν, ὦ βασιλεῦ, περιυβρίζων νόμον. σὺ γὰρ ἡμῖν τοῦτον προπέρυσιν ἔθηκας, τὴν μὲν ἀνάγκην τῆς τοιαύτης δαπάνης ἀναιρῶν, γνώμης δὲ τὸ πρᾶγμα ποιῶν. λέγει οὖν ὁ νόμος, βούλει καὶ τοῦτο ποιεῖν; οὐδεὶς ὁ κωλύσων· ἀλλ' οὐκ ἐθέλεις, οὐδεὶς ὁ καταναγκάζων· ἀλλ' οὗτος ἀναγινωσκομένου τοῦ νόμου προσῆγε τὰς ἀνάγκας. καί τοι καὶ εἰ μηδὲ πάντες ἦσαν ἐνδεεῖς, τὰ εἰς χρήματα καὶ πολὺς ὁ χρυσὸς παρ' ἑκάστῳ, θηρία δὲ οὐκ ἐβούλοντο τρέφειν, οὐδὲ τοὺς ταῦτα ὑπομενοῦντας ἀνθρώπους, κατ' ἐξουσίαν ἔφευγον ἂν τὸ ἀνάλωμα. Tuam hoc audens, o Imperator, contumeliose abrogat (Tisamenes) legem: tu enim nobis pronuper sanxisti, necessitatem quidem tantae impensae remittens, voluntatis vero hanc rem efficiens. Nempe ait lex: vin' et hoc facere, nullus est qui impediat; non vis, nullus est qui coacturus sit. Sed hic etiamsi lex legeretur, necessitatem adegit. Et quamquam non omnes essent indigi, quantum ad pecunias attinet, imo magna vis auri penes unumquemque foret, feras tamen alere noluerunt, et eos qui ferarum curam habent: quantum potuerunt, hunc sumtum effugerunt. *Libanii Orat. in Tisamenem p.* 447. Cf. Cod. Theod. 12, 1, 103. — *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τοὺς τρεῖς ναοὺς τοὺς ὄντας ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὴν πρώην λεγομένην Ἀκρόπολιν καταλύσας, ἐποίησε τὸν τοῦ Ἡλίου ναὸν αὐλὴν οἰκημάτων, καὶ ἐδωρήσατο αὐτὴν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως· ἥτις αὐλὴ κέκληται ἕως τοῦ νῦν τοῦ Ἡλίου· τὸν δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ναὸν ἐποίησε ταβλοπαρόχιον τοῖς κοττίζουσιν· ὅστις τόπος κέκληται ἕως τῆς νῦν ὁ ναός· ἡ δὲ πλησίον ῥύμη τὸ ἔλαφιν. τὸν δὲ τῆς Ἀφροδίτης ναὸν ἐποίησε καρουχαρεῖον τοῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων, κτίσας πέριξ ὁσπήτια καὶ κελεύσας δωρεὰν μένειν ἐν αὐτοῖς τὰς πάνυ πενιχρὰς πόρνας. ἐποίησε δὲ ὁ αὐτὸς Θεοδόσιος καὶ τὴν λεγομένην πρώην κώμην Ῥοφαεινᾶν πόλιν· ἥτις μετεκλήθη Θεοδοσιούπολις, λαβοῦσα ἔκτοτε ἡ αὐτὴ κώμη καὶ δίκαιον πόλεως ἕως τῆς νῦν, ἐπὶ τῆς ὑπατείας Μηροβαύδου καὶ Σατουρνίνου.* Eodem tempore Theodosius Imperator tria, quae Constantinopoli fuerunt templa, ad Acropolim olim dictam sita, dissolvit, quorum Solis, quod fuit, in contubernium conversum, magnae ecclesiae Constantinopolitanae concessit: qui quidem locus usque adhuc a Sole nomen habet: Dianae vero fanum in Tabloparochium aleatoribus assignavit: verum locus iste templum vicusque vicinus Cervinus usque adhuc vocantur. Veneris autem fanum in carrucarium fecit praefecto praetorio, constructisque in circuitu hospitiis, pauperculas ibi meretrices gratis commorari iussit. Idem Theodosius vicum, Rophinam prius dictum, in urbem exaedificavit, quam a nomine suo Theodosiopolim vocavit; addito etiam, quod et adhuc retinet, metropolis iure; Merobaude et Saturnino Coss. *Malalas* 13, *p.* 345, 346. — *Ὁ βασιλεὺς (Θεοδόσιος) ... νομοθετῶν, ἐκέλευσε τοὺς ἑτεροδόξους μήτε ἐκκλησιάζειν, μήτε περὶ πίστεως διδάσκειν, μήτε ἐπισκόπους, ἢ ἄλλους χειροτονεῖν· καὶ τοὺς μὲν πόλεων, καὶ ἀγρῶν ἐλαύνεσθαι· τοὺς δὲ ἀτίμους εἶναι, καὶ πολιτείας ὁμοίως μὴ μετέχειν τοῖς ἄλλοις· καὶ χαλεπὰς τοῖς νόμοις ἐπέγραφε τιμωρίας· ἀλλ' οὐκ ἐπεξῄει· οὐ γὰρ τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' εἰς δέος καθιστᾶν τοὺς ὑπηκόους ἐσπούδαζεν, ὅπως ὁμόφρονες αὐτῷ γένοιντο περὶ τὸ θεῖον· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἑκόντι μετατιθεμένους ἐπῄνει.* Imperator (Theodosius) lege lata praecepit, ne haeretici collectas agerent, neve de fide docerent, neve episcopos aut alios ordinarent: utque alii quidem urbibus et agris pellerentur: alii vero notarentur infamia, nec ius aequum civitatis cum reliquis civibus possiderent. Et graves quidem poenas legibus suis adscripsit: haud quaquam tamen executioni mandavit. Neque enim punire subditos, sed terrere tantummodo studebat, ut idem cum ipso de divinitate sentirent. Nam et illos laudabat, qui sua sponte converterentur. *Sozomenus* 7, 12. Cf. Cod. Th. 16, 5, 11. — *Μὴ ἔστωσαν ἀνεψιῶν γάμοι γέγραφας, ἐν ἐξουσίᾳ πολλῇ τοῦ πράγματος ὄντος.* Edixisti, ne consobrinorum nuptiae essent, quum id passim liceret. *Libanii Orat. II. pro Agricolis in Gothofr. Opp. p.* 386. — Theodosius Imperator etiam patrueles fratres et consobrinos vetuit inter se coniugii convenire nomine et severissimam poenam statuit, si quis temerare ausus fuerit fratrum pia pignora. *Ambrosii Ep. ad Paternum* 60, 8. —

(Theodosius) tantum pudori tribuens et continentiae, ut consobrinarum nuptias vetuerit, tanquam sororum. *Aurel. Victor Epit.* 48, 10. — *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano PO.* Designato quidem lege supplicio, hoc est ignium et proscriptionis (incestis nuptiis consobrinae vel sororis aut fratris filiae uxorisve). *L.* 3 *Cod. Theod. de Incest. nupt.* 3, 12. — *Impp. Arcadius et Theodosius AA. Theodoro PO.* Exceptis his, quos consobrinorum, hoc est quarti gradus, coniunctionem lex triumphalis patris nostri, exemplo indultorum, supplicare non vetavit. *L.* 1 *Cod. Theod. Si nuptiae* 3, 10.

IMPPP. VALENTINIANUS II., THEODOSIUS I. ET ARCADIUS AAA.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Ἀρκάδιος Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Θεοδοσίου τοῦ Αὐγούστου ἀνηγορεύθη μηνὶ αὐδυναίῳ πρὸ ιδ' καλανδῶν φεβρουαρίων. His consulibus Arcadius Constantinopoli a patre Theodosio Augusto in Tribunali Hebdomi renuntiatus est Augustus mense Audynaeo ex a. d. XIV. Kal. Februar. *Chron. Pasch. p.* 562. Cf. Socrates 5, 10; Malalas 13, p. 344; Cedrenus p. 554; Philostorg. 10, 5. — His Coss. levatus est Arcadius A. Constantinopoli in miliario VII. in tribunali a Theodosio A. patre suo die XVII. Kal. Febr. *Idat.* — Theodosius Arcadium filium suum Augustum appellans regni fecit sibi consortem. *Idat. Chron.* — Arcadius a patre suo Theodosio A. consors imperii VII. ab urbe miliario coronatus est. *Marcellin. p.* 268. — His Coss. Arcadius Theodosii A. filius Augustus appellatur. *Cassiod. Chron.* 224. Cf. Prosper p. 638; Orosius 7, 34. — *Ἐτόλμησαν οἱ κακοὶ καὶ κακῶς ἀπολούμενοι πρὸς πᾶσι τοῖς ἄλλοις, καὶ καθῃρημένους ἐπισκόπους ὑπὸ πάσης ἀνατολικῆς καὶ δυτικῆς συνόδου καλέσαντες, ἢ παροῦσι καταχρησάμενοι, οὐ γὰρ ἔχω τοῦτο εἰπεῖν ἀκριβῶς, καὶ πασῶν κατεξαναστάντες βασιλικῶν διατάξεων, καὶ ὑμετέρων προσταγμάτων, ἐπισκόπου ὄνομα ἐπιθεῖναί τινι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀσεβῶν καὶ κιβδήλων.* Praeter alia omnia eo quoque audaciae proruperunt mali homines (Apollinaristae) et male perdendi, ut episcopos etiam quosdam, quibus dignitas ab universali Orientalium et Occidentalium consilio abrogata fuerat, accersentes aut transeuntibus abutentes (non enim certo affirmare possum), imperialibus omnibus constitutionibus atque omnibus vestris edictis violatis, cuidam impii et adulterini sui gregis episcopi nomen imposuerint. *Gregorius Naz. Ep. ad Olympium* 77. Cf. Cod. Theod. 16, 5, 12. — * Contemplanti mihi rescriptum numinis vestri, quo arcae vinariae debita a praefecto eius temporis, quo contracta dicuntur, erui censuistis, silere fas non fuit, quid temporum vestrorum congruat aequitati. *Symmach. Epist.* 10, 54. — * Ventum est ad leges ... implorataeque vestri numinis sanctiones, quae senatorum controversias transferre ab urbano foro ad peregrina vetuerunt. *Symmach. Epist.* 10, 69. — * Constitutionis memor, sequestrari mobilia fructusque praecepi. *Symmach. Epist.* 10, 53. — Quum testamenti iure confecti fidem recitatio publicaret, calumnia inanis obiecta est, quod signatores nescio quid legati ex eadem voluntate cepissent. Adduntur etiam scripta divalia, quibus adstipulatio cuiusdam remota est, qui suam iuvisse causam testimonio diceretur ... At vero haec levia pignora aut amoris gratia, aut testatoris verecundia relinquuntur. Nihil huic religioni novis legibus derogatum est; manet iste usus, et nobis iura servantibus semper manebit. *Symmach. Epist.* 10, 62. Cf. Cod. Theod. 4, 4, 3.

1136—1161. p. C. n. 383—408.

Ὃς (Θευδόσιος ὁ νέος), ἐπεὶ νέος ἦν, καὶ δι' ἑαυτοῦ, προϊὼν κατὰ τὸ συνειθισμένον, τὴν τιμὴν προσφέρειν οὐκ ἴσχυσε τῇ ἀρχῇ, εἰκόνα στήσας, ὥρισεν ἀντ' αὐτοῦ ἀποδέχεσθαι τὸν ὕπαρχον. Qui (Theodosius iunior), quoniam puer erat, neque ipse, secundum consuetudinem obviam procedens, honorem magistratui poterat exhibere, ut posita effigies ipsius loco praefectum exciperet, decrevit. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 9.

1137. p. C. n. 384. RICHOMERE ET CLEARCHO COSS.

* Senatusconsultum de ludis scenicis et editionibus ludorum. *Symmach. Epist.* 10, 28. — * Priscianus et Polemonianus ad denuntiationem dilato negotio provocarunt. Et quum ab his ratio quaereretur, alios vocis suae incentores fuisse testati sunt, ut gesta literis connexa monstrabunt. Nec officium partibus defuit ad mulctam praeiudicii suggerendam. Sed iudicem vestri saeculi decuit vim constitutionis sacro oraculo reservare, quum allegaverint petitores, quod se ad incautam provocationem alienus hortatus impulerit. *Symmach. Epist.* 10, 36. Cf. Cod. Theod. 11, 30, 42.

1137—1139. p. C. n. 384—386.

* Bonoso ... discussionem pontis ac basilicae novae praeceptio augusta mandavit. *Symmach. Epist.* 5, 76. — * Iam quidem rescriptum numinis vestri Cyriades V. C. Comes, et mechanicae professor exhibuit, D. Imperator; quo statuerat aeternitas vestra, ut se ipse a quorundam criminatione purgaret. *Symmach. Epist.* 10, 45. — * Alia numinis vestri decreta rursus accepi, quibus examini meo V. C. et spectabilem vicarium copulastis, ut utroque residente, accusata pontis vitia quaererentur. *Symmach. Epist.* 10, 46.

1138. p. C. n. 385. FL. ARCADIO A. ET BAUTONE COSS.

Ὥστε καὶ Κυνηγίῳ τῷ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ, πεμπομένῳ κατὰ τὴν Αἴγυπτον προστεταγμένῳ τε πᾶσι τὴν εἰς τὰ θεῖα θρησκείαν ἀπαγορεῦσαι καὶ κλεῖθρα τοῖς τεμένεσιν ἐπιθεῖναι. Ut etiam daret in mandatis Cynegio PO., quum eum ablegaret in Aegyptum et omnibus numinum religione per ipsum interdici ac fana claudi praecepisset. *Zosimus* 4, 37. Cf. Cod. Th. 16, 10, 9. Cf. a. 388. — *Epistola Valentiniani Imperatoris. Ave Piniane carissime nobis.* Populum urbis aeternae gaudere concordia et optimum eligere sacerdotem, populi Romani esse credimus instituti, et nostris gratulamur advenire temporibus. Proinde quoniam religiosum Siricium antistitem sanctitatis sic praeesse sacerdotio voluerunt, ut Ursicinum (edit. Antverp. Ursinum) improbum acclamationibus violarent, nostro cum gaudio memoratus episcopus ipse permaneat, Piniane carissime ac iucundissime: si quidem magnum innocentiae et probitatis exemplum est, in una acclamatione et ipsum eligi, et ceteros improbari. Dat. VII. Kal. Mart. *Ex codice Vaticano ap. Baron. ad a.* 385, *n.* 6. — * Senatusconsultum de lustrali oblatione. *Symmach. Epist.* 10, 33. — * Lex vetus, qua definitum est tempus tribunatus vinarii fori. *Symmach. Epist.* 10, 42. — Quia speciatim sacris literis imperastis, ut si qua ab eo (Praetextato) Romae in his coetibus gesta sunt, agenti in rebus excerpta tradantur, misi omnia iussis coelestibus obsecutus. *Symmach. Epist.* 10, 44. — *Victor Maximus perpetuus triumphator Augustus domino vere sancto apostolico viro Siricio S...* De Agricio, quem indebite ad presbyterii gradum conscendisse commemoras, quid religioni nostrae catholicae praestare possum reverentius, quam ut de hoc ipso, cuiuscemodi esse videatur, catholici iudicent sacerdotes? Quorum conventum ex opportunitate omnium, vel qui intra Gallias, vel qui intra quinque provincias commorantur, in qua elegerint urbe, constituam, ut iisdem residentibus et cognoscentibus, quid habeat consuetudo, quid legis sit, iudicetur. Haec enim, quae libris sunt asserenda, et maiorum nostrorum religiosissimis constitutis, ipsi possunt melius adstruere, qui norunt. *Cod. Lugd.* 269. *Cod. Can. Coll. Oxon. Oriel. Labat. l. c. p.* 271. — (Maximus) Imperator datis ad praefectum Galliarum atque ad vicarium Hispaniarum literis, omnes omnino, quos labes illa (Priscilliani) involverat, deduci ad synodum Burdigalensem iubet. *Sulpicius Severus Hist. sacr.* 2, 49.

Ante ann. 1139, p. C. n. 386.

**Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Nebridio PU.* Hoc enim (de exhibendo mancipio fugitivo, cuius pretium repetitur) non solum in barbaris, sed etiam in provincialibus servis iure praescriptum est. *L. un. Cod. Theod. de Aedil. act.* 3, 4.

1139. p. C. n. 386. FL. HONORIO THEODOSII F. ET EUODIO COSS.

Quum clementia vestra meminisset faciendae carrucae impendium de sacro aerario esse decretum, (Imperator) censuit, ut eius argentum publicis conditis redderetur. *Symmach. Epist.* 10, 40. — *Παρεκελεύετο ἀδεῶς συνιέναι τοὺς ὁμοίως δοξάζοντας τοῖς ἐν Ἀριμίνῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Κωνσταντινουπόλει συνεληλυθόσι· τοὺς δὲ ἐμποδὼν γενομένους, ἢ ἐναντία τῷ νόμῳ βασιλέως δεομένους, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.* Praecipiebat lex, ut quicunque eandem fidem tenerent, quam ii, qui olim Arimini, ac postea Constantinopoli fuerant congregati, libere in ecclesias convenirent: si qui vero obsisterent, aut contraria huic legi postularent, capite plecterentur. *Sozomenus* 7, 13. Cf. Cod. Theod. 16, 1, 4; Rufinus 2, 15; Ambros. Epist. 13 et 14 ed. Par. 1614. et Orat. ad Pop. Mediol. (Opp. 5, 97). — Quum ad pernoscendum possessionis statum loci habitatores adesse iussissem, in iniuriam legum, Rufino officiali iussa curanti, qui deducebantur, abrepti sunt … Recitata est a defensoribus constitutio, quae iudicibus tribuit copiam, non imponit necessitatem, ut quoties de possessione successionis iudicant, continuo, si casus tulerit, etiam de iure cognoscant … Scirtius obtulit sanctiones, quibus doceret, in reformatione momenti nullum esse appellationibus locum. *Symmach. Epist.* 10, 48. Cf. Cod. Theod. 11, 37.

1140. p. C. n. 387. FL. VALENTINIANO A. III. ET EUTROPIO COSS.

Τὴν παροῦσαν ἑορτὴν (τὸ πάσχα), ἣν καὶ ἄπιστοι αἰδοῦνται σχεδὸν πάντες, ἣν καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ θεοφιλὴς βασιλεὺς οὕτω ᾐδέσθη καὶ ἐτίμησεν, ὡς ἅπαντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ μετ᾽ εὐσεβείας κρατήσαντας ὑπερβάλλεσθαι βασιλέας· ἐν ταύταις γοῦν ταῖς ἡμέραις πέμψας ἐπιστολὴν εἰς τιμὴν τῆς ἑορτῆς, τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας σχεδὸν ἀφῆκεν ἅπαντας, καὶ ταύτην ὁ ἱερεὺς ὁ ἡμέτερος εἰσελθὼν ἀναγνώσεται τὴν ἐπιστολὴν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τῶν οἰκείων αὐτὸν ἀναμνήσει νόμων, καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν, ὅτι σὺ σαυτὸν παρακάλεσον, καὶ τὰ σαυτοῦ μέμνησο, οἴκοθεν ἔχεις τὸ παράδειγμα τῆς φιλανθρωπίας, δίκαιον οὐχ εἵλου ποιῆσαι φόνον, καὶ ἄδικον ὑπομένεις ἐργάσασθαι; τοὺς ἐληλεγμένους καὶ καταδικασθέντας τὴν ἑορτὴν αἰδεσθεὶς ἀφῆκας, καὶ τοὺς ἀνευθύνους, καὶ μηδὲν τετολμηκότας κατακρινεῖς; Per hos dies Imperator missa epistola in honorem festi (Paschatis), omnes ferme, qui carcere detinebantur, liberos dimisit. Hanc ergo quum ad Imperatorem venerit sacerdos noster epistolam ipsi praeleget, suasque ipsi leges in memoriam revocabit, et ad eum dicet: Temet mone tuorumque memor esto: domi tuae, vel a te ipso humanitatis exemplar habes. Noluisti iustam caedem facere, et iniustam poteris admittere? convictos et condemnatos ob festi reverentiam dimisisti, et non obnoxios, nihilque ausos damnabis? *Chrysostomus Homil.* 6 *ad Popul. Antiochenum.* Cf. Gregorius Nyssenus Orat. 3 de Resurrectione Christi et Const. Sirmond. 8. — *Μέμνησαι πρῴην, ὅτε τῆς ἑορτῆς ταύτης καταλαβούσης ἐπιστολὴν ἔπεμψας πανταχοῦ τοῖς οἰκουμένοις, κελεύουσαν τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας ἀφεῖναι, καὶ συγχωρεῖν αὐτοῖς τὰ ἐγκλήματα, καὶ ὡς οὐκ ἀρκούντων ἐκείνων δεῖξαί σου τὴν φιλανθρωπίαν, ἔλεγες διὰ τῶν γραμμάτων, ὅτι εἴθε μοι δυνατὸν ἦν, καὶ τοὺς ἀπελθόντας καλέσαι, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἀναγαγεῖν ζωήν.* Meministi nuper quum hoc festo appetente epistolam per totum orbem misisti, iubentem, eos omnes, qui carcere detinebantur, dimitti; iisque crimina indulgeri. Quin atque si haec humanitati tuae testificandae non sufficerent, in haec verba scripsisti: „utinam mihi et mortuos revocare atque ad pristinam vitam reducere liceret.“ *Chrysostomus Homil.* 21 *ad Populum ed. Bened. T. II. p.* 219, n. 3. — *Οὐ ταύτῃ μόνον αὐτὴν τετιμήκασι τῇ σπουδῇ καὶ τιμῇ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρᾳ οὐκ ἐλάττονι ταύτης· βασιλικὰ καταπέμπονται γράμματα λέγοντα τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας ἀφίεσθαι τῶν δεσμῶν.* Non hac solum eam (hebdomadem paschalem) veneratione atque studio dignam iudicarunt, sed et alio hoc non minore. Imperatoria edicta emittuntur, quibus inclusi carcere vinculis solvi iubentur. *Chrysostomus in Sermone in magnam Hebdomadem Tom. V. p.* 541. — *Μετά τινα δὲ χρόνον ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων βιαζόμενος ὁ βασιλεὺς (Θεοδόσιος), εἰσφοράν τινα ξένην ταῖς πόλεσιν ἐπιτέθεικεν … τά τε τῆς πόλεως (Ἀντιοχείας) ἀφείλετο προνόμια καὶ τῇ γειτνιαζούσῃ πόλει τὴν ἡγεμονίαν δέδωκεν. ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδίκεια τὴν Ἀντιόχειαν ἄνωθεν … ταῦτα δὲ πάντα ὁ βασιλεὺς προσέταττε μὲν, οὐκ ἐγίνετο δέ.* Aliquando post Theodosius continentibus bellis coactus est, novum civitatibus tributum imperare … Antiochiam privilegiis suis spoliavit principatumque Laodiceae vicinae iam pridem aemulae assignavit … Haec omnia Imperator mandavit quidem, non tamen perfecit. *Cedreni Hist. p.* 560. — *Τῆς πόλεως (Ἀντιοχείας) ἀφείλετο δίκαια, καὶ τῇ ἐκ γειτόνων Λαοδικείᾳ ταύτην ὑπέταξε, καὶ τοὺς αὐτῆς πολίτας ἠπείλει διαθήσειν κακῶς. καὶ διέθετο ἂν, εἰ μὴ Φλαβιανὸς ὁ τότε τῆς Ἀντιοχείας ἀρχιερεὺς τῷ βασιλεῖ προσελθὼν ἐπρέσβευσε, καὶ ἐνδοῦναι αὐτὸν πεποίηκε τοῦ θυμοῦ.* Urbem (Antiochiensium) et privilegiis privavit, et vicinae Laodiceae subiecit, comminatus etiam civibus, quos utique male tractasset, nisi Flavianus, archiepiscopus Antiochenus, legatione suscepta Imperatorem mitigasset. *Zonaras* 13, 18. — *Praecepit dare legem indulgentiae, quam scriptam reliquit. *Ambros. in Orat. fun. de obitu Theodosii M.* — Arcadius cum patre suo Theodosio quinquennalia celebravit. *Marcellin. p.* 269. *Descriptio Consulum p.* 97.

1141. p. C. n. 388. FL. THEODOSIO A. II. ET CYNEGIO COSS.

Κυνηγίῳ τῷ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ, πεμπομένῳ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, προστεταγμένῳ τε πᾶσι τὴν εἰς τὰ θεῖα θρησκείαν ἀπαγορεῦσαι, καὶ κλεῖθρα τοῖς τεμένεσιν ἐπιθεῖναι … Κυνήγιος τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν ἱερῶν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀπέκλεισε τὰς εἰσόδους, θυσίας τε εἶρξε. Cynegio, praefecto praetorii, quum eum ablegaret in Aegyptum et omnibus numinum religione per ipsum interdici ac fana claudi praecepisset (cf. ann. 385.) … Cynegius aditus templorum per Orientem, et universam Aegyptum, et ipsam Alexandriam, occlusit, sacrificiaque prohibuit. *Zosimus* 4, 37. — Cynegius Theodosii praefectus Orientis . . . gentium simulacra subvertit. *Idatius p.* 11. — Cynegius praefectus Orientis universas provincias longi temporis labe deceptas in statum pristinum revocavit et usque ad Aegyptum penetravit et simulacra gentium evertit. *Descriptio Consulum p.* 97.

Ante ann. 1142, p. C. n. 389.

Iidem AAA. Proculo PU. … Si regendis pupillaribus censibus singuli creandorum (tutorum curatorumve) pares esse non possunt, plures ad hoc secundum leges veteres conveniet advocari. *L.* 3 *Cod. Theod. de Tutor.* 3, 17.

1142. p. C. n. 389. FL. TIMASIO FL. PROMOTO COSS.

Divi principes non passi sunt, talem contra naturam iniuriam sine competenti emendatione relinquere; sed quum nepotis et pronepotis nomen commune est utrisque, qui tam ex masculis, quam ex feminis descendunt, ideo eundem gradum et ordinem successionis iis donaverunt; sed ut aliquid amplius sit iis, qui non solum naturae, sed etiam veteris iuris suffragio muniuntur, portionem nepotum et neptum, vel deinceps, de quibus supra diximus, paulo minuendam esse existimaverunt, ut minus tertiam partem acciperent, quam mater eorum vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel avus paternus sive maternus, quando femina mortua sit, cuius de hereditate agitur, hisque, licet soli sint, adeuntibus, agnatos minime vocabant. § 15 *Inst. de Hereditat. quae ab int. def.* 3, 1. Cf. Cod. Theod. 5, 1, 4. — Sed quum ex hoc senatusconsulto (Orphitiano) nepotes ad aviae successionem legitimo iure non vocabantur, postea hoc constitutionibus principalibus emendatum est, ut ad similitudinem filiorum filiarumque et nepotes et neptes vocentur. § 1 *Inst. de*

Scto Orphit. 3, 4. Cf. Cod. Theod. 5, 1, 4, § 2. — Statuentes, ut sanctio D. Valentiniani adversum eos diu pessime neglecta consurgat, qui praedia urbana vel rustica, despecto iuris ordine, per se suosque praesumserint, expulso possessore, violenter intrare, nec aliquid de eius districtione, detestabili volumus temperatione mitigari. *Edictum Athalarici regis apud Cassiodor. Var. lib.* 9, *p.* 221. — Recens sanctio de fideicommissis et codicillorum commodis ab optimo principe in aeternum repudiatis, tantum claritudine egreditur lucem superiorum (legum), quantum augustius est, regenti sibi quam subditis modum ponere. *Symmach. Epist.* 2, 13. Cf. Cod. Theod. 4, 4, 2. — Templum Serapidis apud Alexandriam Theodosii Imperatoris edicto solutum est. *Marcellin. p.* 270. — *Τοῦ ναοῦ τοῦ Σαράπιδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λυομένου.* Templo Serapidis Alexandriae destructo. *Cedrenus p.* 569. Cf. Theodoret. 5, 21 sq.; Eunap. Aedess. p. 77; Suidas sub voc. *Σάραπις;* Socrates 5, 16, 17; Sozomenus 7, 15; Prosperi Chron. a. VIII. Theod. — Dedit congiarium Romanis. *Idat.* — Congiarium Romano populo dedit. *Marcellin. Chron.* Cf. Socrates 5, 14. — * *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων εἰσῆλθεν Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ὁνωρίου καὶ ἔστεψεν αὐτὸν ἐκεῖ εἰς βασιλέα.* His consulibus (Timasio et Promoto) Theodosius Romam venit cum filio Honorio, hicque eum Imperatorem coronavit. *Chron. Pasch. p.* 564. Cf. a. 393.

1143. p. C. n. 390. FL. VALENTINIANO A. IV. ET NEOTERIO V. C. COSS.

Ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, ἐπειδὴ τῷ θυμῷ, ἔφη, τὸ δικάζειν ἐπιτρέπεις, καὶ οὐχ ὁ λογισμὸς τὴν γνῶσιν, ἀλλ' ὁ θυμὸς ἐκφέρει, γράψον νόμον τοῦ θυμοῦ τὰς ψήφους ἀργὰς ποιοῦντα καὶ περιττάς· καὶ τριάκοντα ἡμέρας αἱ φονευτικαὶ καὶ δημευτικαὶ μενέτωσαν γνώσεις ἐγγεγραμμέναι, τὴν τοῦ λογισμοῦ προσδεχόμεναι κρίσιν. διελθουσῶν δὲ τῶν ἡμερῶν, οἱ τὰ ἐγνωσμένα γεγραφότες, τὰ προστεταγμένα δεικνύτωσαν. καὶ τηνικαῦτα τοῦ θυμοῦ πεπαυμένου, καθ' ἑαυτὸν δικάζων ὁ λογισμὸς ἐξετάσει τὰ ἐγνωσμένα, καὶ ὄψεται εἴτε ἄδικα, εἴτε δίκαια εἴη. καὶ εἰ μὲν εὕρῃ ἄδικα, δῆλον ὅτι διαῤῥήξει τὰ γεγραμμένα· εἰ δέ γε δίκαια, βεβαιώσει· καὶ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς οὐ λυμανεῖται τοῖς ὀρθῶς ἐγνωσμένοις. ταύτην ὁ βασιλεὺς δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, καὶ ἄριστα ἔχειν ὑπολαβών, εὐθὺς γραφῆναί τε τὸν νόμον ἐκέλευσε, καὶ τοῖς τῆς οἰκείας χειρὸς ἐβεβαίωσε γράμμασι. τούτου δὲ γενομένου, διέλυσε τὸν δεσμὸν ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος. Divinus Ambrosius: Quandoquidem, inquit, iudicium permittis furori, nec ratio, sed ira sententiam profert, scribe legem, quae furoris sententias irritas reddat atque inanes; et triginta dierum spatio maneant scriptae sententiae de caede ac bonorum proscriptione, rationis iudicium exspectantes. Quibus diebus transactis hi, qui edictum scripserunt, ostendant tibi ea, quae iusseris. Ac tum sedato aestu iracundiae ratio ipsa per se iudicium exercens examinabit ea, quae decreta sunt dispicietque, utrum iusta sint, an iniusta. Ac si quidem iniusta esse deprehenderit, scripta procul dubio discerpet; sin iusta, confirmabit; nec dierum spatium recte iudicatis quidquam detrimenti afferet. Hoc consilium quum audisset Imperator et utilissimum esse existimaret, statim legem scribi praecepit eamque suae manus subscriptione firmavit. Quo facto divinus Ambrosius eius vincula relaxavit. *Theodoret.* 5, 18. — *Ἀμβρόσιος λέγει ... γράψον νόμον τοῦ θυμοῦ τὰς ψήφους ἀργὰς ποιοῦντα, καὶ ἡμέρας λ' αἱ φονικαί τε καὶ δημευτικαὶ μενέτωσαν γνώσεις ἐν γράμμασι, τὴν τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ ἐκδεχόμεναι κρίσιν. ὃν εὐθὺς τοῦ βασιλέως κελεύσαντος γραφῆναι καὶ διὰ τῆς οἰκείας χειρὸς βεβαιώσαντος, διέλυσε τὸν δεσμὸν Ἀμβρόσιος.* Ambrosius ait ... legem pone, quae irae decreta rescindat, ut sententiae capitales et de publicatione bonorum perscriptae suspendantur per XXX dies, dum recta ratione examinatae diiudicentur. Quum legem eam statim declararet Theodosius et sua manu subscriptam confirmaret, Ambrosius vinculo eum solvit. *Cedreni Hist. p.* 558. Cf. Nicephor. Call. 12, 41. — *Οὐκ ἄλλως δὲ ἐδέξατο (Ἀμβρόσιος ὁ ἐπίσκοπος) αὐτὸν (Θεοδόσιον) ἕως οὗ ἐποίησε σάκραν, ἵνα οἱασδήποτε ἀγανακτήσεως παρὰ βασιλέως γινομένης ἔνδοσιν δίδοσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιτρεπομένων τριάκοντα ἡμερῶν καὶ εἰθ' οὕτως γενέσθαι τὸ προσταχθέν.* Ea autem conditione recepit (Ambrosius) eum (Theodosium), si per sacram imperatoriam ediceret, ut qualiscunque incideret occasio, quae Imperatorem commotum redderet, iudicum sententiae, non nisi interposito XXX dierum spatio, ratae essent. *Malalas* 13, *p.* 348. — *Νόμον ἔθετο, τὰς ψήφους τὰς φονικὰς μὴ πρότερον ἐκβιβάζεσθαι, πρὶν ἂν παρέλθοιεν μετὰ τὴν ψῆφον ἡμέραι τριάκοντα.* Lege sanxit, ne capitales sententiae ante diem trigesimum ratae essent. *Zonaras* 13, 18. — *Νόμον προσέταξε, τοὺς διακονουμένους τοῖς τοῦ βασιλέως προστάγμασιν εἰς τριακοστὴν ἡμέραν ἀναβάλλεσθαι τὴν τιμωρίαν τῶν ἐπὶ θανάτῳ καταδεδικασμένων.* Legem tulit (Theodosius), ut qui principis iussionibus obsequuntur, in tricesimum usque diem differrent supplicia eorum, qui capite damnati essent. *Sozomenus* 7, 25. Cf. Cod. Theod. 9, 40, 13. — *Ὁ δὲ βαρύνεσθαι ἔλεγε τὸ δημόσιον τῇ περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θυσίας δαπάνῃ, βούλεσθαί τε ταῦτα περιελεῖν, οὔτε τὸ πραττόμενον ἐπαινοῦντα, καὶ ἄλλως τῆς στρατιωτικῆς χρείας πλειόνων δεομένης χρημάτων. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα, μήτε δημοσίου δαπανήματος ὄντος, διὰ τοῦτο τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ λήξαντος, ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια κατὰ μέρος ἠλαττώθη.* Tum ille sumtibus sacrificiorum et victimarum onerari aerarium, seque ista abolere velle dixit, neque enim istud institutum sibi probari et alioquin rem militarem maiores sumtus postulare. Negavit quidem senatus legitime ista fieri, quod sumtus sacrificiorum non essent publici, quum tamen lex sacrorum abolita cessaret, imperium Romanum paulatim pessum ivit. *Suidas v. Θεοδόσιος.* — * *Πολλὰ δὲ χαρίσματα δέδωκε τῇ Ῥώμῃ Θεοδόσιος, περιελὼν καὶ τὰ γενόμενα ἐν τοῖς μαγκιπείοις ἄτοπα κατὰ τῶν ἐμπιπτόντων ξένων καὶ ἐγκλειομένων ἕως γήρως ἐν τοῖς μυλῶσιν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν τῶν μοιχευομένων γυναικῶν ὕβριν, ἐν τοῖς πορνείοις μὴ συγχωρήσας ταύτας ἔτι συγκλείεσθαι, καὶ διὰ κώδωνος τὴν πρᾶξιν ἐλέγχεσθαι.* Plurima porro beneficia Romanis contulit Theodosius; eam quoque rescidit consuetudinem, qua pleraque praeter fas et aequum in peregrinos pistrinariis fortuito occursantes et in eorum potestatem lapsos committebantur, ubi pistrinis clausi et ad extremam usque senectutem detenti molas circumagere cogebantur. Adulterarum insuper mulierum infamiam compescuit, nec ulterius prostibulis custodiri et tintinnabuli sonitu facinora earum publicari praecepit. *Theophanes p.* 115. Rem late narrat Nicephor. Call. 12, 22. — * *Ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας συμβάλλω, καὶ Θεοδόσιον τὸν βασιλέα προνοούμενον τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εὐκλείας τε καὶ σεμνότητος, νομοθετῆσαι τὰς γυναῖκας, εἰ μὴ παῖδας ἔχοιεν, καὶ ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γένοιντο, διακονίαν θεοῦ μὴ ἐπιτρέπεσθαι, κατὰ τὸ ἀποστόλου Παύλου ῥητὸν πρόσταγμα.* Hac de causa arbitror Theodosium Imp., quum ecclesiarum honestati et existimationi prospiceret, lege lata cavisse, ne mulieres ad sacrum ministerium admitterentur, nisi liberos haberent, et sexagesimum aetatis annum implessent, iuxta expressum mandatum apostoli Pauli. *Sozomenus* 7, 16. Cf. Socrates 5, 19; Cod. Theod. 16, 2, 27. — *Τῷ ιε' καὶ ις' ἔτει αὐτοῦ Θεοδόσιος νόμον γράφει γυναῖκα εἰς διακόνισσαν μὴ προβαίνειν, εἰ μὴ ὑπερβῇ τὰ ξ' ἔτη.* Anno sui imperii XV. et XVI. Theodosius legem tulit, ne qua mulier ad diaconissae munus reciperetur, nisi annum LX. egressa. *Cedreni Hist. p.* 570 et *iisdem verbis Theophanes p.* 112.

Ante annum 391.

Ius summum facultate et copia commodandi, non securitate peccandi experiris. Unum tibi praestitit principatus, ut certum haberemus omnes, etiam sub Imperatoribus aliis vixisse te legibus tuis. *Pacatus Panegyr. Theodos. M. dict.* 12. — Alienis vitiis corrigendis curam adiecisti. *Pacatus l. c.* 13. — Impendia palatina minuendo, nec solum abundantem recidendo sumtum, sed vix necessarium usurpando dimensum, emendasti volentes. *Pacatus l. c.* 13. —

1145. p. C. n. 392. FL. ARCADIO AUG. II. ET RUFINO COSS.

Crispinus episcopus vester exhibitus decem libras auri, quam mulctam in omnes haereticos Imperator maior Theodosius constituerat, intercedente Possidio non est compulsus exsolvere.

Augustinus contra Cresconium 3, 47. Cf. Augustinus in Ep. 50 ad Bonifacium et in Ep. 68 ad Ianuarium; Conc. Carthag. a. 404 c. 93; Epist. 4 ad Donatistas; Posidonius in Vita Augustini 12; Cod. Theod. 16, 5, 21.

1145—1148. p. C. n. 392—395.

* *Impp. Arcadius et Honorius AA. … PU.* Nuper quidem huiusmodi praecesserat sanctio principalis, ut theatralis per praetores facienda depensio in aquaeductus fabricam verteretur. *L.* 29 *Cod. Theod. de Praetor.* 6, 4. — *Impp. Arcadius et Honorius AA. Heracliano Correct. Paphlagoniae.* Solennes paganorum superstitionis dies inter feriatos non haberi olim lege reminiscimur imperasse. *L.* 22 *Cod. Theod. de Feriis* 2, 8. — *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Remistheo Duci Armeniae.* Repetita lege sancimus, ne experientiae tuae post hoc prorsus sit licentia aut evectiones facere, aut sine evectionibus nostris facultatem cursus publici vindicare. *L.* 57 *Cod. Theod. de Cursu publ.* 8, 5. — * *Impp. Arcadius et Honorius AA. Simplicio Proconsuli Asiae.* Officium Hellesponti consularis aeternae recordationis patrem serenitatis nostrae adiit … cuius allegationes humanae proclivius pium principem commoverunt. *L.* 5 *Cod. Theod. de Offic. proc.* 1, 12.

1146. p. C. n. 393. FL. THEODOSIO A. III. ET ABUNDANTIO COSS.

Καὶ ταῦτα λέγοντος Ἀμβροσίου ἀφῆκεν ὁ βασιλεὺς τὸ ἐπιτίμιον, νόμον ἐκθέμενος μὴ ἔχειν Ἰουδαίους ἐν Βυζαντίῳ συναγωγὴν μήτε τολμᾷν δημοσίᾳ προσεύχεσθαι. ἐν τούτοις ἥ τε τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε, καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἴνδικτοι, ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιε´ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. καλεῖται δὲ ἰνδικτιὼν, τουτέστιν ἰνακτιὼν, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. His Ambrosii verbis motus Imperator Christianis mulctam (propter ignem synagogae iniectum) remisit legemque tulit, ne Iudaei Byzantii synagogam haberent neve in publico preces facerent. Tum Olympiorum desiit festivitas, quarti cuiusque anni exitu solita celebrari, instituta eo tempore, quo Manasses Iuda rex fuit, et usque ad imperium Theodosii perducta; coeperuntque numerari indictiones, quarum principium in XV. annum imperii Augusti. Nomen habet indictio ab Actiaca victoria. *Cedrenus p.* 572 *sq.* — Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, ubi quoque fratrem eius Arcadium Caesarem fecerat, principem constituit VII. ab urbe miliario. *Prosper.* — Honorium pater suus Caesarem fecit, id est, septimo ab urbe regia miliario. *Marcellinus.* Cf. a. 389. Zosimus 4, 59. — *Ὁ τῆς πόλεως δῆμος … πῦρ ἐνίησι νυκτὸς τῇ συναγωγῇ καὶ ταύτην ἐμπίπρησι. γράφει οὖν τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ περὶ τούτου ὁ ἔπαρχος. κἀκεῖνος ἐπιτιμᾷ τοῖς τολμήσασι τὸν ἐμπρησμὸν τῆς συναγωγῆς ἔκτισιν τῶν ἀναλωμάτων τῶν εἰς αὐτήν· καὶ ἐφίησιν αὖθις κτισθῆναι αὐτήν.* Urbana multitudo … synagogam igne iniecto cremat. Praefectus rem ad Imperatorem perscribit, qui eam audaciae poenam statuit, ut sumtus synagogae persolverent, eamque Iudaeis instaurare liceret. *Zonaras* 13, 18. — Relatum est a comite Orientis militarium partium, incensam esse synagogam idque auctore factum episcopo. Iussisti vindicari in ceteros, synagogam ab ipso aedificari episcopo. *Ambrosii Epist.* 29 *s.* 17 *ed. Paris.* Cf. Cod. Theod. 16, 8, 9. — *Συναγωγὴν ἐντὸς τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων τοὺς Ἰουδαίους ἔχειν ἀπείρηκε.* Iudaeos intra urbem regiam (Byzantium) habere synagogam vetuit. *Zonaras.* — In quinto decimo anno regni Imperatoris Theodosii praecepit ille suis missis provincias orbis terrarum in longitudinem et latitudinem mensurari … Hoc opus egregium, quo mundi summa tenetur, Aequora, quo montes, fluvii, freta, portus et urbes | signantur: cunctis ut sit cognoscere promtum, | quicquid ubique latet, clemens genus, inclita proles. | Ac per saecla, pius totus, quem vix capit orbis, | Theodosius princeps venerando iussit ab ore | confici. *Dicuili Liber de Mensura Orbis Terrae ed. Walckenaer p.* 3 *et* 12.

1147. p. C. n. 394. FL. ARCADIO A. III. FL. HONORIO A. II. COSS.

Καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐγκαταλέγουσιν, οὔτι ἔσχατον, ὡς ὁ στρατιωτικὸς ἐθέλει νόμος, ἐς δέ τινα βαθμὸν ἄρτι τετελευτηκότος ἀνδρός. Et in suum numerum cooptarunt (Marcianum), non tamen postremo loco, ut militaris lex postulat, sed in quodam gradu militis recens defuncti. *Evagrius Hist.* 2, 1. Cf. Cod. Theod. 7, 1, 14. — *Ἐξότε Θεοδόσιος πρῶτος, τῆς τῶν οἰκείων παίδων ῥᾳστώνης προνοούμενος, νόμῳ δὲ τὴν ἀνδρίαν ἐχαλίνωσε, κωλύσας δι᾽ ἐκείνους τὴν βασιλέως Ῥωμαίων ἐπὶ πολέμους ὁρμήν· τὸ λοιπὸν τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰ τῶν πολέμων, τῷ δὲ μαγίστρῳ διοικεῖν τὰ τοῦ παλατίου γέγονε χώρα.* Ex quo Theodosius primus, filiorum suorum ignaviae prospiciens, lege frenum virtuti iniecit, Imperatorem Romanum in bella ire per eos prohibens; deinceps quae ad bellum pertinent, ducum, quae ad palatium, magistri provincia fuere. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 11; 3, 41. — *Ὁ βασιλεὺς τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ Ἀρκαδίῳ καὶ Ὀνωρίῳ τὴν βασιλείαν διένειμε, καὶ τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ τὴν οἰκείαν ἔδωκεν ἡγεμονίαν, τῷ νεωτέρῳ δὲ τῆς Εὐρώπης τὰ σκῆπτρα.* Imperium inter filios Arcadium et Honorium divisit (Theodosius), ita ut maior Constantinopolitanum imperium, alter Europae sceptra gereret. *Cedreni Hist. p.* 563. — *Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη καὶ Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς καὶ προσέτι γε Λιβύην ἅπασαν Ὀνωρίῳ τῷ παιδὶ παραδοὺς … ἐτελεύτησε νόσῳ.* Ceterum Theodosius Imperator, Italiae populis et Hispanis et Celtis et universa praeter haec Africa Honorio filio suo traditis … morbo vitam finivit. *Zosimus* 4, 59. — *Ἀνηγόρευσε τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ βασιλεῖς … τῷ μὲν Ἀρκαδίῳ τὴν νέαν ἀπονείμας Ῥώμην, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν καὶ τὸ ἑῷον τμῆμα, τῷ Ὀνωρίῳ δὲ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην προσκληρώσας, καὶ τὰ ἑσπέρια ὁπόσα Ῥωμαίοις ἦσαν ὑπήκοα.* Duos filios suos Imperatores appellavit … Arcadio nova Roma attributa est cum finitimis regionibus et orientali parte: Honorio Roma vetere ceterisque occidentalibus provinciis assignatis. *Zonaras* 13, 19.

1148. p. C. n. 395. S. ANICIO HERMOGENIANO OLYBRIO S. ANICIO PROBINO COSS.

Ἔλεγεν (ὁ Στελιχὼν), ἐπιτετράφθαι παρὰ Θεοδοσίου τελευτᾷν μέλλοντος, τὰ κατ᾽ ἄμφω τοὺς βασιλέας ἔχειν ἐν πάσῃ φροντίδι. (Stelicho) dicebat, ab Theodosio morituro sibi datum in mandatis, ut omni cura principem utrumque complecteretur. *Zosimus* 5, 4.

Incert. ann.

Ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος … τὰς μὲν προεστώσας ἀρχὰς συνετάραξε, τοὺς δὲ τῶν στρατιωτικῶν ἡγουμένους, πλείονας ἢ πρότερον εἰργάσατο. ἑνὸς γὰρ ὄντος ἱππάρχου καὶ ἐπὶ τῶν πεζῶν ἑνὸς τεταγμένου, πλείοσιν ἢ πέντε ταύτας διένειμε τὰς ἀρχάς. τούτῳ τε καὶ τὸ δημόσιον σιτήσεσιν ἐβάρυνε πλείοσιν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰλάρχας καὶ λοχαγοὺς καὶ ταξιάρχους εἰς πλῆθος ἤγαγε τοσοῦτον, ὥστε διπλασίους ἢ πρότερον εἶχε, λελεῖφθαι, τοὺς δὲ στρατιώτας, τῶν ἐκ τοῦ δημοσίου δεδομένων αὐτοῖς, ἔχειν οὐδέν. τοσαύτην δὲ ἐπεισήγαγε τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ δαπάνην, ὥστε διὰ πλῆθος τῶν ἐδεσμάτων καὶ τῆς περὶ ταῦτα πολυτελείας, τάγματα πολυάνθρωπα καταστῆναι μαγείρων τε καὶ οἰνοχόων καὶ τῶν ἄλλων· οὓς εἴ τις ἐξαριθμήσασθαι βουληθείη, συγγραφῆς αὐτῷ πολυστίχου δεήσει· ἐφίστη τοὺς τῶν δημοσίων πράκτορας φόρων, εἰσπράξοντας τὸ τελούμενον εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν. Imperator Theodosius … officia praepositorum reipublicae magistratuum conturbavit; et rerum militarium duces, numero plures, quam antea fuissent, instituit. Quippe quum unus esset equitum magister, et unus itidem peditum praefectus: pluribus, quam quinque, magistratus hosce distribuit; et hoc ipso fiscum pluribus annonis gravavit. Nec his contentus, etiam praefectos alarum, turmarumque duces et tribunos tantopere adauxit, uti duplo plures, quam prius essent, post se reliquerit; et milites interim nihil eorum, quae ipsis ex fisco praebebantur, acciperent. Tanti vero sumtus in mensam Imperatoris erogandi primus auctor exstitit, ut propter ciborum multitudinem et in his apparandis lautitiem, populosae coquorum et pocillatorum et aliorum cohortes instituerentur: quas si quis enumerare voluerit, prolixae scriptionis indigebit: publicorum tributorum

exactores instituit, qui omnino rigide pensiones tributorias exigerent. *Zosimus* 4, 27, 28. — *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἀπεμέρισε καὶ τὴν Φοινίκην Λιβανησίαν ἀπὸ τῆς παράλου καὶ ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαια μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα ὀρδινάριον Ἐμέζῃ τῇ πόλει. ὁ αὐτὸς δὲ βασιλεὺς καὶ τὸν Πόντον μερίσας ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἥντινα ἐκάλεσεν Αἱμίμοντον.* Idem Imperator Phoeniciam Libanesiam a maritimo dirimens, provinciam fecit; iure metropolitico et praefecto ordinario Emessae urbi concessis. Idem etiam Pontum dividens, provinciam fecit, quam Haemimontum vocavit. *Malalas* 13, *p.* 345. — *Ἰουλιανοῦ χαραγὰς Θεοδόσιος ὁ μέγας ἠμαύρωσε ... καὶ δόγμα προέθηκεν, ὅτι ὅπου ἐὰν εὑρεθῇ ἐν χαραγαῖς νουμίων τὸ τοιοῦτον ὑπόδειγμα, καὶ μὴ τῷ δημοσίῳ καταμηνυθῇ, δημευθεὶς ὁ τοιοῦτος ἐξόριστος Κωνσταντινουπόλεως γένηται.* Iuliani monetam Theodosius M. abrogavit (* ann. 389) ... edictoque iussit: si quis unquam huiusmodi figurae obsignatos numos repererit, nec publice denuntiaverit, is proscriptis bonis, extra Constantinopolim exsulatum mitteretur. *Incerti Auctor. Breves Enarrat. Chronogr. p.* 176 *sq.* — *Καὶ ἐκέλευσεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Θεοδόσιος περιτειχισθῆναι καὶ τὰ ἔξω τῆς πόλεως (Ἀντιοχείας) ὄντα οἰκήματα.* Imperator iussit, uti aedificia etiam, quae extra urbem (Antiochiam) posita erant, muro cingerentur. *Malalas* 13, *p.* 346. — *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐμέρισε τὴν νέαν Ἤπειρον ἀπὸ τῆς παλαιᾶς καὶ ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαιον πόλεως καὶ ἄρχοντα Δυῤῥαχίῳ πόλει· ὁμοίως δὲ καὶ δευτέραν Παλαιστίνην ἐμέρισεν ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ ἐποίησεν ἄρχοντα, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα τῇ λεγομένῃ Σκυθῶν πόλει.* Idem Theodosius Imperator novam a veteri dirimens Epirum, provinciam fecit, iure metropolitico et praefecto urbi Dyrrhachio concessis. Similiter etiam Palaestinam secundam a prima seiungens, provinciam fecit, metropolis iure et praefecto Scythopoli datis. *Malalas* 13, *p.* 347. — *Καὶ τὴν δευτέραν Γαλατίαν ἀπὸ τῆς πρώτης μερίσας ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαιον πόλεως καὶ ἄρχοντα Πισινοῦντι τῇ πόλει.* Galatiam quoque secundam a prima dirimens provinciam fecit; metropolis iure et praefecto Pessinunti concessis. *Malalas* 13, *p.* 348. — Prohibuit (Theodosius) lege ministeria lasciva psaltriasque commessationibus adhiberi ... Annonae curam sollicitius attendere, et auri argentique grande pondus sublati, atque expensi a tyranno, multis e suo restituere; quum benigni principum, et quidem vix fundos solerent nudos, ac deformata praedia concedere. *Aurel. Vict. Epit.* 48. — *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Cynegio PO.* Nullus numerum amplius, quam singulas vel binas angarias secundum prius nostrae praeceptum serenitatis usurpet. *L.* 45 *Cod. Theod. de Cursu publ.* 8, 5. — *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eunoio Proconsuli Africae.* Africani sacerdotales Carthagini restitui, ibique arbitratu suo agere cum favorabili editione placuit. Quod facientes, divi patris nostri beneficium renovamus. *L.* 145 *Cod. Theod. de Decur.* 12, 1. — * *Iidem AA. Clearcho PU.* Inclitae recordationis pater clementiae nostrae post solitum canonem, qui urbi augustissimi nominis praebetur, certum annonarum modum de novo canone addendum esse constituit. *L.* 14 *Cod. Theod. de Ann. civ.* 14, 17. — *Impp. Arcadius et Honorius AA. Osio Magistro Offic.* Agentes in rebus, quos divae memoriae pater noster, petitionem secutus, unius gradus dicitur adiectione cumulasse. *L.* 7 *Cod. Theod. de Agentibus in rebus* 6, 27. — * *Iidem AA. Caesario PO.* Qui in sacro mansuetudinis nostrae palatio militarint, si coetui senatus consortioque fuerint sociati, iuxta latam dudum legem glebalem tantum sustineant functionem. *L.* 14 *Cod. Theod. de Senat.* 6, 2. — *Impp. Honorius et Theodoosius AA. Urso PU.* Ita enim debet canon ab inclytae memoriae Constantino praestitus, nec non a divo pietatis meae avo Theodosio auctus expendi. *L.* 1 *Cod. Iust. de Frumento urb. Const.* 11, 23.

IMPP. HONORIUS, ARCADIUS AA.

Arcadius et Honorius germani utrumque imperium divisis tantum sedibus tenere coeperunt. *Marcellin.* — *Τὰ δεδογμένα τοῖς πρὶν βασιλεῦσιν ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν, προθυμότερον βέβαια ἐφυλάττοντο, καὶ δωρεὰς ἰδίας προσετίθεσαν.* Ea, quae a superioribus principibus pro ecclesiarum utilitate decreta fuerant, propensiore animo confirmarunt et propria ipsi dona ac beneficia adiecerunt. *Sozomenus* 8, 1. Cf. Cod. Theod. 16, 2, 29. — *Τοιγαροῦν τὰ ὁπωσοῦν παρὰ τοῖς ὑπάρχοις πραττόμενα μόνος διέταττεν ὁ κορνικουλάριος, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν πόρους εἰς οἰκείαν ἀπεφέρετο παραψυχήν· καὶ τοῦτο, ἀπὸ Δομετιανοῦ ἕως τοῦ καθ' ἡμᾶς Θεοδοσίου κρατοῦν, ἠμείφθη διὰ τὴν Ῥουφίνου τυραννίδα. νόμον γὰρ ἔθετο ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος, τὸ τῆς ἀρχῆς δυνατὸν δεδιττόμενος, ὥστε τὸν πρίγκιπα τῆς τάξεως τοῦ μαγίστρου, παριόντα (ἐπὶ?) τὰ μέγιστα δικαστήρια, περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν τὴν δύναμιν τῶν πραττομένων ἐν αὐτοῖς, καὶ οὕτινος χάριν γίνοιντο τὰ τοῦ δρόμου συνθήματα, εὑρίσκειν.* Igitur quae quomodocunque apud praefectos praetorii agebantur, solus cornicularius regebat, ex iisque reditus in suum solatium ferebat: quod quum a Domitiano usque ad Theodosium nostrum obtinuisset, Rufini tyrannide mutatum est. Legem enim tulit Imperator Arcadius, magistratus potentiam metuens, ut princeps apparitorum magistri, maxima iudicia obiens, diligenter curioseque vim in iis agendorum inquireret et quare cursus synthemata fierent, cognosceret. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 23. Cf. Cod. Theod. 6, 29, 8. — * *Αὐτίκα μὲν ὁ βασιλεὺς τῆς ἐκ τῶν ὅπλων ἰσχύος ἀφαιρεῖται τὴν ἀρχήν, εἶτα τῆς τῶν λεγομένων φαβρικῶν, οἱονεὶ ὁπλοποιϊῶν, φροντίδος, τῆς τε τοῦ δημοσίου δρόμου, καὶ πάσης ἑτέρας, δι' ὧν τὸ λεγόμενον συνέστη μαγιστέριον. ὡς δὲ δύσεργον ἦν ἀποτρέφειν μὲν τὸν ὕπαρχον ἀνὰ τὰς ἐπαρχίας τοὺς δημοσίους ἵππους καὶ τοὺς αὐτοῖς ἐφεστῶτας, ἑτέρους δὲ κεκτῆσθαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἐξουσίαν τε καὶ διοίκησιν· νόμος ἐτέθη θεσπίζων, ἀντέχεσθαι μὲν τὸν ὕπαρχον τῆς τοῦ δημοσίου δρόμου φροντίδος· τὸν πρῶτον μὲν τῶν φρουμενταρίων ... παρεῖναι διὰ παντὸς τῷ δικαστηρίῳ τοῦ τῶν πραιτωρίων ὑπάρχου, καὶ πολυπραγμονεῖν, καὶ τὰς αἰτίας ἐξερευνᾶν, ὧν ἕνεκα πολλοί, πορίζόμενοι παρὰ τῆς ἀρχῆς τὰ λεγόμενα συνθήματα, τῷ δημοσίῳ κέχρηνται δρόμῳ ... προσεπιγράφοντος τοῖς ἐπὶ τῶν δρόμων συνθήμασι καὶ τοῦ λεγομένου μαγίστρου. ὅτι δὲ οὕτως, αὐτῆς δυνατὸν ἀκοῦσαι τῆς διατάξεως, ἐν μὲν τῷ πάλαι Θεοδοσιανῷ κειμένης, ἐν δὲ τῷ νεαρῷ παρορθείσης.* Imperator (Arcadius) continuo potentiam ab armis magistratui adimit; deinde fabricarum, id est armorum conficiendorum, nec non cursus publici curam, et ceteras omnes, e quibus magisterium quod vocant, conflatum est. Quum autem incommodum esset, praefectum praetorio equos publicos iisque praepositos in provinciis sustentare, aliorum vero sub potestate eos administrationeque esse, lex data est, ut cursus publici curam praefectus praetorio retineret quidem; primus tamen frumentariorum ... in auditorio eius semper adesset, et cuncta curiose investigaret, causasque inquireret, cur multi, impetratis a praefecto praetorio synthematis, cursu publico utantur ... utque synthemata ad cursum et magister, quem vocant, isque primus subscriberet. Quod ita esse, ipsa constitutio docet, in vetere Codice Theodosiano exstans, in novo autem praetermissa. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 10; 3, 40. Cf. Cod. Theod. 8, 5, 56.

1148—1153. p. C. n. 395—400.

Νόμος πρὸς Ἀρκαδίου τίθεται, θεσπίζων, ἰδιάζον καὶ πάντῃ κεχωρισμένον σύστημα τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀνδρῶν, ἤδη πρότερον ἐν τῷ βοηθεῖν διαφαινομένων, συστῆσαι τὴν ἐπαρχότητα πρὸς ὑπηρεσίαν ἑαυτῇ. Lex ab Arcadio lata, sanciens, ut peculiare ac prorsus separatum collegium triginta numero virorum, qui iam antea inter adiutores eminuissent, praefectura ministerium sibi constitueret. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 10. — *Οὕτως οὖν ὥσπερ δι' ὑποβάθρων τινῶν καταφερομένης τῆς ἀρχῆς, τοὺς μὲν στρατιωτικοὺς καταλόγους ἔταξεν ἡ βασιλεία ὑπὸ τοῖς τότε καλουμένοις κόμησιν ἢ στρατηγοῖς, τὰς δὲ ἐν τῷ παλατίῳ τάξεις ὑπὸ τῷ πρωτεύοντι τῶν δυνάμεων τῆς αὐλῆς.* Sic igitur tanquam per gradus labente magistratu, militaribus catalogis Imperator, quos comites tum vocabant, sive duces, officiis autem palatii principem aulicarum copiarum praefecit. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 11.

1149. p. C. n. 396. FL. ARCADIO A. IV. FL. HONORIO A. III. COSS.

Imp. Iustinianus A. Mennae PO. Onus collationis constitutione Arcadii et Honorii divae memoriae sibi impositum. *L.* 19 *Cod. Iust. de Collat.* 6, 20. Cf. Cod. Theod. 5, 1, 5 et 4, 2, 1.

1150. p. C. n. 397. CAESARIO ET ATTICO COSS.

* *Ἐτύπωσεν ὁ πρίγκιψ, μίαν χρυσίου λίτραν καθ᾽ ἕκαστον μῆνα προσφέρειν τῷ κορνικουλαρίῳ, μετὰ τὸ πᾶσι τοῖς ἐκ τάξεως, κατὰ συνήθειαν λαμβάνουσι μίαν τινὰ τῶν πόρων, ἀμελλητὶ διδόναι τὰ εἰωθότα.* Constituit princeps, ut unam auri libram singulis mensibus corniculario ferret, utque insuper cuivis apparitorum, ex consuetudine partem aliquam redituum sortienti, solita continuo daret. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 24. — * *Impp. Arcadius et Honorius AA. Apollodoro Proconsuli Africae.* Ut profanos ritus iam salubri lege summovimus, ita festos conventus civium et communem omnium laetitiam non patimur summoveri. *L.* 17 *Cod. Theod. de Paganis* 16, 10. — * Sacrum edictum de conventu populi. *Symmach.* 10, 41. — *Τὰς ἐν Ῥώμῃ μονομαχίας διέλυεν, αἰτίας τοιᾶσδε γεγενημένης.* Singula certamina et gladiatorum ludos sustulit. *Nicephor. Call.* 13, 1. — *Εὐτρόπιος ἐν μὲν τῇ Κωνσταντινουπόλει παντάπασιν ἔχων οὐδένα τὸν ἀντιβλέπειν τολμῶντα, μόνον δὲ Στελίχωνα τὸν (τῶν?) κατὰ τὴν ἑσπέραν κυριεύοντα πραγμάτων, κατὰ νοῦν ἔχων, ἀνελεῖν αὐτῷ διενοεῖτο τὴν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἄφιξιν. ἀναπείθει δὴ τὸν βασιλέα, τέως συναγαγόντα τὴν γερουσίαν, κοινῷ δόγματι, τῆς βασιλείας πολέμιον αὐτὸν προσειπεῖν. οὗ δὴ γενομένου Γίλδωνα (Γιάδωνα?) παραχρῆμα πάσης ἔχοντα τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης τὴν ἡγεμονίαν οἰκειωσάμενος, ἀφίστησι διὰ τούτου τὴν χώραν τῆς Ὁνωρίου βασιλείας, καὶ τῇ Ἀρκαδίου προστίθησιν.* Quum iam neminem Constantinopoli prorsus haberet Eutropius, qui eum vel obtueri auderet, solum Stilichonem, arbitratu suo res Occidentis tractantem, animo versans, quominus ille Constantinopolim accederet, aditum ei praecludere cogitat. Quare principi persuadet, ut convocato senatu, Stilichonem hostem imperii, decreto publico, declararet. Quo facto mox sibi Gildonem, totius ad Carthaginem pertinentis Africae ducem, adiungit, et eius opera provinciam Honorii principis imperio subtractam, Arcadianae ditioni adiicit. *Zosimus* 5, 11.

1150—1157. p. C. n. 397—404.

Fl. Peregrino Saturnino a primis adulescentiae suae annis pace belloque in republica desudanti post iuges excubias militiae Tribuno militum, Comiti ordinis primi, moderanti inlustrem sacrii patrimonii comitivam, secundo urbi Praefecto, cui ob testimonium morum integritatis adquae iustitiae singularis inlustris urbanae praefecturae geminam dignitatem sacro iudicio aeterni Principes detulerunt meritorumque insignium contemplatione ad posteritatis memoriam decorandam statuam sub auro fulgentem in foro divi Traiani erigi conlocarique iusserunt. *Orell. Inscr.* 3161.

1151. p. C. n. 398. FL. HONORIO A. IV. ET EUTYCHIANO COSS.

Εὐτροπίου (ἀρχιευνούχου) σπουδῇ τίθεται νόμος προστάττων, μηδαμῇ μηδένα εἰς ἐκκλησίαν καταφυγεῖν, ἐξελαύνεσθαί τε καὶ τοὺς ἤδη προσπεφευγότας. Eutropius (praepositus Imperatoris cubiculariis) legem ferri curavit, qua vetabatur, ne quisquam ad ecclesiam confugeret: et qui iam confugissent, expelli iubebantur. *Sozomenus* 8, 7. Cf. Chrysostomus Homil. in Eutropium ed. Bened. T. 3, p. 383, n. 3; Socrates 6, 5; Prosper de Praed. P. 3, 38. Cf. Philostorgius 11, 6; Cod. Theod. 9, 45, 3. — *Καί ποτε καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πεφευγότας συλλαμβάνειν βουλόμενος προὔθηκεν ἐπιτρέπων τούτους ἐκ τῶν θυσιαστηρίων ἀφέλκεσθαι. καὶ ὁ μὲν νόμος ἐγέγραπτο.* Denique quum eos etiam, qui ad ecclesias confugerent, comprehendere vellet, legem proponi curavit, ut eos ipsos ab altaribus abstrahi liceret. Itaque lex ipsa publice proposita est. *Suidas v. Εὐτρόπιος.* — Septem vero post diebus pronuntiatur edictum Imperatoris, ut clauderentur simulacra Gazaeorum civitatis et ne consulerentur amplius. Traditur autem hoc iussum in manus cuiusdam Hilarii, hominis coadiutoris magistri officiorum. *Ex Porphyrio ap. Baron. ad a.* 398, *n.* 108.— Impia continui cessant augmenta tributi. *Claudianus de IV. Consulatu Honorii v.* 496. — Te fastos ineunte quater solennia ludit | Omina libertas. Deductum vindice morem | Lex celebrat, famulusque iugo laxatus herili | Ducitur et grato remeat securior ictu. *Claudian. l. c. v.* 611 *sqq.*

1152. p. C. n. 399. FL. MANLIO (?MALLIO) THEODORO ET EUTROPIO COSS.

(Dynamium) dignum esse praedico, qui nostro ordini (senatorio) copuletur. Sed adiicienda est ei praerogativa militiae, ut beneficio allectionis utatur. His quippe tantum munia relaxari divalia constituta voluerunt, quos castrensis honor illuminat. Si igitur et hoc insigne detuleris, quod annonarum et evectionum cumulet adiectio, prono cursu in consulares legetur. *Symmach. Epist.* 7, 96. — * Claudius Iulius Eclesius Dynamius V. C. et inl. urbis Praefectus P. Amore patriae compulsi ne quid diligentiae deesse videatur studio nostro adici vovimus ut omnium molendinariorum fraudes amputentur, quas subinde venerabili populo atque universitati fieri suggerentibus nobis agnovimus, et ideo stateras fieri praecipimus, quas in Ianiculo constitui nostra praecepit auctoritas. Unde hoc programmate universitatem nosse decernimus, frumenta, quum ad haec loca conterenda detulerint, ut consueta fraudibus licentia possit amoveri, primo pensare non differant; deinde postquam fregerint, propter fidem integrae observationis adhibitis iisdem ponderibus agnoscant, nihil sibi abstulisse licentiam fraudatorum. Accipere autem secundum constitutum breve molendinarios tam in Ianiculo quam per diversa praecipimus per modium unum numos tres, ita quod, si quis eorum illicita praesumptione farinam crediderit postulandam, deprehensus et multae subiaceat et fustuario supplicio se noverit esse subdendum. Illud autem humanitas nostra propter corporatorum levamen adiicit, ut si qui voluntate propria, non compulsus sed donandi animo farinam offerre voluerit, habeat qui accipit liberam facultatem. *Inscr. Lapid. Dynamii PU. Edictum ap. Zell. p.* 335 *sq.* — * *(Ἰωάννης ἐπίσκοπος) ἀσκητὰς, νόμοις αὐτοὺς ὁπλίσας βασιλικοῖς, κατὰ τῶν εἰδωλικῶν ἐξέπεμψε τεμένων.* (Ioannes episcopus) monachos imperatoriis armatos edictis adversus idolorum delubra (in Phoenicia) immisit. *Theodoret.* 5, 29. — His Coss. templa gentilium demolita sunt Ioviano et Gaudentio comitibus. *Descript. Cons.* — Consule Manlio Theodoro Carthagine Africae Gaudentius et Iovius comites Imperatoris Honorii XIV. Kal. April. falsorum deorum templa everterunt. *Augustinus de Civit. Dei* 18, 54. — * *Ποιεῖ δὲ καὶ ἴδιον ἀριθμὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, οὓς ἐκάλεσεν Ἀρκαδικούς.* Etiam peculiarem numerum Constantinopoli instituit, quos Arcadianos appellavit. *Cedrenus p.* 574. — *Ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἡ Ἀρκαδιανὴ παρὰ Ἀρκαδίου ἐκτίσθη, ἐπιλεξαμένου καὶ ἐκ τῶν πολιτῶν χιλιάδας ἓξ εἰς ὀψίκιον εἰς τὰ πρόκενσα αὐτοῦ. ἐκάλεσε δὲ αὐτοὺς Ἀρκαδιανούς.* Ecclesia S. Ioannis, cognomento Arcadiana, condita fuit ab Arcadio, qui sex millia civium sibi ad processionis obsequium elegit, eosque vocavit Arcadianos. *Codinus de Aedificiis Constant. p.* 79. — *Imp. Valentinianus A. Firmino PO. et Patricio.* Constat episcopos et presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis causis, secundum Arcadii et Honorii divalia constituta, quae Theodosianum corpus ostendit, praeter religionem, posse cognoscere. *Nov. Valent. Tit.* 34 *de Episcop. iudicio.* Cf. Cod. Theod. 16, 11, 1. — *Ἀρκάδιος ἐποίησε καὶ ἴδιον ἀριθμὸν, οὓς ἐκάλεσεν Ἀρκαδιακούς.* Arcadius agmen quoque proprium instituit, quod et Arcadiacum vocavit. *Malalas* 13, *p.* 349. — *Ἀρκάδιος ἐν τῇ Θράκῃ πόλιν οἰκοδομήσας, Ἀρκαδιούπολιν αὐτὴν ἐπωνόμασε.* Arcadius urbem aedificavit in Thracia, quam Arcadiopolim nominavit. *Zonaras* 13, 20 et *Ioel p.* 40. *Leo Gramm. p.* 105. — *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἔκλεισε τὸ ἱερὸν τοῦ Σεράπιδος Ἡλίου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ μεγάλῃ.* Hic (Honorius) fanum Serapidis Solis, quod Alexandriae magnae fuit, occludi iussit. *Malalas* 13, *p.* 349. Cf. a. 389.

1153. p. C. n. 400. FL. STILICHONE ET AURELIANO COSS.

Μὴ, δέομαι, μὴ γένοιτο τῶν Ἀνθεμίου τοῦ μεγάλου καιρῶν ἐπαρχίαν Ῥωμαϊκὴν ἐκ μέσης ἀνῃρῆσθαι τῆς διοικήσεως· εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, εἰπὲ πρὸς τῶν λόγων· οὐ σὺ καταπεμφθῆναι τὸν νόμον γέγονας αἴτιος, ἐπὶ τοῖς πάλαι τὸν πρόσφατον, ὃς ἀνατείνεται πολλὰ καὶ χαλεπὰ τοῖς μνηστεύουσι τὴν τῆς ἐνεγκούσης ἀρχὴν, κτλ. Ne, quaeso, ne hoc magni Anthemii temporibus eveniat, ut Romana provincia media ex dioecesi funditus pereat. Dic illi, dic per scientias obtestor: non tu novae supra veterem mittendae legis auctor exstitisti, quae lex multa et acerba minitatur iis, qui patriae suae imperium ambiant, etc. *Synesii Epist.* 73. Cf. Cod. Theod. 1, 35, 1.

Ante ann. 1157, p. C. n. 404.

Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Trifolio PO. In defendendis decurialibus, quos binos esse ex singulis quibusque urbibus omnium provinciarum veneranda decrevit antiquitas, id observare debebis, quod vel priscorum constitutis vel nostris intelligis sanctionibus definitum. *L.* 3 *Cod. Theod. de Decur. urb. Rom.* 14, 1.

IMPPP. ARCADIUS, HONORIUS ET THEODOSIUS II. AAA.

1157. p. C. n. 404. FL. HONORIO A. VI. ET ARISTAENETO COSS.

* *Augg. et Caess. Basso.* Valentinus perfidiam et maxime queritur, quia de illo a tutore processit, a quo aliquid in fortunas suas perniciosissimum proficisci minime omnium decebat. Exsuperantius vir clarissimus si tantum avunculus Valentino esset, nequaquam in Valentinum peccare deberet, qui non ...... *Vat. Fr.* 36. Cf. Cod. Theod. 14, 1, 4. — *Νόμος ἐτέθη τοὺς ὀρθῶς δοξάζοντας ἐκτὸς τῶν ἐκκλησιῶν μὴ συνιέναι· τοὺς δὲ μὴ κοινωνοῦντας αὐτοῖς ἐλαύνεσθαι.* Lata lex est, ne orthodoxi extra ecclesias convenirent, utque ii, qui cum supradictis (Arsacio, Porphyrio, Theophilo) non communicarent, expellerentur. *Sozomenus* 8, 24. — Si quis non communicat Theophilo, Arsacio et Porphyrio, hic episcopatu quidem arceatur: simul etiam amittat, si quam videtur habere substantiam pecuniarum sive praediorum. *Palladii Dialog. T. XIII. Oper. Chrysostomi ed. Benedict. p.* 11. Cf. Cod. Theod. 16, 4, 4, 6. — *Τὸ τῶν συκοφαντῶν ὡς οὔπω πρότερον ἐπιπολάσαν, καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν εὐνούχους ἀεὶ περιέπον, εἴπου τις τῶν πλουσίων ἀπέθανεν, ὡς οὐκ ὄντων παίδων ἢ συγγενῶν, ἐμήνυον τὰς οὐσίας· καὶ τοῦ βασιλέως ἐφέρετο γράμματα, τοῦδε τὴν οὐσίαν τῷδε παραδοθῆναι κελεύοντα· καὶ παρεδίδοντο τοῖς ᾐτηκόσιν οἱ κλῆροι, παίδων ἑστώτων καὶ τοὺς πατέρας μετὰ οἰμωγῆς ἀνακαλουμένων.* Quum calumniatorum natio magis quam antehac unquam excrevisset, et eunuchos palatinos perpetuo stiparet; si quis opulentus vita decessisset, eius facultates nuntiabat; quasi nulli liberi vel cognati exstarent. Hinc rescripta principum afferebantur, quibus Titii patrimonium Sempronio dari iubebatur. Simul hereditates illis cedebant, qui oblatis principi precibus eas obtinuerunt: adstantibus interim liberis, et parentes cum gemitu implorantibus. *Zosimus* 5, 24.

1158. p. C. n. 405. FL. STILICHONE II. ET ANTHEMIO COSS.

Τοὺς ἐν ἀξιώμασιν ὄντας, καὶ εἰς τὴν μεγάλην τελοῦντας βουλὴν (ἣν σύγκλητον καλοῦσιν) οὐ θέμις τοιούτοις κέρδεσι καταισχύνεσθαι, ἀλλὰ νόμος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς, ὁ τὰ τοιαῦτα ἀπαγορεύων κέρδη. In dignitatibus constitutis, et in magnum consilium cooptatis, quem senatum vocant, fas non est huiusmodi lucris foedari, sed lex posita est apud ipsos, huiusmodi lucra prohibens. *Chrysostomi Homil. in Matth.* 57. Cf. Cod. Theod. 2, 33, 4.

1158—1167. p. C. n. 405—414.

Sunt et aliae iussiones generales, quibus eis (Donatistis) vel faciendi testamenta vel per donationes aliquid conferendi facultas adimitur, vel ex donationibus aut testamentis accipiendi. *Augustin. Lib.* 1 *contra ep. Parmeniani* 12.

1159. p. C. n. 406. FL. ARCADIO VI. ANICIO PROBO COSS.

Theodosius iun. quinquennalia dedit. *Marcellin p.* 276. Cf. Chron. Pasch. ad a. 415 et p. 237.

1159—1174. p. C. n. 406—421.

Νόμου δὲ ὄντος Ῥωμαίοις, ἥν τινες οὐχ ὑπὸ ταῖς οἰκείαις χερσὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἔχοιεν καὶ τρίβοιτο χρόνος εἰς τριάκοντα ἐνιαυτοὺς ἥκων, τούτοις δὲ οὐκέτι εἶναι κυρίοις ἐπὶ τοὺς βιασαμένους ἰέναι, ἀλλ' ἐς παραγραφὴν αὐτοῖς ἀποκεκρίσθαι τὴν ἐς τὸ δικαστήριον εἴσοδον, νόμον ἔγραψεν ὅπως ὁ τῶν Βανδίλων χρόνος, ὃν ἐν γε τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ διατρίβοιεν, ἐς ταύτην δὴ τὴν τριακοντοῦτιν παραγραφὴν ἥκιστα φέροιτο. Quum autem haec esset Romana lex, si qui sua non possiderent, spatiumque afflueret annorum XXX, illis non esse amplius actionem adversus malae fidei possessores, at praescriptione desiisse ius adeundi ad iudicem, lege cavit Honorius, ne tempus, quo Vandali in Romano imperio commorarentur, ad eam XXX annorum praescriptionem caderet. *Procop. Hist. Bell. Vand.* 1, 3.

1161. p. C. n. 408. BASSO ET PHILIPPO COSS.

Πᾶσι δόξαντος δίκαια λέγειν Στελίχωνος, ἐδόκει τῇ γερουσίᾳ χρυσίου τετρακισχιλίας ὑπὲρ τῆς εἰρήνης Ἀλλαρίχῳ δίδοσθαι λίτρας, τῶν πλειόνων οὐ κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ Στελίχωνος φόβῳ, τοῦτο ψηφισαμένων. Omnibus aequa dicere viso Stelichone, senatui placuit, Alaricho quatuor librarum millia auri pacis nomine solvi; quum plures id senatusconsultum non sponte, sed metu Stelichonis fecissent. *Zosimus* 5, 29.

IMPP. HONORIUS ET THEODOSIUS II. AA.

1162. p. C. n. 409. FL. HONORIO A. VIII. FL. THEODOSIO A. III. COSS.

Cuius potestatis iussione Faventium rapueris, ipse videris; hoc autem scio, quod omnis potestas sub imperio constituta Imperatoris sui legibus servit. Quamvis ergo iam miserim legem, quam quidem et antequam mitterem, ignorare utique non deberes, qua concessum est iis, qui praecipiuntur ab aliqua potestate iudiciis exhiberi, ut ad gesta municipalia perducantur, atque illic interrogentur, utrum velint triginta dies in ea civitate, ubi tenentur, agere sub moderata custodia, ad parandos sibi fructus, vel rem suam, sicut necesse fuerit ordinandam. *Augustini Epist.* 114. — Hoc interim apud apparitorem, qui eum tenet, petitionem meam adiuvare digneris, ut faciat, quod Imperatoris lege praecipitur, ut eum apud acta municipalia interrogari faciat, utrum sibi velit dies triginta concedi, quibus agat sub moderata custodia in ea civitate, in qua detentus est, ut sua ordinet sumtusque provideat. *Augustini Ep.* 113 *ad Cresconium.* — Alio die misi literas, petens, ut ei concederetur, quod iussit in causis talibus Imperator, id est, ut actis municipalibus interrogarentur, qui praecepti fuerint exhibendi, utrum velint in ea civitate sub custodia moderata triginta dies agere, ut rem suam ordinent vel praeparent sumtus ... et quod circa eundem leges non servatae sunt, ut sic raperetur, neque ut ab Imperatore praeceptum est, ad acta municipalia perduceretur interrogandus, beneficium dilationis vellet accipere, non contemnant. *Augustini Epist.* 115. Cf. Cod. Theod. 9, 2, 6. — *Ἐπειδὴ νόμος εἰσήχθη τοῖς οὐκ οὖσι Χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων ... ἕως ὁ βασιλεὺς ... ἔπαυσεν ἐπὶ πᾶσι τὸν*

νόμον ἀποδοὺς ἑκάστῳ, τῆς αὐτοῦ ὄντι δόξης, ἄρχειν τε καὶ στρατεύεσθαι. Lex promulgata fuit, quae in aula cingulo vetaret eos uti, qui Christiani non essent ... donec Imperator ... legem hanc in omnibus irritam esse iussit, concesso cuivis, ut opinionem suam retinens, et magistratu fungeretur et militaret. *Zosimus* 5, 46. — *Ἐκέλευσε (Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς) κατὰ πόλιν εἰς τὰ ἀριστερὰ τῶν ἀρχόντων θεωρεῖν τοὺς Πρασίνους.* Edixit Imperator ubique per imperium, uti Prasini ad sinistram praefectorum sedentes, ludos spectarent. *Malalas* 14, *p.* 352.

1163. p. C. n. 410. FL. VARANE ET TERTULLO COSS.

Imperatores Caesares Flavius Honorius et Theodosius Pii, Felices, Victores ac Triumphatores, Augusti, Flavio Marcellino suo S. Inter imperii nostri maximas curas, catholicae legis reverentia, aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi ut verum dei cultum orbis nostri plebs devota custodiat: ut etiam Donatistas vel terrore vel monitu olim implere convenerat, qui Africam, hoc est regni nostri maximam partem, et saecularibus officiis fideliter servientem, vano errore et dissensione superflua decolorant. Nos tamen, eadem frequentius non piget replicare, quae omnium retro principum devota in deum definivit auctoritas, ne temporibus nostris, si quid forte in iniuriam legis catholicae fuerit generatum, iusto iudicio hoc nobis possit imputare posteritas. Nec sane latet conscientiam nostram sermo coelestis oraculi, quem errori suo posse proficere scaeva Donatistarum interpretatio profitetur, qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitius invitaret, aboleri eum tamen etiam ante iussimus, ne qua superstitionibus praestaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus. Illudque merito profitemur, libenter nos ea, quae statuta fuerant, summovere, ne in divinum cultum nobis se quisquam auctoribus aestimet posse peccare. Et quamvis una sit omnium et manifesta sententia, catholicae legis plenam veritatem recto hominum cultu et coelesti sententia comprobatam, studio pacis et gratiae, venerabilium virorum episcoporum legationem libenter admisimus, quae congregari Donatistas episcopos ad coetum celeberrimae desiderat civitatis, ut electis etiam sacerdotibus, quos pars utraque delegerit, habitis disputationibus, superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses praecipimus explicari, ut conversos animos populorum etiam clementia nostra, sicut desiderat, celerius possit cognoscere. Quod si intra praestitutum tempus studiose Donatistarum episcopi declinaverint convenire, trini edicti vocatione contumacium tempora concludantur. Quibus emensis atque transactis si provocati adesse contemserint, cedat cum ecclesiis populus, qui doctores suos silentio cognoverit superatos, et victum se aliquando gratuletur, sciatque, si non praeceptis nostris, vel catholicae legis veris imperiis serviendum. Cui quidem disputationi principe loco te iudicem volumus residere. Quicquid etiam ante in mandatis acceperis, plenissime meministi, omnemque vel in congregandis episcopis, vel evocandis, si adesse contemserint, curam te volumus sustinere: ut et ea, quae ante mandata sunt, et quae nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante omnia servaturus, ut ea, quae circa catholicam legem, vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella subreptione summota, integra et inviolata custodias. Ut sane adminicula competentia actibus tuis deesse non possint, viros spectabiles, proconsulem, atque vicarium, serenitas nostra commovit, ut, si propriarum dignitatum statum cupiunt retinere, si apparitionem suam extrema declinare supplicia, tam ex propriis officiis, quam ex omnium iudicum apparitione, abunde necessarios faciant deputari. Erit iam sollicitudinis tuae, si quid ulla cognoveris arte differri, missis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correctio. Omnia sane, quae vel in unum episcopis congregatis, disputatio completa firmaverit, vel desistentibus forte statuerit circa contumaces lata sententia, te conferre conveniet, ut quid ad confirmandam catholicam fidem praeceptio nostra profecerit, celerius possimus agnoscere. Et divina manu: Vale Marcelline, carissime nobis. Data pridie Idus Octobr. Ravennae. *Collatio Concilii Carthag. Cognit.* 1, *n.* 4; *Cognit.* 3, *n.* 29. Cf. Cod. Theod. 16, 11, 3. — *Ὁ Θεοδόσιος ὁ νέος μετὰ Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν ... τὸ τῶν παίδων δίκαιον πρότερον αἰτούμενον ἐν κοινῷ δέδωκε τοῖς ὑπηκόοις.* Theodosius iunior post Constantinum M. ... ius liberorum, quod antea peti debebat, in commune subditis dedit. *Novella Iust.* 78, *c.* 5. Cf. Cod. Theod. 8, 17, 3. — *Καὶ συγγνώμην ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι νέμει πᾶσιν Ὀνώριος, ἕκαστον ἔχειν τὴν τιμὴν καὶ τὴν ἀξίαν, ἧς πρότερον μετελάγχανεν.* Honorius praeteritorum veniam omnibus concessit, ita ut eum honoris gradum eamque dignitatem singuli retinerent, quam prius habebant. *Sozomenus* 9, 8. Cf. Cod. Theod. 9, 38, 11.

1163—1165. p. C. n. 410—412.

* *Impp. Honorius et Theodosius AA. Rufino Com. S. L.* Quod de annonariis functionibus per urbicarias regiones clementia nostra concessit. *L.* 14 *Cod. Theod. de Indulg. debit.* 11, 28.

1164. p. C. n. 411. FL. THEODOSIO A. IV.

Theodosius iun. decennalia, Honorius Romae vicennalia dedit. *Marcellinus p.* 278. Cf. a. 406, p. 236 et a. 415.

Ante ann. 1167, p. C. n. 414.

Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Hypatium Magistrum militum per Orientem. Apparitores officii tuae praestantiae ad aliud iudicium trahi ex auctoritate sacrorum rescriptorum minime oportebit. *L.* 4 *Cod. Theod. de Off. mag. mil.* 1, 7.

1168. p. C. n. 415. FL. HONORIO A. X. FL. THEODOSIO A. VI. COSS.

Impp. Honorius et Theodosius AA. Florentio Mag. Mil. Quadraginta praepositoras minori laterculo pro infra scripta instructione eius restitui praecipimus. *L.* 1 *Cod. Theod. de Offic. quaest.* 1, 8. — *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων κοϊνκεννάλια Θεοδόσιος νέος Αὔγουστος ἐπετέλεσεν ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ Αὐδηναίῳ πρὸ γ΄ ἰδῶν Ἰανουαρίων.* His Coss. Theodosius iun. Aug. quinquennalia celebravit Constantinopoli mense Audynaeo ex a. d. III. Id. Ianuarii. *Chron. Pasch. p.* 572. Cf. a. 406, p. 236.

1169. p. C. n. 416. FL. THEODOSIO A. VII. IUN. QUARTO PALLADIO COSS.

Καὶ ἐπετελέσθη θέατρον, θεωρήσαντος Οὔρσου ἐπάρχου πόλεως, ὑπὲρ τῶν ἐπινικίων τῶν κατὰ Ἄτταλον τὸν τύραννον μηνὶ δαισίῳ τῇ πρὸ δ΄ καλανδῶν ἰουλίων ἡμέρᾳ δ΄. καὶ ἤχθη καὶ ἱππικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἐπινικίων μηνὶ πανέμῳ νώναις ἰουλίαις. Celebrati sunt quoque ludi theatrales, hos edente Urso, praefecto urbi, ob victoriae ex Attalo tyranno reportatae nuntium, mense Desio, ex a. d. IV. Kal. Iulias. Acti etiam circenses ob eiusdem victoriae nuntium, mense Panemo, Nonis Iuliis. *Chron. Pasch. p.* 573.

1169—1176. p. C. n. 416—423.

Ὁ αὐτὸς δὲ βασιλεὺς ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Λυκαονίας, ἥντινα ἐκάλεσε Λυκίαν, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα τῇ λεγομένῃ πόλει Μύρᾳ τῆς αὐτῆς Λυκίας ... ὁμοίως δὲ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ Συρίαν δευτέραν ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπαρχίας, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα τῇ Ἀπαμείᾳ τῇ πόλει, καὶ Κιλικίαν δευτέραν ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς πρώτης ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα Ἀναζάρβῳ τῇ πόλει. ἐποίησε δὲ καὶ ἄλλην ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, ἥντινα ἐκάλεσεν Ὀνωριάδα εἰς ὄνομα τοῦ αὐτοῦ θείου Ὀνωρίου, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα Ἡρακλείᾳ, πόλει τῆς Πόντου. Idem Imperator (Theodosius iun.) Lyciam a Lycaonia dirimens, provinciam fecit, datis praefecto et metropolis iure Myrae, urbi Lyciae ... Item etiam Syriam secundam a prima seiungens, in provinciam fecit, Apamiae praefecto et iure metropolitico concessis. Ciliciam praeterea secundam a prima dirimens, pro-

vinciam fecit, urbe Anazarbo, metropolitico iure et praefecto donata. Bithyniae quoque partem abscindens provinciam fecit, quam a patrui nomine Honoriadem appellavit, cuius etiam primariam urbem Heracleam Ponti praefecto iureque metropolitico donavit. *Malalas* 14, *p.* 365 *sq.* — *Ὑπὸ γὰρ τοῖς εὐνούχοις τραφεὶς πρὸς πᾶν σφίσιν ἐπίταγμα εὐπειθὴς ἦν· ὥστε καὶ τοὺς λογάδας τῆς ἐκείνων δεῖσθαι ἐπικουρίας καὶ πολλὰ νεοχμεῖσθαι ἐν τοῖς πολιτικοῖς καὶ στρατιωτικοῖς τάγμασι.* Nam sub eunuchis educatus (Theodosius minor) ipsorum voluntati in omnibus obtemperabat, adeo ut et legiones illorum ope indigerent multaque in civilibus et militaribus institutis innovarentur. *Suidas v. Θεοδόσιος.*

1170. p. C. n. 417. FL. HONORIO A. XI. FL. CONSTANTIO II. COSS.

Qui libertum vel manumissum inquietat, capitali sententia plectendus. Imp. Honorius A. ad Constantium V. Ill. Patricium. Inter publicas necessitates etiam hoc ad nos volumus pertinere. Si quis libertum emere ut servum, vel qualibet manumissione donatum inquietare voluerit, non solum bona sua largitionibus nostris iussimus sociari, verum etiam capitali sententia plecti. Ergo quum id nos indulsisse pervideas, Constanti parens carissime, ad notitiam omnium ordinariorum iudicum facias pervenire, ut nostro laetentur imperio. Vale, Constanti parens carissime atque amantissime nobis. Regestum Ravennae die XV. Kal. Febr. Honorio A. XI. et Constantio II. AA. Coss. *Cod. Reg. Paris.* 1564 *et inter Libr. impr. Reg. Bibl. Paris. F.* 6 *ex apogr. Pithoeano, sive C.* 19 *Append. Cod. Theod. a Sirmondo Paris. a.* 1631 *edit. ex cod. Pithoei.*

1171. p. C. n. 418. FL. HONORIO A. XII. FL. THEODOSIO A. VIII. COSS.

Impp. Honorius et Theodosius AA. V. I. Agricolae Praefecto Galliarum. Saluberrima magnificentiae tuae suggestione inter reliquas reipublicae necessitates evidenter instructi, observanda provincialibus nostris, id est, per septem provincias, mansura in aevum auctoritate decernimus, quod sperari plane ab ipsis provincialibus debuisset. Nam quum propter privatas ac publicas necessitates, de singulis civitatibus, non solum de provinciis singulis, ad examen magnificentiae tuae vel honoratos confluere, vel mitti legatos, aut possessorum utilitas, aut publicarum ratio exigat functionum: maxime opportunum et conducibile iudicamus, ut servata posthac quotannis singulis consuetudine, constituto tempore, in metropolitana, id est in Arelatensi urbe, incipiant septem provinciae habere concilium. In quo plane tam singulis, quam omnibus in commune consulimus. Primum, ut optimorum conventu, sub illustri praesentia praefecturae, si id tamen ratio publicae dispositionis obtulerit, saluberrima de singulis rebus possint esse consilia. Tum quod, quicquid tractatum fuerit et discussis ratiociniis constitutum, nec latere potiores provincias poterit et parem necesse est inter absentes aequitatis formam iustitiaeque servari. Ac plane praeter necessitates publicas etiam humanae ipsi conversationi non parum credimus commoditatis accedere, quod in Constantina urbe iubemus annis singulis esse concilium. Tanta enim loci opportunitas, tanta est copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quicquid usquam nascitur, illic commodius distrahatur. Neque enim ulla provincia ita peculiari fructus sui felicitate laetatur, ut non haec propria Arelatensis soli credatur esse foecunditas. Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Assyrius, quod Africa fertilis, quod speciosa Hispania, quod fortis Gallia potest habere praeclarum, ita illic affatim exuberat, quasi ibi nascantur omnia, quae ubique constat esse magnifica. Iam vero decursus Rhodani, et terreni recursus, necesse est, ut vicinum faciant ac paene conterminum, vel quod iste praeterfluit, vel ille quod circuit. Quum ergo huic serviat civitati, quicquid habet terra praecipuum, ad hanc velo, remo, vehiculo, terra, mari, flumine deferatur, quicquid singulis nascitur: quomodo non multum sibi Galliae nostrae praestitum credant, quum in ea civitate praecipiamus esse conventum, in qua divino quodam munere commoditatum et commerciorum opportunitas tanta praestatur? Siquidem hoc, rationabili plane probatoque consilio, iam et vir illustris praefectus Petronius observari debere praeceperit; quod interpolatum vel incuria temporum, vel desidia tyrannorum, reparari solita prudentiae nostrae auctoritate decernimus, Agricola, parens carissime atque amantissime. Unde illustris magnificentia tua et hanc praeceptionem nostram et priorem sedis suae dispositionem secuta, id per septem provincias in perpetuum faciet custodiri, ut ab Idibus Augustis, quibuscunque mediis diebus, in Idus Septembris, in Arelatensi urbe noverint honorati, vel possessores, iudices singularum provinciarum, annis singulis concilium esse servandum; ita ut de Novempopulana, et secunda Aquitania, quae provinciae longius constitutae sunt, si earum iudices occupatio certa tenuerit, sciant, legatos iuxta consuetudinem esse mittendos. Qua provisione plurimum et provincialibus nostris gratiae nos intelligimus utilitatisque praestare, et Arelatensi urbi, cuius fidei secundum testimonia atque suffragia Parentis Patriciique nostri, multa debemus, non parum adiicere nos constat ornatui. Sciat autem magnificentia tua, quinis auri libris iudicem esse multandum, ternis honoratos vel curiales, qui ad constitutum locum intra definitum tempus venire distulerint. Data XV. Kalend. Maias, accepta Arel. X. Kal. Iunias, DD. NN. Honorio XII. et Theodosio VIII. AA. Coss. *Ex Libro Authoritatum Eccles. Arelatensis ed. Haenel. Lips.* 1845. 4. — Non solum imperialibus legibus, sed et sacerdotalibus statutis depositi atque exauctorati ex omni Italia deturbati sunt. *Marius Mercator Commonitor. ap. Acta Concilii Carthagin.* — *Sacrum Rescriptum acceptis Synodi suprascriptae* (Carthaginiensis habitae contra Pelagium et Caelestium) *gestis datum. Imperatores Honorius et Theodosius Augusti Palladio Praefecto Praetorio.* Ad conturbandam catholicae simplicitatis lucem puro semper splendore radiantem dolosae artis ingenio, novam subito emicuisse versutiam pervulgata opinione cognovimus: quae fallacis scientiae obumbrata mendaciis et furioso tantum debacchata luctamine, stabilem quietem coelestis conatur attrectare fidei, dum novi criminis commendat inventum, insignem notam plebeiae aestimans vilitatis, sentire cum cunctis, ac prudentiae singularis palmam fore, communiter approbata destruere, cuius impiae commentationis auctores Pelagium Caelestiumque percrebuit exstitisse. Hi parenti cunctarum rerum Deo, praecipuaeque semper maiestati, intermine omnipotenti, et ultra omne principium transeunti, tam trucem inclementiam scaevae voluntatis assignant, ut quum formandi mundi opificem curam sumeret, qualitatemque hominis struendi profunda spiritus conceptione libraret, fundati muneris foedum anteferret exordium, et mortem promitteret nascituro: non hanc insidiis vetiti fluxisse peccati; sed egisse penitus legem immutabilis constituti: ad declinandum leti exitialis incursum nihil prodesse abstinentiam delinquendi, cuius vis ita putaretur adscripta, ut non possit aboleri deinceps: primitivi hominis errorem, in quem captae mentis inops rationis caecitas irruisset, delapsum ad posteros non fuisse; tantumque apud eum, quem malesuadae gratiae infelix rapuisset illecebra, transgressionem interdicti exstitisse discriminis: quum evidens catholicae legis omnifaria testetur auctoritas, illum interitus omnium fuisse vestibulum, quem divinae praeceptionis sedulum liquet corrupisse mandatum: aliaque quam plurima, quae sermo respuit, lex refutat: quae pertaesum sit recordari, etiam sub dispositione plectendi. Quae maturato remedio et celeritate festina oportet intercipi, ne corroborato usu nequitiae adolescentis vix valeant coerceri. Siquidem aures mansuetudinis nostrae recens fama perstrinxerat intra sacratissimam urbem nostram, aliaque loca, ita pestiferum virus quorumdam inolevisse pectoribus, ut interrupto directae credulitatis tramite, scissis in partes studiis asserendi, materia impacatae dissensionis inducta sit: novoque scandali fomite concitato beatissimae ecclesiae actu nutet attentata tranquillitas: aliis aliud ancipiti interpretatione sectantibus, et

quum sit absoluta sanctorum apicum claritas, ac dilucide, quid sequi universitas debeat, explanans, pro captu versipellis ingenii novorum ausuum profanam moventibus quaestionem, Palladi parens carissime atque amantissime. Ob quam rem illustris auctoritas tua, victura in omne aevum lege nos statuisse cognoscat, ut pulsis ex urbe primitus capitibus dogmatis exsecrandi Caelestio atque Pelagio, si qui huiusce de cetero sacrilegii sectatores quibuscunque locis potuerint rursus reperiri, aut de pravitate damnata aliquem proferre sermonem, a quocunque correpti ad competentem iudicem pertrahantur: quos sive clericus, sive laicus fuerit, deferendi habeat potestatem, et sine praescriptione aliqua perurgendi, quos relicta communi scientiae luce novae disputationis tenebras introferre deprehenderit, contra apostolicam scilicet disciplinam, evangelicamque claram et sine errore sententiam vafra rudis sectae calliditate pugnantes, involventesque splendentem fidem veri ambagibus disserendo. Hos ergo repertos ubicunque de hoc tam infando scelere conferentes a quibuscunque iubemus corripi, deductosque ad audientiam publicam promiscue ab omnibus accusari: ita ut probationem convicti criminis stilus publicus insequatur, ipsis inexorati exsilii deportatione damnatis. Decet enim originem vitii a conventu publico sequestrari, nec in communi eos celebritate consistere, qui non solum facto nefario detestandi, verum etiam exemplo venenati spiritus sunt cavendi. Iuvat autem per omne paene imperium nostrum, qua mundus extenditur, huiusmodi promulgata diffundi: ne scientiae fortasse dissimulatio pastum praestet errori; atque impune se quisquam putet audere, quod, condemnatum vigore publico, sese finxerit ignorare. Data pridie Kalendas Maias Ravennae Dominis nostris Honorio XII. et Theodosio VIII. Augg. Consulibus. *Cod. Coll. Oxon. Oriel. B.* 4, 5. *Cod. Paris.* 1454, 3842[a], 3848[a]. *S. Leonis Opp. ed. fratr. Ballerin.* 3, 170. *Harduin.* 1, 1229, *al.* — *Exemplar Edicti Iunii Quarti Palladii. Iunius Quartus Palladius, Monaxius, et Agricola iterum, Praefecti Praetorio, edixerunt.* In Pelagium atque Caelestium catholici dogmatis fidem scaevis tractatibus destruentes sententia principalis incaluit, ut venerabili urbe summoti bonorum concilio mulctarentur. Hoc igitur omnes admoneri oportet edicto, ne quis sinistrae persuasionis erroribus credulum praestet assensum. Et si sit ille plebeius aut clericus, qui in caliginis huius obscoena reciderit, a quocunque tractus ad iudicem sine accusatricis discretione personae, facultatum publicatione nudatus, irrevocabile patietur exsilium. Nam superna maiestas ut colligit ex secreti ignoratione reverentiam, ita ex ineptae disputationis praesumtione iniuriam. *Loc. citt. ad antec. rescriptum. Ballerin. l. c.* 173.

1172. p. C. n. 419. MONAXIO ET PLINTA COSS.

Imp. Honorius A. Symmacho PU. Convenire votum et studium nostrum circa Eulalium, sacrae legis antistitem, sublimitas tua clementiae nostrae auctoritate praesenti cognoscat; cui competens numerus ordinantium, legitimi solennitas temporis, locique qualitas recte venerandi nominis apicem contulerunt. Quum autem Bonifacio constet omnia defuisse, superflue exspectatam sententiam nostram esse sensimus, quum factum suum ipsi, qui praesumserant, admotis damnasse precibus videantur. Absoluta itaque decernimus iussione, extraordinaria praesumtione summota, Bonifacium interdicta confestim urbe prohiberi (erit verecundiae eius, ut morem gerens coelestibus constitutis, sponte discedat), pertinacius resistentem, invitum praecipimus expelli. Plebeiae sane seditionis auctores cum sociis suis sublimitas tua, Symmache parens carissime atque amantissime, statuat attineri; atque in eos congrue vindicari, ut res temere praesumta non transeat impunita. In qua re Aphrodisium, V. C. tribunum, et notarium dirigi a nostra mansuetudine placuit, ut praesente eo, quae statuimus, celerius impleantur, quatenus quies populi nulla perturbatione vexetur, et pacata eum veneretur universitas, quem secundum veterem consuetudinem observata sacrae legis mysteria susceperunt. Dat. III. Non. Ian. Ravennae. *Symmach. Epist.* 10, 72. — *Imperatores Honorius et Theodosius Augusti Aurelio episcopo Salutem.* Dudum quidem fuerat constitutum, ut Pelagius et Caelestius, nefandi dogmatis repertores, ab urbe Roma, veluti quaedam catholicae veritatis contagia, pellerentur, ne ignorantium mentes saeva persuasione perverterent. In quo secuta est clementia nostra iudicium sanctitatis tuae, quo constat eos ab universis iustae sententiae examinatione esse damnatos. Sed quia obstinati criminis pertinax malum, ut constitutio geminaretur, coegit, recenti quoque sanctione decrevimus, ut si quis eos in quacunque provinciarum parte latitare non nesciens, aut propellere, aut prodere distulisset, praescriptae poenae velut particeps subiaceret. Praecipue tamen ad quorumdam episcoporum pertinaciam corrigendam, qui pravas eorum disputationes vel tacito consensu adstruunt, vel publica oppugnatione non destruunt, pater carissime atque amantissime, sanctitatis tuae auctoritatem cavere conveniet: quatenus in abolitione praeposterae haeresis omnium devotio Christiana consentiat. Religio itaque tua competentibus scriptis universos faciat admoneri, scituros definitione testimonii tui, hanc sibi definitionem esse praescriptam, ut quicunque damnationi supra memoratorum (quo pateat mens pura) subscribere impia obstinatione neglexerint, episcopatus amissione mulctati interdicta, in perpetuum, expulsi civitatibus, communione priventur. Nam quum ipsi nos iuxta synodum Nicaenam confessione sincera conditorem rerum omnium Deum imperiique nostri veneremur auctorem; non patietur sanctitas tua, sectae detestabilis homines in iniuriam religionis nova et inusitata meditantes secretis tractatibus occultare sacrilegium publica semel auctoritate damnatum. Una enim eademque est culpa eorum, qui aut dissimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium praestiterint. Et alia manu: Divinitas te per multos annos servet incolumem, pater carissime atque amantissime. Data V. Idus Iunias Ravennae Monaxio et Plinta Coss. Eodem tenore etiam ad sanctum Augustinum episcopum data. *Ex Actis Concilii ap. Carthaginem contra Pelagium et Caelestium habiti in codd. Oxon. Orielens. B.* 4, 5, *Reg. Par.* 1454, 1455, 3842[a], 3848[a]. *Ballerin. l. c. p.* 174; *Mansi l. c.* 4, *p.* 446, *alii.*

1173. p. C. n. 420. FL. THEODOSIO A. IX. FL. CONSTANTIO III. COSS.

* *Victor Honorius, inclitus, triumphator, semper Augustus, sancto et venerabili Bonifacio Papae urbis Romae.* Id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuae, quod non optamus, humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. At si duo contra fas temeritate certantium fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum iudicium et universitatis consensus elegerit. *Collectio Canonum Anselmo dedicata P.* 1, *c.* 48; *Decretum Gratiani Dist.* 79, *c.* 8; *Coustant l. c. p.* 1027. — His consulibus Constantius ab Honorio in societatem regni recipitur. *Cassiod. Chron. p.* 227. — Theodosio IX. et Constantio III. Constantius ab Honorio in consortium regni accipitur. *Prosper p.* 651. — Honorii 26. Honorius apud Ravennam Constantium consortem sibi facit in regno. *Idat. Chron. p.* 19. Cf. Theophanes p. 130; Olympiod. ap. Phot. p. 193; Philostorg. 12, 12; Sozomenus 9, 16. — *Constantius Symmacho PU.* Ut certa possimus quaeque cognoscere, et factionum auctores fideli nuntio, et inspectore non lateant, cancellarium nostrum Vitulum direximus, ut domini invictissimi principis affatus, atque iudicium ad eximietatem tuam, et ad populum celeri festinatione deferret. Illudque monemus, ut quicquid sacris auctoritatibus continetur, nulla temeritate violetur; et quae praecepta sunt, effectui celeri mandentur instantia: ne Augusti clementia, quod nunc agnoscit distulisse, commoto maiestatis suae vigore emendare non differat. *Symmach. Epist.* 10, 79. — *Imp. Honorius A. Symmacho PU.* Quum ad sanandum primae perturbationis errorem, hoc genus consilii clementia nostra reparandae pacis cupida reperisset; ut donec de confirmatione urbani

sacerdotii sententia procederet absoluta, uterque eorum, quorum causa tumultus antea concrevisset, a sacratissima urbe conversatione seiunctus futuri iudicii exspectatione penderet, spatio, quo contineretur alteruter, evidenter expresso: aequo animo dissimulare non possumus, praeceptis clementiae nostrae publicum paene bellum, quo calcarentur, indictum: movendi eius caput Eulalium, qui iussa transscendit, exstitisse, secundum ordinem praeceptorum paulisper abesse non possum, Symmache parens carissime. Unde sublimitas tua hoc nos statuisse cognoscat, ut et salubris superior ordo praecepti, et moderata synodi ordinatio deberet custodiri, quod aliter fieri non posse censemus, nisi Eulalius omnimodo urgeatur: ut omni celeritate ab urbe discedens, insolenti populo praesens incitamenta non praebeat, nec innocentibus causa mortis exsistat; cui esse dubium non debebit, si in hac praesumtionis obstinatione duraverit, non solum de statu suo iudicium iam prolatum, verum etiam de salutis discrimine proferendum. Culpae enim nullam veniam iam meretur, quae quum praedicitur, non cavetur: nihil ex hoc excusationis habiturum, quod eo invito, a plebe asserat retentari. Si qui autem ex numero clericorum communicandum Eulalio, iudicio pendente, censuerit, pari se sciat sententia esse damnandum. Laicos vero, qui post interdictum mansuetudinis nostrae, communionem Eulalii putaverint expetendum, honestioris loci poenam proscriptionis, servos vero capitis esse subituros, nec ab hoc periculo dominos eruendos; primates vero regionum, nisi spiritum plebis inconditae domuerint ac frenarint, sciant se raptos, ultimo iudicio esse subdendos: Spoletinus autem episcopus (sicut dudum fuerat definitum) sanctis Paschae diebus ordinem festae solennitatis implebit, cui ad celebranda mysteria Lateranensem ecclesiam soli patere decernimus, reliquis, qui hoc praesumere voluerint, propulsatis. Sane ut praedictus sacerdos Spoletinae civitatis in loco eius sanctorum mysteriorum ordinem completurus suscipi debeat, admonemus. Per omnes vero titulos et loca, quae conventu celebri frequentantur, haec, quae statuimus, proponantur, ut universis liqueat, et noluisse nos turbidum aliquid perpetrare, et adhuc ut turbata componi debeant, opperiri. Sciat sane sublimitas tua, primiscrinium et reliquum officium, quod tuis actibus obsecundat, non solum gravissimae mulctae dispendiis affligendum, sed et supplicium capitis sortiturum, nisi enixe opera commodata, statutis clementiae nostrae praebere maturarit effectum. Dat. VIII. Kal. Aprilis Ravennae. *Symmach. Epist.* 10, 80. — *Imp. Honorius A. Symmacho PU.* Moderatione praecipua egit nostra serenitas, ne locum posset invenire praesumtio. Dei enim iudicio venerabilium sacerdotum est dilata cognitio, ut quicquid religio, quicquid veritas postulabat, absque ulla perturbatione hoc disceptatio tranquilla decerneret. Sed per Eulalium usurpatione contra sententiam venerabilis synodi multa illicite commissa fuisse, relationis textus edocuit, qui praesentia sua causam furoris populo subministrans, totum perire voluit, quicquid moderatio nostra conservat. Nam quum ordinatione nostra et sententia episcoporum, quorum in synodo maior se multitudo collegerat, consensu etiam partium et professione id fieri definitum esset; ut sciret se specialiter esse damnatum, quicunque ad incitandum populum urbem fuisset ingressus: oblitus sui, probavit ex praesenti facto, quale videatur habuisse principium. Quoniam ergo recte hunc, post tot admissa, urbe constat esse depulsum, ad quam eum accedere non debere, clementiae nostrae et episcoporum videretur statuisse iudicium: Bonifacium venerabilem virum episcopum (ad cuius moderationem auctoritatem nostram recte censuimus iungendam), Symmache parens carissime et amantissime, sublimitas tua urbem ingredi debere, nos statuisse cognoscat: ut sub eius gubernaculis religiosae legis reverentia moderatione solida compleatur. Data II. Nonas Aprilis, accepta VI. Idus Aprilis. *Symmach. Epist.* 10, 82. — *Victor Honorius Inclitus, Imperator semper Augustus Largo Proconsuli.* Inter omnes curas nec illa nos minus sollicitat, quam pertinere ad sacerdotium iudicamus. Quum enim de confirmando episcopo urbis aeternae controversia tractaretur, atque hi, qui in unum positi erant, episcopi de tanto negotio paucos se existimaverint ad sententiam proferendam: placuerat, ut ex Africanis et Gallicanis provinciis plures episcopi commearent, ea videlicet ratione, ne medio tempore quicquam praesumeretur, id quod nostra sententia ordinaverat, et quod statuisse synodi sententia videbatur. Sed his omnibus despectis Eulalius sola usurpatione moram credidit occupandam; quem (sicut decebat) nostra auctoritate constat expulsum, ac sanctum Bonifacium episcopum roboratum. Et quoniam consumtum negotium est, incongruum nostra clementia iudicavit, si episcopi navigationis et itineris iniuriam paterentur. Unde sciat spectabilitas tua synodum fuisse solutam. Admone igitur, praemissis sacris affatibus, auctoritate tua singulos sacerdotes, ut sciant hanc ordinationem esse servandam, quae continet, ut quisque in ecclesia sua orationibus vacet, ut convenit; propterea quod causa optimo iudicio iam terminata videatur. Data sub die VII. Idus Aprilis. *Baronius l. c. T.* 5, *p.* 439 *ad a.* 419. — * *Largi Proconsulis ad Aurelium Epistola. Domino parenti honorabili Aurelio Episcopo Largus.* De merito sacerdotis, quem suis dominus idoneum probavit, scias sublatum esse certamen. Sanctum igitur ac venerabilem virum Bonifacium urbis Romae episcopum firmavit clementia principalis, cuius electione dudum sanctitatem tuam praecepit acciri, sicut sacri testantur affatus sui cum veneratione prolati. Oportet igitur populos ecclesiasque tuas festinanter invisas, cui navigationis est demta necessitas. Et alia manu: Incolumem te Domini favor praestet annis compluribus, domine pater merito honorabilis. *Baronius l. c.*

1174. p. C. n. 421. EUSTATHIO ET AGRICOLA COSS.

Ἐπετελέσθη ἱππικὸν τῶν αὐτῶν γάμων τῷ αὐτῷ δαισίῳ μηνὶ πρὸ δ´ ἰδῶν ἰουνίων, ὁμοίως καὶ θέατρον τοῦ αὐτοῦ ἱππικοῦ. Quarum (nuptiarum Theodosii II. et Placidiae) circenses acti sunt et celebrati eodem mense Desio ex a. d. IV. Id. Iunias editique pariter in circo ludi scenici. *Chron. Pasch. p.* 578. — *Exemplar Epistolae piissimi Imperatoris Honorii ad Theodosium A.* Omnibus quidem causis, in quibus nostrum postulatur auxilium, intercessionem apud aures tuae clementiae negare non possumus: sed his maiorem necessario curam studiumque debemus, quibus sanctae sedis apostolicae desideria continentur. Nam quum favore divino nostrum semper gubernetur imperium, procul dubio illius urbis ecclesia speciali nobis cultu veneranda est, ex qua et Romanum principatum accepimus, et principium sacerdotium. Si quidem nihil aliud a pietate nostra postulaverit missa legatio, nisi quod catholicae fidei disciplinae et aequitati concordet. Petit enim, ut haec privilegia, quae dudum a patribus constituta usque ad tempora nostra servata sunt, inconcussa perdurent. In qua parte respicit serenitas tua, nihil vetustis decretis, si quae canonum conscripta sunt regulis, penitus derogandum; nec tot iam saeculorum reverentiam novellis praeiudiciis sauciandum, domine. Unde maiestas tua, recensitis nostrae pietatis affatibus, Christianitatis memor, quam pectoribus nostris misericordia coelestis infundit, universis remotis, quae diversorum episcoporum subreptionibus per Illyricum impetrari dicuntur, antiquum ordinem praecipiat custodiri: ne sub principibus Christianis Romana perdat ecclesia, quod aliis imperatoribus non amisit. *Coustant p.* 1029, 1030 *ex Holstenii Collect. Rom. p.* 81. Cf. Cod. Theod. 16, 2, 46. — *Rescriptum Theodosii A. ad Honorium A.* Omni supplicantium episcoporum per Illyricum subreptione remota, statuimus observari, quod prisca apostolica disciplina et canones veteres eloquuntur. Super qua re, secundum formam oraculi perennitatis tuae, ad viros illustres praefectos praetorii Illyrici nostri scripta porreximus, ut cessantibus episcoporum subreptionibus, antiquum ordinem specialiter faciant custodiri: ne venerabilis ecclesia sanctissima urbis privilegia a veteribus constituta amittat, quae perenne nobis sui nominis consecravit imperium. *Coustant p.* 1030, 1031 *ex Holstenii Coll. Rom. p.* 83. — *Imperator Constantius Volusiano PU.* Quae quum praeteritae superstitionis, tum recentis, plena vanitatis iamdudum corrigi iusseramus; quotidianis insinuationibus

maiora fieri nuntiantur. Et quoniam discordia animos commovet populorum, ea, quae iamdudum iusseramus, praecipimus iterari. Unde his lectis, eximietas tua, omnes, qui dei invident pietati, diligenter inquirat, et eos faciat statim e muris urbis expelli; ita tamen, ut ne intra centesimum quidem lapidem habeant licentiam consistendi. Caelestium quoque magis ac magis ex urbe pelli mandamus; constat enim iisdem e medio sublatis gratiam et concordiam tenere veterem firmitatem. Sane deinceps si tale quicquam fuerit nuntiatum, officium praestantiae tuae capitali sententiae subdendum esse cognosce. Non enim patimur impunitum esse, praecepta nostra exsecutionis negligentia protelari. Vale, parens carissime atque amantissime. *Et adiecta subscriptio*: Impleatur quod iussimus, quia hoc famae tuae expedit. *Codd. Med. Laur. Plut.* 16, *C.* 18; *Reg. Par.* 1454, 1455, 3842, 3848; *Oxon. Orielensis B.* 4, 5; *Mansi* 4, 448; *Ballerin. l. c. p.* 181, 182. — *Exemplar edicti propositi a Volusiano Praefecto Urbis.* Volusianus Praefectus edixit: Hactenus Caelestium divinae fidei et quietis publicae turbatorem iudiciis amica reis secreta subduxerint. Iam leges et iam edicta persequentur absentem. Cui, quod primum est, aeternae urbis negatur habitatio: ut si vel in proximis fuerit diversatus, debitum non evadat exitium. Pro merito etiam temeritatis atque ausus sui, cunctos huius edicti cautione praemonemus, ne quis iniquus noxio latebram putet esse praebendam: cuique quum horridi sit posita poena supplicii, ac stilum necesse sit proscriptionis incurrere, quisquis reum divinis humanisque rebus apud se putaverit occultandum. *Loc. citt. ad anteced. const.* — *Ἐξέωσεν ὁ βασιλεὺς πάντας τοὺς αἱρετικοὺς ἐκ τῆς πόλεως.* Imperator omnes haereticos ex urbe eiecit. *Codinus de Forma et amb. urb. Constantinop. p.* 26.

1174—1176. p. C. n. 421—423.

Petronii Maximi. D. D. D. N. N. N. N. invictissimi Principes Honorius Theodosius et Constantius censores remuneratoresque virtutum Petronio Maximo V. C. Praef. urb. ob petition. senatus amplissimi populique romani statuam meritorum perenne monumentum in foro Ulpio constitui iusserunt, cum a proavis atabisq. nobilitas paribus titulorum insignibus ornatur, qui primaevus in consistorio sacro Tribunus et Notarius meruit nono decim. aetatis anno, sacrarum remunerationum per triennium comes, post Praef. urbis aet. sex mensib. hasque omnes dignitates intra vicesimum quintum adsecutus aetatis annum publicum in se testimonium et aeternorum principum iudicium provocavit. *Inscript. apud Zell. p.* 196, *n.* 1629. — *Ἴσμεν τοὺς ἡμετέρους νόμους, οἳ βούλονται, καὶ ἐκ τῆς παραθέσεως τῶν γραμμάτων τὰς πίστεις δίδοσθαι τοῖς συμβολαίοις, καὶ ὅτι τινὲς τῶν αὐτοκρατόρων, ἐπιπολασάσης ἤδη τῆς κακίας τοῖς νοθεύουσι τὰ συμβόλαια, τὰ τοιαῦτα ἐκώλυον, ἓν ἐκεῖνο σπούδασμα τοῖς παραποιοῦσιν εἶναι πιστεύοντες, τὸ πρὸς τὴν μίμησιν τῶν γραμμάτων ἑαυτοὺς ὅτι μάλιστα ἐγγυμνάζειν, διότι μηδὲν ἕτερόν ἐστι παραποίησις, εἰ μὴ τῶν ἀληθῶν μίμησις.* Novimus leges nostras, quae ex comparatione etiam literarum instrumentis fidem fieri volunt, atque imperatores quosdam ingravescente iam improbitate eorum, qui instrumenta adulterant, talia prohibuisse, unum illud falsariis studio esse credentes, ut in imitandis literis se ipsos quammaxime exerceant, quum falsum nihil aliud sit, nisi imitatio veri. *Nov. Iust.* 73 *praef.* Cf. Cod. Theod. 2, 27, 1.

1176—1182. p. C. n. 423—429.

Τούτῳ τοσοῦτον ἡ τῆς θείας χάριτος ἐνέσκηψε δύναμις, ὡς καὶ Θεοδοσίου τοῦ αὐτοκράτορος τεθεσπικότος τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχου Ἰουδαίοις ἀποδοθῆναι τὰς σφῶν συναγωγὰς ἅσπερ ἔφησαν (ἔφθησαν) παρὰ Χριστιανῶν ἀφῃρημένοι, οὕτω παῤῥησίᾳ γέγραφεν, οὕτω σφοδρῶς ἐπετίμησε ... ὡς καὶ τὸν βασιλέα Θεοδόσιον τὰς ἰδίας ἀνακαλεσάμενον κελεύσεις, πάντα πρὸς χάριν Χριστιανῶν ἐκπληρῶσαι· παραλῦσαι δὲ καὶ τὸν ὕπαρχον τὸν ταῦτα διδάξαντα τῆς ἀρχῆς. Virtus divinae gratiae tam penitus in istius insedit animo, uti ad Imperatorem Theodosium per legem iubentem, ut Iudaeis Antiochiam incolentibus ipsorum synagogae, quas ante Christiani ab illis abstulissent, redderentur, adeo libere scriberet, adeoque acriter eum propterea increparet ... ut Imperator Theodosius, quo Christianorum satisfaceret voluntati, sua mandata revocaret, praefectumque, qui ipsum de Iudaeorum synagogis reddendis docuerat, abdicaret magistratu. *Evagrius* 1, 13. Cf. Cod. Theod. 16, 8, 25—27; Nov. Theod. tit. III. de Iudaeis.

1177. p. C. n. 424. CASTINO ET VICTORE COSS.

Valentinianus Caesar creatus est. *Marcellin.* — Anno primo (post mortem Honorii) Theodosius Valentinianum ... Constantinopoli Caesarem facit. *Idat. Chron. p.* 22. — Castino et Victore Coss. Valentinianum amitae suae filium Caesarem fecit. *Prosper p.* 690. — His Coss. Theodosius Valentinianum consobrinum Caesarem fecit. *Cassiod. Chron. p.* 227. Cf. Socrates 7, 24; Olympiod. ap. Photium p. 197; Philostorg. 12, 13.

1178. p. C. n. 425. FL. THEODOSIO A. XI. VALENTINIANO C. COSS.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐπήρθη ὑπὸ Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου Οὐαλεντινιανὸς νέος Αὔγουστος μηνὶ ὑπερβερεταίῳ πρὸ ι′ καλανδῶν νοεμβρίων. His Coss. Valentinianus Iun. levatus est Augustus a Theodosio Iuniore Augusto mense Hyperberetaeo, ex a. d. X. Kal. Nov. *Chron. Pasch. p.* 580. — Valentinianus decreto Theodosii Augustus appellatur. *Prosper l. c.* — Valentinianus Iunior apud Ravennam factus est Imperator. *Marcellinus l. c.* — Valentinianus, qui erat Caesar, Augustus appellatur. *Idat. Chron. p.* 22.

IMPP. THEODOSIUS II. ET VALENTINIANUS III. AA.

1179. p. C. n. 426. FL. THEODOSIO XII. ET VALENTINIANO II. AA. COSS.

* Sed bene anteriores principes et huic causae providerunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet, sed, quocunque modo si admittentis eum iudicium intra statuta tamen tempora ostenderit, plenum habeat earum beneficium. § 10 *Inst. de Bon. poss.* 3, 9. Cf. Cod. Theod. 5, 1, 1.

1183. p. C. n. 430. FL. THEODOSIO A. XIII. FL. PLACIDIO VALENTINIANO A. III. COSS.

* *De accusatione episcopi, presbyteri vel diaconi et quod obnoxios cum illis ambulantes retinere non liceat. Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Virum* (leg. Albinum) *PO.* Audemus quidem sermonem facere solito plus timore capti, de sanctis et venerabilibus sacerdotibus, et secundis sacerdotibus, vel etiam levitis, et eos cum omni timore nominare, quibus omnis terra caput inclinat. Audivimus enim perfidiam in urbe ad deum vivum et imperium nostrum fieri. Sed si quis ausus aut temerarius legi ecclesiae vel clerico, per quos nostrum pollet imperium, audere voluerit, si accusationem ditior persona protulerit, reposita poena fisco nostro, id est, centum pondo auri et centum pondo argenti inferre cogatur, et sic cum actoribus ecclesiae causam dicat. Si autem infirmior fuerit persona, prius cogitet animo suo perfido, et sic accuset, et criminis causam dicat. Nunquam obrepto patrimonio nostro nescio qua perfidia tentare audeat militantes in palatio Christi; terrae curiae hinc adduci iussimus et manus eius inplumbari. Si autem voluerit liberam degere vitam, nihil illi sint curae ecclesiae catholicae. De obnoxiis vero, si qui ambulaverint cum episcopo vel cum presbytero vel etiam diacono sive in platea, sive in agro, sive in quolibet loco, nullo pacto eos retineri vel adduci iubemus, quoniam in sacerdotibus ecclesia constat. Dat. XV. Kal. Ian. Ravenna Theodosio XIII. et Valentiniano III. AA. Coss. *Sirmondus ex cod. Corbeiensi in Append. Cod. Theodos. c.* 20. *Codd. Reg. Par.* 2796 *et Suppl. Lat.* 26 (*olim S. Germani* 936). *Mutila in cod. Florent. Bibl. Aesil.*

n. 82; *cod. Chisian. F. IV,* 75; *cod. Ecclesiae Cathedr. Utinensis* (Append. Iuliani Epitom. Novell.). Cf. Haenel in Act. Soc. Reg. Scient. Saxon. Lips. 1852. 8. p. 81; Ferrandi et Cresconii Breviar. Canon. in Meerman. Thes. T. 1, p. 149, 222; Pertz Monum. Legal. T. 1, p. 191. — Theodosius Iunior tricennalia gessit. *Marcellinus.* — *Θεῖον γράμμα ἀποσταλὲν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς κατὰ χώραν τῶν μητροπόλεων ἐπισκόποις. Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι Αὔγουστοι, Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ … Φροντίσει ἡ σὴ θεοσέβεια μετὰ τὸ ἐπιόν· σὺν θεῷ δὲ εἰρήσθω· ἅγιον πάσχα εἰς τὴν Ἐφεσίων τῆς Ἀσίας παραγενέσθαι, κατ᾽ αὐτὴν τὴν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἡμέραν, ὀλίγους, ὅσους ἂν δοκιμάσειεν ἐκ τῆς ὑπ᾽ αὐτὴν τεταγμένης ἐπαρχίας ἁγιωτάτους ἐπισκόπους εἰς τὴν αὐτὴν συνδραμεῖν παρασκευάσασα· ὥστε καὶ τοὺς ἀρκοῦντας ταῖς κατὰ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καὶ τοὺς τῇ συνόδῳ ἐπιτηδείους, μηδαμῶς ἐλλεῖψαι. γέγραπται γὰρ τὰ ἴσα παρὰ τῆς ἡμετέρας γαληνότητος περὶ τῆς πρότερον λεχθείσης ἁγιωτάτης συνόδου τοῖς θεοφιλέσιν ἐπισκόποις τῶν ἁπανταχοῦ μητροπόλεων· ὥστε τούτου γενομένου τήν τε ἐκ τῶν ἀμφισβητουμένων συμβαίνουσαν ταραχὴν κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας διαλυθῆναι, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς οὐ δεόντως γενομένοις δοθῆναι διόρθωσιν· τῇ τε περὶ θεὸν εὐσεβείᾳ, καὶ τῇ τῶν δημοσίων λυσιτελείᾳ ὑπάρξαι τὸ βέβαιον, δηλαδὴ μηδεμιᾶς πρὸ τῆς ἁγιωτάτης συνόδου, καὶ τοῦ μέλλοντος παρ᾽ αὐτῆς κοινῇ ψήφῳ ἐφ᾽ ἅπασι δίδοσθαι τύπου, καινοτομίας ἰδίᾳ παρά τινων γενομένης. καὶ πεπείσμεθα μὲν ἕκαστον τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων, γνόντας ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ οἰκουμενικῶν πραγμάτων χάριν τὴν ἁγιωτάτην σύνοδον τούτῳ ἡμῶν τῷ θεσπίσματι κατεπείγεσθαι, συνδραμεῖν σπουδαίως, τοῖς οὕτως ἀναγκαίοις καὶ εἰς θεοῦ ἀρέσκειαν φθάνουσι τὰ δυνατὰ συμβαλούμενον. καὶ ἡμεῖς δὲ τούτων πολλὴν ποιούμενοι φροντίδα, ἀπολιμπάνεσθαι οὐδένα φορητῶς ἀνεξόμεθα· οὐδεμίαν τε ἕξει πρὸς θεὸν, οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς ἀπολογίαν, ὁ μὴ παραχρῆμα κατὰ τὸν προειρημένον καιρὸν εἰς τὸν ἀφορισθέντα τόπον σπουδαίως παραγενόμενος. καὶ γὰρ ὁ καλούμενος εἰς ἱερατικὴν σύνοδον, καὶ μὴ προθύμως συντρέχων, οὐκ ὀρθῆς εἶναι δείκνυται συνειδήσεως. ὁ θεός σε διαφυλάττοι χρόνοις πολλοῖς, πάτερ ὁσιώτατε καὶ εὐσεβέστατε. ἐδόθη τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Δεκεμβρίων, ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείᾳ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν Θεοδοσίου τὸ τρισκαιδέκατον, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων. Sacra imperatoria missa Alexandriam ad Cyrillum episcopum, et episcopos metropolitanos provinciarum. Imperatores Caesares, Theodosius et Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, Cyrillo episcopo* … Cogitet tua reverentia, post celebrationem, quod deo comitante dicendum est, sancti Paschae, ad Ephesiorum Asiae convenire in ipso sancto Pentecostes die; paucos quos approbaveris, sub tua constitutos provincia sanctissimos episcopos ad eam concurrere procurans; quatenus et sufficientes in ipsa provincia sanctissimis ecclesiis et synodo opportuni non desint. Scriptum namque est a pari a nostra maiestate de praedicta sancta synodo dei amabilibus episcopis ubique metropolitanis; quatenus hoc factum, et turba quae ex dubitationibus provenit, secundum ecclesiasticas regulas dissolvatur, et in his quae non decenter facta sunt detur correctio; et circa deum reverentia, et publicorum utilitas firma consistat: nulla quippe ante sanctissimam synodum, et futura ab ea communi decreto forma, novitate seorsum ab aliquibus facienda. Et confidimus quidem unumquemque deo amabilium sacerdotum scientem ecclesiasticarum, et totius orbis gratia causarum, sanctissimam synodum hac nostra sanctione cogi, concurrere festinanter, et his quae ita necessarie ad dei placitum pertingunt, quantum poterit subvenire. Et nos quoque horum multam habentes sollicitudinem, deesse nullum libenter patimur; nec ullam habebit ad deum, nec ad nos satisfactionem, qui non repente secundum praedictum tempus ad definitum locum festinanter advenerit. Nam qui vocatus ad sacerdotale concilium alacriter non occurrerit, non bonae esse conscientiae demonstratur. Data XIII. Kal. Decemb. Constantinopoli, consulatu dominorum nostrorum Theodosii XIII. et Valentiniani III. PP. Augustorum. *Ex Actis Concil. Ephes. apud Harduin.* 1, 1343; *Mansi* 4, 1112. Cf. 5, 531.

1184. p. C. n. 431. BASSO ET ANTIOCHO COSS.

Ἐν ἔτει να᾽ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου καὶ τῆς Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου βασιλείας ἔτους κγ᾽ καὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων ἐγένετο ἡ τρίτη σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ τῶν σ᾽ ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς. Anno CDI. Domini in coelum assumtionis, Theodosii vero Iunioris Augusti imperii anno XXIII. iisdemque Coss. (Basso et Antiocho) celebrata est tertia synodus Ephesi CC sanctorum et beatorum patrum contra Nestorium impium. *Chron. Pasch. p.* 581. — *Ἠναγκάσθη ὁ αὐτὸς Θεοδόσιος προσκαλέσασθαι τὴν σύνοδον τῶν σμ᾽ ἐπισκόπων ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τοῦ αὐτοῦ Νεστορίου καὶ καθελεῖν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆς.* Imperator contra Nestorium synodum Ephesinam CCXL episcoporum convocare coactus est eumque episcopatu deturbare. *Malalas p.* 365. — *Τῷ κε᾽ τοίνυν ἐνιαυτῷ τῆς Θεοδοσίου βασιλείας ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος τῶν σλ᾽ πατέρων συνηθροίσθη, χρόνον ἄγουσα ἀπὸ μὲν τῆς δευτέρας μα᾽, ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ͵εϡιε᾽.* Itaque vigesimo quinto anno Theodosii imperii sancta et oecumenica tertia synodus patrum CCXXX Ephesi coiit, anno post primam 41, anno mundi 5915. *Cedrenus p.* 594. — *Πέπρακται ταῦτα ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Ἀντιόχου τῇ εἰκάδι ὀγδόῃ τοῦ Ἰουνίου μηνός.* Haec gesta sunt Basso et Antiocho Coss. die vigesimo octavo mensis Iunii. *Socrates* 7, 34. — Tertia synodus Ephesina prima CC episcopis sub Iuniore Theodosio A. edita est. *Isidori Orig.* 6, 16, 8. Cf. Theophanes ad a. 425, p. 138; Nicephor. Call. 14, 34. — *Βασιλικὸς νόμος περὶ τῶν προσφευγόντων ἐν ἐκκλησίᾳ. Ἀρχαία τις καὶ ἀπὸ τῶν καιρῶν τῆς πλάνης συνήθεια, καὶ νόμου φυσικὴ διάταξις δι᾽ εὐσέβειαν ἀεί τις τοιαύτη κεκράτηκεν, ὥστε τὰς θείας θρησκείας τῶν δημοσίων διοικήσεων, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων ἐν παντὶ χρόνῳ, καὶ ἔθνει, διορισθῆναι, καὶ ταύτας οὐ μόνον ἐν τῷ ἀκροτάτῳ τῶν πραγμάτων, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἔν τινι γῆς οὐρανῷ ἀνατίθεσθαι, καὶ ὅποι πλησιάζειν μόνοις καθαροῖς, καὶ ὁσίοις θέμις. ἐντεῦθεν κἀκεῖνο συμβαίνει, τὸ πάντων φυσικῶς ταῖς διανοίαις ἐγκεῖσθαι, μηδενὶ τρόπῳ δύνασθαι τὰ τῷ θεῷ ἀφιερωθέντα μιαίνεσθαι, μήτε κατὰ τῆς θείας δυνάμεως τὴν ἀνθρώπων ὕβριν χωρεῖν. πῶς γὰρ οἷόν τε μολύνεσθαι, ἅπερ ἀεὶ καθαρεύειν ἀνάγκη; ἢ πῶς οἷόν τε ῥυποῦσθαι, ἅπερ ἅπαξ ἁγιασθέντα, τοῦ τοιαῦτα εἶναι οὐ παύεται; ὅθεν εἰ καὶ πεπείσμεθα ὑπὸ τῶν ἔναγχος ἀθεμίτως ἐκ τῆς βαρβαρικῆς μανίας κατὰ τοῦ θείου τολμηθέντων θυσιαστηρίου, μήτε μολύνεσθαι τὸ καθαρὸν, μήτε κεχράνθαι, ὅπερ εἶναι πέφυκεν ἅγιον, ὅμως ἐπειδὴ γέγονεν, ὅπερ οὐδαμῶς ἠλπίσθη γενέσθαι, καὶ μέχρι τῆς εὐσεβείας ἡ τῶν μυσαρῶν ἔφθασε τόλμα, ὥστε μὴ τοῖς ἀνοσίοις γοῦν δοκεῖν βέβηλα εἶναι ταῦτα, ἅπερ θεῖα τυγχάνει, μήτε ἐν τοῖς ἁγιασθεῖσι, καὶ ἀφιερωθεῖσι τόποις ἐξῇ ταῦτα, ἅπερ οὐδὲ ἐν ἄλλοις χύδην ἀδίκως ἀνεκτὸν γίνεσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν θρησκείαν, καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας παραφυλακῇ ἀνόθευτον παραμένειν, πᾶσαν ὕβριν τῆς τοῦ θεοῦ παντοκράτορος ἐκκλησίας, τήν τε παρὰ τῶν τολμώντων, καὶ ἀκόντων ἐγγινομένην ἀπείργομεν. καὶ γὰρ εἰ ἐθνικῆς ἀρχαιότητος ἡ θρησκεία πλάνη, καὶ θεὸς τὸ δοκοῦν, οὕτω τῆς οἰκείας δεισιδαιμονίας ἐξήσκει τὴν παρατήρησιν, ὥστε τοὺς βωμοὺς μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ γάρ τισιν ἐπιτρέπειν τῶν ἱερέων, τούς τε ναοὺς, ὥσπερ καὶ διὰ τῆς γῆς ὑψουμένους, ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι, καὶ τοῖς ὀχυρωτέροις τῶν πόλεων ἀναθεῖναι τόποις, τά τε κατασκευασθέντα εἴδωλα προσκυνεῖν, καὶ μετὰ σεπτῆς μεγίστης ἔχειν ματαιότητος, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς προσήκει τὴν θρησκείαν μετὰ πάσης φυλάττειν παρατηρήσεως, πρὸς οὓς ὁ θεὸς μετὰ τῆς ἀληθοῦς θρησκείας, οὐρανοὺς μὴ ἀπολιπὼν, καταβέβηκε, καὶ ὥσπερ τινὸς μεταξὺ θεοῦ τε, καὶ ἀνθρώπων ἀντιδόσεως γενομένης, ἄνθρωπος θεὸν εἰς γῆν ὑπεδέξατο, καὶ θεὸς εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγεν ἄνθρωπον; πρό δέ γε τῶν ἄλλων καὶ τούτῳ μάλιστα ἐξιλεοῦνται θεὸν οἱ τῶν τῆς ἄκρας ἐξουσίας πραγμάτων ἐπειλημμένοι, τῷ σωτηρίας, ζωῆς τε καὶ ἀμεριμνίας φροντίζειν ἀνθρώπων· ἅπερ κατὰ τὸ ἡμῖν ἔμφυτον οὐδαμῶς θάτερον τῷ ἑτέρῳ δίχα τῆς ἑκατέρου βλάβης συνάπτομεν. ὥστε μήτε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς οἴκοις, ἢ τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις, ἐκ τῆς πολλῆς τῶν προσφευγόντων ἀπαγορεύσεώς τε καὶ ἀδειλίας, προπετείας τε, καὶ καταφρονήσεως, τόλμης, ἢ καὶ μανίας, ὕβριν παρὰ τὸ πρέπον γενέσθαι τινὰ, καὶ τὸν τῶν ἀθλίων τε καὶ ἀβοηθήτων μόνον ἔσχατόν γε λιμένα εὐρυτέροις τοῖς πεποιημένοις ὑποδέξασθαι κόλποις. οὐδένα τὸν κλύδωνα τῆς θαλάττης, καὶ τοὺς σκοπέλους ἐκκλίνοντα προσήκει τὴν τῆς γῆς ἀφαιρεῖσθαι γαλήνην. πόλεμος καθ᾽ οὗ συνέστη παράταξις, τὴν κατὰ τοῦ προσφεύγοντος ἀπειλὴν ἀποτίθεται. τὸ*

ἄσυλόν ποτε ὑπερήσπισε τῶν διαφόροις ἐνόχων ἐγκλήμασι, τὴν τῶν νόμων παρωθούμενον αὐθεντίαν· καὶ ὥστε μηδαμοῦ τοῖς εὐλαβουμένοις ἀναιρεθῆναι φιλανθρωπίαν, βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασιν ἡ ἀρχαιότης ἀνέθηκε· καὶ οἱ τὰ ἴχνη τῶν ἡμετέρων χαρακτήρων καταλαμβάνοντες, τῶν ἀπειλῶν τῆς σκαιᾶς τύχης ἐλευθερωθέντες τε, καὶ ἀμεριμνοῦντες γεγήθασι. τοσαύτης τοιγαροῦν τῆς ἀφῆς τοῦ ἱδρύματος διὰ τὸ βασιλικὸν σέβας τοῖς δεομένοις ἐπικουρίαν διδούσης, πόσην χρὴ τοῖς εἰς τὰ ἁγιώτατα καταφεύγουσι θυσιαστήρια ὑπάρχειν βοήθειαν; ἀνεῴχθησαν τοίνυν τοῖς δεδιόσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ τοὺς προσφεύγοντας ἱκέτας ὁ κοινὸς ὑποδεχέσθω βωμός· καὶ τὴν θείαν βοήθειαν, τὴν κοινῇ προσκομιζομένην ἅπασιν, ἐκ τῶν ταύτης οἴκων μηδεμία ὡς ὑπερτέρα διωθείτω ἀπειλή. ποῖος γὰρ ταῖς συμφοραῖς οἶκτος ὑπολειφθήσεται ἐν τοῖς ναυαγοῦσιν, εἰ τὸν αἰγιαλὸν ἀποκλείσεις, καὶ τὴν πηγὴν τοῖς διψῶσι θολώσεις; ἢ ποία ταῖς ἀνθρωπίναις περίεσται συμφοραῖς θεραπεία, ἐὰν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἀρνηθείη; ἐπὶ γὰρ τῶν ἡμετέρων καιρῶν οὐ μόνον τὰ θεῖα θυσιαστήρια, καὶ τὸ εὐκτήριον τοῦ λαοῦ, τὸ τετραγώνων τοίχων περιβολῇ τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ᾽ εἴ τι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας. ὧν τοῖς εὔξασθαι προῃρημένοις πρῶτον ἐπιβαίνειν συμβαίνει, ἐλέου βωμὸν τοῖς προσφεύγουσιν εἶναι προστάττομεν. ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ προσφυγὰς διεγράψαμεν, καὶ τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς ἁγίας ἐκκλησίας θυρῶν τὰ περιεγκείμενα, εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ ἐν κήποις, εἴτε ἐν αὐλαῖς, ἢ λουτροῖς, ἢ καὶ ἐν στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰσδύνοντας πρόσφυγας καθ᾽ ὁμοιότητα τοῦ ἐνδοτάτου ναοῦ φυλάττειν. καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα θρησκείας τε, καὶ εὐλαβείας λόγῳ τὰ μικρῷ λόγων διεστῶτα τῷ τόπῳ οὐ μικρῷ τῷ τῆς παρατηρήσεως τόπῳ διώρισται, ὅμως ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀμεριμνίαν πλατῦναι τοῖς προσφεύγουσι, καὶ τοῖς εὐλαβουμένοις βοήθειαν ἐκτεῖναι, πᾶσαν τὴν προδηλουμένην περίοδον ἀδιάκριτον εἶναι λιμένα τῆς ἡσυχίας προστάττομεν· καὶ μηδένα εἰς τὸ ἐξωθεῖσθαι τούτους ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας. μή πού γε ὁ τοῦτο τολμῶν, ἐν συμφοραῖς ἑαυτὸν ἰδών, καὶ αὐτὸς ἐξαιτῶν βοήθειαν καταφύγῃ. τὸ δὲ τοιοῦτον τῶν διαστημάτων πλάτος ἐν καιρῷ τοῦ φόβου εἰς ἄδειαν τοῦ διάγειν, μᾶλλον δὲ τοῦ περινοστεῖν, φιλανθρώπως συνεχωρήσαμεν. ἵνα μή τινι τῶν προσπεφευγότων ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ, ἢ ἐν τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζεσθαι ἐξῇ. τοῦτο τῶν μὲν κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν κωλυόντων, καὶ τῶν προσφύγων τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων· ἵνα μήτε οἱ προσφεύγοντες ὡς βεβήλῳ γνώμῃ προσφεύγειν δοκοῖεν, τῇ θρησκείᾳ καταμιγνῦντες τὰς οἰκείας χρείας· μήτε οἱ τὰ οὕτως αἰσχρὰ δυνάμενοι τοῦ θείου ἀπείργειν οἴκου, δόξωσι τὴν εὐσέβειαν, ἧς ὑποφῆται τυγχάνουσι, καταβλάπτειν. προκειμένου δὲ τοῦ θατέρῳ πάντως προσκροῦσαι, αἱρετώτερον τοὺς κληρικοὺς τὰς ἀνθρωπίνας, καὶ φυσικὰς τῶν ἁγίων θυσιαστηρίων ἀπωθουμένους ὕβρεις, θρασεῖς μᾶλλον, ἢ ἀσεβεῖς νομίζεσθαι, καὶ περὶ ἄνθρωπον, ἢ περὶ θεὸν ἁμαρτάνειν· ὁπότε τούτου τεθέντος τοῦ νόμου, μήτε ἀπανθρωπίας τις ὑπόνοια δικαίως ἂν φθάσειεν εἰς τοὺς κληρικούς· ἐπειδὴ πολλὴ τοῦ τε φόβου, καὶ τῆς ἀμεριμνίας τῶν προσφευγόντων πρόνοια γέγονε. καὶ γὰρ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τε, καὶ ἀνάγκῃ ῥυποῦσθαι τὸν τοῦ θεοῦ ναὸν, καὶ τὸ θεῖον μυστήριον τῇ ἐφυβρίστῳ ἀσθενείᾳ καταμίγνυσθαι, τὰ θεῖα ὑπὸ βεβήλων χραίνεσθαι, τὰ ἱερὰ ὑπὸ τῶν σαθρῶν μολύνεσθαι μὴ βουλόμενοι, τοῦ αἰτεῖν βοήθειαν τοῖς προσφεύγουσιν οὐκ ἀπεκλείσαμεν· ἀλλὰ προσέτι καὶ πλατυτέροις διαστήμασι, μακροτέροις τε χωρήμασιν ἀσφαλισθῆναι τούτους ἐψηφισάμεθα, τοῦ πρέποντος τῇ τε θειότητι, καὶ τῇ ἀνθρωπότητι φυλαχθέντος. ὅπλα δὲ ἐν σιδήρῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ εἴδει ἀμυντήρια τοὺς προσφεύγοντας οὐδαμῶς ἔχειν, ἢ ἐπιφέρεσθαι ἐντὸς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας προστάττομεν, ταῦτα οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων ναῶν τε, καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπὰ, κωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων, καὶ ἑλῶν, καὶ κήπου, καὶ λουτροῦ, καὶ αὐλῶν, καὶ στοῶν, ἅπερ κατὰ τὸν προειρημένον λόγον ὑπερασπίζειν τῶν προσφευγόντων ἐδηλώσαμεν. οὔτε γὰρ θέμις, τοῖς ἁγιωτάτοις ναοῖς, ἢ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τόποις κατὰ περιεργίαν, διχονοίας, ἢ πολέμων ὕλας ἐπιφέρεσθαι. ἀρκείτω τοῖς προσφεύγουσιν ἡ τοῦ θεοῦ βοήθεια, ᾧ τά τε ὅπλα, καὶ οἱ νόμοι, καὶ ἡ βασιλεία ὑποτάττεται. καὶ γὰρ ἡμεῖς, οὓς ἀεὶ τῷ δικαίῳ τῆς ἡγεμονίας περιστοιχίζει τὰ ὅπλα, καὶ οὓς οὐ πρέπει δίχα δορυφόρων εἶναι, τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ προσιόντες, ἔξω τὰ ὅπλα καταλιμπάνομεν ἀποτιθέμενοι τὸ διάδημα· καὶ τῇ τῆς βασιλείας ἐλαττώσεως εἰκόνι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῆς βασιλείας σέβας ἐπαγγέλλεται. τοῦ ἁγιωτάτου δὲ θυσιαστηρίου διὰ μόνην τὴν τῶν δωρεῶν προσφορὰν ἐφαπτόμεθα. καὶ εἰς τὴν τῶν θείων κύκλων περιστοιχουμένην ἔπαυλιν ἅμα τῷ εἰσελθεῖν ὑπεκβαίνομεν. καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς ἀγχιστευούσης θειότητος ἑαυτοῖς ἀπονέμομεν. ὅθεν τοὺς δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὸ ὁσιώτατον θυσιαστήριον ἐν οἱῳδήποτε ἔθνει, ἢ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν προσφεύγοντας, ὑπνοῦν ἐν τῷ ναῷ, ἢ καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς μεταλαμβάνειν, ἐκτὸς τινος ὕβρεως παρὰ τῶν κληρικῶν προσήκει κωλύεσθαι. καὶ οὕτω τοῦτο τυποῦσθαι χρὴ πρὸς αὐτοὺς, ὥστε μὴ δοκεῖν ὕβριν εἶναι τοῦ κωλύοντος, ἀλλὰ γὰρ τὸν λόγον τῆς θρησκείας ἀπαιτεῖν τὸ γινόμενον. τῆς ἁγιοσύνης, καὶ τῆς καθαρότητος τοῦ τόπου τοὺς εὐλαβουμένους ὑπομιμνησκέτωσαν, καὶ μηδὲν ταῖς θρησκείαις μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων εἶναι κοινὸν διδασκέτωσαν· τὰ διαστήματα, τὰ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις, τῇ αὐτῶν ἀσφαλείᾳ ἡσυχίᾳ τε ἀφορισθέντα, κατὰ μέρος δεικνυέτωσαν, τιμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν προπετῶς ἐπιόντων αὐτοῖς ὡρίσθαι. γνώτωσαν, ὡς οὐ χρὴ, τὴν θρησκείαν τοῖς ἀνθρωπίνοις ῥύποις μιαίνειν, ἢ τῇ ὕβρει τῆς φυσικῆς ἀνάγκης χραίνειν, τὸν διὰ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἀνύβριστον εἶναι βουλόμενον. εἰ τούτοις πᾶσί τις μὴ ἐπινεύοι, μήτε πείθεται, προτιμάσθω τῆς πρᾳότητος ἡ θρησκεία, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τοὺς προλεχθέντας τόπους διωκέτω ἡ θρασύτης. ἔστω γὰρ καὶ ὁ σφόδρα φοβηθεὶς ἐκτὸς κινδύνου, καὶ οὔτε ἡ θρησκεία τῇ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων ἐπιμιξίᾳ μολυνθήσεται. τοὺς δὲ βοήθειαν ἐξαιτοῦντας παρὰ τοῦ μεγίστου θεοῦ, καὶ μεθ᾽ ὅπλων εἰσιόντας εἰς τοὺς ἁγιωτάτους ναοὺς, ἢ καὶ παρασκευῆς, ἥ τις φυσικῷ, καὶ ἐθνικῷ νομίμῳ τῆς θρησκείας ἀπείργεται, μὴ μόνον ἐπιφέρειν τῇ ταύτης εὐαγείᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ συνάπτειν ἐπιχειροῦντας, ὅπερ βοηθηθῆναι ἢ ἀκουσθῆναι, ἢ ἀγριότητι ἰδεῖν, φορητὸν, πληρεστάτῳ αὐστηρίας προστάγματι, καὶ φοβεραῖς ἀπειλαῖς, προηγουμένως μὲν τούτου μὴ ποιεῖν παραινέσεις. ποίαν γὰρ ἐλπίδα ἐν τῇ θρησκείᾳ ἐντίθεται, ὃς ἐφ᾽ ὕβρει ταύτης ὅπλα περικείμενος εἴσεισιν; ἐὰν δέ τινα μανία τυφλώττουσα παροξύνῃ τῶν ἡμετέρων περιϊδεῖν τι θεσπισμάτων ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἐκκλησίας, ἢ ἐντὸς τοῦ ναοῦ, ἢ περὶ τὸν ναὸν, ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνοντα, παραχρῆμα τοῦτον τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τοῦ ἐπισκόπου παρὰ μόνων τῶν κληρικῶν, καὶ αὐστηρότερα ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας, ἀποτίθεσθαι καταναγκασθῆναι προστάττομεν. δεδομένης αὐτοῖς ἐλπίδος καὶ θάρσους, ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον ἢ τῇ τῶν ὅπλων ἐπικουρίᾳ ὀχυρωθήσονται. ἐὰν δὲ τῇ τοῦ ἡμετέρου νόμου αὐθεντίᾳ, καὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνησθέντες, τῷ τόνῳ τῆς οἰκείας ἀγνοίας ἐμμένωσι, καὶ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται, ἅπερ παρὰ τὸ θεμιτὸν οὐ σωτηρίας χάριν, ἀλλὰ τυραννίδος, καὶ ἱεροσυλίας θρασύτητι ἐνεδέξαντο, γινωσκέτωσαν, ὡς διὰ τοσούτων, καὶ τηλικούτων παραγγελμάτων ἐξευμενισθείσης τῆς θρησκείας, παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, καὶ τῶν ἐπισκόπων θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης, κατὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα, καὶ παρ᾽ ἐνόπλων εἰσχωρουμένων ἀποσπασθήσονται, καὶ πάσαις ταῖς συμφοραῖς ὑποβληθήσονται· εὐσεβῶς τε ταῦτα εἰς αὐτοὺς γενήσεται, ἅπερ χρὴ γενέσθαι ὑπὲρ τοῦ χαλεπὰ, καὶ τραγῳδίας ἄξια ἐξαμαρτάνειν αὐτούς. τί γὰρ ἐκ τῶν τολμηθέντων ἔναγχος κατὰ τῆς θρησκείας, καὶ τῆς θειότητος παρὰ τῶν σφόδρα ἐλεουμένων εὐλαβεῖσθαι, ἢ ὑποπτεύειν ἡμᾶς, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσαν ὁδὸν ἀφορμήν τε ἀποκινῆσαι μανίας οὐ προσήκει; ἵνα μὴ, ὅπερ ἐξ ὑποδείγματος ἡ τραγικὴ μανία πρώτως ἐξήμαρτε, τὸ αὐτὸ καὶ αὖθις, ὅπερ ἀπείη, ἱεροσυλίας τρόπῳ τολμηθείη. ἀλλ᾽ οὔτε δίχα γνώμης, ἢ κελεύσεως τοῦ ἐπισκόπου, ἢ καὶ ὑμῶν τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ τήνδε τὴν πόλιν, ἢ καὶ ὁπουδήποτε τυγχανόντων, τὸν ὡπλισμένον ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι· ἵνα μὴ, ἐὰν κατὰ τῶν ἀθλίων πολλοῖς τοῦτο καὶ διαφόροις ἐξῇ, σύγχυσις ἐκ τούτου ἐγγένηται. εὐλαβεῖσθαι γὰρ τοὺς μεθ᾽ ὅπλων φεύγοντας πρὸς διόρθωσιν βουλόμεθα, ἀφαιρεῖσθαι τὰ ὅπλα, καὶ οὔτε σωτηρίαν ἐν κεφαλαίῳ. καὶ τοῦτο μᾶλλον δὲ προηγουμένως διὰ τοῦ νόμου τούτου θεσπίζομεν· ἵν᾽ αἱ τοιαῦται ἀθέμιτοί τε καὶ ἱερόσυλοι κινήσεις, ἢ ἅμα τῷ ἄρξασθαι, ἐν αὐτοῖς τοῖς προοιμίοις τῶν ὅπλων ἀποτεθέντων, τῇ καλλίστῃ νουθεσίᾳ ἡσυχάσωσιν, ἢ τῷ φαυλοτάτῳ τόνῳ ἐμμένοντες, τῶν προειρημένων ἐπισχεθῶσι λόγῳ τῆς ὑπερλάμπρου ἐξουσίας, διὰ τῆς κοσμιότητος, δικαιοσύνης τε, καὶ ἀκριβοῦς εὐσεβείας. ταῦθ᾽ ἅπερ περὶ τῆς θρησκείας σεβασμίως, καὶ μετὰ πάσης παρατηρήσεως, εὐλαβείας, τιμῆς, καθαρότητος, ἁγιοσύνης, αἰδοῦς, εὐσεβείας, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν προσφευγόντων φυλάττεσθαι, μήτε διὰ τὴν θρησκείαν τῆς φιλανθρωπίας ἀποκλειομένης, μήτε μὴν διὰ φιλανθρωπίαν τῆς θρησκείας παρορωμένης, προσετάξαμεν, τοῦ πρέποντος ὁμοῦ τῇ θεότητι, καὶ τῇ ἀνθρωπότητι ἀφο

ρισθέντος, διαταγμάτων προσταχθέντων, εἰς πάντα κόσμον, καὶ γνῶσιν πάντων περιελθεῖν φροντίσει· ὥστε καὶ τοὺς προσφεύγοντας διὰ τῆς τῶν ὁρισθέντων φιλανθρωπίας ἀμερίμνους τυγχάνειν, καὶ μηδενὸς προπετείᾳ τὰ εἰς τιμὴν τῆς θρησκείας τυπωθέντα διακρατεῖν. Νόμος προετέθη ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, μηνὶ Φαρμουθὶ ιβ'. Edictum regium de his, qui ad ecclesiam confugiunt. Vetus iam inde a paganismi temporibus consuetudo, naturalisque legis sanctio pietatis causa obtinuit, ut apud omnes nationes, publicae administrationes, humanaeque functiones a religione sacrisque ceremoniis semper secernerentur; sacraque non solum in summo rerum fastigio, sed velut in quodam posito in terris coelo collocarentur, quo accedere solis puris sanctisque fas esset. Hinc et illud quoque consequitur, ut omnium mentibus natura insitum sit, nullo modo quae deo dedicata sunt pollui posse, neque hominum insolentiam adversus vim divinam progredi. Quo enim pacto fieri queat, ut ea polluantur, quae semper munda esse necesse est? Aut qua ratione ea poterunt contaminari, quae semel sanctificata, nunquam talia esse desinunt? Quapropter licet pro certo habeamus, ab iis quae paulo ante barbarica vesania contra divinum altare nefarie perpetrare ausa est, neque quod mundum erat pollui, neque quod natura sanctum contaminari potuisse: tamen quia id factum est, quod nullo modo futurum sperabamus, et usque ad religionem illa sceleratorum hominum pervenit audacia; ne vel impiis profana esse videantur ea quae divina sunt, neque in sacratis deoque dicatis locis liceat ea facere, quae ne in aliis quidem passim impune fieri permittendum est; et ut religio pervigili etiam pietatis custodia illaesa castaque permaneat; omnem violentiam, quae vel per audaciam, vel praeter voluntatem inferatur, ab omnipotentis dei ecclesia arcemus. Etenim si veterum paganorum religio, quae error erat, et cui quod libitum fuisset deus erat, adeo superstitionis suae observans fuit, ut altaria non quibusvis, sed certis sacerdotibus duntaxat committeret, et fana sua perinde ac si ipsius quoque terrae situ extollerentur in arcibus ac munitioribus urbium locis dicaret, atque idola fabrefacta adoraret, maximaque cum veneratione ac vanitate coleret: quanto magis par est, ut nos religionem nostram omni cum observantia custodiamus, ad quos deus ipse cum verae religionis cultu, coelum non deserens descendit, et tanquam cessione quadam inter deum et homines facta, homo deum in terram suscepit hominemque deus in coelum sustulit? Ante alia autem hac re illi deum placant penes quos rerum summa est, quum scilicet salutis et vitae ac securitatis hominum curam habent: quae, ut nostra natura fert, nullo modo alterum cum altero sine alterius detrimento coniungimus, ut nec ecclesiasticis aedibus sacrisque altaribus ex nimia confugientium desperatione vel confidentia, contemtu vel temeritate, audacia vel insania, iniuria aliqua, praeterquam deceat, inferatur; et unicus extremusque miserorum, opeque destitutorum portus patentiore aperto sinu huiuscemodi confugientes excipiat. Nemini qui maris fluctus et scopulos declinat, convenit terrae adimere tranquillitatem: bellum, in quem steterit acies, adversus eum sese dedentem minas deponit. Asylum olim defendit variis criminibus obstrictos, legum aspernans auctoritatem: maiores etiam nostri, ne aliquo modo timore perculsis humanitas denegata videretur, in nostris quoque statuis aram salutis constituerunt; ita ut si qui vel extrema imaginum nostrarum vestigia forte contigerint, hi ab omnibus minis adversae fortunae liberati ac securi gaudeant. Iam si statuae complexus propter regiam maiestatem tantum praesidii miseris conciliat: quantum opis illis debet esse paratum, qui salutis causa ad sacrosancta altaria confugiunt? Pateant proinde trepidis magni dei templa; supplices fugientes communis suscipiat ara; nec ulla veluti superior comminatio divinum auxilium, quod omnibus ex aequo sese offert, ab eius aedibus audeat propulsare. Qualis enim naufragorum in suis calamitatibus misericordia reliqua erit, si litus praecludas, et fontem siti laborantibus perturbes? aut quaenam humanis calamitatibus medicina supererit, si calamitosis deus ipse denegetur? Nostris igitur temporibus non solum sacrosancta altaria, et quadratum populi oratorium murorum ambitu circumseptum, confugientium securitati conferre sancimus: sed quidquid praeterea inde est loci usque ad ecclesiae fores extremas, per quas preces facturi primum ingrediuntur, hoc totum confugientibus misericordiae aram esse definimus et constituimus. Itaque medium templi spatium in praedicto loco positum, perfugium esse decrevimus: atque etiam reliqua omnia loca primis sanctae ecclesiae foribus post publica per circuitum cohaerentia, sive domus, aut hortuli, sive atria, aut balnea, aut etiam porticus sint, ingressos profugos volumus ut perinde ac intimum templum ius custodiendi habeant. Quamvis autem, si religionis atque pietatis ratio spectetur, quae exiguo loco distant, non parva observantiae ratione disiuncta sint; tamen ut securitatem confugientibus latius extendamus, et formidantibus auxilium porrigamus, omnem supradictum ambitum sine ullo discrimine portum esse quietis iubemus, ac neminem ad eos expellendos, sacrilegas manus iniicere, ne forte ille ipse qui id ausus fuerit, se in calamitates incidisse videns, auxilium expetens confugiat. Hoc autem spatium adeo latum, urgente formidine, secure degendi, imo vero exspatiandi clementer concessimus; ita tamen, ut nemini confugientium in dei templo, aut apud sacras aras manere, aut cibum sumere, aut dormire, aut etiam pernoctare liceat; idque non modo clericis propter religionem fieri prohibentibus, sed ipsis quoque confugientibus facere pietatis causa detrectantibus: ne et qui confugiunt, dum usus proprios sacris rebus admiscent, impuro animo confugere videantur; et qui huiusmodi turpitudinem a sacris aedibus arcere possunt, pietatem, cui deserviunt, violare videantur. Ceterum si quando usu veniat, ut alterutrum omnino offendendum sit; satius est, clericos amolientes a sacris altaribus eas iniurias, quae ab humana conditione et a natura oriuntur, audaces potius quam impios haberi, ac in hominem potius quam in deum peccare: quandoquidem hac posita lege, nulla inhumanitatis suspicio clericos iure attigerit; quum timori ac securitati confugientium sit valde prospectum. Nam etsi dei templum humana naturalique necessitate foedari, et sacrosancta mysteria infami infirmitate misceri, ac divina a profanis contaminari, sacra denique ab impuris inquinari nequaquam patimur; non tamen confugientibus, quominus opem implorarent, praesidii ostium praeclusimus: sed amplioribus quoque longioribusque spatiis illorum securitati consulendum existimavimus, et quod divinitati, et quod humanitati debetur, sollicite religioseque observantes. Ferrea autem, vel alterius generis arma ad defensionem comparata, ne confugientes habeant, neve intra sanctam ecclesiam inferant, omnino prohibemus. Haec namque, ut reliqua omnia eiusmodi, non modo a sacris templis et aris abesse volumus, sed a reliquis quoque omnibus ecclesiasticis habitationibus, mansionibus, hortis, balneis, atriis, ac portibus, quae praesidio esse fugientibus superiori sermone declaravimus. Etenim fas non est, sanctissimis templis, aliisve ecclesiae locis ex nimia sollicitudine, discordiae ac bellorum materiam inferre. Sufficiat profugis istis dei auxilium, cui et arma et leges et ipsa etiam regia maiestas subiecta est. Nam et nos, qui semper iure imperii armis circumdamur, quosque sine armatis stipatoribus esse non convenit, dei templum ingressuri, foris arma relinquimus, et ipsum etiam diadema deponimus; et quo submissioris imperii speciem praeferimus, eo magis imperii nobis maiestas promittitur. Ad sacra quoque altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus: et quum circumseptum sacrorum adytum ingressi sumus, statim egredimur; nec quicquam ex propinqua divinitate nobis arrogamus. Quamobrem qui sine armis ad sanctum dei templum, vel ad sanctum altare, in quacunque illi gente, vel in hac civitate confugerint, in templo dormire, aut etiam in altari, vel in ipsis locis cibum sumere, citra ullam iniuriam a clericis prohiberi debent. Et ita res haec erga eos gerenda est, ut non a prohibente iniuria inferri, sed religionis ratio rem, quae geritur, exigere videatur. Proinde illos paventes de sanctitate et puritate loci commoneant; religioni cum humanis necessitatibus nihil commune esse doceant:

intervalla intra septa ecclesiastica, ad ipsorum tranquillitatem securitatemque constituta sigillatim commonstrent: capitale supplicium contra temere irruentes statutum indicent: intelligant religionem humanis sordibus, naturalisque necessitatis iniuria contaminandam aut profanandam non esse ei, qui per eam ipsam religionem tueri se ab iniuria velit. Quod si quispiam nihil his omnibus annuerit, aut assensus fuerit, tum demum religio mansuetudini anteferatur, et ex divinis locis ad ea quae superius dicta sunt, eum propulset audacia. Qui enim in magno metu est, periculum effugiet, nec propterea sacra religio humanarum necessitatum admixtione contaminabitur. Porro si qui divinam opem expetentes, sanctissima dei templa cum armis ingredientur, aut cum apparatu, qui naturae et gentium iure a religione arcetur, non modo illa inferre sacratis locis, verum etiam confligere conabuntur (quod ut adiuventur, vel audiantur, vel quia saevitiam videant, tolerandum esset), plenissima severitatis iussione et horrendis comminationibus praecipue ne id faciant admonebis. Nam qualem ille spem in religione collocat, qui in religionis contumeliam armis accinctus ingreditur? Quod si quisquam furiis actus aliquod istorum nostrorum decretorum in quocunque ecclesiastico loco violaverit, sive id fiat extra templum, sive intra templum, sive etiam circa templum, iubemus, ut confestim episcopi auctoritate a solis clericis arma deponere compellatur, et severius etiam pro sua salute, spe illi data atque fiducia, quod religione ac pietate securius munietur, quam armorum praesidio. Quod si legis nostrae auctoritate, voceque ecclesiastica commonefacti in vesania sua perseverent, neque arma, quae praeter fas, non salutis, sed tyrannidis et sacrilegii audacia ceperant, reliquerint; sciant quod tot tantisque denuntiationibus et praeceptis placata religione, et a nostra serenitate, et ab episcopis excusatione facti deo reddita, pro sui sceleris ratione etiam per armatorum ingredientium vim abstrahentur, et omnium calamitatum generi subiicientur, et ea pie adversus eos gerentur, quae geri aequum est, pro eo quod gravia et tragica scelera admiserint. Quid enim ex his, quae nuper summa cum audacia adversus religionem ac divinitatem patrata sunt ab his, quibuscum admodum clementer actum est, non metuendum sit nobis ac formidandum, ita ut omnem insaniae viam atque occasionem adimamus, ne, quod primum in exemplum tragica perpetravit insania, idem quoque denuo (quod absit) sacrilego more admittatur? Sed neque absque sententia ac iussione episcopi, vel etiam nostra, et iudicum qui in hac urbe, aut etiam eorum qui in quovis alio loco sunt, armatum hominem ex ecclesiis abstractum tradere oportet; ne, si id multis atque diversis contra illos miseros liceat, ex ea re confusio oriatur. Nam eiusmodi cum armis confugientes metuere volumus ut corrigantur, auferri item iis arma, ne salutem in galea et clypeo quaerant. Illud etiam, imo vero praecipue, hac lege sancimus, ut nefariae sacrilegaeque huiusmodi tumultuationes vel in ipsis initiis per armorum amolitionem, honestamque admonitionem sedentur, vel certe si in improba obstinatione permaneant, metu illustrissimae potestatis per moderationem et iustitiam et praestantem pietatem a praedictis rebus compescantur. Haec ipsa, quae pro veneranda religione, et cum omni observantia, veneratione, honore, pietate, puritate, sanctitate ac reverentia vel maxime a fugitivis observari iussimus; neque humanitatem propter religionem abiiciendo, neque rursum religionem propter humanitatem contemnendo, eo quod decet tum divinitati, tum humanitati attributo: propositis edictis in totum orbem, ut ad omnium notitiam perveniant, curabis: ut et confugientes per decreti clementiam securi sint, et nullius hominis temeritate, quae ad honorem religionis sancita sunt, intercidant. Lex haec proposita fuit indictione decima quarta, duodecimo die mensis Pharmuthi (hoc est septimo Aprilis). Vid. Cod. Th. 9, 45 (de His qui ad eccles. confug.) 4 et 5; Mansi 5, 437—446.— *Θεῖον γράμμα ἀποσταλὲν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ διὰ Κανδιδιανοῦ Κόμητος δομεστίκων, τοῦ καὶ τὴν εὐταξίαν τῆς συνόδου ἐγχειρισθέντος. Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος, καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι Αὔγουστοι, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ... Ἐντέταλται Κανδιδιανὸς, ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, ἄχρι τῆς ἁγίας ὑμῶν διαβῆναι συνόδου· καὶ μηδὲν μὲν ταῖς περὶ τῶν δογμάτων γινομέναις ζητήσεσι κοινωνῆσαι ... τοὺς κοσμικοὺς δὲ καὶ μονάζοντας, τούς τε ἤδη διὰ τοῦτο συνειλεγμένους, καὶ τοὺς συνάγεσθαι μέλλοντας, τῆς αὐτῆς παντὶ τρόπῳ χωρίσαι πόλεως ... καὶ φροντίσαι τοῦ μή τινα διχόνοιαν ἐξ ἀντιπαθείας ἐπὶ πλέον παραταθῆναι· ὡς ἂν μὴ ἐκ τούτου ἡ τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου παρεμποδίζοιτο διάσκεψις, καὶ ἡ ἀκριβὴς τῆς αληθείας ζήτησις ἐκ τῆς ἐγγινομένης τυχὸν ἀτάκτου περιηχήσεως διακρούηται· ἀνεξικάκως δὲ τῶν λεγομένων ἕκαστον ἀκροώμενον προστιθέναι τὸ δοκοῦν, ἢ ἀντιτιθέναι· καὶ οὕτως κατὰ πρότασίν τε καὶ λύσιν, τὴν περὶ τοῦ ἀληθοῦς δόγματος ἔρευναν δίχα τινὸς ταραχῆς διαλυθῆναι, καὶ κοινῇ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ψήφῳ ἀστασίαστόν τε καὶ τὸν πᾶσιν ἀρέσκοντα τύπον λαβεῖν. πρωτοτύπως δὲ παρὰ τῆς ἡμετέρας θειότητος ὁ αὐτὸς μεγαλοπρεπέστατος ἀνὴρ Κανδιδιανὸς ἐντέταλται, παντὶ τρόπῳ παραφυλάττειν, μηδένα τῶν τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου ὡς οἴκαδε ἐπανιόντα, ἢ καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν στρατόπεδον καταλαβεῖν βουλόμενον, ἢ καὶ αλλαχοῦ που ἀφικνεῖσθαι προῃρημένον, ἀπολιπεῖν τὸν ὁρισθέντα τῇ διασκέψει τόπον· μήτε μὴν ἑτέραν τὸ παράπαν προτεθῆναι ἐκκλησιαστικὴν ζήτησιν, ἤ τινων ἐξαιτούντων, ἢ ὁπωσοῦν ἔκ τινος ἀνακύπτουσαν ὑπόθεσιν, μὴ συντείνουσαν εἰς τὴν προκειμένην τοῦ ἁγίου δόγματος διάσκεψιν, πρὶν ἂν πᾶσα ἡ τοῦ ζητουμένου λυθείη ἀμφισβήτησις, καὶ τὰ εἰς τὴν ἀληθῆ ἔρευναν λυσιτελοῦντα, πρὸς ἀκρίβειαν ζητηθέντα τέλους τύχῃ τοῦ τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ συμβαίνοντος. γινωσκέτω δὲ ὑμῶν ἡ θεοσέβεια, δεδόχθαι τῇ ἡμετέρᾳ γαληνότητι, μηδεμίαν ἢ ἐπὶ τῆς ἁγίας ὑμῶν συνόδου, ἢ καὶ ἐν δημοσίῳ αὐτόθι δικαστηρίῳ, χρηματικὴν ἢ ἐγκληματικὴν κατά τινος κινηθῆναι αἰτίασιν, εἴ τινι τυχὸν ταύτην εἶναι συμβαίνοι· πᾶσαν δὲ τὴν περὶ τούτων διάγνωσιν συγκροτηθῆναι κατὰ τὴν μεγαλώνυμον πόλιν. Εἰρηναῖον δὲ τὸν μεγαλοπρεπέστατον ἄνδρα φιλίας μόνον χάριν συνεκδεδημηκέναι τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆσδε τῆς μεγαλωνύμου πόλεως Νεστορίῳ, μήτε τοῖς σκέμμασι τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου, μήτε μὴν τοῖς ἐγχειρισθεῖσι τῷ παρ᾽ ἡμῶν ἀποσταλέντι τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἀνδρὶ Κανδιδιανῷ κατά τινα λόγον κοινωνήσοντα. Sacra ad sanctam synodum missa per Candidianum Comitem Domesticorum, cui servandi in synodo ordinis cura demandata erat. Imperatores Caesares, Theodosius et Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, sanctae synodo ...* Candidianum praeclarissimum sacrorum domesticorum comitem ad sacram vestram synodum abire iussimus; sed ea lege et conditione, ut cum quaestionibus et controversiis, quae circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat ... verum ut monachos, et saeculares, qui huius spectaculi causa vel eo nunc confluxerunt, vel in posterum confluent, ab eadem illa civitate modis omnibus summoveat ... tum rursum, ut diligenter prospiciat, ne qua dissensio ex mutuo repugnandi studio coorta increbrescat, et saevae tempestatis instar debacchata, sanctissimae synodi vestrae consultationem, exactioremque veritatis indagationem forte obturbet: sed ut iis quae dicuntur, rite perceptis, singuli inoffense quod visum fuerit in medium proponere, vel ab aliis propositum refutare queant: ut ea tandem ratione, ubi per singulas propositiones exceptionesque inquisitio citra ullam omnino turbam contentionemque habita fuerit, quod omnibus placitum probatumque erit, communi vestrae sanctitatis sententia constituatur decernaturque. Ante omnia autem eidem magnificentissimo Candidiano mandatum est, ut quam studiosissime observet, ne quem ex sanctissima vestra synodo aut reditum molientem, aut iter ad curiam nostram affectantem, aut ad alium quemcunque locum abscedere cupientem, a constituto disquisitionis loco abire permittat. Hinc, ne aliam omnino ecclesiasticam quamcunque controversiam, undecunque natam vel motam, quae ad propositam sancti dogmatis considerationem non pertineat, ante moveri sinat, quam eorum omnium, quae nunc in quaestionem vocata sunt, ambiguitate soluta, ea quae ad veritatis investigationem faciunt, exactissimo iudicio discutiantur, finemque orthodoxae religioni congruum sortiantur. Quin et huius quoque admonita sit vestra pietas, nempe, serenitati nostrae visum esse, ut nulla omnino in sacra vestra synodo, aut etiam in publico Ephesiorum iudi-

cio, pecuniaria aut criminalis causa adversus aliquem agitetur. Quod si quid eiusmodi exstiterit, cuipiamve usu venerit, huius integram cognitionem magnae huic nostrae civitati reservatam volumus. Denique nec id quoque vobis clam sit; videlicet, magnificentissimum comitem Irenaeum neque sanctissimae vestrae synodi consiliis, neque his quae eximio legato nostro Candidiano a nobis demandata sunt, ullatenus communicare debere: ut qui solius amicitiae causa cum piissimo celeberrimae civitatis huius episcopo Nestorio Ephesum profectus sit. *Ex Actis Concilii Ephesini apud Harduin.* 1, 1346. *Mansi* 4, 1117—1120. — *Ἴσον βασιλικοῦ γράμματος ἀποσταλέντος ἐν Ἐφέσῳ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον διὰ Παλλαδίου Μαγιστριανοῦ, ἀνατρέποντος τὰ παρ᾽ αὐτῶν πραχθέντα, ὡς ὀφειλούσης ἄνωθεν γενέσθαι συζητήσεως. Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι, τῇ κατ᾽ Ἔφεσον ἁγιωτάτῃ συνόδῳ. Τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων Κανδιδιανοῦ γνωρίσαντος ἡμῖν, μεμάθηκεν ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια ταραχωδῶς τινα καὶ παρὰ τὸ προσῆκον κατὰ τὴν Ἐφεσίων γεγονέναι μητρόπολιν, οὔτε πάντων, ὥσπερ ἐδέδοκτο, τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων συνεληλυθότων· καίτοι τοῦ τῆς μεγαλοπόλεως Ἀντιοχείας ἐπισκόπου πλησιάζειν ἤδη σὺν ἑτέροις μητροπολίταις μέλλοντος· οὔτε τῶν ἤδη παραγεγονότων συσκεψαμένων ἢ ὁμονοησάντων ἀλλήλοις, οὔτε μὴν τὰ περὶ τῆς πίστεως καθ᾽ ὃν ἐχρῆν τρόπον ἐξετασάντων, ἢ ὥσπερ τοῖς ἐγκαταπεμφθεῖσι θείοις ἡμῶν περιείχετο γράμμασιν· ἀλλὰ ὥστε δήλην εἶναι τήν τινων πρός τινας ἀπέχθειαν, διὰ πολλὴν τὴν περὶ τὰ ὁπωσοῦν δόξαντα σπουδὴν, οὔτε παρακαλύμματι χρήσασθαι δυνηθέντων· διὸ νομίσειεν ἄν τις λογισμῷ τὰ γεγονότα πεπρᾶχθαι. ὅθεν δέδοκται τῇ ἡμετέρᾳ θειότητι, χώραν μὲν τὴν τοιαύτην μηδαμῶς ἔχειν ἐξελθεῖν αὐθεντίαν· τῶν δὲ ἀνακολούθως γεγονότων, ἀργούντων, τοὺς περὶ τῆς εὐσεβείας λόγους, ὥσπερ ἐδέδοκτο, πρότερον ἐξετασθῆναι, καὶ κατὰ τὸ κοινῇ πάσῃ τῇ συνόδῳ δοκοῦν εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον κρατεῖν· οὐκ ἀνεχομένης τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας τῶν ἐξ ἐπιτηδεύσεως προλημμάτων· οὕτω δὲ ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν ἀγανακτούσης, ὥστε κελεύειν μέχρις ἂν καὶ παρὰ πάσης τῆς συνόδου τὰ τῆς εὐσεβείας ἐξετασθῇ δόγματα, καὶ ἀποσταλῇ τις ἐκ τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου ἅμα τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ Κανδιδιανῷ τῷ κόμητι, τὰ πεπραγμένα κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν εἰσόμενος, καὶ κωλύσων τὰ ανακόλουθα, μηδὲ ἀποστῆναί τινα τῶν συνειλεγμένων ἐπισκόπων τῆς Ἐφεσίων πόλεως, μήτε μὴν ἐπὶ τὸ θεῖον ἡμῶν ἐλθεῖν στρατόπεδον, ἢ ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἀναστρέψαι. ὥστε γὰρ μηδενὶ τοῦτο ἐξεῖναι, μηδὲ ἐλπίζειν ἀδεῶς προβήσεσθαι, ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτά ἐστι τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ παρεγγυῆσαι τὰ γράμματα, μή τι καὶ ἕτερον παρὰ τὴν ἡμετέραν κέλευσιν τοῖς γεγονόσι προσθεῖναι. ἴστω δὲ ἡ ἁγιότης ὑμῶν, ὡς καὶ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν ἐπέσταλται μηδένα παντελῶς ἐάσαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα καὶ πόλιν δίχα ἡμετέρας κελεύσεως ὑποστρέψαντα δεχθῆναι . . . Ἐδόθη τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, ὑπάτου Φλαυίου Ἀντιόχου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. Exemplum imperialium literarum, quae Ephesum ad sanctam synodum per Palladium magistrianum eo fine missae sunt, ut everterent quae antea per ipsos (concilii patres) acta fuerant, tanquam de integro fieri debeat fidei discussio. Imperatores Caesares, Theodosius et Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, sanctissimae synodo Ephesinae.* Magnificentissimi Candidiani devotorum domesticorum comitis relatu pietas nostra accepit, quaedam in Ephesiorum metropoli per tumultum, ac secus quam conveniat, transacta fuisse. Nam neque omnes, ut decretum erat, piissimi episcopi convenerunt, quum tamen magnae Antiochenae civitatis episcopus cum aliis metropolitanis iam appropinquaret: neque illi qui iam venerant, simul consultaverunt, nec inter se consenserunt; neque ea quae de fide sunt, modo quo oportebat, vel prout continebatur sacris literis nostris, quas subinde misimus, examinaverunt: sed res ita gesta est, ut manifestum evaderet, alios aliis esse infensos ob vehemens studium erga illa, quae quomodocunque placita sunt, nec velamen praetendere valentes. Quare quae gesta sunt, studio acta esse, quilibet existimaverit. Proinde sacrae maiestati nostrae placuit, talem procedendi modum nullum habere locum, aut momentum: his vero quae inepte ac citra ordinem gesta sunt, cessantibus, doctrinam de pietate prius, sicuti decretum fuit, discuti, eamque iuxta communem totius synodi sententiam in posterum obtinere. Neque enim pietas nostra aequo fert animo praeiudicia de industria praesumta: quin imo quae gesta sunt, usque adeo aegre fert, ut donec pietatis dogmata ab universa synodo fuerint examinata, et quispiam e sacro nostro palatio una cum magnificentissimo Candidiano comite destinetur, qui nostro iussu quae acta sunt cognoscat, quique quae legitimo ordini dissentanea sunt, prohibeat; neminem episcoporum qui convenerunt ab Ephesiorum civitate abscedere, vel ad sacrum nostrum comitatum venire, vel in suam patriam reverti, ullatenus sit passura. Quod enim nulli hoc liceat, nullusve speret id tuto sibi successurum, hae literae sufficient ad denuntiandum pietati vestrae, ne quid aliud praeter nostram iussionem iam ante perpetratis in posterum adiiciat. Quin et hoc quoque sanctitatem vestram non lateat, nos illustrissimis provinciarum praefectis scripsisse, ne ullum prorsus in patriam vel civitatem suam nostro iniussu redeuntem admittant ... Datum tertio Kalendas Iulias, Flavio Antiocho et qui fuerit nuntiatus Coss. *Ex Actis Conciliabuli Ephesini apud Harduin.* 1, 1538 *sq. Mansi* 4, 1378 *sq.* — *Θεῖον γράμμα πρὸς τὴν ἐν Ἐφέσῳ ἁγίαν σύνοδον, ἀπολύον πάντας τοὺς ἐπισκόπους εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἀποκαθιστῶν Κύριλλον καὶ Μέμνονα τοὺς ἁγιωτατους ταῖς ἰδίαις ἐκκλησίαις. Ἡμεῖς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην, ἁπάσης ἄλλης ἀσχολίας προτιμήσαντες, οὐ μόνον διὰ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἑαυτῶν συναγαγεῖν ἡμᾶς ἐβουλήθημεν, ἀσεβὲς εἶναι καὶ ἀνάξιον τῆς ἡμετέρας βασιλείας πιστεύσαντες τὸ ῥᾳθυμούντων ἡμῶν, καὶ μὴ πάντα ὅσα ἐνδέχεται ποιούντων, διαιρεθῆναι τὰς ἐκκλησίας. ἐπειδὴ δὲ οὔτε ἑνωθῆναι ὑμᾶς γεγένηται δυνατὸν, οὔτε εἰς τοὺς λόγους τοὺς περὶ ἀμφισβητουμένων ἐλθεῖν ἠθέλησεν ἡ ὑμετέρα εὐλάβεια, τετυπώκαμεν τοὺς ἀνατολικοὺς ἐπισκόπους ἀπελθεῖν εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας καὶ τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὴν σύνοδον διαλυθῆναι τὴν ἐν Ἐφέσῳ. ἔτι τὸν Κύριλλον εἰσελθεῖν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ Μέμνονα μεῖναι ἐν Ἐφέσῳ. τοσοῦτον γὰρ δηλοῦμεν τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, ὅτι ἕως ὅτε ζῶμεν, καταγνῶναι τῶν ἀνατολικῶν οὐ δυνάμεθα. οὐδὲν γὰρ ἐπὶ ἡμῶν ἠλέγχθησαν· οὐδενὸς αὐτοῖς συζητῆσαι θελήσαντος. εἰ οὖν ἐστι σκόπος εἰρήνης, ἑλόμενοι ταύτην ἀφιλονείκως, γνωρίσατε ἡμῖν. εἰ δὲ μήγε, εὐθέως πρὸς ἃ γράφομεν τῆς ἐκδημίας φροντίσατε, οὐχ ἡμῶν ὄντων αἰτίων, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ τοὺς αἰτίους γινώσκοντος. Divinae literae ad sanctam synodum Ephesinam, quibus ad sua remittuntur omnes episcopi, et sanctissimi Cyrillus ac Memnon restituuntur propriis ecclesiis.* Nos ecclesiae pacem cunctis aliis occupationibus honorifice praeponentes, non solum per iudices nostros, sed etiam per nos ipsos aggregare eos voluimus; impium esse et indignum nostro credentes imperio, si fastidientibus nobis, et non omnia quaecunque possibile est facientibus, dividerentur ecclesiae. Quoniam vero neque uniri vos possibile factum est, nec ad reddendam rationem de his circa quae dubitatio est venire voluit venerabilitas vestra, decrevimus, ut orientales episcopi ad suas patrias et ecclesias revertantur, et synodus Ephesina solvatur: ita videlicet ut Cyrillus intret in Alexandriam, et Memnone in Epheso permanente. Hoc enim significavimus vestrae religiositati tantummodo, quod quamdiu vivimus, orientales adiudicare non possumus. Coram enim nobis nulla ex parte convicti sunt. Si igitur ulla pacis remansit intentio, hanc potius eligentes, nobis absque contentione rescribite. Alias de profectione vestra mox ad ista quae scripsimus cogitate. Nos enim mali alicuius causa non sumus. Si qui sint, cognoscit deus. *Ex Actis Concil. Ephes. ap. Harduin.* 1, 1615. — *Ἀντίγραφον ἑρμηνείας βασιλικοῦ θεσπίσματος γραφέντος πρὸς Ἰσίδωρον ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ ὕπατον περὶ τῆς ἐξορίσεως. Εἰ καὶ τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων φροντίδος περιφανής ἐστιν ἡ ἡμετέρα σπουδὴ, ὅμως οὐχ ἧττων παρ᾽ ἡμῖν τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ἡ ἀσφάλεια. ἥσπερ θεραπευομένης παρ᾽ ἡμῶν, καὶ ἐν ταῖς δημοσίαις χρείαις πιστεύομεν ἑαυτοὺς βοηθεῖσθαι. καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ Νεστόριος, ὁ τῆς καθολικῆς ποτε ἐκκλησίας ἱερεὺς, νῦν δὲ τῆς πίστεως προδότης, τηλικούτοις μυσαρῶν μεγέθεσιν ἐνδεδεμένος φαίνεται, καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἵνα ἀποφάσει τῆς ἡμετέρας γαληνότητος ὑποβληθεὶς,*

τῇ ἁρμοζούσῃ τοῖς οἰκείοις τρόποις ταλαιπωρίᾳ καταβαρυνθείη· ὅς τις καταλειφθέντων τῶν σεβασμίων νόμων τῆς ἐκκλησίας, ἀθεμίτου αἱρέσεως αὐθέντης ἐφάνη. καὶ ἐν τῷ διαφθείρειν αὐτῶν τὴν πίστιν, οὕς τινας τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἑαυτοῦ προδοσίας συνῆψεν, εἰς τὸ οἰκεῖον ἑαυτοῦ πρόσωπον ἀνέλαβε καὶ τὸ ἔγκλημα τῆς προδοσίας τῆς ἀλλοτρίας. ἡ ἔνδοξος τοιγαροῦν σοῦ αὐθεντία, τοῦ πραγματικοῦ τύπου τούτου, ἤτοι ἰδικῆς αὐθεντίας ὑποδειχθείσης, τὸν μνημονευθέντα Νεστόριον, εἰς ἐξορίαν Πέτρας εἰς τὸ διηνεκὲς προσταξάτω ὑπὲρ τῶν ἠσεβημένων αὐτῷ καταχθῆναι οὕτως, ὥστε πάντα αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα τῇ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως προσκυρωθῆναι, πρὸς τὸ τοῦ σεβασμιωτάτου τόπου τὰ πράγματα αὐξηθῆναι, οὗ προέδωκε πρώην τὸ μυστήριον. οὕτω γὰρ ἔσται ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων ἡ εὐλάβεια τῆς ἁγιωτάτης πίστεως ἀβλαβὴς, καὶ τοῦ ἡμετέρου βασιλείου ἡ εὐδαιμονία, ὀχυρωθεῖσα τῇ θρησκείᾳ, ἀνθήσει. *Antigraphum interpretationis decreti imperatorii, scripti ad Isidorum praefectum praetoriorum et consulem, de exsilio Nestorii.* Licet nostrum erga rempublicam studium conspicuum sit; non minori tamen nobis est curae, ut sacrosancta religio tuta consistat: qua videlicet a nobis custodita, in publicis quoque rebus nos adiuvari confidimus. Quare quum Nestorius catholicae ecclesiae quondam sacerdos, nunc vero fidei proditor, tantorum scelerum mole oppressus teneatur; necessarium est, ut nostrae serenitatis sententiae subiiciatur, calamitateque moribus illius digna opprimatur, ut qui venerandis ecclesiae legibus abiectis, nefandae haereseos auctor exstiterit: et dum illorum, quos proditionis suae socios sibi adiunxit, fidem corrupit, alienae corruptionis crimen in suam ipsius personam recepit. Tua proinde celebris dominatio hac pragmatica sanctione, sive peculiari auctoritate ostensa, praedictum Nestorium ob admissam a se impietatem in perpetuum exsilium Petras deportari iubeat; omniaque illius bona ecclesiae Constantinopolitanae addicat, quo augustissimi loci illius opes, cuius ille sacra mysteria nuper prodidit, auctiores evadant. Hac enim ratione religio sanctissimae fidei in mentibus hominum intacta perseverabit, et regni nostri felicitas religione munita florebit. *Ex Actis ad Concil. Ephes. spectant. ap. Hard.* 2, 1670. *Mansi* 5, 256. Cf. interpretatio sacrae epist. de exilio in Petram Irenaei comitis ap. Mansi. 5, 964. — *Philippus ex legatis apostolicae sedis ecclesiae Romanae presbyter in SS. Concilio Oecumenico Ephesino, ubi recitatis Coelestini P. literis latine scriptis, universi episcopi petierunt, ut eadem epistola graece translata de uno recitaretur, sic dixit: Vetus consuetudo habet, ut apostolicae sedis diplomata latine proponantur. Nunc vero, quoniam beatitudo vestra efflagitat, ut literae allatae graece itidem relegantur, necesse fuit vestrae beatitudinis desiderio satisfacere. *Mansi* 5, 570. *Graece et latine Harduin.* 1, 1467. — Διάταγμα τῶν ἐπάρχων ὥστε μὴ ἀναγινώσκεσθαι τὰ Νεστορίου. Φλάβιος Ἀνθέμιος Ἰσίδωρος, Φλήσβασσος, καὶ Φλάβιος Σιμπλίκιος Ῥηγῖνος, οἱ ἔπαρχοι λέγουσι ... Τοὺς παραχαράττοντας τὰ τῆς πίστεως δόγματα, προστάττουσιν (οἱ βασιλεῖς) ἡσυχάζειν τε τοῦ λοιποῦ, καὶ μεταβουλεύσασθαι κάλλιον, καὶ μήτε αὐτοὺς εἴς τινα τόπον συνιέναι, μήτε ἑτέροις στάδιον ἀσεβείας ἀποδεικνύναι τι τῶν αὐτοῖς διαφερόντων χωρίων, ἢ ἐν ἄστει ὂν, ἢ ἀπῳκισμένον, ἢ πλησιάζον πόλει, ἢ ἁπλῶς ἄβατον εἶναι τοιαύτης συνόδου πᾶσαν τὴν γῆν. τοὺς δέ γε ταῖς φρενοβλαβείαις, καὶ συνθέσεσι Νεστορίου τιθεμένους, καὶ ἐφόδια τῆς πλάνης τὰς βίβλους ἔχοντας αὐτοῦ, οἰκτείραντες μᾶλλον, ἢ τιμωρησάμενοι, προαγγέλλουσιν, ἐκεῖνά τε πυρὶ παραδιδόναι, καὶ ἀφανίζειν· ὅπως ἂν μὴ μνημόσυνα τοσαύτης πλάνης ἐν τῇ πολιτείᾳ καλινδούμενα, ἐμπόδια τῇ ἀληθεῖ γένοιτο πίστει· μήτε γράφειν γε ἕτερα, οἷς μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐμπεσεῖν εὐαγέστερον· μηδὲ ἐντυγχάνωσι τοῖς τοιούτοις, ἀφ᾽ ὧν ἡ ζημία τοῦ παντὸς τὴν ἀπώλειαν ἔχει ... *Edictum praefectorum de Nestorii libris non legendis. Flavius Anthemius Isidorus, Flavius Bassus, Flavius Simplicius Reginus, praefecti edicunt* ... Iis qui fidei dogmata adulterant, in posterum ut quiescant indicunt (Imperatores), ut in melius consilia mutent, et ut neque ipsi in aliquem locum conveniant, neque aliis ullum ad se pertinentem locum, stadium impietatis efficiant, seu in urbe sit ille, seu remotus, seu urbi proximus; et ut prorsus eiusmodi conventibus nulla pars terrae pateat. Ceteris vero qui insanis Nestorii commentis addicti sunt, et pro erroris viatico libros illius apud se habent; misereri quam punire malentes, denuntiant, ut eiusmodi libros igni tradant, penitusque aboleant; ne tanti erroris monumenta si in republica volutentur, verae fidei impedimentum afferant: sed nec ullos quoque alios describant, in quos ne ab initio quidem incidisse longe sanctius erat; neque eiusmodi libros legant, a quibus quod existit damnum, totius summae interitum ac iacturam habet ... *Ex collect. nonnull. ad Concil. Ephes. spectantium, et quae post idem acta sunt apud Mansi.* 5, 416. Cf. a. 435.

1188. p. C. n. 435. FL. THEODOSIO A. XV. ET QUI FUERIT NUNTIATUS COSS.

Ἀντίγραφον θείου νόμου κατὰ Νεστορίου. Τὸ τῇ εὐσεβεστάτῃ θρησκείᾳ παρ᾽ ἡμῶν ὀφειλόμενον σέβας τοὺς περὶ τὸ θεῖον ἀσεβῶς ἔχοντας δίκαις τε ἀξίαις κολάζεσθαι, καὶ ὀνόματι τῇ αὐτῶν φαυλότητι πρέποντι προσαγορεύεσθαι βούλεται· ὡς ἂν ὀνείδεσι προβληθέντες αἰώνιον ὑπομένοιεν τιμωρίαν τῶν ἁμαρτημάτων· καὶ μήτε ζῶντας τιμωρίας, μήτε θανόντας ἀτιμίας ἐκτὸς ὑπάρχειν. Νεστορίου τοίνυν τοῦ τῆς τερατώδους διδασκαλίας ἡγεμόνος κατακεκριμένου, λείπεται τοὺς ὁμογνώμονας αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀσεβείας κοινωνοὺς, ὀνόματι περιλαβεῖν κατεγνωσμένῳ· ἵνα μὴ τῇ τῶν Χριστιανῶν ἀποχρώμενοι προσηγορίᾳ, τούτῳ ὀνόματι κοσμοῖντο, ὧν τοῦ δόγματος δυσσεβοῦντες ἐξέστησαν. διὰ ταῦτα νομοθετοῦμεν, τοὺς ἁπανταχοῦ τῆς Νεστορίου ἀθεμίτου δόξης κοινωνοὺς, Σιμωνιανοὺς ὀνομάζεσθαι· προσήκει γὰρ τοὺς ἐν τῇ τοῦ θείου ἀποστροφῇ τὸ ἐκείνου μιμουμένους δυσσέβημα, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ κληροῦσθαι προσηγορίαν. ὃν τρόπον Ἀρειανοὶ νόμῳ τοῦ τῆς θείας λήξεως Κωνσταντίνου, Πορφυριανοὶ, διὰ τὸ ὅμοιον τῆς ἀσεβείας ἐκ Πορφυρίου προσαγορεύονται· ὃς τὴν ἀληθῆ θρησκείαν ἐπιχειρήσας τῇ τοῦ λόγου δυνάμει καταγωνίσασθαι, βίβλους ἑαυτῷ, οὐ παιδεύσεως ὑπομνήματα καταλέλοιπε. καὶ μηδένα τολμᾶν, τὰς αὐτοῦ Νεστορίου τοῦ ἀθεμίτου τε καὶ ἱεροσύλου ἀσεβεῖς βίβλους περὶ τῆς εὐαγοῦς τῶν ὀρθοδόξων θρησκείας, καὶ κατὰ τῶν δογμάτων τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῶν ἐπισκόπων ἁγίας συνόδου, κατέχειν, ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ μεταγράφειν· ἃς δεῖ σπουδῇ πάσῃ ζητήσαντας, δημοσίᾳ ἐμπίμπρασθαι. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πάσης ἀσεβείας ῥιζόθεν ἐκκοπείσης, τὸ ἁπλοῦν καὶ εὐαπάτητον πλῆθος οὐδὲν πλάνης σπέρμα εὑρεῖν ποτε δυνήσεται. μηδὲ μνήμην τῶν οὕτως ἀπολλυμένων ἀνθρώπων ἔν τινι τῆς θρησκείας διαλέξει ἑτέρῳ ἢ τῷ Σίμωνος ὀνόματι ποιεῖσθαι, ἢ οἰκίαν αὐτοῖς, ἢ ἀγρὸν, ἢ προάστειον, ἢ ὁντιναοῦν ἄλλον τόπον συνόδου ἕνεκα, λεληθότως, ἢ φανερῶς παρασχεῖν. τοὺς γὰρ τοιούτους ὁρίζομεν πάσης συνόδου ἀδείας στερίσκεσθαι, προδήλου ὄντος ἅπασιν, ὡς ὁ παραβαίνων τε τὸν νόμον τοῦτον, καὶ Νεστόριον μιμούμενος, δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων τιμωρηθήσεται. ἡ μεγίστη τοίνυν καὶ περιφανής σου ἐξουσία ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν εἰς γνῶσιν ἁπάντων τῶν τὰς ἐπαρχίας οἰκούντων, διατάγμασι συνήθως ἐλθεῖν παρασκευάσει. τὸν νόμον δὲ τοῦτον τῇ τε Ῥωμαίων, τῇ τε Ἑλλήνων τεθείκαμεν γλώττῃ, ὡς πᾶσι σαφῆ καὶ γνώριμον εἶναι. *Exemplum sacrae legis contra Nestorium. Impp. Caesares Theodosius et Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti.* Cultus ac veneratio, quam sanctissimae religioni debemus, postulat, ut illi qui impie erga divinum numen affecti sunt, meritis poenis subiiciantur; et nomine quod pravitati eorum conveniat, eiusmodi appellentur, ut hac infamia notati, aeternam errorum suorum sustineant; et neque dum vivunt, supplicio, neque post mortem dedecore unquam careant. Quum ergo Nestorius portentosae doctrinae dux damnationis sententiam iam exceperit, superest, ut opinionis illius socios, impietatisque consortes damnato nomine comprehendamus; ne Christianorum appellatione abusi, eorum decorentur vocabulo, a quorum dogmate sua impietate desciverunt. Quamobrem hac lege sancimus, quotquot ubicunque exsecrandae opinionis Nestorii sequaces exstiterint, eos Simonianorum nomine appellandos esse. Aequum est enim, ut qui aversi a deo impietatem Simonis aemulantur, eandem cum illo appellationem sortiantur. Quo etiam modo Ariani sanctione beatae memoriae Constantini, vocati sunt Porphyriani, quod Porphyrio similem impietatem imbibissent. Hic enim sermonis vi et efficacia veram religionem expugnare conatus, libros sibi potius infamiae, quam eruditionis commentaria reliquit. Decernimus praeterea, ne

quis impios nefarii sacrilegique Nestorii libros, quos de sacra orthodoxorum religione et adversus dogmata episcoporum, qui in sacra Ephesina synodo convenerunt, edidit, habeat, aut legat, aut transcribat: quos etiam omni studio ac diligentia undecunque conquisitos publice concremari volumus. Hac enim ratione fiet, ut omni impietate radicitus excisa, simplex multitudo, quae dolis haud difficulter capi solet, nullam errandi occasionem deinceps inveniat. Nullam praeterea hominum adeo perditorum in ulla de religione disputatione, nisi sub Simonianorum nomine, mentionem fieri; nullamque domum, aut agrum, aut suburbanum, aut alium quemcunque locum conventus causa occulte aut manifeste iisdem concedi. Decernimus enim huiusmodi homines omni conventus habendi facultate privatos esse: quum neminem omnino latere debeat, quod quicunque nostram hanc legem transgressus fuerit, et Nestorium imitatus, omnium bonorum amissione muletabitur. Summa proinde illustrisque auctoritas tua curet, ut nostra haec sanctio omnibus provincias incolentibus, edictis ex more propositis nota fiat. Hanc autem legem Romano simul et Graeco sermone edidimus, quo omnes illam perspicue intelligere queant. *Ex Actis Concil. Ephes. ap. Harduin.* 1, 1715—1718. *Mansi* 5, 413, 660. Cf. Cod. Th. 16, 5, 66 ann. 435. Sequitur edictum Flavii Anthemii Isidori, Flavii Bassi, Flavii Simplicii Regini praefectorum de Nestorii libris non legendis et igni tradendis. Cf. p. 447. —*Ἴσον θείου θεσπίσματος τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, κατὰ Πορφυρίου, καὶ Νεστοριανῶν, καὶ κατὰ Εἰρηναίου τοῦ Τυρίων ἐπισκόπου. Πρέπειν ἡγούμεθα τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους περὶ τῆς εὐσεβείας ὑπομιμνήσκειν. οὕτω γὰρ καὶ πλείονα κτήσεσθαι τὴν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν δυνατὸν εἶναι νομίζομεν, ὅταν καὶ ἡμεῖς τὰ κατὰ δύναμιν αὐτῷ ἀρέσκειν σπουδάζωμεν, καὶ τοὺς ἡμῖν ὑπακούοντας εἰς τοῦτο προτρέπωμεν. θεσπίζομεν τοίνυν, ὥστε πάντα, ὅσα Πορφύριος ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ μανίας ἐλαυνόμενος κατὰ τῆς εὐσεβοῦς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν συνέγραψε, παρ' οἱῳδήποτε εὑρισκόμενα πυρὶ παραδίδοσθαι· πάντα γὰρ τὰ κινοῦντα πρὸς ὀργὴν τὸν θεὸν συγγράμματα, καὶ τὰς ψυχὰς ἀδικοῦντα, οὐδὲν εἰς ἀκοὰς ἀνθρώπων ἐλθεῖν βουλόμεθα. ἔτι θεσπίζομεν, ὥστε τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου δόξαν, ἢ τῇ ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολουθοῦντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοὶ, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι, εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι, κατὰ τὰ ἤδη νομοθετηθέντα παρὰ τῆς ἡμετέρας θειότητος· ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων ὀρθοδόξων, τῶν ἑπομένων τῇ εὐσεβεῖ ἡμῶν νουθεσίᾳ, δίχα φόβου καὶ βλάβης δημοσιεύειν αὐτοὺς, καὶ ἐλέγχειν. ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν εἰς τὰς εὐσεβεῖς καὶ θειοτάτας ἡμῶν ἀκοὰς, ὡς τινες διδασκαλίας τινὰς συνέγραψαν καὶ ἐξέθεντο αμφιβόλους, καὶ οὐκ ἀκριβῶς συμφωνούσας τῇ ἐκτεθείσῃ ὀρθοδόξῳ πίστει παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῶν συνελθόντων ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἁγίων πατέρων, καὶ Κυρίλλου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, τοῦ γεγονότος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπου, κελεύομεν, τὰ μὲν γεγονότα τοιαῦτα συγγράμματα, ἢ καὶ πρὸ τούτου, ἢ καὶ νῦν, ἐμπίμπρασθαι, καὶ τελείῳ ἀφανισμῷ παραδοθῆναι, ὥστε μήτε εἰς ἀνάγνωσίν τινος ἐλθεῖν· τῶν τὰ τοιαῦτα συγγράμματα, ἢ βιβλία, ἔχειν καὶ αναγινώσκειν ἀνεχομένων, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν ὑφορωμένων. τοῦ δὲ λοιποῦ, μηδενὶ ἐξεῖναι, παρὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν, καθάπερ εἰρήκαμεν, ἔν τε Νικαίᾳ, καὶ ἐν Ἐφέσῳ, λέγειν τι ἢ διδάσκειν. δηλαδὴ τῶν παραβαινόντων τοῦτο ἡμῶν τὸ θεῖον θέσπισμα, τῇ ἐγκειμένῃ τιμωρίᾳ τῷ ἐκπεμφθέντι περὶ τῆς δυσσεβοῦς πίστεως Νεστορίου νόμῳ, ὑποβαλλομένων. ὥστε δὲ πάντας τῇ πείρᾳ μαθεῖν, ὡς ἡ ἡμετέρα θειότης αποστρέφεται τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, θεσπίζομεν, Εἰρηναῖον, τὸν πάλαι διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην παρ' ἡμῶν ἀγανακτήσει ὑποβληθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο, ουκ ἴσμεν όπως, μετα δύο γάμους, ὡς μεμαθήκαμεν, παρὰ τοὺς αποστολικοὺς κανόνας, τῆς Τυρίων πόλεως γεγονότα ἐπίσκοπον, τῆς μὲν ἐν Τύρῳ ἁγίας ἐκκλησίας ἐκβληθῆναι, ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ μόνῃ πατρίδι διάγειν ἡσυχάζοντα, παντελῶς τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἱερέως ἐστερημένον. ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια, ἀκολουθοῦσα τῷ σκοπῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, παραφυλάξαι, καὶ πέρατι παραδοῦναι σπουδάσει. Exemplum sacrae legis piissimi Imperatoris Theodosii, adversus Porphyrium, ac Nestorianos, et adversus Irenaeum Tyriorum episcopum.* Regiam nostram maiestatem decere arbitramur, ut subditos nostros de pietate admoneamus. Hac enim ratione futurum speramus, ut maiorem quoque dei et salvatoris nostri Iesu Christi favorem et benevolentiam nobis conciliemus; si nos et ipsi pro viribus illi placere studeamus, et nostro subiectos imperio ad hoc ipsum incitemus. Decernimus igitur, ut quaecunque Porphyrius propria impulsus vesania contra piam Christianorum religionem conscripsit, apud quemcunque inventa fuerint, igni tradantur: si quidem omnia scripta, quae divinam iram provocant, et animas laedunt, ea ne ad aures quidem hominum pervenire volumus. Decernimus etiam, ut quicunque impiam Nestorii opinionem aemulantur, vel nefariam eiusdem doctrinam sectantur, si quidem episcopi, aut clerici fuerint, ex sacris ecclesiis expellantur; sin vero laici, anathematizentur, prout iam quoque a sacra maiestate nostra lege cautum est. Omnibus praeterea orthodoxis volentibus, qui piam hanc nostram admonitionem sequuntur, potestatem facimus, ut huiusmodi homines citra ullum metum, ullumve damnum, publice divulgent atque redarguant. Quoniam vero ad pias ac sacras nostras aures pervenit, a nonnullis doctrinas quasdam conscriptas et editas fuisse ambiguas, et non plane et aperte consentientes cum orthodoxa fide exposita a synodo sanctorum patrum Nicaeae et Ephesi congregatorum, et a piae memoriae Cyrillo magnae Alexandrinorum urbis quondam episcopo: mandamus ut huiuscemodi scripta, sive antehac, sive hoc quoque tempore composita fuerint, comburantur, ac prorsus aboleantur, ut nullo modo cuiquam ad legendum suppetere possint: illis qui eiusmodi scripta aut libros apud se habere ac legere ausi fuerint, extremum supplicium formidantibus. In posterum vero nemini licere volumus, praeter fidem, ut diximus, Nicaeae et Ephesi expositam, quidquam dicere vel docere. Qui vero sacrum hoc nostrum decretum violaverint, non dubitent eandem se poenam incursuros, quae in lege contra impiam Nestorii fidem lata continetur. Ut autem omnes experimento discant, quantopere maiestas nostra impiae Nestorii fidei zelatores detestetur, statuimus, ut Irenaeus, qui hac de causa nostram indignationem olim incurrit, et postea, nescio quomodo, post secundas nuptias sicuti accepimus, contra apostolicos canones Tyriorum urbis episcopus creatus est, a sancta quidem Tyriorum ecclesia expellatur, privatus autem in patrio tantum solo degat, habitu et nomine sacerdotis prorsus exutus. Magnificentia itaque tua nostrae pietatis propositum sequens, curet haec observari et ad finem perduci. *Ex Actis Concilii Ephesini ap. Harduin.* 1, 1719. *Mansi* 5, 417 *sq.*

Ante ann. 1192, p. C. n. 439.

Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio PO. In consiliariis observari censemus, ut in eum, qui in sua provincia ultra quatuor menses moderatoribus assederit adversus leges antiquas et divorum retro principum scita, proscriptio bonorum et accusatio publici criminis immineat. *L.* 10 *Cod. Iust. de Assessor.* 1, 51.

1192. p. C. n. 439. FL. THEODOSIO A. XVII. ET FESTO COSS.

Theodosius Imp. octava quinquennalia dedit. *Marcellin* p. 285.

1194—1197. p. C. n. 441—444.

Fl. ψ Olbi Auxenti Drauci | Fl. Olbio Auxentio Drauco VC. Et Inl. Patriciae Familiae | Senatus Munis Prompta Devotione Perfuncto | Comiti Ordinis Primi Et Vicario Urbis Romae Comiti | Sacri Consistorii Praefecto Urbis Romae Ob Egregia | Eius Administrationum Merita Quae Integritate | Censura Et Moderatione Ita Viguerunt, Ut Sublimissi | mae Potestatis Reverentiam Honorifica Eius Aucto | ritas Custodiret Et Humanitatem Amabilis Censura | Servaret Petitu Senatus Amplissimi Qui Est Iustus | Arbiter Dignitatum Excellentibus Et Magnificis | Viris Legatione Mandata Ut Imperatorum Digni | tas Cresceret Quae Paribus Studiis Amore Iustitiae | Et Providentiae Desiderabantur. DD NN. FF. LL. | Theodosius et Placidus Valentinianus Invicti | Ac Triumfatores Principes Semper

Augusti. | Ad Remunerationem Titulosque Virtutum Quib. | Circa Rempublicam Eximia Semper Probitas | Invitatur Statuam Auro Fulgentem Erigi | Conlocarique Iusserunt. *Inscript. Honor. Latina ed. in Bulletino dell' Instituto di Corrispondenza Archeologica. Roma* 1852. 8. *p.* 182. *Henzen, Inscript.* 6473, *p.* 292.

1195. p. C. n. 442. EUDOXIO ET DIOSCORO COSS.

* *Κύρου γάρ τινος Αἰγυπτίου ... ἅμα τὴν πολίαρχον, ἅμα τὴν τῶν πραιτωρίων ἐπαρχότητα διέποντος, εἶτα παραβῆναι θαῤῥήσαντος τὴν παλαιὰν συνήθειαν, καὶ τὰς ψήφους Ἑλλάδι φωνῇ προενεγκόντος, σὺν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τὴν τύχην ἀπέβαλεν ἡ ἀρχή ... νόμον γὰρ ἀντιγράφειν ὁ βασιλεὺς ἀνεπείσθη πάσης ἀφαιρούμενον ἐξουσίας τὴν ἐπαρχότητα.* Quippe Cyrus quidam Aegyptius ... praefectura urbis et praetorii simul fungens ... veterem consuetudinem transgredi ausus est, decretaque Graeco sermone protulit; cum Romana lingua fortunam quoque magistratus amisit. Legem enim autographam ferre persuasus est Imperator, omni magistratum potestate spoliantem. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 42.

1196. p. C. n. 443. MAXIMO II. ET PATERIO COSS.

Ποιήσας διάταξιν μὴ εἰσέρχεσθαι εἰς ἀξίας συγκλητικῶν ἢ πατρικίων τοὺς εὐνούχους κουβικουλαρίους μετὰ τὸ πλήρωμα τῆς αὐτῶν στρατείας, τοῦτ' ἐστὶ τοὺς ἀπὸ πραιποσίτων παλατίου. Legem quoque tulit, qua cautum est, ne quis in posterum ex cubiculariis eunuchis post militiam hanc exactam in praepositum palatii factus ad senatoriam vel patriciam dignitatem veheretur. *Malalas p.* 361. — *Νόμον ἐξέθετο μὴ εἰσέρχεσθαι εἰς πατρικίου ἀξίαν εὐνοῦχον.* Legem tulit (anno 36), ne quis eunuchus dignitate patricii ornaretur. *Cedrenus p.* 600. — *Διατάξεως ἐκφωνηθείσης παρὰ τοῦ βασιλέως, εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν.* Edicto ab Imperatore promulgato, ne quis eunuchus inter patricios censeretur. *Suidas v. Ἀντίοχος ὁ Πραιπόσιτος, v. Πατρίκιος et v. Ὕπατοι.*

1196—1223. p. C. n. 443—470.

Nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi. Quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem matrimoniis non sunt progeniti, curiis tamen civitatum dati secundum divalium constitutionum, quae super his positae sunt, tenorem suorum iura nanciscuntur. § 2 *Inst. de Hered. quae ab intest. def.* 3, 1. Cf. Cod. Iust. 5, 27, 3 et 4.

Ante ann. 1197, p. C. n. 444.

Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino PO. Mauri Sitifenses, servatis omnibus privilegiis dudum sibi a retro principibus indultis ... dependant. *Nov. Valent.* 18, 1, 5.

1197. p. C. n. 444. FL. THEODOSIO A. XVIII. ET ALBINO COSS.

Theodosius princeps nona quinquennalia dedit. *Marcellin. p.* 287.

1201. p. C. n. 448. RUFIO PRAETEXTATO POSTUMIANO FL. ZENONE COSS.

* *Mandatum Theodosii Imp. ad synodum Chalcedonensem* ... Quoniam scimus magnificentissimum patricium Florentium esse fidelem et testimoniis probatum in recta fide, volumus ipsum interesse audientiae synodali, quoniam sermo de fide est. *Ex Actis Concilii Chalcedonensis. Baron. ad ann.* 448, *n.* 45. — **Διάταγμα προτεθὲν παρὰ τῶν ἐπάρχων, μετὰ τοῦ θείου πραγματικοῦ, κατὰ Πορφυρίου, καὶ Νεστορίου, καὶ Εἰρηναίου. Καὶ νόμων, καὶ αὐτῆς τῆς πολιτείας σύστασιν εἶναι τὴν ὀρθόδοξον θρησκείαν, καλῶς δοκιμάσας ὁ θειότατος ἡμῶν αὐτοκράτωρ, διὰ ἰδίου θεσπίσματος πᾶν ἀσεβείας ἀνεῖλε σπέρμα· ἰώμενος μὲν διὰ σωφρονισμοῦ συμμέτρου τοὺς ταύτην νοσοῦντας, ὁδὸν δὲ εὐζωΐας πᾶσι ὑποδεικνύς. οἷα τοίνυν κατά τε τῶν βιβλίων Πορφυρίου, τῶν κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας συγγραφέντων, καὶ τῶν τὰς ἀθεμίτους Νεστορίου διδασκαλίας συγγραψαμένων ἐθέσπισε· καὶ ὡς οὐδὲν δόγμα περὶ τῆς θρησκείας δεῖ κρατεῖν, εἰ μὴ τὸ δοκιμασθὲν παρὰ τῶν συνελθόντων εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων πάλαι ἐν Νικαίᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἅμα Κυρίλλῳ τῷ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν· ἔτι μὴν καὶ περὶ τῆς καθαιρέσεως Εἰρηναίου τοῦ γεγονότος τῆς Τυρίων πόλεως ἐπισκόπου, ἅπαντες εἴσεσθε ἐκ τοῦ προλαβόντος θείου θεσπίσματος, δηλουμένου Ἑλληνίδι φωνῇ· ὥστε μηδένα τούτων ἄγνοιαν προφασίζεσθαι. προσήκει τοίνυν, ἅπαντας μετὰ πάσης ἀκριβείας ταῦτα παραφυλάξαι, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας τὴν τῷ θείῳ γράμματι περιεχομένην ἀγανάκτησιν. ἀνεγνώσθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν μοναζόντων ἐν τοῖς ἐρημικοῖς, Φαρμουθὶ κγ', ἰνδικτιῶνος α', ἔτους Διοκλητιανοῦ ρξδ'. Edictum propositum a praefectis cum sacra pragmatica, adversus Porphyrium, et Nestorium, et Irenaeum.* Piissimus Imperator noster quum probe noverit, orthodoxam religionem esse, qua leges et respublicae ipsae consistunt, suo edicto omne semen impietatis abstulit; eos quidem qui ea laborant, moderata castigatione sanans; viam vero bene vivendi omnibus indicans. Qualia ergo adversus libros Porphyrii, quos ille contra sanctam Christianorum religionem composuerat, nec non contra illos, qui nefariam Nestorii doctrinam conscripserunt, decreverit; et quod nullum de religione dogma vim ullam habere debeat, nisi quod a reverentissimis piissimisque episcopis, qui quondam in civitate Niceaea, et postea in Ephesina cum venerandae memoriae Cyrillo convenerunt, probatum est: praeterea de depositione Irenaei, qui fuit Tyriorum civitatis episcopus; ex superiori sanctione Graeco sermone declarata omnes cognoscetis, ut nemo harum rerum ignorationem praetexat. Decet proinde omnes summa cum diligentia haec observare, atque indignationem regiis literis insertam ante oculos habere. Lecta sunt haec in ecclesia monachorum in desertis degentium, die XXIII. Pharmuthi, indictione prima, anno Diocletiani CLXIV. *Harduin.* 1, 1720. *Mansi* 5, 420. Cf. Cod. Iust. 1, 1, 3.

1202. p. C. n. 449. ASTURIO ET FL. PROTEGENE.

* *Ἐπιστολὴ τοῦ τῆς θείας λήξεως αὐτοκράτορος Θεοδοσίου, τῷ εὐλαβεστάτῳ Διοσκόρῳ ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας. Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος, καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι, Αὔγουστοι, Διοσκόρῳ. Ἅπασι δῆλον καθέστηκεν, ὅτιπερ ἡ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κατάστασις, καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα, τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ συνέχεταί τε καὶ κρατύνεται· καὶ τοῦ κρείττονος εὐμενοῦς τυγχάνοντος, δεξιῶς καὶ κατὰ γνώμην προβαίνειν πέφυκε καὶ διοικεῖσθαι τὰ πράγματα. βασιλεύειν τοίνυν παρὰ τῆς θείας λαχόντες προνοίας, τῆς τῶν ὑπηκόων εὐσεβείας τε καὶ εὐπραγίας ἀναγκαίως πλείστην ὅσην φροντίδα ποιούμεθα· ὥστε καὶ τὴν ἀληθῆ θρησκείαν καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς πολιτείαν, τῇ περὶ τὸ κρεῖττον εἰλικρινεῖ θεραπείᾳ τε καὶ εὐσεβείᾳ συγκροτευμένας, ἐκλάμπειν. ἐπὶ τοῦ παρόντος τοίνυν ἀνακυψάσης ἐξαίφνης ἀμφιβολίας τινὸς, εἰς τὴν τοῦ καθολικοῦ καὶ ἀποστολικοῦ δόγματος τῆς ἡμετέρας ὀρθοδόξου πίστεως παραφυλακὴν, ἥ τις, ὡς εἰκὸς, διαφόροις ἐννοίαις ἀνθέλκουσα, διαταράττει τε καὶ συγχεῖ τὰς τῶν ἀνθρώπων αἰσθήσεις τε καὶ ψυχὰς, οὐκ ἀνεκτὸν νομίσαντες τὸ τοιοῦτον ἀτόπημα παριδεῖν, ὡς ἂν μὴ τοῦτο παροφθὲν εἰς ὕβριν αὐτοῦ τοῦ κρείττονος ἀνατρέχειν δόξειεν, ἐθεσπίσαμεν κατὰ ταὐτὸ συνελθόντων ὁσιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἀνδρῶν, οἷς πλεῖστος εὐσεβείας τε, καὶ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀληθινῆς πίστεως λόγος καθέστηκε, πᾶσαν μὲν τοιαύτην, ἀκριβοῦς ζητήσεως προτεθείσης, διαλυθῆναι ματαίαν ἀμφισβήτησιν, τὴν δὲ ἀληθινὴν καὶ τῷ θεῷ φίλην, τουτέστι, τὴν ὀρθόδοξον κρατυνθῆναι πίστιν. καὶ ἡ σὴ τοιγαροῦν ὁσιότης προσλαβοῦσα σὺν ἑαυτῇ δέκα μὲν εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν διοίκησιν μητροπολίτας, ἑτέρους δὲ δέκα ὁσιωτάτους ἐπισκόπους, λόγῳ τε καὶ βίῳ κεκοσμημένους, ὀρθότητι, καὶ τῆς ἀπλανοῦς καὶ ἀληθινῆς πίστεως εἰδήσει τε καὶ διδασκαλίᾳ παρὰ πᾶσιν ἐκλάμποντας, ταῖς πλησίον καλάνδαις Αὐγούσταις, τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν τῆς Ἀσίας καταλαβεῖν ἀνυπερθέτως σπουδάσει· μηδενὸς ἑτέρου δηλαδὴ παρὰ τοὺς προειρημένους τῇ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ παρενοχλήσοντος· ὡς ἂν πάντων ὁμοῦ τῶν ὁσιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, οὓς συνελθεῖν διὰ θείων ἡμῶν συλλαβῶν ἐθεσπίσαμεν, κατὰ τὴν προγεγραμμένην συνδραμόντων πόλιν, καὶ ἀκριβεστάτην προθέντων ἔρευνάν τε καὶ ζήτησιν, πᾶσα μὲν ἐκποδὼν σκαιὰ γένηται πλάνη, κρατυν-*

θείη δὲ καὶ συνήθως ἐκλάμψοι τὸ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀληθινῆς καὶ προσφιλεστάτης τῷ σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ πίστεως δόγμα· ὅπερ ἅπαντες εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀῤῥαγὲς καὶ ἀσάλευτον παραφυλάξουσιν, εὐμενοῦς ὄντος τοῦ κρείττονος. εἰ δέ τις τὴν οὕτως ἀναγκαίαν καὶ τῷ θεῷ φίλην παριδεῖν ἕλοιτο σύνοδον, καὶ μὴ πάσῃ δυνάμει κατὰ τὸν προειρημένον καιρὸν τὸν ἀφορισθέντα καταλάβοι τόπον, οὐδεμίαν ἕξει πρὸς τὸ κρεῖττον, ἢ πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν ἀπολογίαν· ἱερατικὴν δὲ παραιτούμενος συλλογὴν οὐκ ἀγαθῷ συνειδότι τὴν ψυχὴν ἀναγκαίως πληχθήσεται. Θεοδώρητον μέντοι τὸν ἐπίσκοπον Κύρου τῆς πόλεως, ὃν ἤδη ἐκελεύσαμεν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ μόνῃ ἐκκλησίᾳ σχολάζειν, θεσπίζομεν μὴ πρότερον ἐλθεῖν εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον, ἐὰν μὴ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ συνελθούσῃ δόξῃ καὶ αὐτὸν παραγενέσθαι τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου. εἰ δὲ περὶ αὐτοῦ διχόνοιά τις ἀνακύψῃ, χωρὶς αὐτοῦ τὴν ἁγίαν σύνοδον συνελθεῖν, καὶ τυπῶσαι τὰ κελευσθέντα προστάττομεν. ἐδόθη τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἀπριλλίων, ἐν Κωνσταντινουπόλει, μετὰ τὴν ὑπατείαν Ζήνωνος καὶ Ποστουμιανοῦ τῶν λαμπροτάτων. *Epistola divae memoriae Theodosii Imperatoris, ad Dioscorum Alexandriae episcopum. Imperatores Caesares Theodosius et Valentinianus, victores ac triumphatores, maximi, semper venerabiles, Augusti, Dioscoro.* Cunctis constitit manifestum, quia nostrae reipublicae status et omnia humana, divina pietate moderantur, atque firmantur. Deo enim propitio constituto, prospere et secundum vota nostra gubernari res et proficere solent. Imperium ergo divino nutu sortiti, subditis pro pietate et mansuetudine similiter necessario plurimam solicitudinem impertimus, quatenus et vera religio, et nostra respublica cultu dei purissimo et pietate firmata praefulgeat. Quoniam igitur in praesenti subita emergente dubitatione, ad catholicae et apostolicae doctrinae, ac nostrae fidei custodiam, quae ut fit, diversis sententiis impugnata, conturbat et confundit hominum sensus et animas; intolerabile duximus, huiusmodi delictum contemnere, ne per talem negligentiam ipsi deo inferre contumelias videremur. Ideoque sanximus, in unum sanctissimos et deo placitos convenire viros, quibus pro pietate catholica, atque vera fide plurimus sermo est, ut universa quidem talis vana dubitatio, subtili proposita inquisitione solvatur, vera autem et deo amica fides catholica firmetur. Igitur et tua sanctitas, sumtis secum decem reverentissimis metropolitis episcopis, qui sub tua degunt dioecesi, et aliis similiter decem sanctis episcopis sermone et vita ornatis, qui in doctrina et scientia rectae et immaculatae fidei apud cunctos eminent, proximis Kalendis Augusti Ephesum metropolim Asiae convenire absque ulla dilatione festinet, nullo scilicet alio praeter praedictos viros sanctam synodum molestante: quatenus universis sanctissimis et beatissimis episcopis, quos convenire per sacras nostras epistolas sanximus, ad praedictam concurrentibus civitatem et subtilissime investigantibus et quaerentibus, omnis de medio error contrarius auferatur: catholica autem doctrina et orthodoxae fidei salvatoris nostri Christi amicissima solidetur, et consuete effulgeat: quod universi in posterum inconcussum, deo propitio, et intemeratum custodiant. Si quis vero tam necessariam et deo amicam synodum praetermiserit et non omni virtute secundum praedictum tempus ad praefinitum locum pervenerit, nullam excusationem neque apud deum, neque apud nostram inveniet pietatem. Sacerdotalem enim conventum non nisi quis mala propria conscientia sauciatus evitat. Theodoretum sane episcopum Cyri civitatis, quem pridem iussimus suae soli vacare ecclesiae, sancimus non prius ad sanctam synodum convenire, nisi universo sancto placuerit convenienti concilio et ipsum concurrere, et pariter interesse. Si vero aliqua discordia de eo emerserit, absque illo sanctam synodum convenire, et quae iussa sunt, ordinare praecipimus. Datum tertio Kalendas Aprilis, Constantinopoli, Zenone et Postumiano viris clarissimis Consulibus. *Ex Actis Concilii Chalcedonensis ap. Harduin.* 2, 72. — Ὥστε … πολλὰ νεοχμεῖσθαι ἐν τοῖς πολιτικοῖς καὶ στρατιωτικοῖς τάγμασι, μὴ παριόντων εἰς τὰς ἀρχὰς ἀνδρῶν τῶν διέπειν ταύτας δυναμένων, ἀλλὰ τῶν χορηγούντων χρυσίον, διὰ τὴν τῶν εὐνούχων πλεονεξίαν. Ut … multa in civilibus et militaribus ordinibus ac institutis innovarentur (a Theodosio II.), quod ad magistratus non accederent viri, qui eos gerere possent, sed qui aurum suppeditarent, propter eunuchorum avaritiam. *Fragm. e Prisci Historia* 12, *p.* 226 *sq.*

VALENTINIANUS ET MARCIANUS.

1203. p. C. n. 450. FL. PLACIDIO VALENTINIANO A. VII. GENNADIO AVIENO COSS.

* Ἐπιστολὴ Μαρκιανοῦ βασιλέως πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Ῥώμης Λέοντα. Λέοντι τῷ εὐσεβεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς ἐνδόξου πόλεως Ῥώμης, Μαρκιανός … Τοὺς εὐλαβεστάτους ἄνδρας οὓς πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν πέπομφεν ἡ σὴ ἁγιότης, ἡδέως, καὶ ὡς ἐχρῆν, λογισμῷ ἤδη ὑπεδεξάμεθα, λοιπόν ἐστιν, ἵνα εἰ ἀρέσκῃ τῇ σῇ ὁσιότητι, ἐπὶ ταῦτα τὰ μέρη παραγενέσθαι, καὶ τὴν σύνοδον ἐπιτελέσαι, τοῦτο ποιεῖν τῷ περὶ τὴν θρησκείαν ἔρωτι καταξιώσῃ. καὶ γὰρ ταῖς ἡμετέραις ἐπιθυμίαις ποιήσει τὸ ἱκανὸν ἡ σὴ ὁσιότης, καὶ τῇ ἱερᾷ θρησκείᾳ τὰ χρήσιμα διατυπώσει. εἰ δὲ ἐπαχθὲς τοῦτό ἐστι, τό σε πρὸς ταῦτα παραγενέσθαι τὰ μέρη, τοῦτο αὐτὸ ἡμῖν ἰδίοις καταμηνύσει γράμμασιν ἡ σὴ ἁγιοσύνη· ὥστε πρὸς ἅπασαν τὴν ἀνατολήν, καὶ τὴν Θρᾴκην, καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν, θεῖαι ἡμέτεραι ἀποσταλήσονται προσφωνήσεις· ὅπως πρός τινα ὡρισμένον τόπον, ἔνθα ἂν ἡμῖν δόξῃ, πάντες οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι παραγένωνται· καὶ ἅπερ τῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας εἰρήνῃ, καὶ τῇ καθολικῇ πίστει συμφέρουσι, καθὼς ἡ σὴ ἁγιοσύνη κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας διετύπωσε, κατατεθήσονται. θεῖαι συλλαβαὶ ἀπεστάλησαν γὰρ παρὰ τῆς θείας μνήμης Πουλχερίας πρὸς τὸν αὐτὸν ἁγιώτατον ἄνδρα, μηνύουσαι τὸν θεοφιλέστατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως Ἀνατόλιον, χωρισθείσης πλάνης, ἔναγχος τῇ πεμφθείσῃ ἐπιστολῇ πρὸς τὸν τῆς ἁγίας μνήμης Φλαβιανὸν, ἄνευ τινὸς μελλησμοῦ ὑπογεγραφήκαμεν· καί τινα ἤδη ἐν τοῖς τῆς ἀνατολῆς μέρεσι σύνοδον εἶναι ἐπιτελεστέαν. καὶ τὸ λείψανον δὲ τοῦ αὐτοῦ τῆς ἁγίας μνήμης Φλαβιανοῦ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει κατηνέχθη, ἐν τῇ τῶν ἀποστόλων βασιλικῇ κατατεθησόμενον. καὶ οἱ ἐπίσκοποι δὲ, οἱ ὁμονοήσαντες τῷ τῆς θείας μνήμης Φλαβιανῷ εἰς ἐξορίαν ἦσαν ἀποσταλέντες, τούτους ἀνακλητέους πρὸς ἀναληπτέας τὰς ἰδίας ἐκκλησίας, συνόδου ἀναμενοῦντας τὴν ἀπόφασιν. *Marciani Imperatoris epistola ad archiepiscopum Romae Leonem. Leoni reverentissimo episcopo ecclesiae gloriosissimae civitatis Romae, Marcianus* … Reverentissimos viros, quos ad nostram pietatem sanctitas tua direxit, libenter et sicut decebat, animo grato suscepimus. Superest, ut si placuerit tuae beatitudini in has partes advenire, et synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur: nostris utique desideriis vestra sanctitas satisfaciet, et sacrae religioni quae utilia sunt, decernet. Si vero hoc onerosum est, ut tu ad has partes advenias; hoc ipsum nobis propriis literis tua sanctitas manifestet: quatenus in omnem Orientem, et in ipsam Thraciam et Illyricum sacrae nostrae literae dirigantur, ut ad quendam definitum locum, ubi nobis placuerit, omnes sanctissimi episcopi debeant convenire; et quae Christianorum religioni atque catholicae fidei prosint, sicut sanctitas tua secundum ecclesiasticas regulas definiverit, sua dispositione declarent. Missae sunt etiam sacrae literae a divae memoriae Pulcheria ad eundem virum sanctissimum, nuntiantes deo amicissimum archiepiscopum Constantinopolitanum Anatolium, omni errore seposito, epistolae nuper missae ad sanctae memoriae Flavianum, absque ulla mora subscripsisse; et sustinere iam, ut quaedam synodus fieret in partibus Orientis: corpus vero eiusdem sanctae memoriae Flaviani Constantinopolim fuisse perductum, ut in basilica apostolorum sepeliretur. Episcopi etiam, qui unanimes erant sanctae memoriae Flaviano, et ad exsilium fuerant destinati, et hos revocandos fore, ut ad recipiendas ecclesias suas synodi sententiam sustinerent. *Ex Actis Concilii Chalcedonensis ap. Harduin.* 2, 41 *sq.*

1204. p. C. n. 451. MARTIANO A. I. ET ADOLPHIO V. C. COSS.

Ἔτους υκβʹ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου γέγονεν ἡ τετάρτη σύνοδος ἐν Χαλκηδόνι τῶν χλʹ πατέρων. Anno CDXXII. (*Spo-

racio et Herculano Coss.) Domini in coelum assumtionis acta est quarta synodus Chalcedone DCXXX sanctorum patrum. *Chron. Pasch. p.* 591. — Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας προσεκαλέσατο τὴν σύνοδον Χαλκηδόνος τῶν χλ΄ ἐπισκόπων. Imperator autem iste synodum DCXXX episcoporum convocavit. *Malalas p.* 367. — Τῷ β΄ αὐτοῦ ἔτει ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία τετάρτη σύνοδος γέγονεν ὑπὸ πατέρων χλ΄, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς πανευφήμου Εὐφημίας. Annum eo secundum imperante Chalcedone quarta synodus acta est in aede nobilissimae martyris Euphemiae, collectis patribus DCXXX. *Cedrenus p.* 604. *Theophanes p.* 163. — Ἴσον σάκρας ἀποσταλείσης παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου βασιλέως Μαρκιανοῦ πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, περὶ τοῦ συνελθεῖν πάντας εἰς τὴν Νικαέων. Νικηταὶ Οὐαλεντινιανὸς καὶ Μαρκιανὸς, ἔνδοξοι, τροπαιοῦχοι, ἀεισέβαστοι, τοῖς ἁπανταχοῦ θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις … Ἐπειδὴ … ἀμφιβολίαι τινὲς περὶ τὴν ὀρθόδοξον θρησκείαν ἡμῶν γεγενῆσθαι δοκοῦσι, καθάπερ καὶ ἡ ἐπιστολὴ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς ἐνδόξου πόλεως Ῥώμης Λέοντος δηλοῖ, τοῦτο ἰδικῶς τῇ ἡμετέρᾳ ἤρεσεν ἡμερότητι· ἵνα ἁγία σύνοδος ἐν τῇ Νικαέων πόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας συγκροτηθῇ· ἐφ᾽ ᾧ τε συμβαινόντων τῶν λογισμῶν, καὶ πάσης τῆς ἀληθείας ἐρευνηθείσης, ἐκποδὼν γενομένων τῶν σπουδῶν, αἷς πρώην τινὲς χρησάμενοι, τὴν ἁγίαν καὶ ὀρθόδοξον θρησκείαν διετάραξαν, τὴν ἀληθῆ πίστιν ἡμῶν σαφέστερον ἐπιγνωσθῆναι, ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν δύνασθαι εἶναι ἀμφιβολίαν, ἤτοι διχόνοιαν. ὅθεν ἡ ἁγιότης ὑμῶν μεθ᾽ ὧν ἂν ἀρέσῃ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ οὓς ἂν ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὑπὸ τὴν φροντίδα τελουσῶν τῆς ὑμετέρας ἁγιοσύνης ἀξιοπίστους, καὶ οὓς πρὸς τὴν τῆς ὀρθοδόξου θρησκείας διδασκαλίαν ἐμπαρασκεύους ὑπάρχειν δοκιμάσῃ, ἐπὶ τὴν προειρημένην Νικαέων πόλιν ἐντὸς καλανδῶν Σεπτεμβρίων σπουδασάτω. ἴστω δὲ ἡ ὑμετέρα θεοφίλεια, καὶ τὴν ἡμετέραν θειότητα τῇ σεβασμίᾳ παρεσομένην συνόδῳ, εἰ μὴ τυχὸν δημόσιαί τινες χρεῖαι εἰς ἐκστρατείας ἀπασχολήσωσιν. *Exemplum sacrae missae a piissimo et christianissimo Imperatore Marciano ad religiosissimos episcopos ubique exsistentes, ut omnes Nicaeam conveniant. Victores Valentinianus et Marcianus, inclyti, triumphatores, semper Augusti, ad omnes ubique reverentissimos episcopos* … Quia … dubitationes quaedam circa orthodoxam fidem motae sunt, sicut indicant et literae sanctissimi archiepiscopi felicissimae Romae Leonis, placuit nobis proprie sanctum concilium fieri in Nicaea Bithyniae civitate: quatenus cunctis concordantibus, veritate examinata et vacante omnium studio, quo quidam iam abusi, religionem turbaverunt orthodoxam, vera ac saluberrima fides sic omni mundo manifestetur, ut de cetero omnis quaestio et dubitatio auferatur. Unde tua sanctitas, cum quantis approbaverit reverentissimis episcopis sub suo sacerdotio constitutis sanctarum ecclesiarum, expertas habentibus divinas scripturas, et in scientia et doctrina orthodoxae et verae fidei prae cunctis eminentibus ad memoratam Nicaenam civitatem proximis Kalendis Septembris advenire festinet. Agnoscat autem et tua sanctitas, quia nostra pietas aderit in ipso concilio, nisi quaedam publicae et inevitabiles curae nos in expeditione fecerint occupari. *Ex Actis Concilii Chalcedonensis apud Harduin.* 2, 45. 46. — Νικηταὶ Οὐαλεντινιανὸς καὶ Μαρκιανὸς, ἔνδοξοι, τροπαιοῦχοι, ἀεισέβαστοι, Ἀνατολίῳ. Τῶν πραγμάτων ἁπάντων δεῖ προτιμᾶσθαι τὰ θεῖα. τοῦ θεοῦ γὰρ τοῦ παντοκράτορος εὐμενοῦς καθεστῶτος, τὰ τῆς κοινῆς πολιτείας καὶ φυλάττεσθαι, καὶ βελτιοῦσθαι θαῤῥοῦμεν. ἐπειδὴ τοίνυν ἀμφιβολίαι τινὲς περὶ τὴν ὀρθόδοξον θρησκείαν ἡμῶν γεγενῆσθαι δοκοῦσι, καθάπερ καὶ ἡ ἐπιστολὴ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς ἐνδόξου πόλεως Ῥώμης Λέοντος δηλοῖ, τοῦτο ἰδικῶς τῇ ἡμετέρᾳ ἤρεσεν ἡμερότητι· ἵνα ἁγία σύνοδος ἐν τῇ Νικαέων πόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας συγκροτηθῇ· ἐφ᾽ ᾧ τε συμβαινόντων τῶν λογισμῶν, καὶ πάσης τῆς ἀληθείας ἐρευνηθείσης, ἐκποδὼν γενομένων τῶν σπουδῶν, αἷς πρώην τινὲς χρησάμενοι, τὴν ἁγίαν καὶ ὀρθόδοξον θρησκείαν διετάραξαν, τὴν ἀληθῆ πίστιν ἡμῶν σαφέστερον ἐπιγνωσθῆναι· ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν δύνασθαι εἶναι ἀμφιβολίαν, ἤτοι διχόνοιαν. ὅθεν ἡ ἁγιότης ἡ σὴ μεθ᾽ ὧν ἂν ἀρέσῃ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ οὓς ἂν ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὑπὸ τὴν φροντίδα τελουσῶν τῆς σῆς ἁγιοσύνης ἀξιοπίστους, καὶ οὓς πρὸς τὴν τῆς ὀρθοδόξου θρησκείας διδασκαλίαν ἐμπαρασκεύους ὑπάρχειν δοκιμάσῃ, ἐπὶ τὴν προειρημένην Νικαέων πόλιν ἐντὸς καλανδῶν Σεπτεμβρίων σπουδασάτω. ἴστω δὲ ἡ σὴ θεοφίλεια, καὶ τὴν ἡμετέραν θειότητα τῇ σεβασμίᾳ παρεσομένην συνόδῳ, εἰ μὴ τυχὸν δημόσιαί τινες χρεῖαι εἰς ἐκστρατείας ἀπασχολήσωσιν. ὁ θεός σε διαφυλάττοι εἰς πολλοὺς ἐνιαυτοὺς, ἁγιώτατε καὶ ὁσιώτατε πάτερ. ἐδόθη πρὸ δεκαὲξ καλανδῶν Ἰουνίων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. *Victores Valentinianus et Marcianus, inclyti, triumphatores, semper Augusti, Anatolio episcopo Constantinopolitano.* Omnibus negotiis divinae res praeponendae sunt. Deo enim omnipotente propitio, rempublicam et conservandam, et meliorandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quaedam in orthodoxa religione nostra videntur esse commissae, sicut etiam epistolae viri reverentissimi episcopi almae urbis Romae Leonis testantur, id specialiter clementiae nostrae placuit, ut synodus in Nicaena civitate provinciae Bithyniae celebretur; quatenus convenientibus animis, et omni veritate discussa, cessantibus etiam studiis, quibus antehac usi quidam, sacrosanctam orthodoxam religionem conturbasse noscuntur, vera fides nostra cuncto saeculo manifestius innotescat, ut deinceps nulla possit esse dubitatio vel discordia. Qua de re sanctitas tua cum quibus placuerit reverentissimis episcopis, quos de ecclesiis sub sui sacerdotii cura constitutis idoneos et instructos orthodoxae religionis esse probaverit, ad praedictam civitatem intra diem Kalendarum Septembrium ire deproperet. Sciat autem religio tua, etiam serenitatem nostram venerabili synodo interfuturam, nisi forte publicae necessitates in expeditionibus nos detinuerint. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac venerabilis pater. Data decimo Kalendas Iunii, Constantinopoli, consulatu domini Marciani perpetui Augusti primo, et qui fuerit nuntiatus. *Ex ms. codice Bibl. Collegii Paris. Societatis Iesu apud Harduin.* 2, 45. 46. *Latine in codd. Oriel. Oxon. B.* 4, 5 *et Paris.* 1451, 3848[a]. — Ἴσον δευτέρου βασιλικοῦ γράμματος πεμφθέντος τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τῇ ἐν Νικαίᾳ συνδραμούσῃ περὶ τοῦ δεῖν μετελθεῖν εἰς τὴν Καλχηδόνα. Νικηταὶ Οὐαλεντινιανὸς καὶ Μαρκιανὸς, ἔνδοξοι, τροπαιοῦχοι, ἀεισέβαστοι, τῇ θεοφιλεῖ συνόδῳ. Σπεύδοντας ἡμᾶς εἰς τὴν παραγενέσθαι σύνοδον, ἐπέσχε δημοσίων καὶ σφόδρα ἀναγκαιοτάτων πραγμάτων αἰτία. ἔγνωμεν δὲ ἐκ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῆς ὑμετέρας θεοφιλείας, ὅτι πλείους ἐξ ὑμῶν καὶ διὰ τὸ τοῦ σώματος ἀσθενὲς, καὶ δι᾽ ἑτέρας αἰτίας διαφόρους κάμνουσιν. ὅθεν εἰ καὶ τὰ μάλιστα πολλὰ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἐνταῦθα μένειν ἡμᾶς ἀναγκάζει, ὅμως προτιμοτέραν ἡγούμεθα πάντων τῆς ἁγίας, καὶ ὀρθοδόξου πίστεως τὴν φροντίδα. καὶ γὰρ καὶ οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτεροι, οἱ ὑπὲρ τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου Λέοντος τοῦ ἀρχιεπισκόπου τῆς πανευδαίμονος παραγενόμενοι, ἐδεήθησαν τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, ὥστε παντὶ τρόπῳ παρεῖναι ἡμᾶς τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, διαβεβαιωσάμενοι, ὡς οὐχ αἱροῦνται αὐτόθι παραγενέσθαι, ἀπούσης τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας. κατὰ δὲ τὴν αἴτησιν τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας καὶ αὐτοὶ σφόδρα ἐπιζητοῦντες, ταχέως τὴν ἁγιωτάτην ὑμῶν σύνοδον συγκροτηθῆναι, σπεύδομεν θᾶττον πρὸς ὑμᾶς ἀφικέσθαι. ὅθεν, εἰ παρασταίη τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, εἰς τὴν Καλχηδονέων πόλιν παραγενέσθαι καταξιώσατε. ἐκεῖσε γὰρ ἐκδραμούμεθα, εἰ καὶ ἐνταῦθα δημόσιαι ἡμᾶς ἐπέχουσι χρεῖαι· ἐπειδὴ τὰ συμβαλλόμενα τῇ ἀληθεῖ, καὶ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ τῇ εἰρήνῃ, καὶ εὐταξίᾳ τῶν ἁγιωτάτων, καὶ καθολικῶν ἐκκλησιῶν, πάντων ἡγούμεθα προτιμότερα· καὶ οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ὡς τοῦτο ἀρέσει καὶ τῇ ὑμῶν ἁγιότητι· ἵνα μὴ καὶ τὸ στενὸν τῆς πόλεως πλεῖον ὑμᾶς παρασκευάσει, καὶ μὴν καὶ ἀπούσης τῆς ὑμετέρας γαληνότητος ἐπὶ πολὺ τὰ τῆς ἁγίας συνόδου δόξει παρέλκεσθαι. εὔχεσθαι δὲ καταξιώσατε ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας βασιλείας· ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ὑφ᾽ ἡμῖν γενέσθαι, καὶ τὴν εἰρήνην βεβαιωθῆναι τῆς οἰκουμένης, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ πράγματα ἐν ἀμεριμνίᾳ διάγειν· ὅπερ καὶ νῦν ὑμᾶς ποιεῖν πεπιστεύκαμεν. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττοι εἰς πολλοὺς ἐνιαυτοὺς, ἁγιώτατοι. *Exemplum sacrae epistolae secundae, missae ad eandem sanctam synodum, quae Nicaeae convenerat, ut Chalcedonem se transferat. Victores Valentinianus et Marcianus, gloriosi, et triumphatores, semper Augusti, deo amabili synodo.* Quum festinaremus ad sanctam synodum venire, retinuit nos

causa publicarum et nimis necessariarum rerum. Cognovimus autem ex his, quae a vestra sanctitate scripta sunt, quoniam plurimi vestrum tam corporis infirmitate, quam aliis diversis causis laborant. Unde licet plurimarum publicarum causarum nobis sit hic remorandi necessitas, tamen praeponendam omnibus curam sanctae et orthodoxae fidei iudicamus. Nam et religiosissimi episcopi et presbyteri, qui vice sanctissimi ac deo dilectissimi Leonis archiepiscopi felicissimae urbis Romae venerunt, a nostra tranquillitate petierunt, quatenus omnimodo nos adesse debeamus sancto concilio; affirmantes quoniam non paterentur illuc, absente nostra pietate venire. Secundum petitionem vero vestrae sanctitatis, nos ipsi valde quaerentes velociter sanctissimum vestrum concilium celebrari, festinamus ad vos quantocius advenire. Unde si placet vestrae pietati, ad Chalcedonensium civitatem transire dignemini. Illuc enim excurremus, licet hic nos publicae causae retineant: quoniam ea, quae expediunt veritati, et orthodoxae fidei, atque paci et disciplinae sanctarum et catholicarum ecclesiarum, omnibus praeponenda esse censemus: nec dubitamus hoc etiam vestrae sanctitati placiturum: ne etiam angustia civitatis amplius vos faciat laborare, et absente nostra tranquillitate sanctum concilium longius protrahatur. Orare autem dignemini pro nostro imperio, quatenus et hostes subditi nobis efficiantur et pax in universo orbe firmetur, et Romanae res secure consistant: quod etiam nunc vos facere credimus. Deus vos custodiat per multos annos, sanctissimi. *Ex Actis Concilii Chalcedon. apud Harduin.* 2, 49 *sq.* — *Ὁμοίως ἴσον βασιλικοῦ γράμματος τρίτον, καταπεμφθέντος τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ, ἔτι τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κατὰ τὴν Θρᾴκην ἐπεχομένου, περὶ τοῦ δεῖν ἀνυπερθέτως μετελθεῖν ἐν τῇ Καλχηδονέων. Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Οὐαλεντινιανὸς καὶ Μαρκιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι, Αὔγουστοι, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ κατὰ βούλησιν θεοῦ, καὶ θέσπισμα ἡμέτερον συναχθείσῃ. Ἤδη μὲν καὶ δι᾽ ἑτέρων θείων ἡμῶν γραμμάτων ἐδηλώσαμεν τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, ὥστε εἰς τὴν Καλχηδονέων παραγενέσθαι πόλιν· ἐφ᾽ ᾧ τε τὰ περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων πάλαι ὁρισθέντα, βεβαιωθῆναι· ὡς ἂν μὴ ἐπὶ πολὺ τὸ τῶν ὀρθοδόξων πλῆθος διαφόρως πλανώμενον ἀπατοῖτο, ἀλλ᾽ ἵνα πάντες τὸν δεσπότην ἡμῶν, καὶ σωτῆρα Χριστὸν, ὡς προσῆκε, καὶ ὡς οἱ ἁγιώτατοι ἡμῶν πατέρες ἐδογμάτισαν, ὁμολογῶσιν. ἡμεῖς γὰρ διὰ τὸν θερμὸν τῆς πίστεως ζῆλον τὰς τῶν δημοσίων ἀναγκαίας χρείας ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑπερεθέμεθα, περὶ πολλοῦ ποιούμενοι, τὰ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀληθοῦς πίστεως, παρούσης τῆς ἡμετέρας γαληνότητος βεβαιωθῆναι. καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν συμβεβηκότα καὶ εἰς τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς ἐληλυθέναι πιστεύομεν· ἅ τινα, εἰ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ βουλήσει τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἐκδικήσεως, ὅμως τὸ τῶν δημοσίων ὄφελος ἀπῄτει τὴν τῆς ἡμετέρας γαληνότητος ἐπὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἄφιξιν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ, καθάπερ εἴρηται, οὐδὲν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τοῦ ταύτην βεβαιωθῆναι, ἡγούμεθα προτιμότερον, τούτου ἕνεκα τὴν μὲν ἐπὶ τὰ περαιτέρω ἐκστρατείαν τέως ὑπερεθέμεθα· καὶ νῦν δὲ ἰδικῶς τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ διὰ τῶνδε τῶν θείων ἡμῶν γραμμάτων παρεγγυῶμεν, ὥστε δίχα τινὸς ὑπερθέσεως τὴν Καλχηδονέων πόλιν καταλαβεῖν. ἐπειδὴ Ἀττικοῦ τοῦ ἀρχιδιακόνου τῆς κατὰ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν ἁγιωτάτης καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναγαγόντος τῇ ἡμετέρᾳ γαληνότητι, ἔγνωμεν ὑφορᾶσθαι τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, μὴ τυχόν τινες τῶν τὰ Εὐτυχοῦς φρονούντων ἢ ἕτερός τις, στάσιν ἢ θόρυβόν τινα κατασκευάζειν ἐπιχειρήσει· τούτου ἕνεκα δηλοῦμεν ὑμῖν, ὥστε τὴν προειρημένην αἰτίαν μηδόλως εὐλαβουμένους, εἰς τὴν Καλχηδονέων παραγενέσθαι πόλιν. ἐλπίζομεν γὰρ εἰς τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὡς χωρίς τινος ταραχῆς, καὶ θορύβου, πάντων τῶν κατὰ τὴν ὀρθόδοξον καὶ ἀληθῆ πίστιν, δικαίως, καὶ ὡς τῷ θεῷ φίλον, τυπωθέντων, ἕκαστος ὑμῶν εἰς τὰ οἰκεῖα θᾶττον ἐπανελεύσεται. σπουδάσατε τοίνυν παραγενέσθαι, καὶ μηδεμίαν ὑπέρθεσιν ἐμποιῆσαι τῷ πράγματι· ἵνα μὴ διὰ τῆς ὑμετέρας μελλήσεως ὑπέρθεσιν ἔχῃ ἡ τῆς ἀληθείας εὕρεσις. σπουδὴ γὰρ ἡμῖν καθέστηκε σὺν εὐμενείᾳ τοῦ κρείττονος, πέρας αἴσιον δεξαμένου τοῦ πράγματος, διὰ ταχέων πάλιν ἐπὶ τὴν εὐτυχεστάτην ἐκστρατείαν ἐπανελθεῖν. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι εἰς πολλοὺς ἐνιαυτοὺς, ἁγιώτατοι καὶ θεοφιλέστατοι πατέρες.*

Exemplum similiter imperialium literarum, quae tertio Nicaeam missae sunt ad sanctum concilium, dum adhuc piissimus Imperator in Thracia resideret, ut sine dilatione Chalcedonem migrare debeat. Imperatores Caesares Valentinianus et Marcianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, sanctae synodo, quae apud Nicaeam dei voluntate et nostro decreto est congregata. Dudum quidem et per alias divinas nostras literas indicavimus vestrae religioni, quatenus in Chalcedonensium civitatem veniretis, ut ea, quae de sancta et orthodoxa fide a sanctis patribus nostris sunt definita, confirmaretis: ne ulterius orthodoxorum multitudo diversis modis errando seduceretur; sed ut omnes Dominum nostrum et salvatorem Christum, sicut decet, et sicut sanctissimi patres nostri decreverunt, confiteantur. Nos enim propter ferventissimum fidei zelum, publicarum rerum necessarias utilitates in praesenti distulimus, multum desiderantes, ea quae orthodoxae et verae sunt fidei, tranquillitatis nostrae praesentia confirmari. Nam ea, quae in Illyrici partibus contigerunt, etiam ad vestras aures pervenisse credimus: quae licet dei voluntate congruam sortita sint ultionem, tamen publicarum rerum utilitas exigebat ad Illyricum nostrae tranquillitatis profectionem. Sed quoniam, sicut praedictum est, nihil orthodoxae fidei, ut haec roboretur, praeponendum esse iudicamus, propterea hac quidem expeditione interim supersedemus. Et nunc specialiter vestram venerationem per has nostras sacras literas adhortamur, quatenus sine ulla dilatione accedatis ad Chalcedonensium civitatem. Quoniam autem Attico archidiacono regiae civitatis sanctissimae et catholicae ecclesiae referente nostrae tranquillitati, cognovimus vestram sanctitatem formidare, ne forte Eutychis sectatores, aut alter aliquis seditiones aut tumultus aliquos facere moliantur; eapropter significavimus vobis, ut praedictam causam nullatenus formidantes, adveniatis in Chalcedonensium civitatem. Speramus enim in dei clementia, quia absque aliqua perturbatione et tumultu, omnibus secundum orthodoxam et veram fidem iuste et deo placite constitutis, unusquisque vestrum ad propria quantocius revertetur. Festinate itaque advenire, et nullam dilationem negotio facere: ne per vestram moram, dilationem habeat inventio veritatis. Nobis enim studium est, divinitate propitia, prosperum finem accipiente causa, velociter iterum ad expeditionem felicissimam remeare. Deus vos custodiat per multos annos, sanctissimi et dei amantissimi patres. Datum decimo Kalendas Octobris, Heracleae. *Ex Actis Concil. Chalcedon. ap. Harduin.* 2, 52. — * *Θεῖον γράμμα, γραφὲν Διοσκόρῳ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας. Ἦλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, ὅτι πολλοὶ τῶν εὐλαβεστάτων κατὰ τὴν ἑῴαν ἀρχιμανδριτῶν ἅμα τοῖς ὀρθοδόξοις λαοῖς πρός τινας λεγομένους νοσεῖν τὴν Νεστορίου δυσσέβειαν ἐπισκόπους, ἔν τισι τῶν ἀνατολικῶν, δυσχεραίνουσί τε, καὶ ἀγωνίζονται ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. τούτου τοίνυν ἕνεκα ἔδοξε τῇ ἡμετέρᾳ θεότητι, τὸν θεοσεβέστατον πρεσβύτερον καὶ ἀρχιμανδρίτην Βαρσουμᾶν, ἐπὶ καθαρότητι βίου, καὶ ὀρθοδόξῳ πίστει εὐδοκιμοῦντα, παραγενέσθαι εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, καὶ τὸν τόπον ἐπέχοντα πάντων τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ θεοσεβεστάτων ἀρχιμανδριτῶν, συνεδρεῦσαι τῇ σῇ ὁσιότητι, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκεῖσε συνερχομένοις ἁγιωτάτοις πατράσιν, οὕτω τε τὰ τῷ θεῷ ἀρέσκοντα περὶ πάντων τυπωθῆναι. καταξιωσάτω τοίνυν ἡ σὴ θεοσέβεια, συνορῶσα, ὡς πᾶσα ἡμῖν φροντὶς περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καθέστηκεν, εὐμενῶς τε τὸν προειρημένον εὐλαβέστατον ἀρχιμανδρίτην ὑποδέξασθαι, καὶ παρασκευάσαι αὐτὸν τῆς ὑμετέρας ἁγίας συνόδου κοινωνῆσαι. ἐδόθη εἰδοῖς Μαΐαις ἐν Θηράλλῳ, ὑπατείᾳ Πρωτογένους τοῦ λαμπροτάτου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. Sacrae literae scriptae venerandissimo episcopo Alexandriae Dioscoro.* Pervenit ad nostrae serenitatis auditum, quia multi reverentissimi orientalium archimandritae simul cum catholicis populis adversus quosdam episcopos, qui Nestoriana impietate aegrotare dicuntur, in quibusdam orientalium civitatibus constituti, laborarent, et pro catholica fide contenderent. Hac ergo de causa nostrae serenitati complacuit, religiosissimum presbyterum et archimandritam Barsumam, puritate vitae et catholica fide probatissimum, adesse Ephesinae civitati, et tenentem locum cuncto-

rum orientalium archimandritarum, considere tam tuae sanctitati, quam universis sanctissimis patribus ibidem convenientibus; quatenus deo placita de omnibus sententia proferatur. Dignetur proinde tua religio, pervidens quia omnis nobis est pro catholica fide solicitudo, affectuose et praedictum reverentissimum archimandritam suscipere, et operam dare, vestrae eum sanctae synodi participem fieri. Data Idibus Maii, Theralli, Protogene viro clarissimo Consule, et qui fuerit nuntiatus. *Ex Actis Concil. Chalcedon. ap. Harduin.* 2, 76. Cf. Zonaras 14, 25. — *Θεῖον γράμμα, καταπεμφθὲν Βαρσουμᾷ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἀρχιμανδρίτῃ. Οὐκ ἔλαθε τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, ἐν οἵῳ καθεστήκασιν ἀγῶνι οἱ ἐν τοῖς μέρεσι τῆς ἑῴας θεοσεβέστατοι καὶ ἁγιώτατοι ἀρχιμανδρῖται, τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὑπερμαχοῦντες, καί τινας τῶν ἐν ταῖς ἀνατολικαῖς πόλεσιν ἐπισκόπων τὴν Νεστορίου δυσσέβειαν νοσοῦντας ἀποστρεφόμενοι, τῶν ὀρθοδόξων λαῶν συναγωνιζομένων τοῖς αὐτοῖς θεοσεβεστάτοις ἀρχιμανδρίταις. ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ἡ σὴ ἁγιοσύνη διὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τοσοῦτον ὑπομεμένηκε κάματον, καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν παρεγένετο, δίκαιον εἶναι νομίζομεν τὴν σὴν ὁσιότητα, ἐπὶ καθαρότητι βίου, καὶ ὀρθοδόξῳ πίστει εὐδοκιμοῦσαν, τὴν Ἐφεσίων καταλαβεῖν πόλιν, καὶ τὸν τόπον ἐπέχουσαν πάντων τῶν ἐν τῇ ἑῴᾳ θεοσεβεστάτων ἀρχιμανδριτῶν, συνεδρεῦσαι τῇ ἐκεῖσε τυπωθείσῃ συνελθεῖν ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἁγίων πατέρων, καὶ ἐπισκόπων, τὰ τῷ θεῷ ἀρέσκοντα τυπῶσαι. ἐδόθη τῇ πρὸ μιᾶς εἰδῶν Μαΐων ἐν Ἀλεξανδριαναῖς. Βερονικιανὸς ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος τοῦ θείου κονσιστωρίου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κώδικος ἀνέγνω θεῖον ὑπομνηστικὸν, δοθὲν Ἐλπιδίῳ τῷ περιβλέπτῳ κόμητι τοῦ θείου συνεδρίου. Τῆς μὲν ἤδη γενομένης πρότερον ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου ἡ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς πρὸς τὸν θεὸν βλασφημία γέγονεν αἰτία· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀξίαν παρὰ τῶν συνελθόντων ἐκεῖσε ἁγίων πατέρων ἐδέξατο ψῆφον. ἐπειδὴ δὲ καὶ νῦν ἑτέρα πάλιν ἀμφισβήτησις κατὰ τῆς θείας ἐγήγερται πίστεως, τὴν δευτέραν ταύτην ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι σύνοδον ἐθεσπίσαμεν, πάντῃ τοῦ κακοῦ τὴν ῥίζαν ἀποτμηθῆναι σπουδάζοντες· ἵνα πανταχόθεν τὴν ταραχὴν ἐκλαβόντες τοῦ δόγματος, καθαρὸν τῆς εὐχῆς φυλάττωμεν ἐπὶ τῶν λογισμῶν τὸ δίκαιον, καὶ γένηται τοῦτο τῆς πολιτείας ἀσφάλεια, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καλῶν. διὰ τοῦτο τοίνυν τήν τε σὴν θαυμασιότητα, καὶ Εὐλόγιον τὸν περίβλεπτον τριβοῦνον καὶ νοτάριον πραιτωριανὸν, πρὸς τὴν τῆς πίστεως διακονίαν ἐπελεξάμεθα, ὡς ὑπειλημμένους τά τε ἄλλα ὀρθῶς, καὶ καθαρῶς τὰ κατὰ τὸ κρεῖττον θρησκεύοντας, καὶ δυναμένους, αὐτούς τε τοῖς ἡμετέροις κελεύσμασι γνησίως διακονήσασθαι περὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πραττομένων, καὶ μηδένα θόρυβον μηδαμόθεν συγχωρῆσαι γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ εἴ τινα συνίδητε ταραχαῖς καὶ θορύβοις χρώμενον ἐπὶ βλάβῃ τῆς ἁγιωτάτης πίστεως, τοῦτον ἐν ἀσφαλεῖ ποιήσασθαι, καὶ γνωρίσαι ἡμῖν. καὶ ἐν τάξει μὲν προβῆναι τὰ τῆς ὑποθέσεως, παρεῖναι δὲ τῇ κρίσει, καὶ παρασκευάσαι ταχεῖαν καὶ ἐπεσκεμμένην παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου δοκιμασίαν γενέσθαι, καὶ γνωρισθῆναι ἡμῖν, τῶν πρὶν δικασάντων Εὐτυχεῖ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἀρχιμανδρίτῃ, παρόντων μὲν, καὶ ἡσυχαζόντων, τάξιν δὲ δικαστῶν μὴ ἐπεχόντων, ἀλλὰ τὴν κοινὴν πάντων τῶν ἄλλων ἁγίων πατέρων περιμενόντων ψῆφον· ἐπειδὴ τὰ παρ' αὐτῶν κεκριμένα νῦν δοκιμάζεται· μὴ ἐξεῖναι δὲ μηδὲν ἕτερον κινεῖν χρηματικὸν κεφάλαιον, πρὶν ἂν περαιωθῆναι τὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὴν πολιτικὴν διὰ τῶν πρὸς τὸν περίβλεπτον ἀνθύπατον γραφέντων, καὶ τὴν τοῖς λοιποῖς, ὑμῖν στρατιωτικὴν ἀπεστείλαμεν βοήθειαν· ὥστε ὑμᾶς πρὸς ταῖς οἰκείαις σπουδαῖς καὶ ταύταις ὀχυρωθέντας ταῖς ἐπικουρίαις, ἀρκέσαι δυνηθῆναι πρὸς τὴν τῶν προσταχθέντων πλήρωσιν, τῶν ἄλλων ἁπάντων καλῶν ἀμείνω τυγχάνουσαν, ὅσῳ τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ γνώριμα ἡμῖν καταστῆσαι τὰ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ πραττόμενα. τῷ αὐτῷ τύπῳ ἐγράφη καὶ Εὐλογίῳ τῷ περιβλέπτῳ τριβούνῳ καὶ νοταρίῳ. Sacrae literae, Barsumae reverentissimo archimandritae destinatae.* Nostram pietatem latere non potuit, in quali sint certamine constituti per Orientem religiosissimi et sanctissimi archimandritae, pro fide laborantes catholica, et quosdam episcopos in civitatibus Orientis constitutos, Nestorianae haereseos participes aversantes, collaborante etiam orthodoxo populo iisdem religiosissimis archimandritis. Quoniam igitur et tua sanctitas pro catholica fide tantum laborem sustinuit, ut ad nostram perveniret pietatem; iustum esse duximus, tuam sanctitatem puritate vitae et catholica fide probabilem, ad Ephesinam pergere civitatem, et locum tenentem omnium religiosissimorum archimandritarum orientalium, considere sanctae synodo, quae ibidem disposita est convenire; et cum aliis sanctis patribus et episcopis, quae sunt deo placita, ordinare. Dat. prid. Id. Maii in Alexandrianis (449). Veronicianus devotissimus secretarius sacri consistorii ex eodem codice, recitavit sacrum commonitorium datum Elpidio viro spectabili comiti sacri consistorii. Sanctae quidem synodi pridem apud Ephesum factae, Nestorii impii contra deum blasphemia exstitit causa: et ideo a sanctis patribus, qui ibidem convenerunt, dignam suscepit sententiam. Quoniam igitur et nunc altera iterum contra divinam fidem excitata est dubitatio, secundam hanc Ephesi fieri synodum sanximus, mali radicem omnino excidere festinantes; quo undique conturbationem dogmatis eiicientes, mundam orationis iustitiam in cordibus reservemus, et sit hoc reipublicae munimen, et humanitatis utilitas. Ideo igitur tam tuam clementiam, quam Eulogium virum spectabilem, tribunum et notarium praetorianum, ad ministerium elegimus fidei, sicut probatos, tam in aliis rebus rectissimos, quam circa dei cultum opinatissimos, et valentes nostris diligenter iussionibus ministrare de his, quae in Epheso a sancta synodo fuerint constituta, et nullum fieri tumultum permittere: sed et si quem videritis conturbationibus et tumultui studentem ad laesionem sanctae fidei, hunc custodiae mancipare, et ad nostram perferre notitiam; et causam quidem ordine provenire, interesse autem iudicio, et operam dare celerem et circumspectam probationem a sancta synodo fieri, et nobis cognitam facere; his, qui pridem Eutychetis religiosissimi archimandritae iudices exstiterunt, praesentibus quidem et tacentibus, nullum tamen iudicantium habentibus locum, sed communem aliorum omnium sanctorum patrum sententiam exspectantibus: quoniam ea, quae dudum ab ipsis iudicata sunt, nunc retractantur. Non licere autem ullum aliud movere ex pecuniariis capitulis, antequam ea, quae de fide sunt catholica, effectui mancipentur. Ideo namque et civile per literas, quas ad virum spectabilem proconsulem, ac reliquos scripsimus, et militare vobis auxilium delegavimus; quatenus et vos super proprium studium his fulti auxiliis, sufficere possitis ad ea, quae praecepimus, adimplenda: quae tanto aliis omnibus bonis meliora sunt, quanto solent humanis divina praecellere: et quae in hac causa fuerint constituta, ad nostram perferre notitiam. Eodem tenore, Eulogio etiam viro spectabili, tribuno et notario scriptum est. *Ex Actis Concilii Ephesini et lect. Chalcedonens. apud Harduin.* 2, 76—78. — *Βερονικιανὸς ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος τοῦ θείου κονσιστωρίου, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κώδικος ἀνέγνω θεῖα γράμματα Πρόκλῳ τῷ περιβλέπτῳ ἀνθυπάτῳ Ἀσίας. Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς Πρόκλον τὸν Ἀσίας ἀνθύπατον. Τῆς μὲν ἤδη γενομένης πρότερον ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου ἡ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς εἰς τὸν θεὸν βλασφημία γέγονεν αἰτία. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀξίαν παρὰ τῶν συνελθόντων ἐκεῖσε ἁγίων πατέρων ἐδέξατο ψῆφον. ἐπειδὴ δὲ νῦν καὶ ἑτέρα πάλιν ἀμφισβήτησις κατὰ τῆς θείας ἐγήγερται πίστεως, τὴν δευτέραν ταύτην ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι σύνοδον ἐθεσπίσαμεν, πάντῃ τοῦ κακοῦ τὴν ῥίζαν ἀποτμηθῆναι σπουδάζοντες· ἵνα πανταχόθεν τὴν ταραχὴν ἐκλαβόντες τοῦ δόγματος, καθαρὸν τῆς εὐχῆς φυλάττωμεν ἐπὶ τῶν λογισμῶν τὸ δίκαιον, καὶ γένηται τοῦτο τῆς πολιτείας ἀσφάλεια, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καλῶν. διὰ τοῦτο καὶ Ἐλπίδιον τὸν περίβλεπτον κόμητα θείου ἡμῶν συνεδρίου, καὶ Εὐλόγιον τὸν περίβλεπτον τριβοῦνον καὶ νοτάριον πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐπελεξάμεθα, ὡς πρέποντας τῇ εὐσεβείᾳ διακονήσασθαι, ἱκανῶς ἐπὶ ταύτῃ μαρτυρηθέντας· οἷς βουλόμεθα πρὸς τὴν χρείαν παρὰ σοῦ συνεισενεχθῆναι βοήθειαν, ταραχὴν μὲν ἐξελίσαι τῶν πραττομένων ἐπιτραπεῖσι, μηδένα μηδαμόθεν συγχωρῆσαι γενέσθαι θόρυβον κελευσθεῖσι παρὰ τῆς ἡμετέρας γαληνότητος. παρ' ὧν εἰ καταμάθοιμεν ἠμεληκέναι σε τῶν θεσπισθέντων, καὶ μὴ πρὸς ἃ βούλονται, διακονήσασθαι, σὴν βλάβην τὴν σὴν ῥαθυμίαν γενέσθαι προστάξομεν. Veronicianus vir devotus a secretis sacri consistorii, ex ipso codice recitavit. Sacrae literae directae Proclo viro spectabili proconsuli Asiae.* Sanctae quidem synodi pridem apud Ephesum factae, Nestorii impii contra

deum blasphemia exstitit causa: et ideo a sanctis patribus ibidem convenientibus dignam suscepit sententiam. Quoniam igitur nunc et altera iterum contra divinam fidem excitata est dubitatio, secundam hanc in Epheso fieri synodum sanximus, mali radicem omnino excidere cupientes: quo undique conturbationes dogmatis eiicientes, mundam orationis iustitiam in cordibus reservemus, et sit hoc reipublicae munimen, et humanitatis utilitas. Ideo igitur et Elpidium virum spectabilem, comitem sacri nostri consistorii, et Eulogium virum spectabilem, tribunum et notarium, ad hanc causam elegimus, sicut dignos hoc administrare negotium, et idoneos multorum testimonio comprobatos: quibus volumus necessarium a te conferri praesidium, per quos omnis ab his quae aguntur, conturbatio repellatur, et ex nostrae serenitatis iussione nullus tumultus fieri permittatur. A quibus si fuerimus edocti, nostrae a te mansuetudinis praecepta neglecta; et non in omnibus, quibus voluerint, obsecutum, tuam laesionem ex tua negligentia fieri decernemus. *Ex Actis Concil. Ephesini secundi ap. Harduin.* 2, 77. — *Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς τὴν δευτέραν ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον. Τῇ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ. Ἐβουλόμεθα μὲν ἔξω πάσης ταραχῆς τὰς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας καθεστάναι, καὶ ὑμᾶς ταῖς ὑμετέραις ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις προσκαρτεροῦντας, συνήθως τὰ πρὸς τὴν τοῦ κρείττονος θεραπείαν ἱερουργεῖν, καὶ μὴ τοσοῦτον ὑμῖν προσγενέσθαι πόνον τε καὶ συντριβήν. ἐπειδὴ δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Φλαβιανός τινα περὶ τῆς ἁγίας πίστεως ἀνακινεῖν ἐβούλετο πρὸς τὸν εὐλαβέστατον ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, καὶ κριτήριον συναγαγὼν, τινὰ πράττειν ἤρξατο· ἡμεῖς μὲν πολλάκις ἀποστείλαντες πρὸς τὸν αὐτὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον, ἠβουλήθημεν ἀναστεῖλαι τὴν κινουμένην ταραχὴν, πεπεισμένοι ἀρκεῖν ἡμῖν τὴν παραδοθεῖσαν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὀρθόδοξον πίστιν, ἣν καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐβεβαίωσεν. ἐπειδὴ δὲ πολλάκις ἡμῶν δυσωπούντων τὸν αὐτὸν θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον ἀποστῆναι τῆς τοιαύτης ζητήσεως, ὥστε μὴ τοῦτο αἴτιον γενέσθαι θορύβου πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, οὐκ ἠνέσχετο· ἐννοήσαντες, ὅτιπερ οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς παρεκτὸς τῆς ἁγίας ὑμῶν συνόδου, καὶ τῶν πανταχοῦ πρωτευόντων τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, τοιαύτην ζήτησιν περὶ πίστεως ἀνακινεῖσθαι, ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν συνελθεῖν τὴν ὑμετέραν ἁγιοσύνην· ὥστε ὑμᾶς τὰ πεπραγμένα ἐνταῦθα καταμαθόντας, καὶ τὴν κινηθεῖσαν ζήτησιν, πᾶσαν μὲν διαβολικὴν ἐκκόψαι ῥίζαν, καὶ τοὺς τὴν τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου βλασφημίαν ζηλοῦντας ἢ συγκροτοῦντας, ἐκ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβαλεῖν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν βεβαίαν καὶ ἀσάλευτον τυπῶσαι παραφυλαχθῆναι· ἐπειδήπερ πᾶσα ἡ ἡμετέρα ἐλπὶς, καὶ ἡ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἰσχὺς, τῆς εἰς τὸν θεὸν ὀρθοδόξου πίστεως ἤρτηται, καὶ τῶν ὑμετέρων ἁγίων προσευχῶν. Imperatoris epistola ad synodum Ephesinam secundam. Sanctissimae synodo Ephesinae.* Vellemus quidem absque ulla conturbatione sanctas ecclesias dei persistere, et vos sanctis imminentes ecclesiis consuete ea quae ad divinitatis placationem pertinent celebrare, et non tantum vobis laborem et afflictionem fieri. Sed quoniam beatissimus episcopus Flavianus aliqua de sancta fide movere voluit adversus reverentissimum archimandritam Eutychem, et concilium congregans, aliqua coepit agere: nos quidem saepius dirigentes ad eundem beatissimum episcopum, voluimus, quae mota est, conturbationem compescere; persuasi sufficere nobis traditam a sanctis patribus in Nicaena synodo catholicam fidem; quam et sancta synodus quae in Epheso facta est confirmavit. Sed quoniam saepius a nobis rogatus idem beatissimus episcopus desistere a tali quaestione, ne conturbatio universitati fieret, minime acquievit: cogitantes non esse tutum, absque vestra sancta synodo, et ubique sanctarum ecclesiarum praesulibus huiusmodi quaestionem de fide renovari, necessarium duximus vestram convenire sanctitatem, quatenus vos, quae hic acta sunt, cognoscentes, et quaestionem motam, et omnem diabolicam stirpem possitis evellere, et eos qui impii Nestorii blasphemiam sectantur aut retinent, a sanctis ecclesiis repellere; catholicam vero fidem firmissimam et inconcussam custodiri disponere: quoniam nostra omnis spes, et nostri imperii firmitas ex catholica fide et vestris sanctis orationibus pendet. *Ex Actis Concilii Chalcedon. ap. Harduin.* 2, 77. — *Εὐνόμιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀξιῶ τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν κελεῦσαι ἀναγνωσθῆναι τὸν νόμον τὸν παρασχεθέντα Νικομηδεῦσι μετὰ ταῦτα. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· ἀναγινωσκέσθω. καὶ ἐπιδοθέντος αὐτοῦ παρὰ Εὐνομίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου, Βερονικιανὸς ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος τοῦ θείου κονσιστωρίου ἀνέγνω. Οὐαλεντινιανὸς εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, Αὔγουστος, Νικομηδεῦσι χαίρειν. Ἡ περὶ τὰ πριβιλήγια τῆς πόλεως τῆς ὑμετέρας πάλαι ὑπάρξασα ἀρχαία συνήθεια φυλαχθήσεται. οὔτε γὰρ προσθήκη τῆς τιμῆς τῶν Νικαέων πόλεως τὸ δίκαιον τὸ ὑμέτερον δύναται βλάψαι, ὁπότε ἐπαύξεται τὸ ἀξίωμα τῆς Νικομηδέων, εἴπερ ἐκείνη, ἡ ἐν δευτέρῳ τόπῳ οὖσα, μητροπόλεως ὀνόματι καλεῖται.* Eunomius reverentissimus episcopus Nicomediae dixit: Rogo vestram magnificentiam, ut iubeatis legi legem Nicomediensibus post haec concessam. Gloriosissimi iudices dixerunt: Legatur. Et dante Eunomio reverentissimo episcopo, Veronicianus vir devotus, secretarius divini consistorii, dixit: *Valentinianus pius, felix, Augustus, Nicomediensibus salutem.* Circa privilegia civitatis vestrae, quae olim fuerint, prisca consuetudo servabitur. Neque enim honoris adiectio Nicaenorum civitatis ius vestrum laedere poterit; quum augeatur dignitas Nicomediensium civitatis, quando illa, quae secundo loco est, metropolis nomine vocatur. *Ex Actis Concilii Chalcedon. apud Harduin.* 2, 569. — *Νικηταὶ Οὐαλεντινιανὸς καὶ Μαρκιανὸς, ἔνδοξοι, τροπαιοῦχοι, Αὔγουστοι, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ ἀληθῶς σεπτῷ πατριάρχῃ ἐπισκόπῳ Λέοντι ... Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο τετύπωται, ὥστε τὰ παρὰ τῶν ρν´ ἐπισκόπων ἐπὶ τοῦ τῆς θείας λήξεως τοῦ ἀνωτέρου Θεοδοσίου τῆς τιμῆς ἕνεκα τῆς σεπτῆς ἐκκλησίας τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν τυπωθέντα, καὶ ἅτινα νῦν ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος τετύπωται, βέβαια φυλαχθῆναι, δηλαδὴ, ἵνα μετὰ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ὁ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν εὐθέως (εὐθὺς?) ἐπίσκοπος δεύτερον ἔχοι τόπον, ἐπειδὴ περιφανεστάτη πόλις νεωτέρα Ῥώμη προαγορεύεται, καταξιώσει ἡ σὴ ἁγιοσύνη καὶ τούτῳ τῷ μέρει συναινέσαι· εἰ καὶ οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι εἰς τόπον τῆς σῆς θεοφιλείας ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ συνελθόντες ἀντεῖπον· σφοδρότατα γὰρ ἐκώλυον περὶ τῆς αὐτῆς σεπτῆς ἐκκλησίας τυπωθῆναί τι ἐν τῇ συνόδῳ. ἐλπίζομεν δὲ ὡς συμφωνοούντων (συμφωνούντων) τῶν τοῦ παντὸς κόσμου ἱερέων τὰ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς πράγμασι λυσιτελοῦντα ἡ θεία πρόνοια παρασχεῖν καταξιώσει. διὸ δὴ διὰ Λουκιανοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, καὶ Βασιλείου τοῦ διακόνου πάντα ὑμῖν γνωρισθῆναι ἐθεσπίσαμεν, καὶ αἰτοῦμεν τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τυπωθέντα, ἵνα καὶ ἡ σὴ εὐσέβεια εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλαχθῆναι προστάξῃ. ἡ θεία σε πρόνοια φυλάττοι πολλοῖς χρόνοις, ἁγιώτατε καὶ θεοφιλέστατε πάτερ. ἐδόθη πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Ἰανουαρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείας τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. Victores Valentinianus et Marcianus, gloriosi, triumphatores, Augusti, sanctissimo et vere venerabili patri archiepiscopo Leoni . . .* Quoniam vero et hoc constitutum est, ut ea, quae a centum quinquaginta episcopis sub divae memoriae Maiore Theodosio honoris gratia erga venerabilem Constantinopolitanam ecclesiam statuta sunt, quaeque nunc a sancta synodo de eadem re sunt sancita, firma serventur, videlicet ut post apostolicam sedem Constantinopolitanus statim episcopus secundum habeat locum, quoniam splendidissima urbs iunior Roma appellatur, dignetur sanctitas tua etiam huic parti assensum praebere; licet reverentissimi episcopi, qui loco tuae in deos caritatis ad sanctam synodum convenerunt, contradixerint; vehementissime enim prohibebant de eadem venerabili ecclesia quidquam in synodo decerni. Speramus autem, quod consentientibus totius orbis sacerdotibus, quae Romanis rebus utilia sunt, divina providentia praestare dignabitur. Quapropter per Lucianum dei amantissimum episcopum et Basilium diaconum ut omnia vobis significarentur decrevimus, rogamusque, ut quae a sancta synodo constituta sunt, etiam tua in deum pietas in perpetuum observari praecipiat. Divina te providentia servet multis temporibus, sanctissime et dei amantissime pater. Data ante diem decimum quintum Kalend. Ianuar. Constantinopoli, consulatu domini nostri Marciani semper Augusti, et eius qui fuerit nuntiatus. *Ex Actis Concilii Chalcedonens. Cod. Barberin.* 3386 *apud*

Holsten. in Collect. Canon. Cod. Vatican. apud fratr. Ballerin. 1, 1115—1120.

1205. p. C. n. 452. HERCULANO ET SPORACIO COSS.

Marcianus A. suis statuit decretis, ut hi, qui consules fieri cupiebant, nihil aeris in populum spargerent, sed statutam pecuniam ad reparandum urbis aquaeductum dependerent. *Marcellin. p.* 290. — *Μαρκιανὸς … ὃς εὐθὺς ἐκέλευσεν ἄρχοντα ἐπὶ δόσει μὴ γίνεσθαι.* Marcianus … statim constituit, ne quis numerato pretio ad magistratum perveniret. *Theodor. Lect.* 1, 2. — *Οἱ βασιλεῖς, Φλάβιος Οὐαλεντινιανὸς, καὶ Φλάβιος Μαρκιανὸς, αἰώνιοι Αὔγουστοι, περὶ τοῦ κεκωλύσθαι τὰς περὶ τῶν Χριστιανῶν διαλέξεις, πρόθεμα τοῖς πολίταις ἡμῶν τοῖς Κωνσταντινουπολίταις. Μόλις ποτὲ τὸ διὰ μεγίστης εὐχῆς ὑπάρχον ἡμῖν καὶ σπουδῆς ἀποβέβηκε, καὶ ἡ περὶ τοῦ νόμου τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν ἐκποδὼν φιλονεικία γεγένηται· μόλις εὕρηται τὰ τῆς ἐπιψόγου πλάνης ἰάματα, καὶ τῶν δήμων ἡ διαφωνοῦσα διάνοια πρὸς μίαν ἐλήλυθε σύννευσιν καὶ ὁμόνοιαν. ἐκ διαφόρων γὰρ ἐπαρχιῶν εὐλαβεῖς κατὰ τὴν Καλχηδονέων πόλιν ἐπίσκοποι συνηθροίσθησαν ἐξ ἡμετέρου προστάγματος, καὶ δι' ὅρου σαφῶς, ἐπὶ τῇ θρησκείᾳ τι δέοι παραφυλάττειν, ἐδίδαξαν. ἡ βέβηλος τοίνυν ἔρις τοῦ λοιποῦ σχολαζέτω. καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀσεβὴς καὶ ἱερόσυλος, ὃς μετὰ τοιούτων ἐπισκόπων ἀπόφασιν τῇ οἰκείᾳ τί ποτε γνώμῃ καταλιμπάνει πρὸς ἔρευναν· ἐπείπερ ἐσχάτης δηλονότι παρανοίας ἐστὶ, τὸ μεσούσης ἡμέρας φῶς σεσοφισμένον ζητεῖν. ὁ γάρ τι μετὰ τὴν εὕρεσιν τῆς ἀληθείας διερευνώμενος περαιτέρω, ψεῦδος ζητεῖ. μηδεὶς οὖν κληρικὸς, ἢ γοῦν στρατευόμενος, ἢ γοῦν ἑτέρας αἱρέσεως οἱασδήποτε, περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, δημοσίᾳ συναγομένων ὄχλων καὶ ἀκροωμένων, εἰς τὸ ἑξῆς διαλέξεις ποιεῖσθαι τολμάτω, ταραχὰς ἐκ τούτου καὶ κακοδοξίας προφάσεις ἐπινοῶν. τῇ κρίσει γὰρ ὕβριν ποιεῖ τῆς ἁγίας συνόδου, ὅστις ἂν τὰ ἅπαξ κριθέντα, καὶ ὀρθῶς τυπωθέντα, πάλιν ἀνακυλίειν ἐκ διαλέξεως, καὶ δημοσιεύειν φιλονεικοίη. ὁπότε τὰ νῦν περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ὁρισθέντα, κατὰ τὰς τῶν τιή διδασκαλίας, καὶ τῶν ρν' τυπωθέντα γινώσκεται. οὐδὲ γὰρ ἐλλείψει τιμωρία κατὰ τῶν τοῦδε καταφρονούντων τοῦ νόμου· ἐπειδήπερ οὐ μόνον κατὰ τῆς πίστεως τῆς οὐ διατεθείσης ἐναντίον χωροῦσιν, ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησιν ἔκπυστα διὰ τῆς τοιᾶσδε φιλονεικίας τὰ σεπτὰ ποιοῦσι μυστήρια. οὐκοῦν, εἰ μὲν εἴη κληρικὸς ὁ περὶ θρησκείας δημοσίᾳ φιλονεικεῖν τολμῶν, ἀποκινηθήσεται τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν· εἰ δὲ στρατείᾳ κοσμούμενος, τὴν ζώνην ἀφαιρεθήσεται. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ οἱ ἔνοχοι τῷ ἐγκλήματι τούτῳ, τῆς βασιλίδος αὐτῆς ἐλαθήσονται πόλεως, κατὰ τὴν τῶν δικαστηρίων κίνησιν καὶ ταῖς ἁρμοζούσαις ὑποβληθησόμενοι τιμωρίαις. δῆλον γὰρ, ἐντεῦθεν τῇ μανίᾳ τῶν αἱρετικῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐκβάσεις ποιεῖν παρέχεσθαι, ἐν ὅσῳ τινὲς διαλέγονται δημοσίᾳ καὶ ἐρίζουσιν. ἅπαντες τοίνυν τὰ παρὰ τῆς ἁγίας ἐν Καλχηδόνι συνόδου ὁρισθέντα παραφυλάττειν ὀφείλουσι, τοῦ λοιποῦ μηδὲν ἀμφιβάλλοντες. διὰ τούτου τοιγαροῦν ὑπομνησθέντες τοῦ τῆς γαληνότητος ἡμῶν διατάγματος, τῶν δυσσεβῶν ἀπολήξατε, καὶ τοῦ περὶ τῶν θείων περαιτέρω ζητεῖν· ὅπερ ἀθέμιτον. ἐπειδήπερ οὐ μόνον ἐκ θείας κρίσεως, καθάπερ πιστεύομεν, τὸ ἁμάρτημα τὸ τοιοῦτον τιμωρηθήσεται, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ τῶν νόμων καὶ τῇ τῶν δικαζόντων αὐθεντίᾳ σωφρονισθήσεται. ἐδόθη πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει. Imperatores Caesares, Flavius Valentinianus, Pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Alemannicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Trib. Potest. XXVII. Imperii XXVII. Consul VII., et Flavius Marcianus, Pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Alemannicus inclytus, Francicus inclytus, Trib. Potest. XXVII. Imp. Consul semel: de Christianae fidei rebus edictum civibus nostris Constantinopolitanis.* Tandem aliquando, quod summis votis atque studiis optabamus, evenit. Remota est de orthodoxa Christianorum lege contentio: tandem remedia culpabilis erroris inventa sunt, et discors populorum sententia in unum consensum concordiamque convenit. E diversis enim provinciis religiosissimi sacerdotes Chalcedonem venerunt iuxta nostra praecepta, et quid observari in religione debeat, perspicua definitione docuerunt. Cesset igitur iam profana contentio. Nam vere impius atque sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam, opinioni suae aliquid tractandum relinquit. Extremae quippe dementiae est, in medio et perspicuo die commentitium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid ulterius discutit, mendacium quaerit. Nemo itaque vel clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis adunatis et audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus et perfidiae occasionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimae synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita revolvere, et publice disputare contendit: quum ea, quae nunc de Christiana fide statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones, et statuta sanctorum patrum trecentorum decem et octo, et centum quinquaginta, definita esse noscantur. Nam in contemtores huius legis poena non deerit: quia non solum contra fidem bene compositam veniunt, sed etiam Iudaeis et paganis ex huiuscemodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur: si vero militia praeditus sit, cingulo spoliabitur: ceteri etiam huius criminis rei de hac regia urbe pellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus suppliciis subiugandi. Constat enim, hinc haereticae insaniae exordia fomitemque praeberi, dum publice quidam disputant atque contendunt. Universi ergo quae a sancta synodo Chalcedonensi statuta sunt, custodire debebunt, nihil postea dubitaturi. Hoc itaque nostrae commoniti serenitatis edicto, abstinete a profanis vocibus, et ulterius desinite de divinis disputare: quod nefas est. Quia non solum divino iudicio peccatum hoc, prout credimus, punietur; verum etiam legum et iudicum auctoritate coërcebitur. Datum Constantinopoli VII. Idus Februarii, Sporacio viro clarissimo, et qui fuerit nuntiatus, Consulibus. *Ex Actis Concil. Chalcedon. apud Harduin.* 2, 659. *S. Leonis Opp. st. Ballerin.* 3, 238, *ubi codd. Latine in codd. Alexandr.* 3224. *Casley. g. B. XII. Orielens. B.* 4, 5. *Bodleian.* 2677. *S. Audomarens.* 189, 7, 10. *Reg. Paris.* 1454, 3848[a], 3883. *Argentorat. Coll. Can. Rachionis episcopi Argentin.* — *Διάταξις τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως Μαρκιανοῦ, προτεθεῖσα ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τὴν σύνοδον, βεβαιοῦσα τὰ παρ' αὐτῆς πεπραγμένα. Τὴν εὐαγῆ τῆς καθολικῆς τῶν ὀρθοδόξων πίστεως ἁγιότητα φανερὰν καὶ ἀναμφίβολον καταστῆσαι πᾶσιν ἡ ἡμετέρα γαληνότης ἐθέλουσα, ὅπως ἂν ἡ περὶ τὸ θεῖον μείζων παραδοθῇ τοῖς ἀνθρώποις εὐσέβεια, τὴν τοσαύτην καὶ τοιαύτην τῶν ἐξ ἁπάσης σχεδὸν ἐπαρχίας συνειλεγμένων ἐπισκόπων σύνοδον κατὰ τὴν Καλχηδονέων πόλιν ἀθροισθῆναι παρεκελεύσατο· κἀκεῖ διασκέψεως ἐπὶ πλείστας ἡμέρας γεγενημένης, τὸ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν εὗρεν ἀληθὲς καὶ ἀνόθευτον. εὐχαῖς γὰρ καὶ λιταῖς πλείσταις τὸ θεῖον παρακεκλήκασι, μὴ λαθεῖν αὐτοὺς τὴν εὐαγῆ καὶ πληρεστάτην ἀλήθειαν· ἠκολούθησάν τε τοῖς τύποις τῶν ἁγίων πατέρων, ἐκείνοις δηλαδὴ, τοῖς ὑπὸ τῶν τιή ἁγιωτάτων ἐπισκόπων κατὰ τὴν Νικαέων ἀποφανθεῖσιν· ὁμοίως δὲ κἀκείνοις, ἅπερ οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα κατὰ τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν ὥρισαν συνελθόντες· καὶ ἐκείνοις δὲ τοῖς ἤδη πάλιν κατὰ τὴν Ἔφεσον ὁρισθεῖσιν, ὅτε τῆς ἀληθείας ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κελεστῖνος ὁ τῆς Ῥωμαίων, καὶ Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ἐξῆρχον, καθ' ὃν καιρὸν ἀπεκλείσθη καὶ Νεστορίου ἡ πλάνη, αὐτοῦ καταδικασθέντος τοῦ ταύτης αὐθέντου γεγονότος. ὧν ὀρθῶς καὶ προσκυνητῶς ἐν Καλχηδόνι ζητηθέντων, Εὐτυχῆς ὁ διαβεβαιούμενος ἀθέμιτα πάμπολλα, μετὰ τῆς συνηγορίας τῆς ἑαυτοῦ καταβέβληται, ὅπως ἂν αὐτῷ μὴ περαιτέρω παρασχεθῇ ἡ τοῦ ἀπατᾶν τοὺς ἀνθρώπους εὐχέρεια. τούτων τοίνυν θρησκευτικῶς καὶ πιστῶς τυπωθέντων, ἅπερ θεμελιοῦν τὴν τῶν ὀρθοδόξων προσκυνητὴν γινώσκεται πίστιν, οὕτως, ὡς μηδεμίαν τοῦ λοιποῦ τοῖς συκοφαντεῖν εἰωθόσι τὸ θεῖον, ἀμφιβολίαν ὑπολιμπάνεσθαι· ἱερῷ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος διατάγματι τὴν ἁγίαν βεβαιώσαντες σύνοδον, ὑπεμνήσαμεν ἅπαντας, ὥστε τῶν περὶ θρησκείας παύσασθαι διαλέξεων, ἐπειδήπερ οὐχ εἷς καὶ δεύτερος εὑρεῖν οἷός τε ἦν τὸ τοσοῦτον μυστήριον· ὁπότε μάλιστα σὺν καμάτῳ μεγίστῳ καὶ μεγάλαις εὐχαῖς τοσοῦτοι ἅγιοι ἱερεῖς, εἰ μὴ θεοῦ, καθάπερ πιστευτέον ἐστὶν, ἡγουμένου, φθάσαι πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀνίχνευσιν οὐκ ἂν ἐδυνήθησαν. πλὴν, ὡς ἔγνωμεν ἐναργεῖ λογισμῷ, τινὲς ἐν τῇ μανίᾳ τῆς αὐτῆς διαστροφῆς ἐμμένειν οὐ παύονται, καὶ περὶ θρησκείας δημοσίᾳ φιλονεικεῖν, συναγομένου τοῦ πλήθους, ὥστε τὰ θεῖα μυστήρια Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων δημοσιεύειν ἐπ' ὄψεσι,*

καὶ ἐκπομπεύειν ἅπερ σέβειν ἄμεινον, ἢ ζητεῖν. ἐχρῆν τοιγαροῦν, τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ τυγχάνοντας ἐπιμονῇ διὰ τῆς ὁρισθείσης σωφρονισθῆναι κολάσεως· ὅπως ἂν ἡ τιμωρία διορθώσειεν, οὓς τῶν πραγμάτων τὸ σέβας ἐπανορθοῦν οὐ δεδύνηται. ἀλλὰ τῷ ἔθει τῷ ἡμῶν ἀκολουθοῦντες ἐν τούτῳ, καὶ πρὸ πάντων γινώσκοντες, ὡς τὸ θεῖον χαίρει τῷ εὐσεβεῖ, τὴν τῶν ἐνοχῶν ὑπερθετέαν ἡγησάμεθα τιμωρίαν, διὰ τῆσδε τῆς ἐπαναληφθείσης κελεύσεως τῆς ἡμετέρας θεσπίζοντες, ὥστε εἰς τὸ ἑξῆς τῶν κεκωλυμένων πάντας ἀπέχεσθαι, καὶ μὴ συνάγειν ὀχλαγωγίαν τοὺς περὶ θρησκείας ἐρίζοντας· ἐπειδήπερ οἱ ἐν τῇ τοιαύτῃ διαστροφῇ καὶ ματαιότητι φωραθέντες, καὶ τὰς ὁρισθείσας ἤδη κολάσεις ἐκδέξονται, καὶ τῇ τῶν δικαστηρίων κινήσει, καθάπερ τοῖς εὐσεβέσι καιροῖς ἁρμόζει, τιμωρηθήσονται. χρὴ γὰρ ἕπεσθαι τῇ ἐν Καλχηδόνι συνόδῳ, ἐν ᾗ πάντων ἐπιμελῶς ζητηθέντων, ταῦτα διώρισται, ἃ πρότερον αἱ τρεῖς μνημονευθεῖσαι σύνοδοι, αἱ τῇ τῶν ἀποστόλων ἀκολουθήσασαι πίστει, τὰ πᾶσι φυλακτέα παραδεδώκασιν. ἐδόθη πρὸ τριῶν εἰδῶν Μαρτίων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείᾳ Σφωρακίου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. ἐγράφη Παλλαδίῳ ἐπάρχῳ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν πραιτωρίων, Οὐαλεντινιανῷ ἐπάρχῳ τῶν κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν πραιτωρίων, Τατιανῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, Βικομάλῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων, καὶ ὑπάτῳ δεσιγνάτῳ. Edictum piissimi et christianissimi Imperatoris Marciani, propositum Constantinopoli de confirmatione gestorum Chalcedonensis synodi, et eorum observatione. Venerabilem catholicae orthodoxorum fidei sanctitatem manifestam et indubitatam universis constituere cupiens nostra serenitas, ut maior erga divinitatis obsequia hominibus religio traderetur; tantam atque talem synodum, ex omnibus paene provinciis coadunatis episcopis, in Chalcedonensi civitate colligi iussit, atque ibi plurimis diebus tractatu habito, quid verum et infucatum Christianae fidei esset, invenit. Votis enim et orationibus plurimis exoravere divinitatem, quatenus sancta et plena veritas eos non lateret. Secutique sunt statuta venerabilium patrum, ea videlicet quae apud Nicaeam trecentorum decem et octo sanctorum episcoporum sententia sunt definita: similiter et quae centum quinquaginta in hac amplissima coadunati urbe constituerunt, atque ea quae apud Ephesum pridem statuta sunt, quum beatissimae recordationis Caelestinus Romanae urbis, et Cyrillus Alexandrinae civitatis episcopi, veritatis duces fuerunt. Quo tempore etiam et Nestorianus error exclusus est, eius auctore damnato. Quibus ita rite et venerabiliter apud Chalcedonem inquisitis, Eutyches, qui plura affirmabat illicita, cum sua assertione deiectus est, ne decipiendorum ulterius hominum ei praeberetur facultas. Ordinatis itaque religiose et fideliter, quae venerandam orthodoxorum fidem fundasse noscuntur, ita ut nulla in posterum dubitatio, vel illis qui calumniari divinitatem assolent, relinqueretur; sacro nostrae serenitatis edicto venerandam synodum confirmantes, admonuimus universos, ut de religione disputare desinerent; quoniam unus et alter tanta secreta invenire non posset: maxime quum summo labore et magnis orationibus tot venerabiles sacerdotes, nisi deo, ut credendum est, auctore, ad indaginem veritatis non potuerint pervenire. Verum sicut manifesta ratione cognovimus, non desinunt quidam in eadem perversitatis insania permanere, et publice de religione contendere, populis coadunatis, et mysteria divina sub Iudaeorum paganorumque obtutibus publicare, et profanare, quae rectius colenda sunt, quam inquirenda. Oportuerat itaque in eadem pertinacia persistentes statuta dudum animadversione compesci; ut poena corrigeret, quos reverentia iussionum emendare non potuit. Verum in hoc secuti consuetudinem nostram, noscentes prae omnibus, quod divinitas pietate laetetur, poenam nocentium credidimus differendum: iterata hac sancientes nostrae clementiae iussione, ut in futurum a prohibitis omnes abstineant, nec conventicula colligant super religione certantes: quia in huiusmodi perversitate et vanitate detecti, et statutas dudum suscipient poenas; et iudiciario motu, prout religiosissimis temporibus convenit, punientur. Oportet enim Chalcedonensem synodum sequi, in qua omnibus diligenter quaesitis, ea definita sunt, quae pridem tres praedicti coetus apostolicam fidem secuti, omnibus observanda tradiderunt. Datum tertio Idus Martii, Constantinopoli, Sporacio viro clarissimo, et qui fuerit nuntiatus, Consulibus. Et eodem exemplo scriptum Palladio viro illustri praefecto Orientis (vid. ann. 455), Valentiniano viro illustri praefecto Illyrici, Tatiano viro illustri praefecto urbis, Vincomalo viro illustri magistro sacrorum officiorum, et consuli designato. *Part.* 3 *Concil. Chalcedon. c.* 4. *Harduin.* 2, 661. *Latine ap. Ballerin.* 3, 240 *et in codd. Oriel. B.* 4, 5. *Reg. Paris.* 1454, 3842_a, 3848^a. — *Περὶ τοῦ ἀνατραπῆναι τὰ κατὰ τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου τῆς βασιλευούσης ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ βεβαιωθῆναι τὰ μετὰ ταῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τυπωθέντα. Οἱ βασιλεῖς Παλλαδίῳ τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων, Οὐαλεντινιανῷ ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, Τατιανῷ ἐπάρχῳ πόλεως, Βιγκομάλῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων καὶ ὑπάτῳ δεσιγνάτῳ … Ὁπότε φθόνῳ ψευδεῖ ὑπὸ τῆς ἀνέδην συντεθείσης συκοφαντίας ὁ τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς μνήμης Φλαβιανὸς, ὁ ταύτης ἐνδόξου πόλεως ἐπίσκοπος, τῆς ἀρχιερωσύνης ἦν ἐκβληθείς … ὅμως τὸ τούτου λείψανον ἡ βασιλικωτάτη αὕτη πόλις ἐξήτησε, καὶ ἀπέλαβεν· ὡς μακαριώτερον αὐτὸν πάντων τῶν ζώντων ὀφθῆναι· ὥστε τὴν τελευτὴν ἐκείνην τὴν χαλεπὴν νομισθεῖσαν, δι᾽ εὐχῆς πιστεύεσθαι γεγενῆσθαι, δι᾽ ἧς ἐκείνην τὴν ἀθάνατον εὐφημίαν ἐπραγματεύσατο. καὶ δὴ τούτοις ἐπηκολούθησεν ἐκεῖνο, ὅπερ τοῖς αὐτοῦ γέρασιν ὁ θεὸς ἐδωρήσατο· ὥστε προσκυνητὴν σύνοδον ἀναριθμήτων σχεδὸν ἐπισκόπων συνελθεῖν εἰς τὴν Καλχηδονέων· ἥ τις ἐν ὅσῳ τὰ κατὰ τὴν πίστιν ἐπιμελῶς ἐκζητεῖ, διὰ τῆς αὐθεντίας τοῦ μακαριωτάτου Λέοντος τοῦ τῆς αἰωνίας τὴν δόξαν Ῥώμης ἐπισκόπου, καὶ τῆς θρησκείας κυροῖ τὰ θεμέλια, Φλαβιανῷ τὸ βραβεῖον τοῦτε παρῳχηκότος βίου, καὶ τῆς ἐνδόξου παρέσχηκε τελευτῆς. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ τῆς προσκυνητῆς μνήμης Φλαβιανὸς τῇ τοσαύτῃ κεκόσμηται μαρτυρίᾳ, ὥστε Εὐτυχῆ τὸν τἀναντία πεφρονηκότα μετὰ τῶν μυσαρῶν αὐτοῦ ῥημάτων καταδικασθῆναι παρὰ πάντων ἑνὶ στόματι, ἀπαλειφέσθω τὰ τῆς διατάξεως ἐκείνης, ἥ τις καθ᾽ ἁρπαγὴν τῶν μυσαρῶν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Φλαβιανοῦ κατ᾽ αὐτοῦ τεθεῖσα γινώσκεται· καὶ κατ᾽ ὅλον σχολαζέτω τὰ ἐξ ἀδικίας τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα, ἥ τε ἄδικος ἀπόφασις μηδὲν βλαπτέτω μηδὲ Εὐσέβιον, μηδὲ Θεοδώρητον, τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, οὓς ὁ ὅρος ὁ αὐτὸς περιέχει· ἐπειδήπερ οὐ δύνανται ἐκ διατάξεως ἐπίσκοποι κατακρίνεσθαι, οὓς ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῇ τῆς πίστεως συνοδικὴ ψῆφος ἐκόσμησεν· ἐκβληθείσης τοιγαροῦν τῆς νομοθεσίας ἐκείνης, κατεχέτω τοῦ βίου καὶ τῆς δόξης τῆς ἑαυτοῦ Φλαβιανὸς, ἧς περ ἠξίωται, τὸν αἰώνιον ἔπαινον, τῆς εὐσταθείας τῆς περὶ τὴν πίστιν αὐτοῦ τοῖς λοιποῖς ἐσομένης ὑπόδειγμα. ἡ ὑπέρλαμπρος τοιγαροῦν καὶ μεγαλοφυὴς αὐθεντία σου τὸν σωτηριώδη τουτονὶ νόμον, προτεθέντων ἐδίκτων, εἰς τὴν ἁπάντων ποιήσει γνῶσιν ἐλθεῖν. ἐδόθη πρὸ μιᾶς νονῶν Ἰουλίων, ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείᾳ Σφωρακίου τοῦ λαμπροτάτου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. De infirmandis iis quae contra sanctae memoriae Flavianum episcopum Constantinopolitanae urbis iniuste sunt prolata, et confirmandis iis quae postea de eo constituta sunt a sancta synodo Chalcedonensi. Valentinianus et Marcianus Augusti, Palladio praefecto praetoriorum Orientis, Valentiniano praefecto Illyrici, Tatiano praefecto urbis, Vincomalo magistro divinorum officiorum et consuli designato …* Quum falsa invidia et improbe concinnata calumnia, religiosae ac venerabilis recordationis Flavianus huius almae urbis episcopatu fuisset expulsus … tamen ita eius reliquias et expetiit haec sacratissima civitas et recepit, ut beatior omni vivente videretur: ut exitus ille qui putabatur acerbus, optandus credatur fuisse, quo illam immortalem mercatus est laudem. Secutumque est illud, quod meritis eius divinitas praestitit, ut venerabilis synodus innumerabilium paene sacerdotum Chalcedonem conveniret: quae dum fidem diligenter inquirit, auctoritate beatissimi episcopi Leonis aeternae urbis Romae, et religionis fundamenta constituit, Flaviano et anteactae vitae palmam, et mortis tribuit gloriosae. Ergo quoniam venerabilis recordationis Flavianus tanto ac tali decoratus est testimonio, ut Eutyches qui contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus uno ore damnaretur; aboleatur illa constitutio, quae sceleratorum subreptione post obitum sanctae memoriae Flaviani adversus eum lata cognoscitur: cessentque in totum ea,

quorum initium fuit iniquum: et iniusta sententia nihil obsit Eusebio quoque et Theodoreto religiosis episcopis, qui eadem lege continentur: quoniam non possunt sacerdotes constitutione damnari, quos synodicum ornat de conservata religione decretum. Expulsa itaque illa sanctione, retineat vitae gloriaeque suae Flavianus, quam meretur, perpetuam laudem, ceteris constantiae erga fidem futurus exemplum. Illustrissima igitur et magnifica auctoritas tua hanc saluberrimam legem, edictis propositis, ad omnium notitiam faciat pervenire. Datum Constantinopoli, pridie Nonas Iulii, Sporacio viro clarissimo et qui fuerit nuntiatus Coss. *Ex Act. Concil. Chalcedon. apud Harduin.* 2, 676. *Mansi* 7, 489. — *Περὶ τοῦ βέβαια εἶναι ταῦτα, ἅπερ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς Καλχηδόνι κατὰ Εὐτυχοῦς καὶ τῶν αὐτοῦ μοναχῶν ὡρίσθη. Οἱ αὐτοὶ Αὔγουστοι τοῖς αὐτοῖς ἄρχουσι.* Μεγίστας τῷ παντοκράτορι θεῷ χρὴ ἔχειν καὶ ὁμολογεῖν τὰς χάριτας, ὅτι τὰ μύση οὔτε λανθάνειν παντελῶς, οὔτε διαμένειν ἀτιμώρητα συγχωρεῖ· ὧν θάτερον μὲν τοῦ βλάπτειν πλείστην ἔχει τὴν ἄδειαν, θάτερον δὲ τοῦ ἁμαρτάνειν ὑπόδειγμα δίδωσι τοῖς λοιποῖς. τοιγαροῦν ἐν φροντίδι τὰς τῶν ἀνθρώπων πράξεις ὑπάρχειν τῷ θεῷ, καὶ τὸ τῆς θρησκείας μάλιστα σέβας, πρώην ἐν τῷ κυροῦσθαι τὴν καθολικὴν πίστιν περιφανῶς ἀνεδείχθη· ἡνίκα τὸν τοῖς μυσαροῖς ἑπόμενον δόγμασιν Εὐτυχῆ καὶ λανθάνειν, ὡς ἐλάνθανεν, ἐπὶ πλέον οὐκ εἴασε, καὶ ἁλόντα, τοῦ μύσους τὴν τιμωρίαν διαφυγεῖν οὐκ ἠνέσχετο. ὅθεν ταῖς ψήφοις οὗτος θεοῦ τε καταδικασθεὶς καὶ ἀνθρώπων, ὅρον συνοδικὸν, ὡς ἦν ἄξιος, ἀπηνέγκατο, θεῷ τε ὑπεύθυνος ὢν, ᾧ τὴν ὕβριν ἐποίει, καὶ ἀνθρώποις ἔνοχος, οὓς ἀπατᾶν ἐπεχείρει. πλεῖστοι γὰρ ἔναγχος ἐκ πάσης, ὡς εἰπεῖν, τῆς οἰκουμένης ὁσιώτατοι κατὰ τὴν Καλχηδόνα ἀθροισθέντες ἐπίσκοποι τὰ τοῦ μνημονευθέντος Εὐτυχοῦς φαυλότατα πλάσματα, μετὰ τῆς πλάνης τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου, τῆς αὐτοῦ χάριν γεγενημένης, ἐξέβαλον, τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἀκολουθήσαντες δόγμασι, τοῖς τε ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐκτεθεῖσι, καὶ τοῖς ἐν ταύτῃ τῇ πόλει παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα, καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ, ἡνίκα τὴν Νεστορίου πλάνην ἐξέκλεισαν, προεδρευόντων Κελεστίνου τε τοῦ τῆς Ῥωμαίων, καὶ Κυρίλλου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, ἐπισκόπων. τὰ κατὰ τὴν ἀρχαιοτάτην τοίνυν διδασκαλίαν ὑπὸ τῆς προσκυνητῆς συνόδου τῆς ἐν Καλχηδονέων ὁρισθέντα, κατ' ἐκείνην τὴν πίστιν, δι' ἧς τὸν θεὸν σέβομεν, φυλάττεσθαι διὰ παντὸς ἐθεσπίσαμεν, καὶ θεσπίζομεν. ἀκόλουθον γὰρ σφόδρα καθέστηκε, τῶν ἐπισκόπων, τῶν καθαρᾷ διανοίᾳ τὸν θεὸν θρησκευόντων, τοὺς τύπους τοὺς ὑπὸ τῆς ἁγιωτάτης καὶ ὀρθοδόξου πίστεως πεφυκότας, κατὰ τοὺς τῶν πατέρων κανόνας, μετὰ μεγίστου φυλάττεσθαι τοῦ σεβάσματος. ἐπειδὴ δὲ τῆς βασιλικῆς προνοίας ἐστὶ, πᾶν φαῦλον ἐν ἀρχῇ καταπαύειν, καὶ τὴν ἕρπουσαν νόσον διὰ τῆς τῶν νόμων ἰατρείας ἐκτέμνειν, διὰ τοῦδε τοῦ νόμου θεσπίζομεν, τοὺς ὑπὸ τῆς μανίας Εὐτυχοῦς ἀπατωμένους, καθ' ὑπόδειγμα τῶν Ἀπολιναριστῶν, οἷς ἠκολούθησεν Εὐτυχὴς, καὶ οὓς οἱ σεπτοὶ τῶν πατέρων τύποι, τουτέστιν οἱ τῆς ἐκκλησίας κανόνες, καὶ αἱ θεῖαι διατάξεις τῶν πάλαι βασιλέων καταδικάζουσι, μηδένα ἔχειν πρεσβύτερον, μηδέ τινας κληρικοὺς ἢ ἔχειν, ἢ ὀνομάζειν· καὶ αὐτὸν Εὐτυχῆ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου προσηγορίας, ἧς ἀνάξιος ὢν ἐγυμνώθη, καθόλου στερίσκεσθαι. εἰ δέ τινες ἀντικρὺ τῶν παρ' ἡμῶν ὁρισθέντων, ἐπισκόπους, ἢ πρεσβυτέρους, ἢ καὶ λοιποὺς κληρικοὺς χειροτονῆσαι τολμήσαιεν, αὐτούς τε τοὺς χειροτονουμένους, καὶ τοὺς χειροτονοῦντας, ἢ περιποιοῦντας ἑαυτοῖς κατὰ πρόληψιν τὸν βαθμὸν τὸν τῶν κληρικῶν, μετὰ τὸ καταδικασθῆναι τῇ τῶν ὑπαρχόντων ἀποβολῇ, καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ συσχεθῆναι προστάττομεν. τοῦ συνιέναι τε, ἤτοι συνάγεσθαι, ἢ μοναχοὺς συναθροίζειν, ἢ οἰκοδομεῖν μοναστήριον, οὐδεμίαν αὐτοὺς ἔχειν κελεύομεν ἄδειαν· καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς τόπους, εἰ πειραθεῖεν ἴσως ποτὲ συνιέναι, δημοσιεύεσθαι· ὅμως, εἰ τοῦ δεσπότου τοῦ τόπου ἐγνωκότος συνέλθοιεν· ὡς εἴ γε ἀγνοοῦντος, τὸν διοικητὴν, μισθωτὴν τοῦ τόπου, βασανισθέντα ῥάβδοις, μετὰ δημεύσεως ἐξορίαν ὑπεσιέναι θεσπίζομεν· πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲν αὐτοὺς ἐκ διαθήκης δέχεσθαι, οὐδὲ τοῖς ἐκ τῆς αὐτῆς πλάνης ὑπάρχουσι καταλιμπάνειν, ἀλλ' οὐδεμίαν μετιέναι στρατείαν, ἀνεχόμεθα, εἰ μή τι ἄρα τὴν τῶν κορταλίνων, ἢ τῶν λιμιτανέων. εἰ δὲ καί τις ἐν ἑτέρᾳ παρὰ τὴν προειρημένην εὑρεθείη στρατείᾳ, ἢ διὰ τὸ ἠγνοῆσθαι αὐτοῦ τὴν ἐν τῇ θρησκείᾳ ἀναστροφὴν, ἢ καὶ διὰ τὸ μετὰ τὴν ζώνην εἰς ταύτην αὐτὸν ἐληλυθέναι τὴν πλάνην, τῆς στρατείας ἀφαιρεθεὶς, τοῦτον καρπὸν τῆς οἰκείας κακοδοξίας ἐχέτω, τὸ καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν καὶ τῆς τοῦ παλατίου στερίσκεσθαι μετουσίας, καὶ μήτε ἑτέρωθι, εἰ μὴ ἐν ᾗ ἐτέχθησαν κώμῃ, ἢ πόλει, αὐτοὺς ἀναστρέφεσθαι. ὡς εἴ γε τινὲς τούτων ἐκ ταύτης ὁρμῶνται τῆς πανευδαίμονος πόλεως, ὃ πιστεύειν ἀθέμιτον, ἀπὸ ταύτης τῆς τε βασιλίδος πόλεως, καὶ τοῦ θείου κομητάτου, καὶ πάσης ἐλαυνέσθωσαν μητροπόλεως. καὶ ταῦτα μὲν γενικῶς περὶ πάντων ὁρίζομεν τῶν κρατουμένων τῷ μιάσματι τούτῳ τοῦ νοσήματος, ἢ μελλόντων ἐνέχεσθαι. τοὺς μέντοιγε πρὸ τούτου κληρικοὺς ὄντας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ μοναχοὺς, τοὺς τὸ αὐτὸ οἰκήσαντας Εὐτυχεῖ καταγώγιον· οὐδὲ γὰρ λέγειν προσήκει μοναστήριον, ὅπερ τοὺς τῆς εὐσεβείας ἔσχεν ἐχθρούς· τοὺς εἰς τοῦτο ἐλάσαντας μανίας, ὥστε καταλειφθείσης τῆς εὐσεβῶς προσκυνουμένης θρησκείας, καὶ τῆς συνοδικῆς κρίσεως, ἣν σχεδὸν ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης συναχθέντες ἐν Καλχηδόνι ὥρισαν ἱερεῖς, ἀκολουθῆσαι τοῖς φαύλοις διδάγμασιν Εὐτυχοῦς· ἐπειδήπερ τὸ ἀληθὲς φῶς καταλείψαντες, τὸ σκότος ἐπιλέξασθαι δεῖν ᾠήθησαν, πάσαις ταῖς τιμωρίαις, ταῖς καὶ τῷδε τῷ νόμῳ καὶ ταῖς προηγουμέναις κατὰ τῶν αἱρετικῶν ὡρισμέναις, κατασχεθῆναι κελεύομεν, καθάπερ αἱ πρότερον εὐσεβεῖς διατάξεις περὶ Μανιχαίων ἐτύπωσαν· ὅπως ἂν μὴ ταῖς τούτων πεφαρμαγμέναις ἀπάταις, καὶ τοῖς ἐναγεστάτοις σοφίσμασι, τῶν ἀκάκων καὶ ἀσθενεστέρων λογισμοὶ δελεάζωνται. πρὸς τούτοις ἔγνωμέν τινα ψεύδεσθαι εἰς ὕβριν τῆς εὐσεβείας τούτους, καὶ φθόνον τῶν ὡρισμένων βιβλίων τε καὶ τόμων ἐν χάρταις πάνυ πολλοῖς, ταῦτα πλάττειν, ἅπερ τὴν μανίαν αὐτῶν ὑπεναντίον τῆς ἀληθοῦς πίστεως σαφέστατα διελέγχει. καὶ διὰ τοῦτο προστάττομεν, ὅπου δ' ἂν εὑρεθῇ τὰ τοιάδε γράμματα, πυρὶ κατακαίεσθαι· τοὺς δὲ συγγραψαμένους, πρὸς ἀνάγνωσιν δεδωκότας ἑτέροις, σπουδῇ τοῦ μαθεῖν ἢ διδάξαι, θεσπίζομεν τῇ μετὰ δημεύσεως ἐξορίᾳ κολάζεσθαι. τοῦ δὲ διδάσκειν τὴν ἀσεβῆ ταύτην αἵρεσιν, καθάπερ ἤδη τοῖς ἐδίκτοις τῆς ἡμετέρας θειότητος περιέχεται, πάντων τὴν ἄδειαν περιείλομεν· ὅτι γε δὴ διὰ τῆς ἐσχάτης κολασθήσεται τιμωρίας ὁ τὰ παράνομα διδάσκειν ἐπιχειρῶν. τοὺς δὲ σπουδάζοντας ἀκροᾶσθαι τῶν τῇ μυσαρᾷ διαλέξει χρωμένων, δέκα λιτρῶν χρυσοῦ τιμωρίᾳ καταπαύομεν. οὕτω γὰρ ἡ πρόφασις ἡ τῆς πλάνης ὑφελκυσθήσεται, εἰ τῶν ἁμαρτημάτων ἐλλείψει καὶ ἀκροατὴς καὶ διδάσκαλος. ἡ ὑπερλαμπρότατος τοιγαροῦν καὶ μεγαλοφυὴς αὐθεντία σου, προτεθέντων ἐδίκτων, πᾶσιν, ἃ προσετάξαμεν, γνώριμα ποιησάτω· εἰδότων τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων, καὶ τῶν τάξεων τούτων, καὶ τῶν ἐκδικούντων τὰς πόλεις, ὡς εἴ γε τὰ καθαρᾷ πίστει καὶ ἁγίᾳ προθέσει φυλαχθῆναι παρ' ἡμῶν θεσπισθέντα, ἢ ῥαθυμίας ἀξιώσωσιν, ἢ συγχωρήσωσι παραβαίνεσθαι, ἕκαστος ἀνὰ δέκα λιτρῶν προστίμῳ χρυσοῦ βαλλόμενος, ὡσανεὶ προδόται τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν νόμων, καὶ περὶ αὐτὴν ἔσονται κάμνοντες τὴν ὑπόληψιν. ἐδόθη δὲ πρὸ πέντε καλανδῶν Αὐγούστων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείας Σφωρακίου τοῦ λαμπροτάτου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. καὶ ὡσαύτως ἐγράφη Οὐαλεντινιανῷ ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ Τατιανῷ ἐπάρχῳ πόλεως, καὶ Βιγκομάλῳ μαγίστρῳ καὶ ὑπάτῳ δεσιγνάτῳ. *De confirmandis quae a sancta synodo Chalcedonensi contra Eutychem et eius monachos constituta sunt. Iidem Augusti Palladio Praefecto praetorii.* Amplae omnipotenti deo habendae atque agendae sunt gratiae, quod scelera nec latere prorsus, nec durare impunita permittit. Horum enim alterum laedendi habet plurimam facultatem: alterum peccandi ceteris praestat exemplum. Curae igitur esse divinitati hominum actus, et maxime reverentiam religionis, proxime in confirmanda catholica fide evidenter apparuit: quum Eutychem sceleratorum dogmatum sectatorem nec latere, ut diu lateret, sivit; nec patefacto scelere, passa est poenam sceleris evitare. Sententiis itaque divinis humanisque damnatus, synodicum decretum, ut merebatur, excepit, reus divinitati, cui faciebat iniuriam; reus hominibus, quos decipere conabatur. Proxime etenim innumerabiles ex toto paene orbe beatissimi episcopi Chalcedone congregati, improba praedicti Eutychis, una cum synodo eius causa habita, expulere commenta; secuti sanctorum definita maiorum, quae vel apud Nicaeam a trecentis decem et octo constituta sunt; vel in hac postea alma urbe a centum quinquaginta sunt episcopis decreta; vel apud Ephesum, quum Nestorii est error exclusus, praesidentibus Caelestino Romanae urbis, et Cyrillo Alexandrinae civitatis, episcopis. Ea igitur, quae sunt iuxta pristinam disciplinam a reverenda synodo Chalcedonensi definita, illa fide, qua deum colimus, per omnia servanda censuimus, atque censemus: quia valde

consequens est, (quingentorum viginti) sacerdotum pura mente deum colentium definita, quae pro orthodoxorum fide sacrosancta secundum patrum regulas processerunt, summa cum veneratione servare. Verum quoniam principalis providentiae est, omne malum inter initia opprimere, et serpentem morbum legum medicina resecare, hac lege decernimus, eos qui Eutychis decipiuntur errore, ad exemplum Apollinaristarum, quos Eutyches secutus est quosque venerabiles parentum regulae, id est, ecclesiastici canones et principum divorum sacratissima scita condemnant, nullum episcopum, nullum habere presbyterum, nullos habere vel appellare clericos; ipsumque Eutychem nomine presbyteri (quo et indignus et spoliatus est) in totum carere. Si qui autem contra definita nostra episcopos, presbyteros, ceterosque clericos ausi fuerint creare; tam factos, quam facientes, vel praesumentes sibi clericorum gradum, bonorum amissione perculsos, exsilio perpetuo praecipimus contineri. Coëundi, vel colligendi, vel congregandi monachos, aut aedificandi monasteria, iubemus nullam eos habere licentiam; locaque ipsa, in quae forte convenire aliquando tentaverint, confiscari, si tamen domino loci sciente convenerint: quod si ignaro, actorem conductoremque loci fustibus caesum, deportationem subire censemus. Ipsos praeterea nihil ex testamento cuiusquam capere, nihil iis, qui eiusdem erroris sunt, relinquere testamento, ad nullam eos patimur aspirare militiam, nisi forte ad cohortalitiam, vel limitaneam. Si quis autem extra praedictam militiam inventus fuerit militare, vel quia ignorabatur eius in religione perversitas, vel quia post adeptum cingulum ad hunc devenerit errorem: solutus militia, infidelitatis suae fructum hunc habeat, ut optimorum hominum et palatii communione privetur, nec alibi quam in quo natus est vico vel civitate versetur. Quod si qui eorum in hac alma urbe (quod credi nefas est) geniti sunt, tam hac civitate venerabili, quam sacratissimo comitatu, et omni excludantur metropolitana civitate. Et haec quidem generaliter circa omnes constituimus, qui tali labe polluti sunt, vel polluentur. Eos autem qui antehac clerici orthodoxae fidei fuere, et monachi, qui quondam Eutychis habitavere diversorium (neque enim monasterium dicendum est, quod religionis habuit inimicos), qui ad hoc usque insaniae processerunt, ut relicto venerabilis religionis cultu, et synodico decreto, quod totius paene orbis Chalcedone coadunati decrevere sacerdotes, infaustam Eutychis sequantur assertionem: quia vero luce deserta, tenebras eligendas esse crediderunt, omnibus poenis, quae vel hac, vel praecedentibus legibus adversus haereticos definitae sunt, iubemus teneri, immo extra Romanum expelli solum, sicut praecedentes religiosissimae constitutiones de Manichaeis constituere: ne eorum venenatis fraudibus, sceleratisque commentis, innocentium et infirmorum animi decipiantur. Comperimus praeterea quaedam eos in contumeliam religionis et invidiam venerabilis synodicae definitionis fuisse mentitos: conscriptisque libris et cartarum tomis plura finxisse, quae eorum insaniam adversus veram fidem aperte signarent: atque ideo praecipimus, ubicunque huiusmodi scripta fuerint inventa, ignibus cremari. Eos vero, qui vel scripserint, vel aliis legenda tradiderint docendi studio vel discendi, censemus cum publicatione bonorum deportatione puniri. Docendi etenim hanc infaustam haeresim, sicut pridem edictis serenitatis nostrae continetur, omnibus adimimus facultatem: quia ultimo supplicio coërcebitur, qui illicita docere tentaverit. Eos vero, qui discendi studio audierint scelerata disserentem, decem librarum auri mulcta compescimus. Ita enim materia subtrahetur erroris, si peccatorum et doctor defuerit et auditor, Palladi, parens carissime. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua, edictis propositis, omnibus faciat nota, quae iussimus: cognoscentibus moderatoribus provinciarum, eorumque officiis, defensoribus etiam civitatum, quod si ea, quae pura fide et sancto proposito custodienda censuimus, aut neglexerint, aut permiserint temerari; singuli denarum librarum auri mulcta perculsi, ut religionis legumque proditores, etiam de existimatione laborabunt. Datum V. Kal. Augusti, Constantinopoli, Sporacio viro clarissimo, et qui fuerit nuntiatus, Consulibus. Eodem exemplo scripta Valentiniano viro illustri praefecto Illyrici, et Tatiano praefecto urbis et Vincomalo magistro officiorum et consuli designato. *Ex Actis Concilii Chalcedon. Part. Tert. apud Harduin.* 2, 676; *Mansi* 7, 502; *Latine in codd. Bibl. Civit. Lugd.* 269; *S. Audomari* 189, 7, 10; *Paris.* 3853; *Argentorat. Collect. Canon. Rachionis Episc. Argent.* Cf. Cod. Iust. 1, 5, 8 et 1, 7, 6 et Ballerin. 3, p. 242 sq., sed cum subscriptione: Data Kal. Aug. Constantinopoli, divo Valentiniano A. et Anthemio V. C. Coss. (455.)

1209. p. C. n. 456. IOANNE ET VARANE COSS.

Ὃς ταραχῆς γενομένης ὑπὸ τῶν τοῦ Πρασίνου μέρους, διάταξιν αὐτοῦ θείαν ἐξεφώνησεν μὴ πολιτεύεσθαι Πρασίνους μήτε στρατεύεσθαι ἐπὶ ἔτη γ΄. Is tumultu a Prasina factione excitato, sacram suam iussionem emisit, qua Prasini a publicis muneribus et a militia ad triennium arcebantur. *Chron. Pasch. p.* 592. — *Ὁ δὲ αὐτὸς Μαρκιανὸς ἔχαιρε τῷ Βενέτῳ μέρει κατὰ πόλιν· ὅστις καὶ διάταξιν αὐτοῦ θείαν ἐξεφώνησε, ταραχῆς γενομένης παρὰ τῶν τοῦ Πρασίνου μέρους, μὴ πολιτεύεσθαι Πρασίνους ἐκέλευσε μήτε στρατεύεσθαι ἐπὶ ἔτη τρία.* Marcianus autem ubique per imperium factionis Venetae partes egit: itaque etiam, quum a Prasinis tumultus excitatus fuerat, edicto suo imperatorio cavit, ne quis ex factione Prasina magistratu vel militia intra triennium fungeretur. *Malalas* 14, *p.* 368.

Incert. ann.

Impp. Leo et Anthemius Nicostrato PO. Orientis ... Quam formam (ut nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos vel rusticanos eorum) ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio a divae memoriae Marciano promulgata continet ... valere praecipimus. *L.* 1, § 2 *Cod. Iust. Ut nemo* 11, 53. — *Imp. Zeno A. Eliano PO.* Hac in perpetuum valitura lege sancimus, Nicensium civitati seu habitatoribus eius tam ius exactionis quadringentorum solidorum annui canonis civilis reditus, ad suam patriam pertinentis ex possessionibus, id est Calamo et Heliobomo nec non Emtorio Varateno cum Epotio eorum, sub territorio Apameae civitatis constitutis, ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui, quam si quid, ex quo sanctio Martiani divae memoriae lata est, ad eiusdem civitatis praeiudicium gestum est, infirmari. *L.* 6 *Cod. Iust. de Divers. praed.* 11, 69. — *Impp. Leo et Zeno Mariano, Comiti et Magistro Officiorum* ... Cunctis capitulis sacris affatibus divae recordationis Martiani (de privilegiis castrensianorum et ministerialium) ... valituris. *L.* 4, § 3 *Cod. Iust. de Castrens.* 12, 26.

LEO I.

1212. p. C. n. 459. RICIMERE ET PATRICIO COSS.

Φησὶ ... ὡς χίλια χρυσίου τάλαντα πρὸς τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν φόρων ἀφείθη τῇ πόλει, καὶ τοῖς δὲ πολίταις τῶν ἠφανισμένων τῷ πάθει τὰ τέλη. Scribit ... (Ioannes Rhetor), mille auri talenta ab Imperatore remissa esse civitati (Antiochiae) functione tributoria: civibus vero remissas esse pensiones earum aedium, quae terrae motu prostratae fuerant. *Euagrius* 2, 12. — *Ἐχαρίσατο τοῖς Ἀντιοχεῦσι καὶ τῇ πόλει λόγον κτισμάτων ὁ αὐτὸς βασιλεὺς πολλά.* Imperator civibus atque urbi instaurandae multa largitus est. *Malalas* 14, *p.* 369. — * *Imperator Caesar Leo, piissimus, victor et triumphator maximus, semper Augustus, Anatolio regiae civitatis episcopo.* Votum quidem meae pietatis fuit, universas orthodoxorum sanctas ecclesias, nec non et civitates sub Romano imperio constitutas maxima frui quiete, nihilque contingere, quod possit earum statum tranquillitatemque turbare. Qualia vero in Alexandrinorum civitate nuper evenerint, iam quidem nosse tuam credimus sanctitatem. Ut tamen perfectius cuncta cognoscas, et quae causa tanti tumultus con-

fusionisque fuerit, exemplaria precum, quas reverentissimi episcopi et clerici a praedicta civitate et Aegyptiaca dioecesi ad regiam Constantinopolim venientes, contra Timotheum, meae clementiae porrexerunt; nec non et exemplaria precum, quas hi, qui in sacratissimum nostrum expeditum pro Timotheo ab Alexandrina civitate venientes, nostrae tranquillitati obtulerunt, tuae sanctitati direximus: quatenus quod actum est de praedicto Timotheo, quem Alexandrinorum populus, et honorati, et curiales, et naucleri episcopum sibi petunt, aliisque negotiis, quae ipsarum precum continet textus: ad haec autem et de Chalcedonensi concilio, cui nullo modo consentiunt, quemadmodum libelli adiuncti ostendunt, clare sanctitas tua possit agnoscere. Tua siquidem reverentia omnes orthodoxos episcopos, qui in praesenti in hac urbe regia commorantur, nec non et reverentissimos clericos ad se repente faciat convenire, et diligenter omnia pertractantes atque discutientes, quoniam Alexandrinorum civitas perturbata est, pro cuius disciplina et quiete maxima solicitudo nobis exsistit; aut de praedicto Timotheo, aut de Chalcedonensi concilio, quid in commune sapitis; sine quolibet humano terrore, et absque gratia cuiuscunque vel odio, solummodo omnipotentis dei timorem vestris oculis proponentes (quoniam, sicut nostis, de tali causa intemeratae divinitati rationem eritis sine dubio reddituri), cum omni celeritate meam facite cognoscere pietatem: ut ex omnibus vestris literis haec integre cognoscentes, formam congruam dare possimus, quatenus Aegyptiaca dioecesis et Alexandrinorum civitas, pro cuius quiete nos prae omnibus convenit cogitare, tranquillitate sanctarum ecclesiarum, et disciplina, et inconcussa pace potiatur. (Huic subiectae sunt et sequentes preces, quae una cum superiori epistola directae sunt et aliis metropolitanis episcopis et monachis quibusdam.) *Ex cod. encyclio Epistolarum pro defensione Concilii Chalcedon., interprete Epiphanio Scholastico ap. Harduin.* 2, 289; *Mansi* 7, 521; *Graece ap. Euagrium* 2, 9. Cf. Nicephor. Call. 15, 18 *sq.*, ubi etiam exstat Leonis Imp. epistola ad Basilium. — *Τῷ γ΄ ἔτει γράμματα πρὸς τοὺς ἑκάστης ἐπαρχίας ἐπισκόπους ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς, γράψαι αὐτῷ τὴν οἰκείαν γνώμην ἕκαστον, εἰ τοῖς ἐν Χαλκηδόνι ὁρισθεῖσιν ἀρέσκοιντο, καὶ περὶ τῆς τοῦ Αἰλούρου χειροτονίας τί λέγοιεν.* Tertio anno scribit Imperator ad omnium provinciarum episcopos, petitque, ut suam quisque de Chalcedonensi concilio et Timothei ad episcopatum progressu sententiam perscribant. *Cedrenus p.* 609. — *Τούτῳ τῷ ἔτει γράμματα πρὸς τοὺς ἑκάστης ἐπαρχίας ἐπισκόπους ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς, γράψαι αὐτῷ τὴν οἰκείαν γνώμην αὐτῶν πρότερον, εἰ τοῖς ἐν Χαλκηδόνι ὁρισθεῖσιν ἀρέσκοιντο.* Hoc anno ad singulos omnium provinciarum episcopos literas dedit Imperator, ut propriam ipsi renuntiarent sententiam, num Chalcedonensis concilii decretis acquiescerent. *Theophanes p.* 172. — Leo Imp. pro tomo Chalcedonense per universum orbem singulis orthodoxorum episcopis singulas consonantesque misit epistolas, quo sibi, quid de eodem tomo sentirent, cuncti suis rescriptionibus indicarent. *Marcellin. ad a.* 458.

1220. p. C. n. 467. PUSEO ET IOANNE COSS.

Λέων βασιλεὺς τὰς κυριακὰς ἀπράκτους εἶναι ἐκέλευσεν, ἐκφωνήσας περὶ τούτου θεῖον αὐτοῦ νόμον, ἵνα μήτε αὐλὸς ἢ κιθάρα ἢ ἄλλο τι μουσικὸν λέγειν ἐν κυριακῇ, ἀλλὰ πάντας ἀργεῖν. Leo Imperator diebus dominicis ab omni opere cessari iussit, promulgato super hoc edicto imperatorio, ne quis die dominico tibia caneret, aliudve instrumentum musicum tractaret, sed quibuscunque negotiis abstinerent. *Malalas* 14, *p.* 371. — *Λέων ἐνομοθέτησε, τὴν κυριακὴν παρὰ πᾶσιν ἀργεῖσθαι, ἄπρακτόν τε εἶναι καὶ σεβασμίαν· καὶ τοὺς κληρικοὺς παρὰ τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων μόνον ἀποκρίνεσθαι.* Leo Imperator lege lata constituit, ut die dominico cuncti feriarentur isque dies ab omni opera vacuus esset ac venerabilis. Constituit etiam, ut clerici apud solum praefectum praetorio convenirentur. *Theodor. Lector* 1, 14. — *Ὁ δὲ αὐτὸς θειότατος βασιλεὺς τὰς κυριακὰς ἀπράκτους ἐκέλευσε γίνεσθαι, ἐκφωνήσας περὶ τούτου θεῖον αὐτοῦ νόμον, ἵνα μήτε αὐλὸς, ἢ κιθάρα ἢ ἄλλο τι μουσικὸν λέγειν ἐν κυριακῇ, ἀλλὰ πάντα ἀργεῖν.* Idem sanctissimus Imperator diebus dominicis ab opere cessari sanxit, edicta ac promulgata hac super re sacra sua constitutione et ut nulla tibia vel cithara, aliudve quippiam musicum die dominico cantaretur, sed omnia cessarent. *Chron. Pasch. p.* 596; *Nicephor. Call.* 15, 22. Cf. c. 11 Cod. Iust. de Feriis 3, 12. — *Τοῖς τ᾽ ἐν κλήροις κατειλεγμένοις παρὰ μόνῳ τῷ τῶν πραιτωρίων ἐπάρχῳ κρίνεσθαι.* Constituit quoque, ut qui in cleri ordinem lecti essent, a solo praefecto praetorio iudicarentur. *Nicephor. Call.* 15, 22.

1210—1227. p. C. n. 457—474.

Ὁ δὲ αὐτὸς Λέων διωγμὸν ἐποίησε τῶν Ἀρειανιτῶν Ἐξακιονιτῶν, διατάξεις πανταχοῦ καταπέμψας μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐκκλησίας ἢ συνάγεσθαι. Idem Leo (Imperator) Arianos Exacionitas persecutus est: publicatis ubique edictis, quibus ecclesias habere eos conventusve ullos vetuit. *Malalas* 14, *p.* 372. — *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Λέων διωγμὸν μέγαν ἐποίησε τοῖς τοῦ δόγματος τῶν Ἀρειανῶν Ἐξωκιονιτῶν. καὶ διατάξεις πανταχοῦ ἔπεμψεν μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐκκλησίας ἢ ὅλως συνάγεσθαι.* Idem Leo Imperator graviter persecutus est haereticos Arianos Exocionitas, ac missis ubique edictis vetuit illos habere ecclesias atque ullos conventus agere. *Chron. Pasch. p.* 597. — *Ποιήσας (Λέων) διάταξιν μὴ στρατεύεσθαι Σαμαρείτην, δημεύσας καὶ τοὺς εὐπόρους αὐτῶν.* Samaritarum potentiorum bonis publicatis, edicto cavit (Leo), ne quis ex Samaritis deinceps militaret. *Malalas* 15, *p.* 383. — *Ὁ Λέων ὁ βασιλεὺς πρῶτος, τοὺς λεγομένους ἐκσκουβίτωρας τῶν παρεξόδων τοῦ παλατίου φύλακας προστησάμενος τριακοσίους μόνους, ἐστράτευσε κατὰ τὴν ἀρχαιότητα.* Primus Leo Imperator, quum excubitores, quos vocant, palatii liminum custodes trecentos tantum constituisset, contra antiquitatem bellavit. *Ioann. Laur. Lydus* 1, 16. — *Imp. Iustinianus A. Mennae PO.* Praeposteri reprehensionem, quam novella constitutio divi Leonis in dotalibus instrumentis sustulisse noscitur ... tollimus. *L.* 25 *Cod. Iust. de Testam.* 6, 23. — Leoniana constitutio lata est, quae, solennitate verborum sublata sensum et consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, licet quibuscunque verbis expressus est. § 1 *Inst. de Verb. oblig.* 3, 15. Cf. Cod. Iust. 8, 38, 10. — Si quis ita stipulatus erat, si navis ex Asia venerit, hodie dare spondes? inutilis erat stipulatio, quia praepostere concepta est, sed quum Leo ... in dotibus eandem stipulationem, quae praepostera nuncupatur, non esse reiiciendam existimavit, nobis placuit, et huic perfectum robur accommodare, ut non solum in dotibus, sed etiam in omnibus valeat huiusmodi conceptio stipulationis. § 14 *Inst. de Inutil. stipul.* 3, 19. — *Imp. Zeno A. Aeneae Com. Rer. Priv.* ... Omnibus privilegiis, quae ex divinis sanctionibus inclytae recordationis Leonis et nostrae pietatis super certis patrimoniis antea emtores consecuti sunt, perpotiri (sancimus). *L.* 2 *pr. Cod. Iust. de Quadr. praescr.* 7, 37. — *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ζήνων ... Ἀδαμαντίῳ, ἐπάρχῳ πόλεως ... ἔγνωμεν τοίνυν ἐκ τῶν ἐνεχθέντων παρὰ τοῦ σοῦ μεγέθους, ὡς ὁ θεῖος νόμος τοῦ τῆς ἀθανάτου μνήμης πατρὸς ἡμετέρου Λέοντος, ὃν ἔθετο περὶ τῶν ἐν τῇδε τῇ εὐδόξῳ πόλει κτίζειν βουλομένων, ἀμφιβόλως εἶναι κατά τινα μέρη δοκεῖ διὰ τὰς τῶν φαυλῶς ἑρμηνευόντων ἐπινοίας. Imp. Caesar Zeno ... Adamantio PU* ... Cognovimus igitur ex iis, quae a tua gravitate ad nos relata sunt, divinam legem immortalis memoriae patris nostri Leonis, quam posuit de iis, qui in hac inclyta urbe aedificare vellent, ambigue se habere videri in nonnullis partibus propter male interpretantium opiniones. *L.* 12 *Cod. Iust. de Aedif. priv.* 8, 10.

IMPP. GLYCERIUS ET LEO AA.

1226. p. C. n. 473. FL. LEONE A. V. COS.

Exemplum sacri edicti Glycerii Imperatoris datum ad Himelconem V. C. Praefectum praetorio Italiae contra ordinationes simoniacas. Supernae maiestatis admonitu nostri ortu imperii nihil prius debuit ordinari, quam ut Christianae religionis sacrosancta mysteria reverentia maiore colerentur: quia ambigi non oportet, deum universitatis auctorem tanto magis fovere mortalia, quanto purior cultus per innocentiam sacerdotum divina suspexerit. Iamdudum etenim adolescentibus vitiis clericorum, adhuc in privatae vitae conversatione degentes probavimus, episcopatus pro parte maxima non impetrari meritis, sed pretiis comparari: quod indecora cupiditas in usum redacta, quasi licitum fecerat iam videri. Ademtum est studium bonae conscientiae, fecitque id, quod de deo sperare debuit, ad pecuniam et exactionem vocare. Hinc natum est, ut antistitum reverentia magis potestas saeculi putaretur, et tyrannopolitas esse se malint, qui vocabantur antistites; ac religione neglecta, sub hominum patrociniis constituti, publica magis quam divina curarent, hoc ipso perpetuitatis privilegio delictorum suorum impunitate gaudentes, ecclesiarumque opes, quas mali propositi dedecora protegentes, pauperum dicunt esse divitias, studio veluti cuiusdam administrationis auferrent, aliis in praesenti dando praemia, nonnullis se chyrographis obligando, vendendoque in quaestum debitoris quod oportebat egentibus prorogari. Unde factum credimus, ut offensa divinitas, quod tot malis probamus experti, favorem suae maiestatis averteret, et Romanam gentem tantis, quae transacta sunt, infortuniis fatigaret. Quo enim ore, quave impudentia ab eo mundi totius supplicatur auctori, qui ad oblationem sacrificii non iudicio sacrosanctae trinitatis eligitur, sed hominis favore provehitur? Aut quid huiusmodi episcopi non putent esse venale, qui sancta mysteria subiecere commerciis? Qua rerum ratione permoti hac mansura in aevum lege sancimus, ut quisquis ad episcopatum personarum auxilio suffragante pervenerit, saeculariter possideat, quod saeculariter fuerit consecutus; id est ut finitis unius anni metis, noverit episcopatu se esse privandum. Eiusdem sane anni, quo sacerdos vocatur, comes nostri patrimonii ecclesiasticae substantiae moderetur expensas. Is quoque, qui talem consecraverit, aut quicquam pecuniarum ab eo, qui est consecrandus, datum cuilibet promissumve cognoverit, aut callide dissimulandum esse crediderit in eo, quem intelligit, non per puram conscientiam, sed per turpe pretium ad hoc pervenire voluisse, pari de sacerdotio sorte deiectus, similem poenam temerariae consecrationis exsolvat: arguendi hoc latens facinus non solum his, qui in ecclesia constituti sunt, verum etiam quibuscunque nostrae religionis hominibus facultate permissa, sciturus omnibus, qui obiecta potuerint edocere, praemium se pro nostro arbitrio sanctae accusationis habituros. Cives quoque uniuscuiusque urbis, quos ad acclamationes ambientium non personae dignitas, quae petenda est, sed venalitas punienda sollicitat, sciant se patriae, cui tam male consulunt, habitatione pellendos, ac tantum de suis facultatibus eruendum, fiscoque nostro esse promissum. Facessat igitur ab ecclesiis foeda pariter ac profana licitatio: internuntii turpis pretii conquiescant. Coelestia nefas est in auctione constitui. Sacerdotii magnum, ut dictum est, opus non pecuniis, sed meritis ambiatur; et secundum priscorum regulam sacerdotum quantitas poscentium et qualitas ponderetur, vita inspiciatur electi. Nimis enim detestabile est, ut quilibet ad episcopatus apicem illicita corruptione venturus, ecclesiae facultates, quarum dispensator magis debet esse quam dominus, prius paene quam adipiscatur exhauriat. Quibus nostrae serenitatis et pravorum mentes putamus comprimi, et ad maiora studia virtutum bonas conscientias incitari. Illud quoque de iustitia omnipotentis dei ac pietate dubitare non possumus, facilius nos divinis auxiliis protegendos, cui per innocentes et probatos episcopos omnipotentiae iuvamina postulemus, Himelco, parens carissime atque amantissime. Unde illustris et praecelsa magnificentia tua hanc serenitatis nostrae legem, quae et sacerdotes sacrosanctae religionis corrigit et ministros, propositi a te edicti programmate per omne nostri corpus vulgabit imperii. Et manu divina: Vale Himelco, parens carissime atque amantissime. Datum V. Id. Mart. Ravennae, Domino Leone perpetuo Augusto V. Cos. *Cod. Vat. Reg.* 1997. Cf. Ballerin. 3, 677. — *Felix Himelco PP., Dioscurus, Aurelianus, Protadius VV. CC. PP. DD.* Quemadmodum Dominus noster invictissimus princeps Glycerius pro beatitudine saeculi melioris et suorum correctione mortalium, ne quid in supernae maiestatis deinceps ex sacerdotali ordinatione tentaretur iniuriam, ac bonae conscientiae meritum nummarii fieret causa suffragii, edictalibus inhibendum crediderit constitutis, sermonis regii in antelatis praefulget oraculis, scilicet ut quae divina sunt, mundanis suffragiis non iuventur, quatenus licitatione summota sublatisque piaculis delictorum, sacerdotales infulas optimae conscientiae norma possideat, ne quae religiosis erogationibus, ad conciliandam videlicet divinae clementiae maiestatem proficere debuissent, ad instar saecularium administrationum in patrociniorum acquisitionibus funderentur: quod profecto ad alimoniam pauperum mens devota supernae maiestati, et non avara contulerat. Neque enim quispiam profanae intentionis existeret, qui mente sacrilega abhorrere tam religiosa debeat constituta sacerdos, nisi qui de suae pollicitationis conscientia voluerit confiteri. Ut enim haec, quae decreta sunt, praedicabilibus moribus placitura confidimus, ita deteriores mentes ex his, quae salubriter definita sunt, non dubitamus offendi. Proinde hoc edictali programmate universitatem duximus commonendam, ut ab illicitis deinceps se ambitionibus suffragiisque summoveant, ne necesse sit cum obligatione propriae conscientiae, quam divinae maiestati interest semper obnoxiam detineri, iuxta sacratissima constituta poenam proprii subire peccati. Datum III. Kal. Maii Romae. *Ballerin.* 3, 679, 680.

Ante ann. 1227, p. C. n. 474.

Imp. Zeno A. Epinico PO. Licet quidam Aegyptiorum idcirco mortuorum fratrum sibi coniuges matrimonio copulaverunt, quod post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitrati scilicet, quod certis legum conditoribus placuit, quum corpore non convenerint, nuptias re non videri contractas, et huiusmodi connubia tunc temporis celebrata firmata sunt, tamen praesente lege sancimus etc. *L.* 8 *Cod. Iust. de Incest. et inut. nupt.* 5, 5. — *Ὁ λεγόμενος Πιττάκης ἡ στήλη ἐστὶ τοῦ μεγάλου Λέοντος τοῦ Μακέλου, ἣν ἀνήγειρεν Εὐφημία ἡ τούτου γνησία ἀδελφὴ, διότι οἶκος ἦν αὐτῆς ἐκεῖσε … καὶ πάντες οἱ ἀδικούμενοι, εἴτε πολῖται εἴτε θεματικοὶ, ἢ καὶ ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἐκεῖσε εἰς τὰς βαθμίδας τοῦ κίονος ἐτίθουν τὰ πιττάκια αὐτῶν, φυλασσόντων αὐτὰ ἐκεῖσε τῶν ταξεωτῶν. καὶ ὁπόταν ἤρχετο ὁ βασιλεὺς, ἐδίδοντο αὐτῷ καὶ παρευθὺς ἐλάμβανεν ἐκεῖσε ἕκαστος τὴν λύσιν αὐτοῦ. ὅτε δὲ ἦν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ παλατίῳ, καθ' ἑκάστην πρωΐαν ἔπεμπε ἑβδομάριόν τινα, καὶ ἀνελαμβάνετο ἀπὸ τῶν ταξεωτῶν τὰ ῥιπτόμενα δεητικὰ πιττάκια, καὶ ἐδίδου καθ' ἑκάστην ὁ βασιλεὺς τὰς λύσεις καὶ τὰς ἀποφάσεις αὐτῶν δὴ τῶν πιττακίων τοῖς ἑβδομαρίοις ἢ κοιτωνίταις αὐτοῦ, καὶ ἀπήγαγον πρὸς τὴν αὐλὴν τοῦ Πιττάκου, καὶ ἐδίδουν τοῖς φυλάσσουσι, κἀκεῖνοι τοῖς δεομένοις. διὸ καὶ οἱ μέλλοντες διοικεῖσθαι ταχέως ἑσπέρας ἐτίθουν τὰς δεήσεις, καὶ τῇ ἐπαύριον ἐλάμβανον τὸ πέρας. ἐκ τούτου ἐκλήθη ὁ τόπος τὰ Πιττακία.* Statuam magni Leonis Macelae, nuncupatam Pittacen, erexit Euphemia, germana eius soror, quia ibi domum haberet … quotquot igitur ab aliis iniuriis affecti erant, vel cives vel provinciales vel ex quacunque alia orbis parte, libellos suos gradibus eius columnae imponebant, asservantibus illos ei rei destinatis ministris, a quibus postea Imperatori istuc venienti offerebantur; et accipiebat ibi ex tempore quilibet sententiam suam. Quando autem in palatio commorabatur Imperator, quotidie primo mane ablegabat aliquem ex cubiculariis ad recipiendos a praedictis ministris oblatos libellos supplices, ad quos ipse statim respondebat, et responsiones per hebdomadarios seu cubicularios remittebat

ad columnam Pittacii custodibus restituendas, qui illas porro suam cuique supplicantium reddebant; quare qui cito sibi satisfieri cupiebant, vespera illic deponebant postulationes suas, et postridie primi responsum accipiebant. Hinc locus Pittacia dictus. *Codinus de Signis Const. p.* 35 *sq. et Incerti auctor. breves Enarr. Chronogr. p.* 186 *sq.*

IMP. ZENO A.

1227—1244. p. C. n. 474—491.

Constitutio divae memoriae Zenonis bene prospexit his, qui a fisco per venditionem vel donationem vel alium titulum aliquid accipiunt, ut ipsi quidem securi statim fiant, et victores existant, sive conveniantur sive experiantur; adversus sacratissimum autem aerarium usque ad quadriennium liceat intendere his, qui pro dominio vel hypotheca earum rerum, quae alienatae sunt, putaverint sibi quasdam competere actiones. § 14 *Inst. de Usucapion. et longi temp. praescr.* 2, 6. — *Imp. Iustinianus A. Floro Com. R. Pr.* Bene a Zenone divae memoriae fiscalibus alienationibus prospectum est. *L.* 3 *Cod. Iust. de Quadr. praescr.* 7, 37. Cf. l. 2 Cod. Iust. eod. tit. — Lex Zenoniana lata est, quae emphyteuseos contractui propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam, et, si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis esset contractus, sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc, si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum, sin particularis, ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire, quo iure utimur. § 3 *Inst. de Locat.* 3, 24. Cf. Cod. Iust. 4, 66, 1. — Sed haec quidem antea in usu fuerant, postea autem lex Zenoniana et nostra rem coarctavit, et si quidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oportet, Zenonis divae memoriae loquitur constitutio ... Sin minus in intentione complexus fuerit actor, quam ad eum pertineret ... in reliquum ... iudex adversarium in eodem iudicio ei condemnat ex constitutione divae memoriae Zenonis. § 33 *et* 34 *Inst. de Action.* 4, 6. — Eum, qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre ausus est, Zenonianae constitutioni subiacere censemus, quam sacratissimus legislator de his, qui tempore plus petierunt, protulit, ut et inducias, quas ipse actor sponte indulserit, vel natura actionis continet, contemserat, in duplum habeant hi, qui talem iniuriam passi sunt, et post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint, ut actores, tali poena perterriti, tempora litium doceantur observare. § 10 *Inst. de Except.* 4, 13. Cf. Cod. Iust. 3, 10, 1 et 2. — *Ηὐξήθη τὰ τῶν σκρινιαρίων ἀπὸ τῆς Ζήνωνος βασιλείας τοσοῦτον, ὅσον τὰ τῆς τάξεως ἔληξε.* Scriniariorum res a Zenonis imperio tantum auctae sunt, quantum officii imminutae. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 36. — *Imperator Anastasius A. Eusebio Magistro Officiorum.* Viros spectabiles comites consistorianos et coniuges et liberos, quin etiam servos eorum atque colonos iisdem privilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quam suas contra alios exercendo, perfrui, quibus viri clarissimi principes scholae agentium in rebus per sacram pragmaticam sanctionem divae memoriae Zenonis utuntur. *L.* 2 *Cod. Iust. de Comit. consist.* 12, 10. — *Imp. Anastasius A. Polycarpo PO.* Divae memoriae Zenonis sacratissimam constitutionem, quae de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates conditionis nexu liberandis lata est, in hac tantummodo parte duximus corrigendam, qua cavetur, eos etiam, qui ante eandem constitutionem (ab initio tamen eiusdem divae recordationis Zenonis imperii) comitis privatarum nostrae vel piissimae Augustae partis seu comitis largitionum, vel comitis domesticorum, quaestoris aut magistri officiorum licet ad actum administrationis gerendum provecti sunt, minime curialium munerum laqueos ob hoc evitare. *L.* 65 *Cod. Iust. de Decur.* 10, 31. — *Imp. Iustinus A. Marino PO.* Restituendae sunt clarissimis eloquentiae luminibus sexaginta auri librae, quas sub imperio Zenonis divae memoriae pedaneis deputatas arbitris, nec non fideiussorum vires aestimantibus, tamen auferendas credidit praeparca posterioris subtilitas principis. *L.* 6 *Cod. Iust. de Advocatis divers. iud.* 2, 8.

1230. p. C. n. 477. POST CONSULATUM BASILISCI II. ET ARMATI.

Νόμον ὁ Ζήνων τίθησιν ἀναιροῦντα τὰ ἐπὶ τοῖς ἐγκυκλίοις συντεθειμένα Βασιλίσκῳ τῷ τυράννῳ. Zeno lege lata cuncta, quae a Basilisco tyranno in encyclicis literis constituta fuerant, abrogavit. *Euagrius* 3, 8. Cf. Euagrius 3, 4, ubi Basilisci encyclica epistola.

1231. p. C. n. 478. ILLO V. C. COS.

Τὸ ἄνισον τοῦτο γέγονεν ἐκ καινοτομίας, ἣν ἡ Ζήνωνος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ὑφηγήσατο διάταξις, τὸ τὰς βασιλικὰς δωρεὰς μὴ χρήζειν ὑπομνημάτων. Inaequalitas haec orta est innovatione illa, quam Zenonis piae memoriae constitutio introduxit, imperiales donationes non egere insinuatione. *Nov. Iust.* 52, c. 2. Cf. Cod. Iust. 8, 54, 31.

1241. p. C. n. 488. DYNAMIO ET SIFIDIO COSS.

Τῷ ιε' ἔτει Ζήνων τῇ βουλῇ Ἀκακίου τοὺς κατὰ τὴν ἑῴαν ἐπισκόπους ἐβιάζετο ὑπογράψαι τῷ ἑνωτικῷ. Anno decimo quinto Acacii suasu Zeno orientales episcopos coegit subscribere henotico. *Cedren. p.* 619. — *Τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον τυραννικῷ γράμματι, ἄκυρον εἶναι τεθέσπικε.* Chalcedonense concilium tyrannico edicto abrogavit. *Zonaras* 14, 2. — *Τότε καὶ ἑνωτικὸν ἐποίησε Ζήνων καὶ πανταχοῦ ἐξέπεμψεν, ὑπὸ Ἀκακίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ὑπαγορευθέν.* Tum vero henoticon, pacis nimirum sanctionem, ab Acacio Constantinopoleos, prout affirmant nonnulli, dictatum, Zeno tulit et per omnes provincias promulgavit. *Theophanes p.* 202. — Decreta Chalcedonensis concilii abdicantur. *Isidor. Chron. p.* 455. Zenonis henoticon vid. ap. Euagrium 3, 14 et 3, 20; Nicephor. Call. 16, 11 sq.

Ante ann. 1244, p. C. n. 491.

Imp. Iustinianus A. Mennae PO. Illud, quod ex veteribus legibus licet obscure positis a quibusdam attentabatur, ut donationes super piis causis factae, licet minus in actis intimatae essent, tamen valerent. *L.* 19 *Cod. Iust. de Sacrosanct. eccles.* 1, 2.

IMP. ANASTASIUS A.

1244—1271. p. C. n. 491—518.

Ταῖς τῶν αἱρετικῶν ἐκκλησίαις ὅρους παῤῥησίας παρέσχετο. Haereticorum ecclesiis libertatem et ius asyli tribuit. *Theodor. Lect.* 2, 24. — Insidias nemo diras metuitque venenum | Linguae, quo multi ceciderunt crimine ficto. | *Priscian. de Laudibus Imp. Anastasii v.* 135 *sq.* — Nunc hominum generi laetissima saecula currunt, | Quos inopes dudum faciebant iussa nefanda, | Quae propter multi sedes fugere parentum, | Quae pater et dominus terrae delevit in aevum: | Argenti relevans atque auri pondere mundum | Perpetuoque parans sibi maxima praemia coeli; | Divitias temnit, quo prodest omnibus unus. | *Priscian. l. c. v.* 149 *sqq.* — *Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων τὸ τῆς δηλατωρίας πάθος τιμωρεῖται πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔργοις.* Anastasius, Romanorum Imperator, in delationis crimen inprimis animadvertit. *Suidas voc. Δηλάτωρ.* — *Ὅστις ἅπαν τὸ προχωρὸν κέρμα τὸ λεπτὸν ἐποίησε φολλερὰ προχωρεῖν εἰς πᾶσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν κατάστασιν ἔκτοτε.* Nummos hic minutos dictos, in follerales commutatos, exinde per totum imperium signari iussit. *Malalas* 16, *p.* 400. Cf. a. 498. — *Οὗτος τοὺς δηλάτορας ἐκ τῆς πόλεως τελείως ἐξέκοψεν· ἀφῆκε δὲ καὶ τὸ τέλος τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου.* Idem delatores funditus ex urbe excidit; abolevit etiam tributum, quod chrysargy-

rum dicebatur, quasi aurargentum dicas. *Cedreni Hist. p.* 626. — *Ἀναστάσιος ἐποίησε χρυσοτέλειαν τῶν ἰούγων τοῖς συντελεσταῖς πᾶσι διὰ τὸ μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὰ εἴδη καὶ διατρέφεσθαι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.* Anastasius tributum aureum, pro singulis iugis per imperium, pendendum instituit, ne scilicet ab exactoribus, in specie, militibus in victum erogandum colligeretur. *Malalas* 16, *p.* 394. Cf. Ioa. Laur. Lydus 3, 46 sq. — *Ἐντεῦθεν καὶ τὰ καλούμενα πρώην Ἰσαυρικὰ τοῖς βασιλικοῖς ἐσηνέχθη θησαυροῖς.* Ex eo tempore munera, quae vocabantur Isaurica, in principis aerarium inferri coepere. *Euagrius* 3, 35. Cf. Iordan. de Success. Regnorum. — *Χρυσοτέλειαν ἐπινοήσας καὶ ἀπεμπολήσας τὴν στρατιωτικὴν δαπάνην κατὰ τῶν συντελῶν τὸ βαρύτατον. περιεῖλε δὲ καὶ τὴν τῶν φόρων ἔσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων τοὺς καλουμένους βίνδικας ἐφ' ἑκάστῃ πόλει προβαλλόμενος.* Auri collationem excogitavit et militarem sumtum pretio taxavit in damnum provincialium. Praeterea tributorum exactionem ademit curiis civitatum, institutis per singulas urbes vindicibus, quos vocant. *Euagrius* 3, 42. — *Ἐκεῖθεν δὲ τοῖς βασιλείοις τῶν θησαυρῶν, καὶ τὰ καλούμενα Ἰσαυρικά.* Unde in imperatorium aerarium Isaurica, quae antea vocabatur, pensio illata est. *Nicephor. Call.* 16, 36. — *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς (Ἀναστάσιος) ἐκούφισε τὴν λειτουργίαν τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου πᾶσαν διαιωνίζουσαν ἀπὸ θείου τύπου, ἥτις ἐστὶ μεγάλη καὶ φοβερὰ φιλοτιμία, ἀντεισάξας ταῖς θείαις λαργιτιῶσι πρόσοδον ἀντ' αὐτοῦ ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ.* Idem Imperator (Anastasius) divino suo edicto, perpetuum illud chrysargyri tributum penitus sustulit, sacrisque largitionibus, in locum eius, reditus de proprio subministravit. *Malalas* 16, *p.* 398. — *Δασμοῦ τοῖς ὑπηκόοις πιέζοντος τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου, τοῦτον ἐξέκοψεν.* Quum vectigal, quod aurargenteum dicebatur, subditos premeret, id abolevit. *Zonaras* 14, 3. — *Ὑπερμέγεθες δὲ κατεπράχθη αὐτῷ καὶ θεῖόν τι χρῆμα ἡ τοῦ καλουμένου χρυσαργύρου ἐς τέλεον κωλύμη.* Res praeterea eximia ac plane divina ab eodem Imperatore gesta est, vectigalis scilicet, quod chrysargyrum dicebatur, abolitio. *Euagrius Hist. Eccles.* 3, 39 *sq.* — *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Ἀναστάσιος ἀνέστειλε τὸ χρυσάργυρον καὶ τὰ κυνήγια, καὶ τὰς ἀρχὰς οὔσας ὠνίους δωρεὰν προεβάλλετο.* Hoc etiam anno (493, potius 500) chrysa gyrum tributum et venationes sive pugnas cum bestiis publicas Anastasius abolevit, et magistratus, qui antea venales erant, gratis contulit. *Theophanes p.* 221. — *Ἀναστάσιος ἀνέστειλε τὸ χρυσάργυρον, καὶ τὰ κυνήγια ἔπαυσεν, καὶ τὰς ἀρχὰς ὠνίους οὔσας προῖκα παρεῖχεν.* Anastasius chrysargyrum abolevit et venationes amphitheatri sustulit et magistratus, qui antea venales erant, gratis contulit. *Theodorus Lector* 2, 53. — *Λίαν δὲ καὶ ἄλλο ὑπερφυέστατον καὶ θεῖον κατεπράξατο ἔργον, τὸ ἐκ παλαιοῦ καλούμενον χρυσάργυρον, τέλεον τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἐξαφανίσας ... ὃ δὴ καὶ πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ἀπαραίτητον ὥσπερ χρέος ἐπέκειτο, ἐράνῳ ποριζομένοις τὸ ζῆν. πρὸς δὲ καὶ ταῖς ὅθεν δήποτε τοῖς ἐρημικωτέροις τῆς πόλεως καὶ κεκρυμμένοις χωρίοις ἐν χαμαιτυπείοις ἐκδεδομέναις τῶν γυναικῶν· ἐπ' ἐργαστήριά τε τὴν ὥραν ἀπεμπολούσαις τοῖς ἑταιρικόσι καὶ ὅθεν δήποτε ἥκουσι τῶν ἀνδρῶν. ὡς συμβαίνειν μήτοι γε δὴ τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν πολιτείαν ὑβρίζεσθαι, τὴν γὰρ δόσιν νόμῳ γεγενημένην, βοᾶν ἄντικρυς ἐπ' ἐξουσίαν ὅσα μὴ θέμις τὸν βουλόμενον δρᾶν. καὶ τὸν ἐναγῆ καὶ ἀνόσιον πόρον κατὰ τετραετηρίδα ἐπὶ τὴν πρώτην ἀνάγεσθαι τῶν ἀρχῶν· μέρος οὐ σμικρότατον ὄντα· οὐκ ἀφανῆ τε καθεστάναι τὸν ταύτην διέποντα τὴν ἀρχήν. περὶ οὗ μαθὼν Ἀναστάσιος καὶ οἷά περ μύσος ἢ ἄγος καινουργὲς τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων παρεισφθαρέν, θεσπίσματι ἀνῄρει τὴν πρᾶξιν· τὰ τῆς εἰσπράξεως γραμματεῖα, δαπάνην ποιήσας πυρὶ, ὥσπερ παντάπασι τὴν πρᾶξιν ὁλοκαυτῶσαι βουλόμενος τῷ θεῷ, ὥστε μήτινι ἐσαῦθις τῶν μετ' αὐτὸν ἐξὸν εἴη τὰ ἐκ παλαιοῦ ὀνείδη τῆς πολιτείας ἀνανεοῦν.* Aliud insuper operum eius longe praestantissimum et divinum illud facinus est, quod ex Romanorum imperio tributum, quod antiquitus *χρυσάργυρον*, id est aurargenteum dictum est, sustulit ... quod quum multis aliis, velut id, quod citra exceptionem deberetur, qui stipe mendicata vitam tolerabant, tum etiam eis mulierculis impositum erat, quae undecunque et ubicunque in solarum occultarumque regionum urbis lupanaribus prostabant et florem aetatis, quibuscunque ex locis venirent, petulantibus viris, propter quaestum prostituebant, adeo, ut non modo naturae ipsi, verum etiam reipublicae administrationi contumelia inferretur. Quum enim lege constituta pensio ea tribueretur, aperte illa potestatem permissam esse cuivis, ut quae facere vellet et quae facere nefas esset, clamitabat. Et detestandum atque impurum vectigal illud quarto quoque anno, quum quidem non minima pars tributorum esset, ad principem deferebatur magistratum, quem qui gerebat, inter praeclaros viros censebatur. Eam indignitatem, quae tanquam exsecrandum piaculum per res novas in Romani imperii administrationem surrepsit, ubi Anastasius cognovit, exactionis eius libris, ut rem eam omnem quasi quoddam holocaustum deo offerret, in ignem coniectis, flagitium tantum suppressit et sanctione, ne cui post ipsum imperatori in rerum publicarum administratione vetustum probrum revocare liceret, cavit. *Nicephor. Call.* 16, 40. — *Τὰ μὲν δὴ τοῦ χρυσαργύρου τοῦτον τὸν τρόπον περιεῖλεν ὁ Ἀναστάσιος, καὶ βασιλικῶς ἐκεῖνο κατώρθωσεν. ἀνάξια δὲ πάλιν ἔπραττεν, οἷς τὴν χρυσοτέλειαν ἐπενόει· τὴν στρατιωτικὴν δαπάνην ἀπεμπολήσας κατὰ τῶν συντελῶν εἰς τὸ βαρύτατον. τῶν δὲ βουλευτηρίων φόρων τὴν εἴσπραξιν περιεῖλε, τοὺς καλουμένους βίνδικας ἂν ἑκάστην πόλιν προβεβλημένος· Μαρίνου ὥς φασιν εἰσηγήσει τοῦ Σύρου, τὴν κορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν· ὕπαρχον τῆς αὐλῆς τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν οἱ πάλαι ὠνόμαζον· ὅθεν οἵ, τε φόροι καταπολὺ διερρύησαν, καὶ τὰ τῶν πόλεων ἄνθη διέρρευσαν. τὸ γὰρ ἀρχαῖον ὅσοι τῶν εὖ γεγονότων καὶ εὐπατρίδαι ἦσαν, ἐν τοῖς τῶν πόλεων λευκώμασιν ἐνεγράφοντο, ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐν τοῖς βουλευτηρίοις ἀντὶ συγκλήτου τινὸς ἐκείνους ὥσπερ ἐχούσης καὶ ὁριζομένης.* Portorium *χρυσάργυρον*, aurargenteum, ad eum, quem diximus, modum Anastasius abolevit et imperiali prorsus animo sustulit. Alia vero contra, se indigna instituit: *χρυσοτέλειαν* videlicet, id est pensionem auri et populos suos vectigales bellicis impensis per nundinationem venditis supra modum gravavit exactionemque tributorum curialium abrogando in quibusque civitatibus eos, qui vocantur vindices, constituit, Marini, sicuti dicunt, suggestione, qui primariam apud eum gessit dignitatem, quam praefecturam praetorii antiquitus nominarunt. Quapropter factum, ut vectigalia magna ex parte interciderint et civitates minus floruerint. Antiquitus namque, qui nobiles et claro loco nati erant, in earum album referebantur eosque urbs quaelibet in curiis senatorum loco habebat atque constituebat. *Nicephor. Call.* 16, 44. — *Συνεχώρησε πάσαις ταῖς πραιδευθείσαις ἐπαρχίαις τὰς συντελείας εἰς τέλειον ἐπὶ ἔτη γ'.* Spoliatas provincias a tributis quibusdam pendendis, per triennium immunes esse iussit. *Malalas* 16, *p.* 406. — Et quo sceptra loco dederat tibi rector Olympi, | Quo caput ipse tuum primo diademate cinxit, | Hic sibi donari librorum vidit acervos | Censibus infestos, servantes scripta dolorum: | Munera suscipiens flammis aeterna beatis. | *Priscian. l. c. v.* 162 *sqq.* — *Ἴστε γὰρ ... ὡς φόρος τις δυσχερὴς ὥσπερ τι τῶν δεινῶν ἐκ περιόδου ταῖς πόλεσιν ἐπετίθετο καὶ διὰ πάντων ἐφοίτα, πρόφασιν δικαίαν οὐκ ἔχων, ὄνομα δυστυχὲς τοῖς ὑπηκόοις, χρυσὸς καὶ ἄργυρος εἰς μίαν ἐλθόντες προσηγορίαν ... πᾶσα περὶ τούτου συγγραφὴ πυρὸς ἔργον ἐγένετο· καὶ μετὰ τῶν λυπούντων ἡ τούτων ἀνῄρηται μνήμη.* Namque scitis ... tributum quoddam quasi malum horrendum certis temporibus invasisse civitates, singulosque cives corripuisse, alienum a iustitia, infaustum subditis nomen, aurum et argentum uno verbo comprehensa ... Tota enim de ea re scriptio igne consumta et una cum illa peste eius memoria deleta est. *Procopii Panegyr. in Imp. Anastas.* 13, *p.* 504 *sq.*, ex quo hausit Const. Manasses v. 3085—3099. — Agricolas miserans dispendia saeva relaxas, | Curia perversis nam cessat moribus omnis; | Nec licet iniustis solito contemnere leges: | Nunc equites horrent rectorum iussa vehentes, | Nec lucri causa commiscent sacra profanis. | Iudicis ipse sedens iudex coelestis imago | Per te respondes populis oracula sancta, | Proiicis et nullos, nisi qui non iusta reposcunt: | Aurum non adhibes, moderantes ante solebant | Quod dare, ne liceat socios evertere furtis | Exemploque doces quaestum contemnere turpem. | Tirones forti numeros nunc milite complent | Veraque non pretio, sed robore signa merentur. | *Priscian. l. c. v.* 193—206. —

Ἐγὼ διαμέμνημαι ἥτε βασιλέως ὀργὴ δημεύσεις τε καὶ ἀφορισμοὺς οὐκ ἄλλῃ τινὶ τῶν ἀρχῶν, ἢ μόνῃ τῇ ἐπαρχότητι τὰ τῆς ἀγανακτήσεως ἐπίστευεν. Ego memini Imperatoris indignationem bonorum publicationes et relegationes non alii cuiquam ex magistratibus, sed soli praefecturae ultionem mandavisse. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 17. — *Ὥσπερ ὁ λεγόμενος πατριμώνιος ... ὃν καὶ αὐτὸν οὐ πρὶν ἀριθμούμενον Ἀναστάσιος ὁ πάντα ἔμφρων ἀνεστήσατο.* Veluti qui patrimonius dicitur ... quem et ipsum antea ignotum in omnibus prudens Anastasius instituit. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 27.

1249. p. C. n. 496. PAULO COS.

Anastasius acephalorum errorem vindicans episcopos Chalcedonensis synodi defensores exsilio damnat: evangelia quoque, tanquam ab idiotis evangelistis composita, reprehendit atque emendat. *Isidor. Chron.* Cf. a. 506. — Anastasius Imperator haereticorum synodum faciens henoticum Zenonis confirmat et Euphemium episcopum Constantinopolitanum Chalcedonensis synodi defensorem deponit. *Victor Tun. p.* 353. — Augustatico suo dudum Anastasius militibus praestito, donativum quoque hoc fratre consule tribuit. *Marcellin. p.* 304.

1251. p. C. n. 498. IOANNE SCYTHA ET PAULLINO COSS.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἱππικοῦ ἀγομένου παρεκάλουν οἱ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων τὸν βασιλέα Ἀναστάσιον ἀπολυθῆναί τινας συσχεθέντας ἀπὸ τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως λιθοβόλους. His consulibus, dum agerentur circenses ludi, rogarunt Imperatorem Anastasium, qui erant ex fractione Prasinorum, uti vinculis solverentur, qui ob iactos lapides in carcerem missi fuerant a praefecto urbi. *Chron. Pasch. p.* 608. — *Ταῦτα τοίνυν, οἷα δή τινα κηλῖδα τῶν ὑπηκόων ἀπεσόβεις.* His igitur spectaculis (libidinosis adspectu) quasi macula subditos purgasti. *Procopii Paneg.* 16. — Ipse vetas ludos, animarum damna, nefandos | Atque voluptates prohibes a sanguine sumi | Corporis et causa pascendi perdere vitam. | *Priscian. Paneg. v.* 223 *sqq.* — *Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἐκώλυσε τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων πρὸς τὸ μὴ ἐπιτελεῖσθαι ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπὸ ἰνδικτιῶνος ιδ'.* Idem Imperator etiam certamina Olympiaca prohibuit, ne deinceps Antiochiae ab indictione XIV. celebrarentur. *Malalas* 17, *p.* 417. — *Τῷ η' ἔτει Μακεδόνιος ... τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους συναγαγὼν τὰ ἐν Χαλκηδόνι καλῶς δογματισθέντα ἐγγράφως ἐβεβαίωσε.* Anno octavo Macedonius ... coactis qui in urbe tum peregrinabantur episcopis Chalcedonensis concilii decreta rata se habere confirmavit. *Cedrenus p.* 628. — *Τούτῳ τῷ ἔτει Μακεδόνιος γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἑνῶσαι τὰ μοναστήρια τῆς βασιλίδος ἔσπευδεν ἀποσχίζοντα διὰ τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος. ἀδυνατῶν δὲ τοῦτο ποιῆσαι, συνεβούλευσε τῷ βασιλεῖ τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους συνελθεῖν, καὶ τὰ ἐν Χαλκηδόνι καλῶς δογματισθέντα ἐγγράφως βεβαιῶσαι, ὅπερ καὶ γέγονεν δι' ἐγγράφου πράξεως.* Hoc anno Macedonius Imperatoris consilio monasteria urbis a praecipuae ecclesiae communione ob Zenonis concordiae sanctionem se dirimentia studuit reconciliare; at quum propositum non posset exsequi, de convocandis in unum per urbem peregrinantibus episcopis deque scripto firmandis, quae Chalcedonensis synodus recte decreverat, Imperatori auctor fuit, quod per actum scripturae consignatum postea fuit. *Theophanes p.* 218 *sq.* — * *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐκέλευσεν Ἀναστάσιος, καὶ ἐχωνεύθησαν πολλὰ χαλκουργήματα, ἐξ ὧν ὁ μέγας ἔστησε Κωνσταντῖνος.* Hoc eodem anno plura ex aere opera, ex his, quae posuit Constantinus M., Anastasii iussu conflata sunt. *Theophan. p.* 229. — Nummis, quos Romani Terentianos (* Teruncios) vocant, Graeci follares, Anastasius princeps suo nomine figuratis, placibilem plebi commutationem distraxit. *Marcellin. p.* 305. Cf. p. 261 in f.

1253. p. C. n. 500. PATRICIO ET HYPATIO COSS.

Anastasius Imperator donativum Illyricianis militibus per Paulum, tribunum notariorum, erogandum misit. *Marcellin. p.* 305.

1259. p. C. n. 506. AREOBINDA ET MESSALA COSS.

Constantinopoli iubente Anastasio Imperatore sancta evangelia tanquam ab idiotis evangelistis composita reprehenduntur et emendantur. *Victor Tun. p.* 356. Cf. a. 496.

1260. p. C. n. 507. FL. ANASTASIO A. III. ET VENANTIO COSS.

Τῷ ιζ' ἔτει ἐτείχισε τὸ Δαρὰς, χωρίον ὂν τῆς Μεσοποταμίας μέγα καὶ ὀχυρὸν ... ὀνομάσας αὐτὴν Ἀναστασιούπολιν, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ δίκαια πόλεως. Anno decimo septimo Anastasius Daras (Chron. Pasch. *Doras*), castrum Mesopotamiae magnum atque validum, muniit ... loco urbis privilegia dedit et eam Anastasiopolim nominavit. *Cedren. p.* 630. Cf. Euagrius 3, 37; Nicephor. Call. 16, 37; Chron. Pasch. p. 608; Theodor. Lect. 2, 57; Procop. Paneg. 18.

1270. p. C. n. 517. FL. ANASTASIO ET AGAPETO COSS.

Imp. Iustinianus A. Ioanni PO. Quum Anastasiana lex homines, qui per triginta annos colonaria detenti sunt conditione, voluit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare. *L.* 23 *Cod. Iust. de Agricolis* 11, 47. — Agnati capite deminuti ... a praetore tertio ordine vocantur, exceptis solis tantummodo fratre et sorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anastasiana cum fratribus integri iuris constitutis vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem, sive sororis, non aequis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere. § 1 *Inst. de Success. cogn.* 3, 5. — *Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν φυσικῶν παίδων, ὥστε κληρονομεῖν κατὰ τὸν Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως νόμον.* Similiter etiam ius hereditarium liberis naturalibus concessit iuxta legem ab Anastasio Imperatore latam. *Malalas* 18, *p.* 437. Cf. Cod. Iust. 5, 27, 6. — Ore canam quonam pietatis culmina tantae, | Qua fratris natos animo complecteris aequo, | Non patrui tantum, sed patris more colendo? | Indole quos nutris dignos et stirpe parentum. *Priscian. Paneg. v.* 294 *sqq.* — *Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χρόνῳ ἐξεφώνησεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς (Ἀναστάσιος) διάταξιν, ὥστε μὴ ποιεῖν τινα ἔγγραφον κοπιδερμίας, μήτε δὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ κοπιδέρμου ὀνομάζεσθαι μήτε τὸ πρᾶγμα γίνεσθαι, τῆς αὐτοῦ νομοθεσίας ἐχούσης οὕτως· ὅτι ἡμῖν ἐστιν εὐχὴ τοὺς ἐν ζυγῷ δουλείας ἐλευθεροῦν· πῶς οὖν ἀνεξόμεθα τοὺς ἐν ἐλευθερίᾳ ὄντας ἄγεσθαι εἰς δουλικὴν τύχην; Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἕτερον ἐξέθετο θεῖον τύπον, ὥστε μηδένα δίχα σάκρας τινὰ τεκνοποιεῖσθαι, μήτε ἄῤῥεν, μήτε θῆλυ, ἀλλὰ ἀπὸ θείας σάκρας, διὰ τὸ καὶ τὸ τεκνοποιούμενον ἔχειν δίκαιον υἱοῦ νομίμου καὶ θυγατρὸς εἰς τὸ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ τεκνοποιουμένου αὐτόν.* Eodem tempore edicto suo cavit Imperator Anastasius, ne quis copidermiae chirographum faceret: sed nec copidermum, vel nomine tenus, uspiam vigere voluit. Edicti autem verba sic se habent: Quoniam nobis in votis est, uti omnes a iugo servitutis essent liberi; quonam igitur pacto liberos homines in conditionem servilem induci patiamur? Idem etiam Imperator divino suo edicto sancivit, ne quis absque literis imperatoriis quoscunque, sive mares sive feminas, in liberos sibi adoptaret, ex eo, quod liberi adoptitii legitimorum ius habeant, in bonis adoptantis, etiam ex intestato, succedendi. *Malalas* 16, *p.* 401. — *Imp. Iustinianus A. Ioanni PO.* Quum praetorem filium emancipatum, licet subtili iure capite fuerat deminutus, attamen in patris successionem sine ulla deminutione vocare manifestum est, non eodem autem iure etiam ad fratrum suorum successiones ab eo vocabatur, sed nec filii eius iure legitimo succedebant, necessarium duximus, hoc primum corrigere et legem Anastasianam iusto incremento perfectam ostendere, ut emancipatus filius et filia non solum in paternis bonis ad suorum similitudinem succedant, sed etiam in fratrum vel sororum suarum successione, sive omnes sui sive omnes emancipati sunt, sive permixti, aequo iure invicem sibi succedant, et non secundum legem Anastasianam parte aliqua deminuta. *L.* 15, § 1 *Cod. Iust. de Legit. her.* 6, 58 *et L.* 4 *Cod. Iust. de Legit. tut.* 5, 30.

IMP. IUSTINUS A.

Cf. pag. 25.

1271—1280. p. C. n. 518—527.

Πρῶτον μὲν ἐξεῦρε τὸν λεγόμενον τῆς Σκυθίας ὕπαρχον … ὡς ἔφθην εἰπὼν, προάγει τοίνυν ἔπαρχον ἐπόπτην τῶν Σκυθικῶν δυνάμεων, ἀφορίσας αὐτῷ ἐπαρχίας τρεῖς τὰς πασῶν ἐγγὺς εὐπορωτάτας, Κεραστίδα, Καρίαν τε ὅλην σὺν ταῖς Ἰωνίσι νήσοις· ἃς ἀντιτελούσας ὑπὸ τὴν πρώτην τῶν ἀρχῶν, ὥσπερ τὰς ἄλλας ἁπάσας, συνεῖδεν ὁ βασιλεὺς, χωρισθείσας αὐτῆς, τελεῖν ὑπὸ τῷ Σκυθίας ἐπάρχῳ· καὶ φόρον ἴδιον ἀπένειμε πρὸς δικαστήριον, καὶ τάξιν ὅλην, ὡσεὶ σπινθῆρά τινα τῶν ἐν Λιπάρῃ κρατήρων ἀνάψας ἐκ τῆς ἐπαρχότητος. Primum quidem, quem praefectum Scythiae vocant, excogitavit … Igitur, ut modo dixi, praefectum, Scythicarum copiarum moderatorem, creat, additis tribus omnium fere ditissimis provinciis, Cerastide Cariaque tota cum Ioniis insulis, quas, quum antea sub summo magistratuum, sicut ceterae omnes, fuissent, ab eo seiunctas Imperator Scythiae praefectum tenere voluit; propriumque reditum constituendo iudicio et totum officium concessit, quasi scintillam quandam Liparae craterum e praefectura praetorii ascendens. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 28, 29.

1271. p. C. n. 518. MAGNO COS.

Primus Divus Iustinus, pater noster, quum augeri dotes et post nuptias fuerat permissum, si quid tale evenerit, etiam ante nuptias donationem augeri et constante matrimonio sua constitutione permisit. § 3 *Inst. de Donation.* 2, 7. Cf. Cod. Iust. 5, 3, 19.

1273. p. C. n. 520. VITALIANO ET RUSTICO COSS.

Ἰουστῖνος δόγμα ἐξέθετο, τὴν ἐν Χαλκηδόνι πάντας σέβεσθαι σύνοδον. Iustinus Chalcedonense concilium coli ab omnibus edicto iussit. *Zonaras* 14, 5. — *Ἐπισκόπων δὲ ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντων δι᾽ Ὁρμίσδου ἐπισκόπου Ῥώμης τῇ Βιταλιανοῦ σπουδῇ, ἔτι ζῶντος Ἰωάννου τοῦ Καππαδόκου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι τετάρτην σύνοδον πρὸς ταῖς ἄλλαις τρισὶ συνόδοις τοῖς διπτύχοις συνέταξε.* Quum vero Roma ab Hormisda missi episcopi Constantinopolim venissent, Vitaliani studio effectum est, ut sacrum concilium Chalcedone habitum reliquis tribus in ecclesiasticos commentarios adscriberetur, Ioanne Cappadoce episcopatum Constantinopolitanum adhuc gerente. *Cedrenus p.* 637. — Iustinus … synodi Chalcedonensis amator, acephalorum haeresim abdicat … Episcopos ab exsilio reverti iussit eisque proprias ecclesias reformare praecepit. *Isidor. Chron. p.* 458.

1274. p. C. n. 521. FL. ANICIO IUSTINIANO ET VALERIO COSS.

Caecus non potest facere testamentum, nisi per observationem, quam lex divi Iustini, patris mei, introduxit. § 4 *Inst. Quibus non est permiss.* 2, 12. *Cod. Iust.* 6, 22, 8. — Famosissimum hunc consulatum Iustinianus consul omnium Orientalium profecto munificentior his liberalitatibus edidit. Nam CCLXXXVIII millia solidorum in populum, in spectacula sive in spectaculorum machinam distributa etc. *Marcellin. p.* 318.

1276. p. C. n. 523. FL. ANICIO MAXIMO COS.

Τῷ ϛ´ ἔτει … Ἰουστῖνος σάκρα πανταχοῦ πέμψας τοὺς ποιοῦντας ἀταξίαν ἀναιρεῖσθαι προσέταξε καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν δημεύεσθαι, καὶ τοὺς δημίους εἰρήνευσε πολλοὺς κακώσας. Anno sexto … Iustinus sacris edictis in omnia loca dimissis eos, qui tumultuarentur, necari mandavit eorumque bona publicari; populique agitatores compescuit, multis eorum male mulcatis. *Cedreni Hist. p.* 639.

1277. p. C. n. 524. FL. ANICIO IUSTINO A. II. ET OPILIONE COSS.

Τὴν Ἔδεσαν μετωνόμασεν Ἰουστινούπολιν. Edessam Iustinopolim vocavit. *Malalas* 17, *p.* 419. — *Ταύτην δὲ Ἰουστῖνος ἀνήγειρεν καὶ Ἰουστινόπολιν ἐκάλεσεν.* Quam demum (Anazarbum, secundae Ciliciae metropolim et terrae motu collapsam) Iustinus reparavit et appellavit Iustinopolim. *Theophanes p.* 263. — *Βασιλέα τὸν ἀδελφιδοῦν Ἰουστινιανὸν ἀναδείκνυσιν … οἵδε (οἱ τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες) ψήφισμα ἔθεντο, τὸ τὴν νωβηλισίμου ἀξίαν τῷ Ἰουστινιανῷ ἐπιψηφιζόμενον, καὶ τὸν βασιλέα ᾔτουν κυρῶσαι τὸ ψηφισθέν· ὃς εἴξας, γράμμασιν οἰκείοις τοῦτο ἐκύρωσε.* Iustinianum nepotem Imperatorem decernit … Illi (principes) nobilissimi titulum Iustiniano decreverunt, et ab Imperatore impetrarunt, ut id decretum suis literis comprobaret. *Zonaras* 14, 5.

1279. p. C. n. 526. FL. ANICIO OLYBRIO COS.

Ἐπὶ αὐτοῦ ἐτυπώθη ἑορτάζειν ἡμᾶς καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς ὑπαπαντῆς τῆς μέχρι τότε μὴ ἑορταζομένης. Sub eodem institutae sunt feriae, quae Hypapantae dicuntur, prius non habitae. *Cedrenus p.* 641.

1280. p. C. n. 527. MAVORTIO COS.

Μετὰ τὸ διελθεῖν τὸ ὄγδοον ἔτος καὶ μῆνας θ´, ἡμέρας ε´, τῆς βασιλείας Ἰουστίνου τοῦ θειοτάτου συνεβασίλευσεν αὐτῷ ὁ εὐσεβέστατος Ἰουστινιανὸς ὁ αὐτοῦ συγγενὴς ὁ μεγαλόψυχος εἰς ὑπερβολὴν μετὰ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ Θεοδώρας ἀναγορευθεὶς, καὶ ἐστέφθη ὑπὸ τοῦ θειοτάτου Ἰουστίνου τοῦ αὐτοῦ θείου μηνὶ Ξανθικῷ, κατὰ Ῥωμαίους Ἀπριλλίου πρώτῃ, ἰνδικτιῶνος ε´, τοῦ ͵εοφ´ ἔτους Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, ὑπατείας τοῦ προκειμένου Μαβορτίου Ῥωμαίου. Anno VIII. cum mensibus IX diebusque V imperii religiosissimi Imperatoris exacto, cum illo imperavit piissimus Iustinianus, illius affinis, ingentis vir animi supra quam vulgo solet et cum coniuge Theodora renuntiatus, coronatus est a religiosissimo Iustino, illius avunculo, mense Xanthico, secundum Romanos, Aprilis, die primo, indictione V., aerae Antiochiae Syriae anno DLXXV., consule praefato Mavortio Romano. *Chron. Pasch. p.* 616. — *Μετὰ δὲ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς αὐτοῦ Ἰουστίνου βασιλείας καὶ μηνῶν θ´ συνεβασίλευσεν αὐτῷ ὁ θειότατος Ἰουστινιανὸς μετὰ τῆς Αὐγούστας Θεοδώρας, στεφθεὶς ὑπὸ τοῦ θειοτάτου αὐτοῦ θείου ἐπὶ τῆς ὑπατείας Μαβορτίου.* Exacto autem imperantis Iustini anno VIII. menseque insuper IX., imperii socium sibi sumsit divinissimum Iustinianum, una cum Theodora Augusta, quem sacratissimus avunculus eius Mavortio Cos. diademate insignivit. *Malalas* 17, *p.* 422.— *Τῷ Ἰουστίνῳ ὄγδοον ἔτος τῆς βασιλείας ἄγοντι ἐννέα τε μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις Ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ συμβασιλεύει ἀναρρηθεὶς τῇ πρώτῃ τοῦ Ξανθικοῦ ἤγουν Ἀπριλλίου μηνὸς ἀνὰ τὸ ͵εοφ´ ἔτος τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας.* Porro quum Iustinus annum imperii octavum transegisset ac praeterea menses novem et dies tres, Iustinianus, sororis eius filius, una cum illo imperavit, Augustus nuncupatus die primo mensis Xanthici, id est Calendis Aprilis, anno urbis Antiochiae quingentesimo septuagesimo quinto. *Euagrius* 4, 9. — *Τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ μηνὶ δ´, τῆς αὐτῆς ε´ ἰνδικτιῶνος, τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, ἀσθενήσας ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος προεχειρίσατο ἔτι ζῶν εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν, τὸν ἴδιον ἀνεψιὸν, καὶ ἔστεψεν αὐτὸν, καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ μῆνας δ´. τῷ δ᾽ Αὐγούστῳ μηνὶ τῆς αὐτῆς ε´ ἰνδικτιῶνος ἐτελεύτησεν ὁ εὐσεβέστατος Ἰουστῖνος καταλιπὼν βασιλέα τὸν Ἰουστινιανόν.* Ceterum Aprilis mensis die quarto, paschali festo eiusdem quintae indictionis, morbo correptus Imperator Iustinus Iustinianum germanum nepotem Imperatorem adhuc vivus instituit, coronam insuper imposuit et menses quatuor potestatis collegam habuit. Augusto vero mense eiusdem quintae indictionis, Iustiniano in Imperatorem relicto, piissimus Iustinus diem obiit. *Theophanes p.* 266 (ad a. 519). — *Τῇ δὲ ιδ´* (leg. *δ´*) *τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα, ἀσθενήσας Ἰουστῖνος προεχειρίσατο εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιὸν, καὶ ἔστεψεν αὐτὸν, καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ μῆνας δ´. Αὐγούστῳ δὲ μηνὶ τῆς αὐτῆς ε´ ἰνδικτιῶνος ἐτελεύτησεν ὁ εὐσεβὴς Ἰουστῖνος.* Decima quarta die mensis Aprilis, ipsis Paschalibus feriis, Iustinus morbo correptus Iustinianum sororis suae filium collegam imperii adscivit ac coronavit cumque eo quatuor menses imperavit. Augusto mense, ea ipsa quinta indictione, mortuus est piissimus Iustinus. *Cedrenus p.* 641 *sq.* — Anno regiae urbis conditae CXCVIII. Iustinus Imperator Iustinianum, ex sorore sua nepotem, iam dudum a se nobilissimum designatum, participem quoque regni sui successoremque creavit Kal. Aprilis; ipse vero quarto ab hoc mense vita decessit.

Marcellin. p. 319. — Ante quartum mensem obitus sui senectuti suae consulens et reipublicae Iustinianum ex sorore sua nepotem consortem regni successoremque imperii ordinans rebus humanis excessit (Iustinus). *Iornandes.* Cf. Cyrillus Scythop., vita S. Sabae in Cottelerii Eccles. gr. mon. 3, 337.

Incertae Aetatis Diversorum Imperatorum Leges.

Νόμος ἦν, οὐ ψιλῶς, ἀλλ' ἐν γράμμασι, μηδενὶ παντελῶς ἐπιτρέπων ἐπὶ τὸ τοῦ βοηθοῦ ἀναβαίνειν φρόντισμα, πρὶν ἂν γένους τε μετριότητι καὶ λόγων ἐλευθερίων παρασκευῇ κοσμούμενος, καὶ ἔνατον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῆς δέλτου διαπρέψας, δι' ὅλης τε ἐλθὼν τῆς τῶν πραγμάτων πείρας, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς νεότητος τόλμαν εἰς ἐπιείκειαν μεταβαλὼν, τιμῆς οὕτω σεμνῆς, καὶ δύναμιν οὐ μικρὰν ἐχούσης, καὶ κέρδος εἰς χιλίους ποτὲ συναγόμενον χρυσοὺς, ἄξιος εἶναι φανείη. Lex erat eaque scripta, nemini prorsus ad munus adiutoris adscendere permittens, priusquam et generis honestate et liberalium literarum copia ornatus, novemque annos in codicillo (inter exceptores) egregie versatus, atque omnem rerum usum adeptus, iuvenili quoque audacia in modestiam mutata, honoris tam splendidi, potestate non parva et lucro olim mille aureorum gaudentis, dignus videretur. *Ioann. Laur. Lydus* 2, 18. — *Νόμος ἄνωθεν ἐκράτησε, πλατὺν ἅμα καὶ ὀξὺν δρόμον ἐνιδρύσθαι ταῖς ἐπαρχίαις.* Secundum antiquam legem in provinciis latus simul et celer cursus constituti erant. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 61. — *Νόμος ἀρχαῖος ἦν, πάντα μὲν τὰ ὁπωσοῦν πραττόμενα παρὰ τοῖς ἐπάρχοις, τάχα δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις τῶν ἀρχῶν, τοῖς Ἰταλῶν ἐκφωνεῖσθαι ῥήμασιν.* Lex antiqua erat, omnia, quae quomodocunque apud praefectos, ac forte alios etiam magistratus agerentur, Latino sermone efferri. *Ioann. Laur. Lydus* 3, 68. — Sciendum est ex novellis constitutionibus capitali sententia plagiatores pro atrocitate facti puniendos. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 14, 3, 6. — Est et inter publica iudicia lex Fabia de plagiariis, quae interdum poenam capitis ex sacris constitutionibus irrogat. § 10 *Inst. de Publicis iudic.* 4, 18. Cf. Cod. Theod. 9, 18, 1; Cod. Iust. 9, 20, 16. — Saepissime interdictum est fere ab omnibus principibus, ne quis omnino huiusmodi (mathematicorum) ineptiis se immisceret, et varie puniti sunt hi, qui id exercuerint, pro mensura scilicet consultationis. Nam qui de principis salute, capite puniti sunt, vel qua alia poena graviore affecti; enimvero si qui de sua suorumque, levius. *Coll. Leg. Mos. et Rom.* 15, 2, 3. — Saepissime constitutum est, natalibus non officere manumissio nem. § 1 *Inst. de Ingen.* 1, 4. — Qui prohibitas nuptias coeunt, et alias poenas patiuntur, quae sacris constitutionibus continentur. § 12 *Inst. de Nuptiis* 1, 10. Cf. Cod. Theod. 3, 12, 1 et 3; Cod. Iust. 5, 5, 6. — Eorum (utilitati), qui res soli possident, principalibus constitutionibus prospicitur, ne cui longa et indubitata possessio auferri debeat. § 7 *Inst. de Usucap.* 2, 6. — Est et aliud genus inter vivos donationum, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem a iunioribus divis principibus introductum est, quod ante nuptias vocabatur, et tacitam in se conditionem habebat, ut tunc ratum esset, quum matrimonium fuerit insecutum; ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, et nusquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. § 3 *Inst. de Donat.* 2, 7. — Hoc quoque a nobis dispositum est et in ea specie, ubi parens, emancipando liberum, ex rebus, quae acquisitionem effugiunt, sibi partem tertiam retinere si voluerat, licentiam ex anterioribus constitutionibus habebat, quasi pro pretio quodammodo emancipationis. § 2 *Inst. Per quas personas* 2, 9. Cf. Cod. Theod. 8, 18, 1. — Sed quum paulatim, tam ex usu hominum, quam ex constitutionum emendationibus, coepit in unam consonantiam ius civile et praetorium iungi, constitutum est, ut uno eodemque tempore (quod ius civile quodammodo exigebat) septem testibus adhibitis, et subscriptione testium (quod ex constitutionibus inventum est) et (ex edicto praetoris) signacula testamentis imponerentur, ut hoc ius tripertitum esse videatur, ut testes quidem et eorum praesentia uno contextu testamenti celebrandi gratia a iure civili descendant, subscriptiones autem testatoris et testium ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur, signacula autem et numerus testium ex edicto praetoris. § 3 *Inst. de Testam. ord.* 2, 10. Cf. Nov. Theod. 16 et Val. 20, 2. — Igitur quartam quis debet habere, ut de inofficioso testamento agere non possit: sive iure hereditario, sive iure legati ... vel aliis modis, qui constitutionibus continentur. § 6 *Inst. de Inoff. test.* 2, 18. — Incertis personis legata vel fideicommissa relicta et per errorem soluta repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat. § 25 *Inst. de Legatis* 2, 20. — Quibus (suis heredibus) connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem matrimoniis non sunt progeniti, curiis tamen civitatium dati secundum divalium constitutionum, quae super his positae sunt, tenorem, suorum iura nanciscuntur. § 2 *Inst. de Hered. quae ab int. def.* 3, 1. Cf. Nov. Theod. 22, 1; Cod. Iust. 5, 27, 3 et 4. — Sed nos, quum adhuc dubitatio manebat inter agnatos et memoratos nepotes, partem quartam defuncti substantiae agnatis sibi vindicantibus ex cuiusdam constitutionis auctoritate, memoratam quidem constitutionem a nostro Codice segregavimus, neque inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. § 16 *Inst. eod. tit.* — Si nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes praetor vel constitutiones vocant, exstat et qui successionem quoquo modo amplectatur, tunc ex lege XII tabularum ad agnatum proximum hereditas pertinet. *Pr. Inst. de Legit. agn. succ.* 3, 2. — Sed quum antea constitutiones, iura legitima perscrutantes, partim matrem adiuvabant, partim eam praegravabant, et non in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus, tertiam partem ei abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant; nobis visum est, recta et simplici via matrem omnibus legitimis personis anteponi. § 5 *Inst. de Senatuscons. Tertull.* 3, 3. Cf. Cod. Theod. 5, 1, 1. — Sed quum ex hoc senatusconsulto (Orphitiano) nepotes ad aviae successionem legitimo iure non vocabantur, postea hoc constitutionibus principalibus emendatum est, ut ad similitudinem filiorum filiarumque et nepotes et neptes vocentur. § 1 *Inst. de Senatuscons. Orphitiano* 3, 4. Cf. Cod. Theod. de Leg. her. 5, 1, 4, §. 2. — Post suos heredes, eosque, quos inter suos heredes praetor et constitutiones vocant, et post legitimos (quo numero sunt agnati et hi, quos in locum agnatorum tam supradicta senatusconsulta, quam nostra erexit constitutio), proximos cognatos praetor vocat. Qua parte naturalis cognatio spectatur. *Pr. Inst. de Success. cogn.* 3, 5. — Quos praetor solus vocat ad hereditatem, heredes quidem ipso iure non fiunt, nam praetor heredem facere non potest: per legem enim tantum, vel similem iuris constitutionem heredes fiunt, veluti per senatusconsultum et constitutiones principales. § 2 *Inst. de Bon. poss.* 3, 9. — Novissime promittitur edicto his etiam bonorum possessio, quibus ut detur, lege vel senatusconsulto vel constitutione comprehensum est, quam ... praetor ... quasi ultimum et extraordinarium auxilium, prout res exigit, accommodavit ... his, qui ex legibus, senatusconsultis, constitutionibus principum ex novo iure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt. § 7 *Inst. eod. tit.* — Divalibus constitutionibus ... prospectum est, ut nemini liceat vi rapere rem mobilem, vel se moventem, licet suam eandem rem existimet; sed si quis contra statuta fecerit, rei quidem suae dominio cadere, sin autem aliena sit, post restitutionem eius, etiam aestimationem eiusdem rei praestare. Quod non solum in mobilibus rebus, quae rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt, sed etiam in invasionibus, quae circa res soli fiunt, ut ex hac causa omni rapina homines abstineant. § 1 *Inst. de Vi bon. rapt.* 4, 2. Cf. Cod. Theod. 2, 26, 2; 4, 22, 3; Cod. Iust. 3, 39, 4; 8, 4, 7. — Ex sacris constitutionibus, si quis rem per vim occupaverit, si quidem in bonis eius est, dominio eius privatur, si aliena, post eius restitutionem etiam aestimationem rei dare vim passo compellitur. § 6 *Inst. de Interd.* 4, 15. — Hoc loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quae ex lege, senatusve consulto sive ex sacris

constitutionibus proficiscuntur, perpetuo solere antiquitus competere, donec sacrae constitutiones tam in rem, quam in personalibus actionibus certos fines dederunt: eas vero, quae ex propria praetoris iurisdictione pendent, plerumque intra annum vivere ... aliquando tamen et in perpetuum extenduntur, id est usque ad finem constitutionibus introductum. *Pr. Inst. de Perp. et tempor. act.* 4, 12. Cf. Cod. Theod. 4, 14; Nov. Val. 30; Cod. Iust. 7, 39, 3. — Haec autem tria volumina a nobis composita tradi iis tam in regiis urbibus, quam in Berytiensium pulcherrima civitate, quam et legum nutricem bene quis appellet, tantummodo volumus, quod iam et a retro principibus constitutum est, et non in aliis locis, quae a maioribus tale meruerint privilegium; quia audivimus etiam in Alexandrina splendidissima civitate et in Caesariensium et in aliis quosdam imperitos homines devagari et doctrinam discipulis adulterinam tradere. *Const. Iust. Omnem reipublicae* § 7.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 1, col. 2, v. 6 a f. add.: Aegyptus ipsa, quae iam inde uti Romano imperio iuncta est, regitur a praefectis, exceptis minoribus multis ... superatis apud Actium bello navali Antonio et Cleopatra, provinciae nomen accepit ab Octavio Augusto possessa. *Ammian. Marcell.* 22, 16, 6 et 24.

Pag. 2, col. 1, v. 26 in extremo anno 724 post Dion. Cass. 51, 17 add.: *Ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἔτι πρότερον, συχνὰ μὲν καὶ ἐπὶ τῇ τῆς ναυμαχίας νίκῃ οἱ ἐν οἴκῳ Ῥωμαῖοι ἐψηφίσαντο. τά τε γὰρ νικητήρια αὐτῷ, ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας, καὶ ἀψῖδα τροπαιοφόρον ἔν τε τῷ Βρεντεσίῳ, καὶ ἑτέραν ἐν τῇ Ῥωμαίᾳ ἀγορᾷ ἔδωκαν· τήν τε κρηπῖδα τοῦ Ἰουλιείου ἡρῴου τοῖς τῶν αἰχμαλωτίδων νεῶν ἐμβόλοις κοσμηθῆναι, καὶ πανήγυρίν οἱ πεντετηρίδα ἄγεσθαι· ἔν τε τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ τῆς ἀγγελίας τῆς νίκης ἡμέρᾳ, ἱερομηνίαν εἶναι, καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐσιόντι αὐτῷ τάς τε ἱερείας τὰς ἀειπαρθένους, καὶ τὴν βουλὴν τόν τε δῆμον μετά τε τῶν γυναικῶν καὶ μετὰ τῶν τέκνων, ἀπαντῆσαι ἔγνωσαν. τὰς γὰρ εὐχὰς, τάς τε εἰκόνας, καὶ τὴν προεδρίαν, καὶ τἄλλα τὰ τοιουτότροπα, περιττόν ἐστιν ἤδη λέγειν. τὴν μὲν οὖν πρώτην ἐκείνῳ τε ταῦτ᾽ ἐψηφίσαντο.* Hoc et superiori tempore, permulta Romae in honorem Caesaris, propter victoriam navalem, sunt facta decreta. Nam triumphus ei, velut de Cleopatra, concessus est, et arcus triumphalis Brundusii, aliusque in foro Romano: utque sacrarii Iulii crepido captivarum navium rostris ornaretur: ludique in honorem eius quinquennales haberentur: supplicationes essent natali eius die, ac ea die, qua victoriae nuntius allatus fuit: utque ei in urbem ingredienti Vestales virgines, senatus item populusque cum coniugibus et liberis, obviam irent. Iam enim supervacaneum est, vota, imagines, primum in consessu locum, aliaque id genus referre. Haec igitur primum Caesari decreta sunt. *Dio Cass.* 51, 19. — *Τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἑάλω, ἀγαθήν τε εἶναι, καὶ ἐς τὰ ἔπειτα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμήσεως αὐτῶν νομίζεσθαι. καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου καὶ ἔξω μέχρις ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν, (ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων ἐξῆν) ἔκκλητόν τε δικάζειν, καὶ ψῆφόν τινα αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις ὥσπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι· τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας, ἐν ταῖς ὑπέρ τε τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς εὐχαῖς, καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ὁμοίως εὔχεσθαι· καὶ ἐν τοῖς συσσιτίοις οὐχ ὅτι τοῖς κοινοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδίοις, π ́ντας αὐτῷ σπένδειν ἐκέλευσαν. τότε μὲν δὴ ταῦτ᾽ ἐγνώσθη.* Diem, quo capta fuit Alexandria, faustum esse censuerunt, ab eoque reliquis Alexandrinorum annis numerandis initium sumendum: ut Caesar per omnem vitam tribunitiam potestatem haberet: eisque, qui ipsum implorassent intra pomoerium ac extra, usque ad mille passus, auxilium ferre posset, quod nemini quidem tribuno plebis licebat: utque ad eum provocationes fierent, ac ipse omnibus iudiciis calculum suum, velut olim Minerva, absolventibus posset adiungere: ut sacerdotes utriusque sexus, quum pro S. P. Q. R. vota conciperent, pro ipso quoque vota facerent: ut in conviviis, non modo publicis, sed privatis quoque, pro eo libaretur. *Dio Cass.* 51, 19.

Pag. 2, col. 1, v. 46 add.: His Coss. Carthago libertatem a populo Romano accepit. *Idat. Chron. p.* 72.

Pag. 2, col. 2, v. 11—14 del. *Imp. Caes. D. — Fasti Consulares anni* 726. et pon.: Imp. Caesar VI. M. Agrippa II. | Idem Censoria Potest. Lustrum Fecer | Ex X. K. Iul. L. Gavius C. Geminius. Nig. II. Vir | Q. Cetronius C. Clodius Aed. | *Fast. Venus. ap. Mommsen. Inscr. R. Neap. P.* 40, *n.* 697.

Pag. 3, col. 1, v. 12 sqq. add.: II. K. Febr. Eo die ...... S. appellatus et supplicatio Augusti numini. *Calendarium Cumanum v.* 10. Cf. Const. Manasses v. 1834 sq. Codinus de Signis Constantinop. p. 55. Ioel p. 24. Leo Gramm. p. 54. Michael Glycas p. 380.

Pag. 3, col. 2, v. 20 a f. ordinavit, leg. *recognovit.*

Pag. 3, col. 2, v. 15 sqq. a f. leg. vocabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. Iudicum quoque nonnisi quatuor decuriae fuere primo: vixque singula millia in decuriis inventa sunt, nondum provinciis ad hoc munus admissis, servatumque in hodiernum est, ne quis e novis civibus in iis iudicaret. Decuriae quoque ipsae pluribus discretae nominibus fuere, tribunorum aeris et selectorum et iudicum. Praeter hos etiamnum nongenti vocabantur, ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis. Et divisus hic quoque ordo erat superba usurpatione nominum; quum alius se nongentum, alius selectum, alius tribunum appellaret. *Plin. Hist. Nat.* 33, 7.

Pag. 3, col. 2, v. 11 a f. a tricesimo (?) aetatis, leg. a tricesimo (* XXV.) aetatis.

Pag. 8, col. 1, v. 38 pro vv. Aliter Syncellus p. 592 pon.: *Αὔγουστος μοναρχίαν ἐγχειριζομένην ἀπώσατο.* Monarchiam sibi oblatam Augustus repudiavit. *Syncellus p.* 592.

Pag. 8, coll. 2, v. ult. del. *Chron. Pasch.* Cf. Nicephor. Gregor. Histor. Byzant. 12, 10.

Pag. 13, col. 1, v. 6 a f. corr. *Libyae* et pag. 86, col. 1, v. 15 a f. *Libyam.*

Pag. 14, col. 1, v. 29 sq. del. „Cf. Pomponius in l. 2. § 29—1, 2," pro quibus vv. pon.: * *Οὔτε ἐν ταῖς διαγνώμαις τὴν ἐξουσίαν τῆς διαψηφίσεως κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀσφάλειαν τῆς παῤῥησίας προστέθεικεν. ἔκ τε τοῦ δήμου τὸ δύσκριτον ἐν ταῖς διαγνώσεσιν ἐς τὴν τῶν δικαστηρίων ἀκρίβειαν μεταστήσας, τό, τε ἀξίωμα τῶν ἀρχαιρεσιῶν αὐτῷ ἐτήρησε κἀν ταύταις τὸ φιλότιμον ἀντὶ τοῦ φιλονείκου σφᾶς ἐξεπαίδευσε. κἀκ τῶν σπουδαρχιῶν αὐτῶν τὸ πλεονεκτικὸν ἐκκόψας, τὸ εὔδοξον αὐτοῖς ἀντέδωκε.* Neque in deliberationibus suffragii potestatem abstulit, et securitatem liberae vocis adiecit. A populo quidem causas difficiliores iudicatu ad accuratam iudiciorum diligentiam transtulit, comitiorum autem maiestatem ei conservavit, in iisque docuit, pro contentione, honoris studio uti: ac ex ipsa petitione magistratuum ambitum tollens, in eius locum veram honestatem induxit. *Dio Cass.* 56, 40. — Accusatores postularunt mulierem, Romamque pertraxerunt ad centumviros. Maligna insontem deprimit suspicio, Quod bona possideat: stant patroni, fortiter Causam tuentes innocentis feminae. A divo

Augusto nunc petiere iudices, Ut adiuvaret iurisiurandi fidem. *Phaedr. Fab.* 3, 10, 34—40. Cf. Plin. Ep. 5, 1 et 6, 33; Quinctil. Inst. Or. 4, 1.

Pag. 14, col. 1, v. penult. add.: *Quum autem plerique equitum, attrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent, metu poenae theatralis, pronuntiavit, non teneri ea, quibus ipsis parentibusve equester census unquam fuisset. *Sueton. Aug.* 40.

Pag. 15, col. 1, v. 18 a f. Imp. Caes. | Divi F. | Augustus | Ex. S. C. | ∞C⊥II. P. CCX⊥. *Mommsen, Zeitschr. f. geschichtl. Rechtsw. T.* 15, *p.* 292.

Pag. 16, col. 1, v. 14 post vv. *Augustus appelletur* add.: „Idem plebiscitum factum ob eandem rem, Sex. Pacuvio tribuno plebem rogante."

Pag. 17, col. 2, v. 43, 52, 55, 58 del. * ante vv. *Lege, Scaevola, Paulus, Modestinus.*

Pag. 18, col. 2, v. 16 add.: D. Octavianus imp. ann. LVI ... III. die congiarium ded. ter. A. CCCLXI. *Adversaria Cod. Caesarei* l. c. p. 137.

Pag. 19, col. 2, v. 21 add.: *Αὐγούστου εἰς Ῥώμην ἐπανιόντος, καὶ εἰς μοναρχίαν τὸ Ῥωμαίων κράτος περιελάσαντος, δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔτι ἀνύοντος τῇ ἀρχῇ, δόγμα τε καθ᾽ ὅλης τῆς ἀρχῆς διαπέμψαντος, ἕκαστον εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν ἐναπογράφεσθαι, τηνικαῦτα καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τίκτεται.* Quum Augustus Romam reversus Romanorum imperium in unius redegisset potestatem, quadragesimum secundum eo imperii annum agente, et quum per universum imperium edictum promulgatum esset, ut in sua quisque urbe recenseretur atque describeretur, tum etiam salvator noster Iesus Christus natus est. *Nicephor. Call.* 1, 6. — *Κόσμου μὲν οὖν ἔτος τηνικαῦτα ἐνίστατο πέμπτον καὶ πεντακοσιοστὸν πρὸς τῷ πεντάκις χιλιοστῷ· Αὐγούστου δὲ Καίσαρος, δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἦν· μετὰ δὲ τὴν τῆς Μακεδονικῆς δυναστείας κατάλυσιν, ὄγδοον πρὸς τῷ εἰκοστῷ· ἡνίκα καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐπὶ τῆς τότε ἀπογραφῆς, Κυρηνίου τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντος, ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται· ὡς δὴ καὶ τῇ προφητείᾳ δοκεῖ· ἐξῆλθε τοίνυν τὸ δόγμα τῆς ἀπογραφῆς· συνώθει δὲ καὶ ἄκοντας πάντας ἐν γαλήνῃ τῇ ἐκ τῆς μοναρχίας δῆθεν, πρὸς τὴν σφετέραν πατρίδα, κἀκεῖ ἀπογράφεσθαι.* Agebatur tum annus a mundo condito quinquies millesimus quingentesimus quintus, ab Augusti imperio quadragesimus secundus et a Macedonicae ditionis solutione vigesimus octavus, quum salvator noster sub eo, qui tum agebatur censu, Cyrenio Syriae praesidente, in Bethlehem natus est: ita ut etiam per prophetiam est praedictum. Exiit itaque edictum census et descriptionis, invitosque etiam in serena illa tranquillitate pacis, quae ex unius imperio obvenerat, patriam quemque suam petere ibique censeri atque describi coegit. *Nicephor. Call.* 1, 10. Cf. Michael Glycas p. 383. — *Τῷ δὲ ͵εφ´ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου καὶ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει Αὐγούστου ἐξῆλθε δόγμα παρ᾽ αὐτοῦ ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· ἐν ᾧ ἔτει καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἐγεννήθη, Ἡρώδου βασιλεύοντος τῆς Ἰουδαίας, ὃν ὁ Καῖσαρ Αὔγουστος προεχειρίσατο.* Anno 5500 post mundi creationem et XLII. Augusti, iussit omne regnum censeri, atque eo anno natus est dominus noster, Herode rege Iudaeae, quem Caesar Augustus creaverat. *Leo Gramm. p.* 57.

Pag. 19, col. 2, v. 17 a f. post 2015. add.: XLIV. imperii Augusti anno Quirinus ex consilio senatus ad Iudaeam missus, census hominum possessionesque describit. *Prosper Aquit. p.* 555.

Pag. 20, col. 1 ad a. 757 de adoptione Tiberii cfr. inscriptio lapid. ap. Mommsen. 5720.

Pag. 23, col. 2, v. 20 corr.: *Strabo* 5, *p.* 359.

Pag. 25, col. 1, v. 17 a f. post vv. Cf. Commodus add.: Constantinus a. 320, p. 194.

